K 84. 2°


MEXICANA
AFRICA.
GERARDI MERCATORIS
EVROPA
ASIA.
PRVANA.
MAGALA NICA.
ATLAS
SIVE
COSMOGRAPHICÆ
MEDITATIONES
DE
FABRICA MVNDI ET
FABRICATI FIGVRA.
Iam tandem ad finem perductus, quamplurimis æneis tabulis Hispaniæ, Africæ, Asiæ & Americæ auctus ac illustratus à Iudoco Hondio. Quibus etiam additæ (præter Mercatoris) dilucidæ & accuratè omnium tabularum descriptiones novæ, studio et opera Pet. Montani.
Excusum in ædibus Iudoci Hondij Amsterodami. 1606.

Inlustr. Potentissimisque Dominis,

OPTIMIS MAXIMISQVE

FOEDERATARVM PROVINCIARVM

BELGICAE ORDINIBVS;

simulque

Nobilissimis, Amplissimis, Doctissimis Viris,

EORVMDEM

CONSILIARIIS FIDELISSIMIS;

Dominis summa mihi observantia colendis,

Iudocus Hondius.

D. D.

SI quantum cuique otij divinitus concessum est, Illustrissimi Domini, tantum etiam animi esset ad labores suos Reip. commodo disponendos, minus confusionũ, plus ordinis ac tranquillitatis mortales in vita sua experirentur: quilibet enim pro se intentus in vocationis suæ munera, hoc ageret, vt fide, industria, peritia ceteris antestaret. Nunc quia omnes summa sibi præmia pollicentur, nec tamen omnes via regia rectisq; artibus ad ea contendunt, multi vero quod sibi a virtute deesse conspiciunt, a fraude et malis artibus fœnerantur, fit, vt non tantum paribus imparia obtingant, sed inferioribus etiam præmia deferantur præstantioribus denegata; eoque pacto frangatur bonorum virorum contentio, impetusque retardetur, dum alios vident præmia virtutis habere, alios mereri. Huic malo varia omni sæculo remedia conquisita sunt. Quidam posteritatis iudicium exspectandum putaverunt: Sed illud, vt omnia ex voto eueniant, a præclarorum operum inventoribus non auditur. Alij conscientia sui operis contenti, vetant quicquã in vulgus dare, iubentque sibi quemque canere & Musis suis. At hoc non est publico aut posteritati prodesse velle. Nero quod a iure & æquitate extorquere non potuit, extorsit a tyrannide; fuitque omnino capitale ipsum vel carmine, vel cythara, vel oratione superasse. Hoc vero est bona ingenia suffocare. Non licet omnibus Neronis personam agere, nec vero si liceat, libet. Illud plerisque visum est probatissimum: si qui rerum potiuntur, vel ipsi, quod longe est optimum, vel per suos συμφοιτήτας talia opera inspiciant, et inepta quidem perpetuis tenebris adiudicent, probatis vero locũ eum designent quem merentur, asserantque ea non ab invidia, (qui enim id pote, quum hæc laudatissima quęque opera vt quercum hædera complectatur?) sed a contemtu, & morsu imperitorum, vera humaniorũ disciplinarum lolligine. Neque inutilem hanc rationem adserendę cuiq; Viro optimo

timo famæ ſuę eſſe teſtis fuerit locuples C. Plinius, qui non aliam ob cauſſam ſuos Hiſtoriæ Naturalis libros, in quorum tertio, quarto, quinto, & ſexto Geographica tractat, Veſpaſiano, optimo tunc Principi, inſcripſit; quā vt contra Vitilitigatores (Catonis enim verbo vtitur) homines verę laudis expertes ſe muniret, gratiamq; ſibi apud æquos & benignos arbitros pararet. Multa enim pretioſa videntur, quia ſunt templis dicata. Eadem me quoque cauſſa impulit, Illuſtres Domini, vt hoc quod videtis opus auſpicatiſſimo nomini veſtro inſcriberē. ATLAS eſt Geographicus, continens accuratas totius orbis regionum delineationes, cū adiunctis Pinacum explicationibus: opus non vnius anni, imo nec vitæ. Inſtituit illud primus Gerhardus Mercator homo Belga, omnium quotquot hactenus vixerunt in hoc genere Roſcius. Sed is labori ſuo immortuus eſt vt Apelles veneri. Ego, qui vel natura ad hæc ſtudia factus ſum, vel ſponte iudicioq; certo ea arripui, opus imperfectum magno ære redemptum meum feci, ſucceſſique Atlanti illi (ſi non viribus, at ſaltem voluntate) alter Hercules. Supplevi igitur quę deerant totamque Hiſpaniam cum vniverſa Aſia Africa atque America et partibus aliquot Galliæ & Germaniæ ipſius operi adieci. Quantum operę ſit atque ingenij vnam aliquam Tabulam deſignare, quantę artis vnam cęlare, quantę facundię vnam verbis deſcribere, norunt qui tentaverunt: nos damus poſt Mercatorem non vnā, ſed plus minus quinquaginta. Recte olim Domitius Piſo, theſauros iudicavit eruditorum virorum opera eſſe oportere non libros: idem vt de iſto opere iudicium eſſet mortalium, laboravi: ea quidem contentione, vt non rarò cum valetudinis detrimento deſudarim. Chriſto ſit gratia, quod vivo valentique mihi contigerit finē laborum meorum conſpicere, liceatq; poſt tot labores tandem aliquādo reſpirare. Hoc autem opus in Aeternitatis templo conſecraturus, volui Illuſtri nomini veſtro inſcribere; non quod aliqua per illud ad Vos famæ fieri poſſit acceſſio, ſed tum propter ſe, tum propter me. Vos nimirum in excelſo rerum humanarum locati ij eſtis, qui ſupra reliquos noſtri ſeculi Principes ac Magiſtratus terras omnes & maria per cives veſtros aut aduenas luſtratis, vix vt vllus in orbe tam abſtruſus angulus ſit, qui veſtram notitiam fugiat. Non ita alij quibus neque ob locorum oportunitatem, neque ob ſtudia civium ea commoditas divinitū concеſſa eſt. Cui ergo melius hæc mea potuerim deferre quam Vobis? De me iam ante dixi; ſperare me a vobis præſidium adverſus iudicia eorum qui non niſi per alienæ famæ ruinas gradum ſibi faciunt ad gloriam. Accipite ergo Illuſtriſſimi Viri Domini & Patroni honorandi Atlantem iſtum Geographicū, meque veſtri nominis cultorem ſtudioſiſſimum aura proſequimini benevolentiæ veſtræ. Ita vos *Deus* veros Reip. noſtræ Atlantes ornet, iuuet, protegat, per Chriſtum Dominum noſtrum. Dat. Amſtel. XIII Calendarum Aprilis. Anno 1606.

Illuſtriſſ. Amplitud. Veſtræ
devotiſſimus cliens

Iudocus Hondius.

Iodocus Hondius Lectori S.

ENtandem promissus Atlas (humaniss. Lector) prodit integer: opus felicissime quidem a Doctiss. V. G. Mercatore inchoatum, a nobis autem nunc, Deo iuvante, ad finem perductum. Nos enim omnem adhibuimus diligentiam, ut reliqua omnia quæ ad fastigiũ huic operi imponendum desiderabantur, quam accuratissime adiungerentur. Flagitabat enim operis huius dignitas, vt non solum Europam integram (cui deerat Hispania) daremus: sed etiam reliquas Orbis partes, Africam scilicet, Asiam & Americam ad Europam adiungeremus. Difficillimum sane nobis fuit in tanta Tabularum Hispaniæ penuria quidquam boni & certi in vulgus edere. Quis enim vel modice delineavit & descripsit Hispaniam? Quid de Africa, Asia & America vastissimis regionibus dicemus? Has adierunt scio patrum nostraque memoria plurimi viri docti & solertes, Matheseos etiam non imperiti, ex quorum scriptis notatisque Chartulis multa habemus ab antiquis vel plane ignorata, vel saltem parum cognita & lustrata. Sed quid hæc ad accuratius illas delineandas ac describendas? Quid ad exactam Europæ descriptionem a Mercatore nostro editam? Hæc enim nobis propinqua; hæc respectu aliarum partium exigua: hæc vbique nobis patet: hæc denique sæpius nobis lustrata, descripta & emendata est. Illæ situ procul a nobis remotæ, spatio immensæ, & alicubi penitus nobis clausæ sunt. Tanta præterea nonnumquam observationum differentia, etiam in ijs quæ sæpius lustrata sunt, vt solo nomine dumtaxat conveniant. Quamobrem licet Gerardus Mercator vir doctissimus etiamnum superstes esset, neque sibi neque alijs simili modo hic satisfacere posset. Nos certe pro virili in hisce partibus describendis, probatissimos quosque auctores sequuti, nostrum laborem Geographiæ candidatis non ingratum fore speramus. Potuisset Mercator hæc felicius, fateor. Quis enim huius accuratas descriptiones, diligentiam, curam & iudicium imitabitur? Quã nitide, quam eleganter, quam accurate, quam ad amussim, quanto iudicio quidvis fecit? laudatur non immerito Speculum Orbis a Gerardo de Iudæis editum: laudatur viri diligentissimi Abrahami Ortelij Theatrum: laudantur & aliorum non contemnenda opera. Sed si cum Mercatoris opere conferas, longe huic postponenda quivis vel mediocriter doctus judicabit. In illorum enim Tabulis desunt plerumque longitudinis latitudinisque gradus: imo & ubi habentur, sine mensura certa & ordine additi. Omitto & alia in quibus Autorum negligentia, vel directoris inscitia peccatum. De tabularum descriptionib⁹ non loquor, in quib⁹ V. Cl. D. D. P. Merula & P. Bertius (quorum scripta magno nobis usui fuerunt) excellunt: sed de ipsis Tabulis æneis, deque Fabrica Mundi a Mercatore edita. Quid multa? Vino vendibili, ut est in proverbio, suspensa hædera nihil opus est. Addidit noster author singulis, quas ipse in publicum edidit Tabulis, descriptiones Politici Status ordinem continentes, quas in illius laudem & memoriam prout ipse habuit, integras servavimus. Iis vero gravi ratione ducti descriptiones alias, alia methodo, satis ut nobis quidem videtur artificiosa, (judicium penes Lectorẽ sit) adiunximus. Eæ autem Affini meo Petro Montano Viro (absit verbo invidia) cum docto & pio, tũ in labore indefesso, debentur. Hic eas ex plurimorum tum veterum tum recentiorũ probatissimorum auctorum scriptis (servatis sæpius auctorum verbis aut modice interpolatis) juxta methodum eruditissimorum virorum judicio concinnatam, bona fide collegit. Habes ergo jam (humanissime Lector) opus Geographicum magnis sumptibus & laboribus elaboratum: habes totius Mundi imaginem. Habes non solum ea quæ Mercator noster toto vitæ curriculo in hoc opere præstare potuit: verumetiam quidquid post ipsum Europeorum navigationibus detectum est: Habes denique Indices locupletissimos quibus sine mora singula invenias. Vale Lector, fave & fruere nostris laboribus. Amstelodami XIII Calendas Aprilis An. a Christo nato cIↃ IↃ cVI.

GERARDO MERCATORI
ET
IVDOCO HONDIO,

Cosmographis.

Quis novus Alcides cælum, terrasque, polumque
Atlante fesso sustinet?
Hondius est. Tabulas nobis quas maximus Atlas
Mercator orbis liquerat
Perficiens. Cælo dignus qui vivat uterque
Et hic & ille perpetim.

Petrus Bertius.

In Gerardi Mercatoris Flandri
ATLANTEM,
labore Petri Montani, diligentia & sumptu Iudoci Hondij
recenter editum.

Οὐρανὸν ἀστερόεντα γέρων κυκλόμενος Ἄτλας,
Καὶ μεγάλους κόσμου κίονας ἐρεμνὸς,
Δεινὰ πεδὼν ὤμοισι σιδηρείοισιν ἄειρε,
Εἰς δ' ἔτιον πολλὰς πάσκεν Ὀλυμπιάδας,
Πολλὰ Διὸς κεραυνῶν πελυόμενος νιφάδεσσι,
Πολλὰ δ' ὕπερθε καμὼν λαίλαπι μαινομένῃ,
Ὅσα δ' ἐνὶ νεφέεσσι πατὴρ πρόσκηκε βέλεμνα,
Κυδόων βροντῇ, κυδόων στεροπῇ.
Ἄυπνος οἱ ἰς πεπέδητο, πόνῳ δ' ὑπὸ γοῦνα λέλυντο,
Ὕδατι καὶ πολλῷ γήρᾳ πιεόμενος.
Πλειάδες δ' ὀλόλυξαν ἐὸν πατέρ' ἐισορόωσαι,
Κουψάμεναι πυκνῶν ὄμμαθ' ὑπὸ νεφέων.
Οὐκέτι δ' ἄχθος ἄωρτο πελώριον, οὐκέτι δ' αἰθὴς,
Ὡς πάρος, ἀρχαίοις κίοσιν ἐμβέβαει.
Γήραος δ' ὑπόδυ πέλιν οὐρανὸν ἀστερόεντα
Ἡμεδαπὸς, τοκέων παῖς ὁσὸ Φλανδρία κοῦν.
Πρῶτα δ' ἰὼν ζείδωρον ὑπεστηρίξατο γαῖαν,
Πάντα δὲ μέτρησεν νάματα καὶ πεμβὰς.
Μοντάνος δ' οἱ ἐπῆλθε καὶ Ὀνδιάδαο μενοινὴ,
Οὗτος Χαλκογράφων κῦδος, ὁ δ' ἰδμοσύνης.
Χαίρετε κόσμου τέκνα, νέος πέλιν αὖθι γέροντος
Φλανδριακῶν Ἄτλας ἦλθον ὁσὸ πόλεων.

PLeiadum genitor, cui vasti pondera cæli
Et grave commisit Gracia mater onus,
Diu Heierat, magnosque humeris libraverat axes,
Qua medium mundi linea findit opus:
Tot nivibus, sævo, toties percussus ab imbri,
Et toties pennis Core vel Eure tuis.
Tot gravibus telis, quot Iupiter æthere torquet,
Seu tonitru ludit, fulmine sive suo.
Dum senio tandem, dum multis debilis annis
Et nimio victus membra labore fuit.
Pleiades mæstum quoties gemuêre parentem,
Et sua texerunt nubibus ora suis!
Nil erat. ibat onus, pronoque ardebat Olympo
Cedere cardinibus ætheris aula suis.
Gerardus subijt cæli flammantia tecta,
Ille meus, civis Flandria nostra tuus.
Ac primum validam suspendit pondere terram,
Et radio cunctas cedere iussit aquas.
Montani pariter, pariterque ars subuenit Hondî,
Hic scalpro, calamo promptior ille suo.
Gaude maxima terra: novus tibi Flandricus Atlas,
Quod senior nequijt ferre subivit onus.

Daniel Heinsius Flander Græcarum Literarum professor.

FRustra suspenso figat sublimia cælo
Frustra sidentis lumina prona solo:
Atque vices varias studio speculetur inani
Quas cælum motu, terra quiete facit:
Quem non deligat rerum admiratio: qui non
Agnoscat causas ordinis atque decus.
Priscos fama fidem fecit non vana parentes
Terræ nascentis atque Poli memores
Sparsisse in seros post prima piacula natos
Dulcia tam pulchræ semina notitiæ,
Sed fugitiva: manu duo in vestigia ducant
In metas pulvis sectus & in numeros.
Queis sine prima sepulta foret doctrina parentum,
Artificisque manus, atque labor operum:
Auxilijs quibus & cælo & succedere terræ
Magnæ fidenter instituere animæ.
Telluris q̃ modum radio finire marisque
Atque umbras certis legibus ire vagas.
Ipsaque metari vastæ intermundia molis
Ipsa Iovis Stygij regna Iovisque Patris.
Commensum astrorum, numerum promittere arenæ
Et stabilem centri sede movere globum.
Denique tantorum generosa propago Virorum.
MONTANVS ausu & HONDIVS eximio
Antiquum sæclis nostris ostendere mundum
Seu libet in plano visere sive globo
Præsentemque suis ostendere civibus orbem
Sive libet grandem visere sive brevem.
Stulte spes humiles patrio concludat agello
Cuius sit terræ machina manetpio.
Ordineque in patrium curas extendat olympum
Cui nil quod terræ quærat in orbe super.

Iacobus Gruterus.

Τγωτος τοῦ Βροχθωνοῦ πτερὰ στιχον
εἰς Ἄτλαντα Γηράος, & Ὀνδίου.

Εἴρηκα τὸν Ἄτλαντ' ὤμοις τὸν οὐρανὸν αἴρειν,
ὡς ἔφερεν πυκναῖς αἰπὺ τέχνασμα φρενῶν
Οὐκ ἤθλων Γήραος, ἰδ' Ὀνδιος ὁ κλυτοτέχνης
ἄκελος. Ἄρα τρεῖς ἐστὶν Ἄτλαντας ἰδεῖν.

INDEX TABVLARVM
HVIVS OPERIS SIVE DESCRITIONVM
EARVNDEM.

A

Brenethea 36.
Abissinorũ Regio 319.
Achaia 305
Abruzzo 289.
Aegyptus 315.
Africa 37.311
Ainia 63
Algarbia 110.
Agusia 63.
Albion 47.
Albania 305.
Alsatia inferior 229.
Alsatia superior 231.
America 345.41.
America Meridionalis 351.
Anconitana Marchia 285.
Andaluzia 115.
Anglia 65.
Anglesey 69.
Argovv 168.
Anjou 146.
Aquitania 137.
Arelatense Regnum 137.
Artesia 192.
Arragonia 119.
Asia 322.39.
Asia Minor 327.

B

Barbaria 315.
Basilicata 291.
Basiliensis Provincia 162.
Bavaria Ducatus 243
Beause 135.
Belgium 173.
Berceria 75.
Berry 135.
Berry Ducatus 148.
Betfordia 75.
Biscaia 111.
Bohemia 241.
Boina 63.
Borussia 95.
Bosnia 299.
Boulonge Comit. 145.
Brabantia 184.
Brandenburg 249.
Brasilia 351
Bremensis Episc. 215.
Brenocke 71.
Brescia Comit. 277.
Brisgoia 231.
Britannicæ insulæ 47.
Britannia 135.
Brunsvvick 235.
Buckingamia 75.
Buchania 63.
Burgundia Ducat. 156
Burgundia Comit. 158

C

Calabria 291.
Campania 141
Campagna di Roma 287.
Canariæ insul. 307.
Candia 309.
Cantabrigia 75.
Cantiera 62.
Cantium 75.
Cardegan 71.
Carmardin 71.
Carnarvan 69.
Carniola 281.
Caricta 61.
Castilia 113.
Catalonia 119.
Cathanesia 94.
Cerigo 329.
Cestria 69.
Chios 329.
Chili Reg. 351.
China 335.
Cilia
Cleve 184.222.
Coila 61.
Coloniensis Diœcesis. 219.
Conatia 53.
Congi Reg. 319.
Corfu In 309.
Cornubia 71.
Corsica 293.
Corsyra 309.
Creta 309.
Croatia 299.
Cuba insul. 349.
Cumberlandia 67.
Cyprus 329.
Cythera 329.

D

Dania Reg. 85.
Dalmatia. 299.
Denbigh 69.
Derbia 73.
Devonia 71.
Dorcestria 71.
Dunelmensis Episc. 67.

E

Eboracum 73
Emdensis Com. 212.
Epyrus insul. 305.
Essexia Comit. 75.
Eubæa 229.
Europa 35.36

F

Fez 317.
Fifa 63.
Fionia 85-91.
Flandria Comi. 181.
Flint 69.
Francia 141-143.
Franconia 241.
Fretum Magell. 355.
Frisia occidentalis 210.
Friflandia 43.
Friuli 281.

G

Gallia 129.
Gallovidia 61.
Garnesey 77.
Geldria Ducat 190.
Genuensium Ducat. 273.
Germania infer 174.
Germania sup. 204.
Glamorgan 71.
Glocestria 71.
Glottia 62.
Glottiana 61.
Gorea 63.
Græcia 303.
Groenlandia 43.
Guinea 321.
Guinensis Comit. 145.
Gulic Duc. 184.
Guipiscoa 111.

H

Hannonia 194.
Hartfordia 75.
Hassia 237.
Hebrides insul 48.
Herefordia 71.
Helvetia 160.
Hibernia 49.
Hispania 103.
Hispania nova 345.
Hispaniola 349.
Hollandia Comit. 186-188
Holsatia 89.
Hungaria 261.

I

Iamaica 349.
Iaponia 341.
Iarsey 77.
India orientalis 337.
Islandia 45.
Istria 281.
Italia 263.
Iuliacensis Duc. 223.
Iutia 87.
I. Anni boni 321.
I. Galato 339.
I. S. Ioannis 349.
I. Margarita 349.
I. Principis 321.
I. S. Lhomæ 321.

K

Karstia 281.

L

Lagenia 55.
Lancastria 69.
Lavenburg 233.
Latium 287.
Lecestria 73.
Legio 111.
Lemannus Lac. 166.
Lemnos 329.
Leodiensis Diœcesis. 220.
Levinia 62.
Lincolnia 73.
Lithuania 97.
Livonia 93.
Lorna 62.
Lotharingia 152.154.
Lothiana 61.
Lõbardia 269 271 273 275.
Lunenburgh 233.
Lusatia 247.
Lutzenburg 196.

M

Macedonia 305.
Mannia 69.
Mantua Duc. 275.
Marocci R 317.
Marcha Tarvisina 271.
Marcia 61.
Marrea 63.
Media 45.
Mediolanum Duc. 277.
Mekelenburg 233.
Merionith 69.
Middelsexia 75.
Milo. I. 309.
Misnia 247.
Mitylene I. 329.
Moluccę I. 339
Mona I. 77.
Monumetha 71.
Momonia 57.
Montgomery 69.
Mõtis ferrati Marchiõ 273.
Moravia 64.253.
Morea 307.
Moscovia 95.
Murcensis Comit. 222.

N

Namurcẽsis C. 194.
Natolia 327.
Navernia 64.
Naxus 309.
Neapolitanũ Reg. 289.291
Negroponte 329.
Nitia 61.
Norfolcia 73.
Northamptonia 75.
Normandia 135.
Northumbria 67.
Notingamia 73.
Norvvegia 79.
Nova zembla 43.

O

Oldenburgensis 212.

Orbis terræ 33
Orcades insul. 48.64.
Overissel Dom. 190.
Oxonium 75.

P

Palatinatus Rheni 225.
Palatinat' super. 245.
Parmensis Duc. 275.
Patavia ditio 279.
Pedemontium 279.
Peloponnesus 307.
Penbrock 71.
Pennon de velez I. 317.
Persicum Reg. 331.
Peruvia 351.
Picardia 191.
Poictou 150.
Polonia R. 259.
Polus Arcticus 43.
Portugallia 109.
Provincia 139.
Puglia Piana 291.

R

Radnor 71.
Rhodus 329.
Renfroian 62.
Romandiola 375.
Rossia 64.
Russia 95.
Rutlandia 73.

S

SAlopia 69.
Salzburgensis Archie. 257.
Samogitia 97.
Santorini 300.
Sardinia 293.
Saxonia superior 247.
Scandia 85.
Scarpanto 309.
Sclavonia 299.
Scotia 59.61 63.
Sicilia 295.
Silesia 259.
Slesvvicensis Duc. 89
Somersetus 71.
Sophorum imper. 331.
Southamptonia 75.
Southsexia 75.
Spoletmus Duc. 285.
Staffordia 78.
Sterlinensis ager 62.
Stiria 297.
Suffolcia 75.
Suntgavia 231.
Surria 75.
Sutherlandia 64.
Svvetia 79.

T

TArtaria 333.
Taurica Chersones. 101
Taichia 62.
Terra Australis 353.
Terra di Barri 291.
Terra di Lavaro 289.
Terra di Otranto 291.
Terra Sancta 325.
Teviotia 61.
Thuscia 283.
Tirolensis Comit. 271.
Transsilvania 99.
Trevirensis Pro. 196.
Turingia 239.
Tuneranum Reg. 315.
Turcicum imper. 323.

V

Valentia 117.
Valesia 269.
Vecta 77.
Verona Princ. 279.
Vicentiæ ditio 279.
Virginia 347.
Volhinia 97.
Vltonia 51.

VV

WAldec Com. 224.
Warvvicum 75.
VVestmerlandia 69.
Westphalia: 214-216-218.
VVight I. 75.
VVigornia 71.
VVislispurgergovv 164.
VViltonia 71.
VVindorum Marchia 281.
VVirtenberg 227.

Z

ZAzynthus 309.
Zeelādia Com. 188.
Zeilan 343.
Zelandia 85.
Zurichgovv 162.
Zutphania Comit. 190.

Finis.

VITA

CELEBERRIMI CLARISSIMIq; VIRI

Gerardi Mercatoris Rupelmundani,

à Domino Gualtero Ghymmio, Patritio Teutoburgensi, ac eiusdem oppidi antiquissimi Prætore dignissimo, conscripta.

Gerardus Mercator Illustrissimi Principis Iuliæ, Cliuiæ, Montis, &c. Cosmographus longè exercitatissim⁹, editus est in lucē anno millesimo quingētesimo duodecimo, quinta Martij, sub aurorā, hora sexta, à parentib⁹ Iuliacensib⁹ videlicet Huberto Mercatore, & Emerētiana eiusdē vxore, Rupelmūdę In finib⁹ Comitatus Flandrię, apud illius patruū Gisbertū Mercatorē eiusdē oppidi pastorē vigilantissimū cōmorantibus. Cumq; pueritiā egressus esset, primaq; rudimēta latinæ linguę in patria vtcunq; didicisset, mis⁹ fuit à prędicto suo patruo Buscoducū, vt ibidē in domo fratrū Grāmaticę studiū absolueret & initia dialecticę addisceret, deditq; hisce literis operā sub Georgio Macropedio, sūptibus & impensis superioris pastoris, annis (ni fallor) trib⁹ cū dimidio. Hinc ablegatus est ab eodē ad celeberrimā academiā Louaniensē, ibiq; in collegio Porci in conuictu constitutus, artibus humani oribus tantisper operam accommodauit, donec Magisterij gradum adeptus esset: post promotionem annos aliquot, cum singulari quadam animi delectatione, in studijs philosophicis sese exercuit priuatim. cæterum cum hoc studij genus, ad alendam familiam, impar illi in posterū videretur, sumptusque grauiores in prosequendo exigeret, priusquā huiusmodi fastigium consequi posset, vt inde amplum lucellum sibi, suisq; polliceri potuisset: deserto igitur studio philosophico, animum ad Mathesin adiecit. Hisce disciplinis tam diligentem laborem impendit, vt intra paucissimos annos illius rudimenta, apud quosdam studiosos priuatim profiteretur, instrumentaq; mathematica, videlicet, Sphæras, Astrolabia, annulos astronomicos, & eiusdem generis alia, ex ære paulatim fabricaret & conficeret. Anno ætatis suæ vigesimo quarto, à natiuitate vero nostri redemptoris Christi, supra millesimum quingentesimum, trigesimo sexto, initio septembris, Vxorem ibidem duxit, Ciuem Louaniensem, nomine Barbaram Schelleken, quæ illi succedentibus annis sex proles, videlicet tres filios totidemque filias peperit. Mercatore autem animaduertente quod tam fœlicem progressum in artibus Mathematicis faceret, vt ingenij sui vires magis excoleret, cæpit ad sculpendas tabulas animum applicare, vtq; ea in re exercitatior fieret, initium huius laboris sumpsit, & exorsus est Louanij à descriptione terræ sanctæ, quam deinde multorum cum admiratione anno Domini trigesimo septimo absoluit, & in publicum prodire curauit. Has suas (tabularum geographicarum) primitias Ornatissimo viro Francisco Craniueldio, Inuictissimi Imp. Caroli Quinti Consiliario, inscripsit. Præceptorem in superioribus disciplinis neminem (vt mihi sæpius retulit) habuit, sed solummodo priuata instructione, celeberrimi quondam Doctoris Gemmæ Frisij (qui tum temporis, inter eximios Mathemathicarum disciplinarum cultores, in vniuersa inferiori Germania facile habebatur) vsus, magna animi alacritate) Mercatoribus quibusdam vrgentibus) Flandrię descriptionem meditatus & aggressus est, breuiq; temporis interuallo ibidem expediuit. Absoluta Flandria libellum de literarum latinarum (quas Italicas cursoriasq; vocant) scribendarum ratione, anno 1541 Antvverpiæ euulgauit. Cumq; tirocinium suarum artium passim à doctis viris commendari intelligeret, mox alterum opus, videlicet globi terrestris sculpturam, suscepit atque inchoauit, vniusque aut alterius anni curriculo, videlicet anno quadragesimo primo prædicto, hanc operam fœlicibus auibus absoluit, & amplissimo grauissimoq; viro Domino Nicolao Perenotto Domino à Granuella prædicti Cæs. Caroli Quinti, secreti consilii Consiliario longè dignissimo dedicauit. Interea temporis ex huius clarissimi viri commēdatione peruenit in notitiam prænuncupati Imperatoris, fœlicissimæ recordationis Caroli Quinti, illiusq; Maiestati, quam plurima instrumenta mathematica artificiosissimè fabricauit parauitque, quæ in bello Saxonico, non procul ab Engelstadio in Ducatu Bauariæ, in horreo quodā (vt illi Imperator post reditum ex Germania Bruxellis retulerat) igne ab hostibus clam succenso, liquefacta & consumpta fuerant, quapropter iussit sibi per Mercatorem confici noua. Interiecto decennij interuallo, alterum globum, quo cœli planetarum ac cœlestium signorum constitutionem complexus est, in publicum emisit, & Reuerendissimo ac Illustrissimo Domino Georgio ab Austria, Episcopo Leodiensi &c. anno quinquagesimo primo Louanij inscripsit. Eodem quoq; tempore conscripsit libellum de vsu globi ad Carolum Quintum Imp. item de vsu annuli astronomici tractatulum. Anno sequenti videlicet quinquagesimo secundo Louanio ex Ducatu Brabantiæ, huc Duysburgū in Cliuia, cum superiore charissima vxore, & suauissimis liberis commigrauit, habitatumque venit. Cumq; sedem hic apud nos in nostra vicinia fixisset, paulo post iussu eiusdem Imperatoris, duos exiguos globulos, vnum ex purissimo Crystallo conflari: alterum ex ligno confici curauit: in illo planetarum sydera, cum præcipuis signis cœlestibus, adamante incisa, auroq; illuminata, & inducta erant: hic orbis terrarum descriptionem (quantūm orbiculi angustia ferebat, quæ globi magnitudinem, quo pueri in circulo ludunt non excedebat) exactissimam continebat, quos ipsemet cum

* alijs

alijs quibusdam mathematicis instrumentis, Imperatori prænominato Bruxellis obtulit. Priusquã autem Louanio discederet, auspicatus erat Europæ descriptionem, tabulasq; tres vel quatuor ibidem perfecerat, cæteras (allatis secum æneis tabulis) cum hic habitatum veniret, biennij spacio scilicet quinquagesimo quarto anno, mense Octobri absoluit & euulgauit, atq; Atrebatensium præsuli reuerendissimo domino, Domino Antonio Perenotto Imp. Maiestatis Consiliario primario, Nicolai (cuius superius mentionem honorificam fecimus) filio, opus dedicauit, huius heroici animi magnificentiam, & insignem liberalitatem in honorario, quod illius amplitudo, pro inscriptione prædictarum tabularum illi contulit, re ipsa expertus est. Eandem hanc Europam hic Duysburgi emendauit anno 1572. Mense Martio. Quod opus tantis laudibus à doctissimis quibusq; viris passim effertur, vt vix simile in Geographia, in lucem vnquã prodijsse videatur. Rebus suis hoc modo cõstitutis, oblata est illi ex Anglia, à singulari quodam amico, Britannicarum insularum descriptio, magna diligentia, summaq; fide congesta, rogans vt tabulis æneis incideretur, quod amico suo denegare non potuit, & tam absoluto, doctorumq; hominum conspectu, digno operi, manum subducere iniquum putauit; hanc igitur prouinciam suscipiens, anno sexagesimo quarto prælo commisit. Eisdem fere temporibus Ducatum Lotharingiæ, Duce illius veniam à nostro Principe illi impetrante, oppidatim ac per singulos pagos accuratissimè per stationes dimensum, post reditum calamo exactè descripsit, suæq; celsitudini Nancei obtulit, quæ profectio cum tanto vitæ discrimine coniuncta fuit, adeoq; vires illius debilitauit, vt parum abfuerit quin ex terrore grauissimum morbum sibi conciliasset & in animi perturbationem incidisset. Quadriennio interposito, videlicet sexagesimo octauo suam Chronologiam (cuius infra latiorem mentionem faciemus) in publicum prodire (typographo cum amicis vrgentibus) passus est. Breuissimo temporis curriculo intercedente, nouum opus, scilicet vniuersi orbis exactissimam descriptionem, in amplissima forma intuentium doctorum hominum, ac peregrinantium, & nauigantium oculis, conspectuiq; exhibuit, atq; proposuit, (inuentione noua & conuenientissima sphęram in plano extendendo, quæ sic quadraturæ circuli respondet vt nihil deesse videatur, prętęrquam quod demonstratione careat, vt ex illius ore aliquoties audiui,) nulliusq; alterius in tam vasto opere, vsus est subsidio vel ope, sed propria manu, quicquid in tabula conspicitur sculpsit, lymbo solummodo excepto: Deoque illius labores, ac conatus fortunãte anno sexagesimo nono, mense Augusto, augustissimo operi, finem hic Duysburgi imposuit, ac Illustrissimo Principi Guilielmo Duci Cliuiæ &c. Clementissimo Domino suo inscribere æquissimum esse putauit iudicauitq;. Absolutis prædictis tabulis, animum ad instaurandas & à mendis repurgãdas, Claudij Ptolemæi (qui sub Antonino Pio Imperatore floruit) olim æditas tabulas, adiecit, veteremq; Geographiam ad mentem autoris tanta diligentia restituit, ac emendauit, vt hoc nomine eximiam commendationem optimo iure, à liberalium artium, ac mathematicarum disciplinarũ cultoribus promeruerit: Huic labori operiq; colophonem addidit atq; imposuit, anno septuagesimo octauo, mense februario, dedicauitq; Illustrissimo ac Clementissimo Principi nostro pijssimæ memoriæ, bonorũ studiorũ mecenati præstãtissimo. Ad hæc tametsi longè ante Abrahamum Ortelium, ideas quasdam mente concepisset, de edendis alijs tabulis generalibus ac particularibus totiusq; mundi situm, in minorem formam redigere animum induxisset, & quodammodo exemplaria aliquot in bono numero, calamo depinxisset ac pro debita proportione, locorum distantias dimensus esset, ita vt nihil amplius restaret, quam vt æneis tabulis incideretur: quãdoquidem tamen prædictus Ortelius singulari amicitia ac familiaritate illi iunctus esset, distulit igitur de industria, eatenus & tantisper inchoatum laborem, donec exemplaria sui orbis Theatri in copiosissimo numero, cum magno facultatum ac fortunarum suarum incremento, vendidisset, priusquam suas predictas minores tabulas in lucem emitteret. Ne autem diutius multorum doctorum virorum expectationem vana spe fraudaret, res suas ita composuit, ac instituit, vt anno octuagesimo quinto vniuersę Gallię & Germaniæ tabulas, mense Augusto hic Duysburgi imprimi curauerit, & Generosissimo ac Serenissimo Principi Iohanni VVilhelmo, præsenti Duci nostro clementissimo inscripserit, & dedicauerit. Hisce peractis Italiæ generalem ac particulares tabulas æri insculpere aggressus est, prosperoq; successu, anno nonagesimo mense Aprili, easdem absoluit, & Potentissimo ac Serenissimo Ferdinando Medici Duci Etruriæ dedicauit. Paulo post, ex ordine Septentrionalium prouinciarum descriptionem exorsus erat, & non contemnendum progressum in ijsdem fecerat; cæterum fata illi huius operis absolutionem ac euulgationis commodum inuiderunt: illius hæredes vero (vt Lector in sequenti opusculo vides) intuentium oculis easdem exhibent. Chronologiam quoq; prædictum plurimum auxit antiquitatibus & demonstrationibus; item libellum de arte geographia conscripsit quæ illius hæredes propediem se in lucem emissuros sperãt. Quod si illi Deus vitam longiorem atq; valetudinem concessisset, decreuerat partes Occidentales videlicet Hispaniam cum Portugallia in minores tabularum formas quoq; redigere, præloq; committere: Aliaq; quam plurima se in Geographia præstiturum esse, animo quidem conceperat, cæterum euentus, vt dixi, votis defuit, successumq; fœliciorem denegauit. Quæ hactenus dicta sunt in illius insignis, atq; eximij viri laudem, ac commendationem, hæc in Geographicis ac Mathematicis disciplinis præstitit. Perueniamus nunc ad illius vtilem operam, quam theologiæ studiosis nauauit. Priusquam præsentis (in inferiori Germania) belli, turbulentissima tempora, exorta essent, conscripserat Harmoniam Euangelicam quã ita comparauit, vt quilibet lector contextum vniuscuiusq; Euãgelistæ legere cõmodè queat, pro illa serie atq; ordine quo quisq; Euangeliũ conscripsit: sin verò aliquem delectaret ex quatuor euangelistis continuam historiam Euangelicam cognoscere, illi liberũ esset, vna eademq; lectione votis suis satisfacere, cuius editionem à Theologis magni nominis

auidè

auidè desiderari atq; commendari meis audiui auribus, pauloq; ante nundinas autumnales anni 1592 prædictum opus in lucem prodire curauit, amplissimo ac grauissimo viro Domino Henrico à VVeze Cliuiæ Cancellario dignissimo. Conscripsit præterea cõmentaria in epistolam ad Romanos, in quibus luculenter admodum ac solidè controuersias quasdam nostri sæculi, de Præscientia ac Prædestinatione Dei, de libero itẽ arbitrio, magna ingenij dexteritate diluere, & pro virili componere conatur. Item in Ezechielis aliquot capita, in Apocalypsim & alia plura: quod si cõtingat (quod paulatim futurum spero) vt in publicum prodeant, non est dubium quin illius boni viri, impensa opera, pius q; conatus, quam plurimis doctis viris optimè probabitur.

Quam bene quoq;, Mercator de Historiarum candidatis ac studiosis meritus sit, illius Chronologia quam anno sexagesimo typis commisit, abundè satis testatum facit, quam clarissimo longeque celeberrimo viro domino Henrico Oliuerio, Cliuiæ Cancellario honorifico inscripsit. Quod opus passim per Italiam atque Germaniam doctissimis quibusq; viris, adeo vsque placuit, tantæq; admirationi fuit, vt Onuphrius Panuinus Veronensis Italus, antiquitatum indagator & excultor præclarissimus, & eximius (vt de aliorum vndequaque doctissimorum virorum, magnificis de superiori scripto testimonijs taceam) Mercatorem nostrum omnibus alijs exercitatissimis Mathematicis, & antiquitatum cultoribus multis nominibus præferre non sit veritus. Cuius testimonium, vt lectori magis compertum sit, non abs re facturum me putaui, si prædicti auctoris ipsissima verba, quæ ex epistola quadam (quam Onuphrius ad amicum suum Iohannem Metellum, virum summæ eruditionis, maximiq; iudicij conscripsit) extraximus, hic referamus, quæ sic habent.

Sed hoc ego palam de Mercatore libereq; profiteor, ex omnibus quos hactenus in hoc studiorum genere mihi videre licuit, vniuersos autem qui extant legi, neminem existere cui ego iure sane Mercatorem tuum, siue res spectes & ordinem, siue iudicium & industriam intuearis: siue motuum cœlestium (quantum ad hoc attinet) animaduersionem consideres, longè non præferam. Quapropter à te per amicitiæ nostræ sacra peto, vt eum tu mihi propter communia temporum saltem studia familiarem, dum eum conuenies vel ad eum scribes, vltro reddas.

Quis adhæc immensum illius laborem quẽ à multis annis (oblata inter legẽdum rerum opportunitate) in extrahendis, annotandis, atq; in ordinem redigendis genealogijs, Illustrissimorum heroũ ac celeberrimarum familiarum (quæ à condito mundo passim floruerunt, atque pro præsenti rerum statu per Europam vigent) consumpsit ac impendit, satis dignis laudibus, atque nominibus celebrare ac commendare poterit? Quas proculdubio oblata oportunitate prælo commissurus fuisset, quod si diuturnior ætas diuinitus illi concessa esset. Quodque postremo decreuerit ac proposuerit, & quodammodo delineauerit plura opuscula posteritati (monumenti loco) post obitum relinquere, illius epistola dedicatoria, quam tabulis Galliæ & Germaniæ præfixit apertè indicat, cuius hic est tenor: exigebat operis distributio & ordo, vt primum de mundi fabrica & distributione partium in vniuersum: deinde cœlestium corporum ordine & motu: tertio de eorundem natura, radiatione & operantium confluxu, ad veriorem Astrologiam inquirendam: Quarto de Elementis: Quinto de regnorum, & totius terræ descriptione: Sexto de Principum à condito mundo genealogijs, ad emigrationes gentium, & primas terrarum habitationes, rerumque inuentarum tempora, & antiquitates indagandas tractarem. Hic enim rerum naturalis est ordo, qui causas & origines earundem facile commonstrat & ad veram scientiam sapientiamque optimus dux est &c. hactenus ille. Huic operi titulum imposuit: Atlas siue cosmographicæ speculationis libri quinque. In primo descripsit opificium ac fabricã mundi, quem etiam durante paralysi sinistri brachij, pro fallendo tempore absoluit: eundemque partum præ cæteris tota vita (ipso teste) parturiuit. In secundo Astronomica prosequi inceperat, sed non finiuit: in tertio Astrologica explicaturus erat. In quarto de creatione elementorum, de motu solis & lunæ, item de situ & ordine planetarum, tractatum meditabatur. Quintum Geographiæ totius terrarum orbis destinauerat, si illi vitæ spatium concessum fuisset. Sed in hoc postremo opere longè alio ordine, quam vnquã hactenus ab aliquo attentatũ aut factitatum est, orbem in tres æquales continentes diuidere decreuerat, quarum vnam Asiam, Aphricam & Europam constituisset: alteram Indiam Occidentalem, cũ omnibus regnis & prouincijs illi contiguis: tertiam vero etsi adhuc latentem, & incognitam esse non ignorauerit, solidis tamẽ rationibus atque argumentis demonstrare ac euincere se posse affirmabat, illam in sua proportione geometrica, magnitudine & pondere ac grauitate, ex duabus reliquis nulli cedere aut inferiorem vel minorem esse posse, alioquin mundi constitutionem in suo centro non posse consistere, hæc Australis continens à scriptoribus appellatur. Hactenus de illius in lucem emissis atq; emittendis elucubrationibus disseruimus, explicauimusque: restat nunc vt pauca quædam, de illius placidis moribus honestissimoque vitæ genere, in eximij viri laudem ac commendationem dicamus. Fuit homo sedatissimi ingenij, singulari animi candore, ac sinceritate præditus, pacis ac tranquillitatis publicæ & priuatæ amantissimus, adeo vsq; vt à quadraginta duobus annis, quibus hic Duysburgi cum sua familia habitauit, cum nemine ex ciuibus verbum commutauerit, aut cuiquam controuersiam moueri, vel ab alijs in ius vocatus fuerit. Magistratui detulit honorem & obseruantiam quam debuit: cum vicinis vbicumque habitaret, semper illi optime conuenit, nemini aduersus fuit, aliorum studijs (quatenus decuit) obsecutus est, nullique sese prętulit. Vxorem habuit castissimis moribus ornatam, morigeram, curæ domesticæ bene instructam suæq; vitæ generi conuenientem, quæ anno 86. Augusti 24 ex hac vita migrauit: proles obsequẽtissimas, bonaq; indole præditas; filios suos à tene-

Tis annis Iohanni Othoni, deinde genero suo Molano in liberalibus artibus instituendos commisit. Natuque maiorem nomine Arnoldum (qui anno trigesimo septimo vltima Augusti, huius vitę pelagus Louanij ingressus erat) simulatque humanioribus literis vtcunque imbutus esset, statim in Mathematicis disciplinis illum instituit atque exercuit. In eisdemque intra paucos annos adeo vsque profecit, vt in fabricandis exactè, ornateque instrumentis mathematicis, quæ summis Germaniæ aliquibus magnatibus apparauit, vix parem habuerit: In Geographia & Chorographia autem, si quis alius, exercitatissimus fuit, Archiepiscopatus enim Treuirensis & Cattimœlibocensis comitatus dimensiones diuerso tempore (petentibus id Reuerendissimis & Illustrissimis Principibus Electore & Guilielmo Land:grauio, illiusque operam insigni honorario remunerantibus) aggressus breui absoluit, accuratissimeq; non sine laude calamo exarauit ac descripsit: Vrbis quoq; Coloniensis situm chorographicum per pedes dimensum tabulisq; æneis pulcherrimè incisum, adiunctis quæ in illis etiamnum à Romanorum temporibus antiquitates conspiciuntur in lucem edidit: Postremo Hassiæ regionem amplissimam ex voluntate prædicti Landtgrauij anno octuagesimo sexto dimetiri cum exorsus esset morte præuetus eam vti instituerat absoluere ne quiuit, quapropter filius eius natu maximus Iohannes postea prouinciam hanc suscipiens, tandē exactissimè describēdo absoluit, qui & cum fratre suo Gerardo plerasque Ptolemei, huiusque noui Geographici operis tabulas Aui sui æri insculpserunt: Prædictus Arnoldus in vxorem duxerat Dusseldorpij doctissimi viri Iohannis Monhemij Rectoris ibidem scholæ publicæ longé dignissimi filiam Elizabetam, quæ illi fęcunda decem partubus tredecim proles videlicet nouem filios cum quatuor filiabus peperit, filiorum duo Gerardus iam dictus cum fratre suo Michaele in Geographiæ studio præclara ingeniorum suorum specimina ædiderunt, dum trium vastissimarum orbis terræ partium videlicet Africæ, Asiæ & Americæ descriptionem, in tam angustam formam redegerunt vt vniuscuiusque earum situm ac pro Geometrica proportione magnitudinem, in spatio vnius folij chartæ complexi sint, hominumque conspectui proposuerint. Deus Optimus Maximus illorum labores, laudabilesque conatus prosperet beneque fortunet. Vir fuit pro ætate acutissimi ingenij, bonique in Mathemathicis artibus iudicij, quæ mirum in modum auxit quotidiana rerum experientia. Quod si superis annuentib⁹ ad maturam ætatem peruenisset, euasurus erat in insignem architectum publicarum structurarum. Præterquam enim quod quicquid librorum in hisce artibus alibi extaret sibi comparauerat diligenterque euolue rat, habuit quoque accuratam admodum (in ciuitatibus & munitissimis quibusque principum arcibus delineandis, quas illi inspicere licuit, quibus & Theatrum vrbium, suppresso tamen nomine non parum auxit) publicorum operum, videlicet propugnaculorum, fossarum, mœnium, vallorumque rationem, ita vt facile in hac arte suam operam cum laude viris principibus, vel rerum publicarum gubernatoribus offerre atque elocare illi licuisset; cæterum proh dolor in flore ætatis immatura morte pleuritide ex hac vita, anno octuagesimo septimo sexta Iulij, sublatus est: Prædicta illius vxor quadriennio interposito, videlicet anno nonagesimo primo decima septima Augusti marium sequuta, naturæ debitum exoluit. Secundus ex filijs Bartholomeus dictus Heidelbergæ in Palatinatu in collegio sapientiæ, studijs philosophicis, linguarum græcæ & hebraicæ cognitioni operam ibidem dedit. Hic anno 63 conscripsit libellum de Sphæra Domino Henrico Barsio dedicatum, cumque adolescens optimæ spei viginti octo annorum esset morbo correptus, obijt anno sexagesimo octauo. Natu minimus Rumoldus nuncupatus hæredibus Birckmanni aliquot annis cohabitauit, primo Londini, deinde Antvverpiæ & in distrahendis libris sese exercuit: Interea temporis Geographiæ quoque studium coluit, ita vt domum reuersus, Patri suo quem iam multis & grauib⁹ studijs occupatum ostendi, in delineandis tabulis Geographicis adiumento fuerit. Patris sui vniuersalis orbis terræ Europæ descriptiones in compendium redegit, ac totius Germaniæ dilineationem in magna forma, patriæ studiosis ædidit, & Illustrissimo Guilielmo Hassiæ Landgrauio &c. dedicauit: Sperandum est ex hac pharetra plures huiusmodi sagittas euolaturas. Filias suas intra priuatos parietes in omni pietate ac timore domini educauit ac instituit, natuque maximam nomine Emerentianam Iohanni Molano cuius superius memini, cum hic Rectorem ageret, elocauit. In ordine filiarum proximam nomine Dorotheam, primo mercatori Antvverpiensi Alardo Six, cui duas filiolas protulit, post illius obitum ciui VVesaliensi Tilmanno de Neufuille in vxorem dedit: Postremam Catharinam Theodoro Verhaer Ludimagistro, matrimonio iungi procurauit. Ab illo tempore quo noster Gerardus Mercator hic habitatum venit, pro mutua familiaritate atque vicinitate frequenter illum conueni, nunquam vero otio, vel tantillum temporis indulgentem repperi, sed vel historiographum aliquem, aut alium grauem autorem (quorum instructissimam bibliothecam domi habebat) euoluentem aut scribētem, vel sculpentem, aut arduis meditationibus indulgentem, occupatum & intentum ostendi. cibi potusq;, tametsi semper esset parcissimus, culinam tamen habuit luculentam, rebusque necessarijs ad honestè viuendum bene instructam, valetudinis suæ conseruandæ gratia, curam gessit accuratissimam: sin vero in morbum aliquem inciderat, statim Doctoris Solinandri, illius integerrimi amici opera vsus est. In pauperes tenuiorisque fortunæ homines, beneficus semper fuit, hospitalitatisque cultor acconseruator extitit, quo ad viueret. Quotiescunque à senatu ad publica solemnia conuiuia, vel ab amicis ad priuata euocaretur, aut ipse alios inuitaret, hilarem & facetum sese exhibuit, præbuitque, & aliorum moribus se accommodauit, quantum corpusculi constitutio ac pietatis ratio ferebat. In familiari conuersatione, & colloquio facilem & iucundum se præstitit, & si

quandoque

quandoq; in viros doctos incideret, nihil illi accidere potuit gratius, quam amicè ac familiariter, de communibus philosophicis, physicis vel mathematicis studijs: de conseruanda bona valetudine, tuendaque sanitate: componendis in religione controuersijs: de clarissimorum virorum rebus gestis, regionum situ ac cœli constitutione, item de peregrinarum gentium moribus, legibus & statutis conferre. Cum Domino Iohanne Evvichio, Ambrosio Mauro, Iohanne Othone alijsq; doctis viris hic commorantibus amicitiam conseruauit arctissimam. Iohannem Molanum doctissimum virum, & insignem poëtam, adeovsque in amore eximium habuit, vt illi filiam natu maximam in vxorem daret. Coloniæ cum multis quoque doctis viris illi notitia atque familiaritas intercessit, inter quos Doctor Albada Frisius, Iohannes Metellus, ac Petrus Ximenius, non postremum locũ occuparunt. Sed quid de exiguo ciuilium amicorum numero, quorum quotidiana familiaritate hic mecum fruebatur, verba facio, cum apud viros principes, & potissimum Illustrissimum ac Generosissimum defunctum nostrum (fœlicissimæ recordationis) Principem: Comitem Hermannum Nuenarium aliosque Comites, Barones ac viros nobiles, in tali reputatione atque existimatione extiterit, vt cum illo familiaritatem coluerint atque conseruauerint. In illius Celsitudinis amplissimo Consiliariorum ordine ac Medicorum celeberrima corona quoque, vix quisquam (ab anno quinquagesimo secundo quo intra ambitum huius ciuitatis se continuit sedemque fixit) fuit, qui nostrum Mercatorem non ex animo amauerit, magnique vt æquum est semper fecerit. Neque solummodo in hisce vicinis regionibus Anglia, Dania, Gallia, inferiori et superiori Germania, Italia &c. tot tamque illustribus & præclaris amicis munitus fuit, sed vbique terrarum, celeberrimi viri in copioso numero reperti sunt, qui scriptis ad illum familiaribus literis, cum illo amicitiam contrahere, mutuam amicitiam colere, tueri ac conseruare conati fuerunt; Illiusque celeberrima fama adeo vsque creuit, diuulgata et passim sparsa est, vt etiam ad remotissimos Indos peruenerit, ac cum Doctissimo viro Philippo Sasseto in Goa, Orientalis Indiæ ciuitate notissima commorante, mutuis literis concertauerit: huiusmodi ac similium epistolarum non exiguus fasciculus apud illius hæredes, in promptu reperitur. In disputationibus fuit acutissimi ingenij & exercitatissimus: in laboribus suæ professionis indefatigabilis: in rebus prosperis & secundis, moderatum, in aduersis patientissimum sese præstitit exhibuitque. Corpore fuit sic satis bene constituto, bonaque valetudine plerumque vsus est, præterquam quod in senili ætate aliquando podagra laboraret. Cum priore vxore in statu coniugij quinquaginta annis, & tribus septimanis vixit: Mensibus aliquot, post huius obitum, duxit in vxorem viduam Ambrosij Moer Cõsulis huius ciuitatis dum viueret. Anno nonagesimo quinta Maij paralysi sinistri lateris correptus est, cui morbo D. Solinander celeberrimus longeque exercitatissimus illustrissimi nostri Principis Medicus pro virili mederi, & consulere conatus quidem fuit, cæterum ingrauescentis ætatis incommoda, successum fœliciorem impediuerunt. Cumque illi linguæ vsus integrè restitutus esset, vidi illum lachrymantem, pectusque suum ter quaterque pugnotundentem, atque dicentem: percute, vre, seca seruum tuum domine, & si non satis acriter percussisti, percute fortius, acriusque pro beneplacito tuo, vt in futura vita mihi parcas &c. Tametsi vero eatenus paulatim pristinæ valetudini (adhibitis ex præscripto superioris medici, diuersis remediorum generibus) restitutus sit, vt more solito placide nocturno tempore quiesceret, bonoque cum appetitu, cibum facilioris digestionis sumeret, vinique aut cereuisiæ mediocri haustu vires reficeret, sinistri nihilominus tamen cruris ac brachij potentiam (quamuis quotidianis inunctionibus illius nurus summa cum diligentia prædicta membra, ad vnius ferè horæ spatium mane ac vesperi, præstantissimis vnguentis vbi opus erat affricaret) recuperare non potuit. Quapropter sibi de cella prospexit, qua a familia, ex cubiculo vbi decumbebat, ad hypocaustum, aut culinam pro illius placito portaretur. Præsente autem constitutione non obstante vel prohibente, studiorum suorum cursum, in suo antiquo vigore pro virium suarum exiguo modulo obseruauit, paululumque temporis sibi elabi passus est, quin aut lectioni grauissimorum authorũ intẽtus esset, aut aliquid conscriberet, aut saltem in meditationibus rerum maximi momenti illius animus occupatus esset, nihilque magis indignè tulit, quam quod durante morbo tantam pretiosissimi temporis iacturam fecisset. Sæpissimeque non sine ingenti animi dolore conquestus est, quod imbecillitate corporis impeditus, opuscula aliquot, quæ mente (vt superius memini) conceperat, ac præ manibus quodammodo habebat, absoluturus non esset, quod, proh dolor, ita euenit, vt illi animus sæpenumero dictauerat. Quamobrem iustissima doloris causa omnibus studiosis, præsertim autem Mathematicarum disciplinarum candidatis offertur, cur illius celeberrimi viri inopinatum obitum, pro humana fragilitate ægerrimè ferant. Elapso triennij curriculo, in maximum capitis defluxum incidit, qui fauces cum illius gutture ita obstruxit vt linguæ vsum aliquandiu amitteret, maximaque cum difficultate si quid esculenti, aut poculenti illi offerretur, deglutire posset, quæ verò ægritudo sese paulatim nonnihil remisit. Ingruente autem læthalis morbi necessitate, pridie illius diei quo ex hac vita emigraret, coram Concionatore & vicinis, de ingenti dolore omnium membrorum conquestus, Omnipotentis Dei misericordiam cum summa animi fiducia, iterato aliquoties sermone implorauit, eodemque quo moreretur die, eundem vt pro se publicæ preces finita concione celebrarentur, obnixe postulauit, quæ postrema illius vox fuit quæ a circumstantibus intelligi potuit, placidissimèque paulo post vndecimam ante meridiem, postridie calendarum Decembris, cum vixisset annos octoginta duos, hebdomadas triginta septem, horas sex, & vidisset pronepotes, in domino obdormiuit. Dominus Deus illi largietur lætissimam resurrectionem in die iudicij.

EPITAPHIVM

in obitum

GERARDI MERCATORIS

Auo suo, piè ac placidè vita defuncto.

A Missum luxi qui nuper vtrumque parentem,
Heu miser ad tumulos cogor abire nouos.
Sic, Aue, te venerande pium qui dogma dediisti
Sæpius, hinc nobis te rapit atra dies?
Sic doctrina grauis, pietas sic prisca peribit,
Hæcq; sepulchralis conteget vrna simul?
Absit vt hæc perijsse queant quæ morte tenaci
Consumptos vitæ perpetis esse iubent.
Has liceat cineri lachrymas tamen addere Auito,
Nam pressus nimium, eor ferit ille dolor.
Thesbitæ vt quondam vatis successor, in altum
Quadrigis rapti dona recepit heri.
O vtinam doctæ mihi sic quoque portio mentis
Cedat, & eximiæ pars quot acunque manus.

IOANNES MERCATOR
Ex primo genito nepos, hisce mœrens parentabat.

EPISTOLAE DVAE

Duorum doctissimorum virorum

Doctoris Reinhardi Solenandri Illustriss. Ducis Iuliæ, Cliuiæ, Montis, &c. Medici videlicet, & D. Iacobi Sinstedij D.V.I. in laudem Atlantis conscriptæ.

SP. Doctissime Mercator amicorum integerrime, remitto tibi meditationem tuam in sex dierum opera conscriptam, mihi mirum in modum gratã & acceptam. Nam sola illa in naturalium rerum cognitionem deducimur. Quando tua apodictica argumenta clarè & ad viuũ demonstrant, Cœli, Aeris, Aquarum & Terræ, prima & originalia principia: de quibus inter Ethnicos Philosophos magna fuit dissentio. Tuis itaque rationibus probè perspectis & intellectis, nõ amplius vanissima Aristotelis monstrosa priuatione seducemur. Memini cum illud vanum fallaxque figmentum à Petro Ramo Parisijs impugnaretur, vnde hæreseos accusabatur: vt pote qui Aristotelica fundamenta hactenus in omnibus scholis approbata niteretur cõuellere. Magnam itaque tibi habituri sunt, omnes studiosi gratiam, quod tandem verissimam principiorum & causarum cognitionem, diuinitus imbutus in hisce extremis Mundi fecibus, nobis communicaueris. Transscriptum ex tuo exemplar misi Greuenbrochium ad Amicum meum integerrimum, Dominum Iacobum Sinstedium, Iuris D. hominem doctrina, pietate & probitate insigni. Is legit & cum hoc epistolio ad me remisit, ex quo vt intelligas ipsius mentẽ & iudicium, ipsius αὐτόγραφον ad te mitto. Ille obnixè precatur (quia putat me apud te aliquid valere) vt te admoneam & adhorter, quo hoc scriptum prima quaque occasione omnibus bonis & doctis communices. Ego vero non hoc solum, sed magnopere flagito, vt cæteros libros quoquomodo possis, expedias, forte tergiversando valetudinem atq; ætatem proferes (vt ego ætatem & negotia plerumq; prætendo) verum mihi videtur, vt grauis ætas, non solum te non excusare debeat, sed magis ut matures hos labores, stimulum addere. Vtinam si mihi liceret à meo decrepito & male sano Principe (cui solus in hoc difficili seruitio seruio) abesse, non solum valetudinis tuæ causa aliquoties ad te excurrissem, sed ea potissimum ratione te conuenirem, te vt monerẽ expeditumq; redderem, quo auspicata hæc, & bene incepta absolueres: tum etiam de iucundis his studijs, iucundè & amicè tecum vt conferrem. Cũ in tuæ huius meditationis lectione me oblecto, & veluti Cygneam cantionem tuã animo excipio, venit mihi in mentẽ quod cum Galenus noster, vsum humani corporis partium doctè explicaret, votum quasi animo cõceptum calamo omnipotenti Deo voueret. Memini enim quando sub finem 3. li. de vsu partiũ explicitè fatetur, illos suos commentarios se ceu hymnos quosdam conscribere, in quo veram magis pietatem consistere existimaret, quam si taurorum ἑκατόμβας ei plurimas sacrificaret, & casias aliaq; sexcenta vnguenta suffumigaret: præferebat his omnibus se ista prius scire, exponere deinde alijs quæ nam sit ipsius Dei sapientia, quę prouidentia, quę potentia, quæ bonitas, quorum ignoratio Ethnicus ille summam impietatem iudicabat, non si à sacrificio abstineret: qua sententia haud longe mihi

à sacro

à sacrosanctorum vatum sententijs videtur disiunctus. Mirifice delinitus sum ex Mose recognoscẽdo vera physices elementa & principia, quæ tu in hoc tuo scripto euidentissimis demonstrationib⁹ proponis, re veritatis cupidus lector tuis argumentis non sine ratione acquiescere possit. Mirum quam variæ & diuersæ opiniones de mundi materia apud Ethnicos scriptores passim legãtur, vt videre est apud Galenum in historia philosophica: apud Laërtium in vitis Philosophorum: Plutarchum in libris quatuor de placitis Philosophorum (qui mihi physicorum dogmatum epitome videntur) apud Platonem etiam; tum ex Christianis apud Epiphanium in confutatione octuaginta hæresium, qui explicatè res adnotarunt. vt de multis alijs nihil addam. Quæ omnia concidunt quando tu post Ideæ diuinæ descriptionem progrederis, ad primæ illius massę secretionem, qua Lectorem in Dei Creatoris & primæ materiæ cum suis innatis formis & qualitatibus diuina eaque incredibili potentia primitus & ex nihilo creatæ, adducis. Quæ 15. capite tuæ huius meditationis de ligno vitæ consignasti (in quo mei honorificam facis mentionem, mihiq; plus amice tribuis quam in me agnosco) ea legi & relegi aliquoties diligenter, quando enim illa planè Philosophica & Medica sunt, mirum quantum iltis afficiar. Inter cætera ostendis & bruta animantia suæ naturæ ex herbis subsidium quærere, quod Hirundinis, Cati, Bufonis, Canis exemplis demonstras, licebit plurib⁹ ostendere, quandoquidem ipsa natura docta plurimarum herbarum vires cognitas mortalibus indicarunt. Etenim Ceruos credimus Dictamum herbam, quod eius pastu telum eiecissent sagittarum vulneribus mederi ostendisse: Sic Ceruas Seseli herbam demonstrasse arbitramur: Testitudines Cunilam: Mustelas Rutam: Ciconias Origanum: Accipitres Hieracium: Columbas Verbenacã, vt non minus hæ postremæ ab ipsis animalibus, quam Chelidonium ab Hirundine, nomina adepta sint. In Aegyptiorum hieroglyphicis Pica pingitur lauri folium ore tenens, quo designant hominem sibi ipsi medentem. Etenim Pica ægrotans, natura docta, dicitur lauri folia in nidum congerere, quo illis morbos arceat. Vt antiquitas Apollini, quem Medicinę inuentorem, dicente etiam Nasone, constituunt, haud immerito Laurum sacram fecerint dicarintq;. Parietaria, quæ à Perdicibus Perdicium quoq; dicitur, quando Perdices in ijs locis, vbi illa copiosè prouenit, vt plurimum se voluant atque oblectent: Feniculum nobilitasse credimus Serpentes: nam gustatu atq; esu ipsius senectam exuere, oculorumque aciem succo eius reficere scimus, vnde ipsius vsus nobis patefactus: Tu eodem in capite addis, tales plantarum species in quaque regione à Deo creari, quales hominibus, & animalibus ibidem natis, maximè conueniant. Quod viuus testis multis documentis monstrare possem. Imo tam confidenter hoc nixus comperimento, sæpenumero probaui, ex plantarum nascentium frequẽtia, me fere animaduertere posse, quibus morbis popularibus nimirũ ἐνδημίοις quælibet regio subiecta est. Obseruamus hoc ipsum apud Danos, Phrysios, Hollandos, quibus Scorbutus dictus morbus frequens, istius quasi proprium medicamẽtũ Cochlearia scilicet copiosè prouenire. Ita vbi in paludosis locis Tamariscus natale solum agnoscit, plerumque Lienis ibidẽ vitijs expositi sint incolæ, quod ex lurido colore, qui intumescente cute illis efflorescit, hypochondrijsq; inflatis videre licet. Eodem modo obseruamus, quibus in pagis circa sepes in areis frequens Absynthium luxuriat (in ijsdem habitatores naturaliũ viscerum obstructionibus, ventriculi infirmitate suffusione bilis plurimũ affectos, vt facile nisi predictæ herbæ vsu, viscerum meatus reserantur, extersaq; bile eadem roborentur firmenturq;, in Icterum primum, paulo post in aquam intercutem exorbitent. Longius progrederer, si istorum catalogum contexere velim. Quæ eodem in capite de insitione proponis, exquisita consideratione digna sunt. Nam quod obseruasti cortices stemmatum, surculorum verticibus primum & potissimum vniri, id quotidiano vsu atq; experientia comprobatur: Hinc est quod de stemmate inserendo quantum relinquatur parum soliciti simus dummodo cortex purgatus scissusq; cortici ita aptetur, vt fibris sese contingat. Insitionis diuersi modi sunt, quæ fit scisso trunco, in ea non minus obseruari debet ista corticum adæquatio, quam quæ fit, Infoliatione, quando nimirum inter truncum & corticem surculus inseritur, imo in Infoliatione (quam alij Emplastrationem vocant) id ipsum obseruandum est: Atq; hic diligenter notandũ etiamsi Columella statuat, omnem surculum omni arbori inseri posse. Ego tamen communi sentẽtiæ hoc tribuo, quod aptissima insitio perficiatur, vbi istarum arborum cortices inter se ita vniantur, vt inter surculum inserendum & truncum cui inseri debet, ista cognatio sit, vt cortices inserendi surculi & cortici stemmatis admissarij eiusdem qualitatis, quod superficiem attinet, præferat. Sed de modo & qualitate insitionis, vbi ad te venero, quod breui fiet: tum de animalibus medicis (sic enim voco animalia quæ herbarũ vires natura monstrante docuerunt) conferemus exactius de ijs enim sæpe & multum cogito, quod facile intelliges, ex eo commẽtario quem de Climacterismo conscripsi. Nam vt ex herbarum folijs, floribus, earum scilicet tum etiam seminis figura ex trunco & stipite, ex succi qualitate & id genus alijs haud difficile cõiectari, sed docto licebit, quibus morbis, quarumq; partiũ affectibus herba quælibet conueniat. Quapropter hac vice latius non progredior, in nostrum conuentum ea dilaturus. Interea tu, vt valetudinem tuam cures, te hortor, quod eo quo præscripsi modo: haud magno negotio facies, & me vicissim ama. Raptim Dusseldorpij ex aulicis negotijs, Calendis Iulij. Anno. 1594. stilo veteri.

Hanc egregiam & opere dignã augmentationẽ hinc mutuatur suo loco disseruimus. capite 13.

Tuus Reinhardus Solenander Medicus.

Prudentissime humanissimeq; Solenander, Legi Doctissimi viri Gerardi Mercatoris librũ de Fabrica mundi non minus verè quam doctè scriptum. Et dici non potest quanto pere me isti' scripti lectio affecerit. Video hactenus tam Ethnicos quã Christianos vera Physices Elemẽta & principia ignorasse, nihil certè iucundius, quam euidentissimis rationibus ac demõstrationib', auidum Lectorem & veritatis cupidum, in Dei Creatoris, & primæ materiæ, cum suis innatis formis & qualitatibus, Diuina potentia primitus & ex nihilo creatæ, penitiorem cognitionem adduci. Pulchrè igitur post Ideæ diuinæ descriptionem progreditur ad primæ illius masiæ & materiæ secretionem demonstrandam. Nam ostendit flatu & vehemẽtiore vento aqueam & limosam illam materiam secretam fuisse, ita vt grauia ad centrum in vacuo constitutum vltro declinarent: Nimirum terram etiam dum fluxilem, punctum siue centrum sphærica figura, per æquilibrium circumdedisse, & ventorum flatibus in siccitatem & duritiem paulatim fuisse redactam. Deniq; ex illa commotione aqueæ materiæ, subtiliores humores in aërem conuerti & formari cœperunt; & deinceps ex aëre ætherea regio cum cœlestibus sphæris & stellis adornari cœpit, ita vt aquas illas supra cœlestes & Empyrium cœlum constituentes, lucidissimas faciat & angelos ex ijs creatos esse statuat. Hæc omnia sunt Dei verbo & rationi minime dissentanea. Licet Aristoteles octauo φυσικῆς ἀκροάσεως mundum contendat æternum esse, quem Picus, Comes Mirandulanus, & Paulus à Schala, & Palingenius in Zodiaco pro viribus tuentur. Sed præstat Dei verbo adhærere, quam incertis opinionibus fluctuare. Non posset sane quicquam iucundius suauiusq; dici, quam cœlos, angelos & stellas, aërẽ, aquas & terram, & quicquid in ijs continetur, ad solius hominis vsum esse creata vt ei inseruiant. Quum istorum omnium origo ex vna eademq; massa desumpta fuerit, ex qua & homo, sequitur cœlorum, Angelorum & omnium rerum creatarum magnam cognationem, affectionem & amorem inter se, & erga hominem esse. Ego certè dicam liberè quid mihi inter legendum acciderit, magno desiderio & ardore inflammari cœpi, erga omnes res à Deo conditas (solis diabolis exceptis) vtpote mihi cognatas & ab optimo Deo in meos vsus creatas: Hinc permoueor ad gratitudinem Deo assiduè præstandam, quæ augetur & perficitur Christi cognitione. Illud certe solertis & sagacis ingenij iudiciũ est, quod ex aquarum à terra separatione & mediæ terræ cauitatibus inclusarum, idq; vndiq; ex æquilibrio, ne centrum ponderis inæqualitate grauetur; inde concludit & probat alteram terræ partem infra nostrum horizontem ex aquis eminentem, nostræ Europæ, Africæ & Asiæ correspondere. Quanta prudentia disserit de characterismis herbarum, in quo loco & tui honorificam mentionem facit. In summa agnosco illum doctissimum esse virum, & omnium Illustrissimorum Principum fauore & amore dignissimum. In vltimis duobus captibus verum Theologum agit de originis peccato disputans; atqui non singulis theologis per omnia satisfaciet. Statuit enim animam ex traduce propagari, & non diuinitus infundi in recens creati pueruli corpus. De quare Augustinus & Hieronymus, prolixissimis & elegantissimis epistolis disseruerunt: sed Augustinus in nostri authoris sententiam magis inclinat. In Hæbreorum quorundam vocabulorum etymis explicandis Eugibinum sequens, non nihil videtur à vero aberrare. Nam terræ nomen Eretz, quod nomen & Germani ab Adamo retinuerunt Erdt, non à Razar, quod conculcare significat, sed à Raza, quod appetere & velle significat, eo quod terra desideret & appetat herbas & fruges, aliasq; res sibi à Deo mandatas proferre. Sed de his plura maiore otio. Amanter rogo vt Doctissimum virum ad æditionem maturandam horteris. Profecto Physica ars manca erit, sine huius auctoris accessione. Vale.

Tui amantissimus

Iacobus Sinstedius. D.

IN ATLANTEM

Gerardi Mercatoris Aui sui.

En tibi lector adest Atlas rediuiuus & ingens
Aspice grandæui signa vetusta senis.
Gentis Maurorum rex seruantissimus aqui,
Atque Mathemathica clarus ab arte fuit.
Seu genus antiquum, seu robur & ardua spectes
Facta viri, similem tempora nulla dabunt.
Ex hoc tot reges geniti virtute potentes,
Crederet vt veros turba prophana deos.
Hic ille, vt perhibent, stellis ardentibus aptum
Axem humero torsit qui geminumq; polum.
Dicitur Alcides onus hoc subijsse, quod Atlas
Artibus ingenuis instituisset eum.
Et quia summorum virtus imitanda virorum est,
Hunc Auus exemplo credidit esse sibi.
Ille feras gentes demuit, moderamine nostet
Affectus æquo rexit & ingenium.
Atlantem fecit præclarum docta Mathesis,
At Mercatoris marte Mathesis adest.
Qui bene Cosmographi perfunctus munere iusti,
Et reliquis tutam præstruit arte viam.
Et simul his methodum præscribit & ordine ponit
Quæ sub mensuram singula quæq. cadunt.
Qui quoq; cunctarum referens primordia rerum,
His adhibet quam dant Biblia sacra fidem.
Ordine seruato commonstrat singula, laus est
Prima Creatoris, deinde creata locat.
Astrorum voluit post hæc ostendere motus,
Et Planetarum quo vaga turba ruat.
Quin etiam voluit stellarum pandere vires,
Quatenus & radijs inferiora dement.
Hinc Elementorum voluit perquirere causas,
Ex quibus hæc mundi machina structa viget.
Adde Geographiæ veteriq; nouæq; tabellas,
Quas vastum voluit claudere scriptor opus.
Sed grauis impedijt morbus, simul ipsa senectus,
Et mors postremum multa negauit ei.
Quod potuit fecit, commendat cætera doctis,
Vt patriæ & famæ consuluisse velint.

Iohannes Mercator scripsit.

PRAEFATIO

IN

Atlantem.

ATLAS rex Mauritaniæ & regio stemmate natus, patrem habuit errenum sive indigenam, iuxta Eusebij ex antiquissimis historicis testimonium, qui fuit Cælus cognominatus, & Matrem Titeam, cognomine Terram, auum paternum simulq; maternum Elium sive Solem regem Phœniciæ, qui cum vxore Beruth in Biblo habitabat ambos insigniter in ASTRONOMIA & naturalibus disciplinis versatos, ita vt eruditionis gratia Solis & Cæli nominibus digni haberentur. Et quidem Atlas, vt citant veteres, Diodorus lib. 4. cap. 5. Astrologus fuit peritissimus, deq; sphæra primus inter homines disputauit. Fratres habuit multos, quos Cælus ex diuersis vxoribus genuit vsq; ad 45. quorum 17. ex Titea prudentissima, & hominibus multum benefica fœmina habuit, quos communi nomine à matre Titanes appellauit; Sorores quoq; habuit, inter quas præcipuæ fuerunt Basilia, quæ fratres omnes suos in gratiam matris educauit, propterea q; magnam aiunt matrem appellatam, & Rhea quam Pandoram dixerunt. Basilia autem cum Cælus obiisset, vt prior annis, prudentiaq; & virtute reliquis præstantior, communi fratrum & populorum consensu, regnum nacta est adhuc virgo, cum nulli antea nupsisset. Postmodum cupiens regni hæredem relinquere, fratri Hyperioni nupsit, ex quo duos peperit liberos, Solem & Lunam, quorum prudentiam admirati Hyperionis fratres, ne ipsius posteris regnum confirmaretur, ipsum obtruncarunt, & Solem adhuc puerum in flumine Eridano suffocarunt. Tum Cæli filij, quorum nobiliores Atlas & Saturnus erant, inter se partiti sunt regna patris, Atlanti loca iuxta Oceanum, & Libyam vsq; & fretum Gaditanum contigerunt, vbi mons Atlas & gentes Atlantes ab eo dictæ sunt in Mauritania. Saturno verò Sicilia ac Libya obuenerunt, qui & postea exosus à suis ob tyrannidem in patrem Cælum commissam, fugit in Italiam, ibi à Iano particeps regni factus. Quia autem Diodorus citat, primum apud Atlantes regnasse Cælum, hominesq; antea per agros dispersos ad cætum condendasq; vrbes ab eo exhortatos esse, certum est, antiquissimos hos reges esse, fuit enim Atlantis filius Atlas, pulso fratre Hespero, rex Iberiæ, quæ post Hispania est dicta, anno post diluuium vniuersale 738., Hespero in Etruriam fugiente, vbi factus est Iani tutor. Auus Atlantis Elius in Phœnicia regnabat anno à diluuio 662. Et testatur Diodorus hos reges insignem prudentiam ex natura rerum & contemplatione nactos, simul & humanitati ac pietati assuefactos esse, vt merito dicat Diodorus, Atlantides tum pietatis, tum erga aduenas humanitatis præ cæteris gentibus laudem tulisse, quando vix 22. aut 23. generatione completa, multæ continentis partes hominibus adhuc vacuæ erant. Habuit Atlas plures filios, sed vnum pietate ac in subditos iustitia humanitateq; insignem, quem Hesperum appellauit, qui cum in Atlantis cacumen ad scrutandos astrorum cursus ascendisset, subito à ventis correptus, nequaquam amplius visus est. Sic Diodorus; sed ego, vt dixi, regem in Iberia fuisse inuenio, adeoq; ventis secundis in eam traiecisse, vbi ita prudenter & pie vixit, vt cum à fratre in Etruriam fugisset, ob insignē sapientiam & prudentiam, in Iani tutorem & regni administratorem sit constitutus, quæ munia frater eius Atlas post Hesperi mortem suscepit. Hunc Atlantē tam insignem eruditione, humanitate ac sapientia virum mihi imitandum proposui, quo ad ingenium & vires suppetunt, Cosmographiam veluti ex alta animi specula contemplaturus, si forte aliquid veritatis in rebus nondum percognitis rimari possim, quod ad sapientiæ studia conferas. Et vt Cosmus omnium rerum numerum, species, ordinem, harmoniam, proportionem, virtutes & effectus continet, ita à creatione incipiens, partes eius omnes, quatenus methodica ratio postulat, iuxta creationis ordinem enumerabo, & physicè contemplabor, quò causæ rerum innotescant, ex quibus scientia constat, ex scientia sapientia, quæ ad bonos omnia fines dirigit, ex sapientia prouidentia quæ finibus facilem viam præstruit: hic erit mihi scopus omnium, deinde suo ordine tractabo cælestia, mox astromantica, quæ ad diuinationes ex astris pertinent, quarto elementaria, dexiq; geographica, sic totum mundum tanquam in speculo proponam, vt ad inueniendas rerum causas, sapientiam & prudentiam assequendam, sint aliqualia rudimenta, & lectorem ad altiores speculationes ducere possint.

STEMMA ATLANTIS

Ex Eusebij præparatione Euangelica lib. 1 cap. 7. quod ille annotauit ex Sachoniatone Phœnice historico, à Philone Biblio ad verbum verso. Et partim ex Diodoro Siculo.

- Elius *siue Sol rex Phœniciæ*
  - Terrenus *vel Indigena, Cælus cognomine, cui ex Titea sorore.*
    - Illus, *qui & Saturnus vxor soror* Rhea.
      - Iuppiter *Olympius.*
    - Iapetus *cui ex Clymene Oceani filia.*
      - Prometheus.
        - Deucalion.
      - Epimetheus.
    - Basilia.
    - Bætilus.
    - Hyperion *vxor soror* Basilia.
      - Sol *puer in Eridano suffocatus.*
      - Luna.
  - Titea filia. alias Terra.
    - Dagon *deus Philisthinorum, Iuppiter Aratrius dictus, Azoti colebatur.*
    - Atlas *cui ex Pleione Oceani filia.*
      - Hesperus.
      - Atlas.
      - Alcyone.
      - Merope.
      - Electra.
      - Celeno.
      - Tayeta.
      - Sterope,
      - Maia *cui ex Ioue.*
        - Mercurius.

DE MVNDI CREATIONE AC FABRICA Liber.

Prolegomenon Fabricæ mundi

Caput primum.

Intentio totius Cosmographiæ.

AXIOMA est omni menti opificium huius mundanæ machinæ aliquomodo inspicienti, Deum ipsius authorem immensæ potentiæ, sapientiæ & bonitatis esse, ac de potentia quidem dubitare est impossibile, ei qui ex nihilo conditum, & non æternam eius materiam crediderit. De sapientia vero & bonitate si cui nondum plenè apparet, necdum considerato ornatu & laudatissima, exquisitissima, sapientissimaque dispositione fabricæ, is nobiscum eam perscrutetur, donec ipsamet operis vndequaque (quatenus ex ipso Dei verbo, & manifesta rerũ experientia licet) perspecti contemplatio persuadeat. Id enim molimur, dum Cosmographiam tradimus, vt ex mirabili omnium rerum in vnum Dei finem concordia, & ex Inperscrutabili in cõpositione prouidentia, infinitã Dei sapientia, & inexhausta eius bonitas conspiciantur, quo ad venerandam eius maiestatem, colendam amplexandamque eius diuitem bonitatem, perpetuo feramur. Affulgeat lux eius intellectui nostro, & mentem ad veram hanc sapientiam dirigat. Itaque immẽsa illa Dei bonitas suam intra se gloriam, præ nimia exuberantis fœcunditatis parturitione, continere non potens, hominem voluit creare, cui suam gloriam communicaret, quem cum sua sapientia corpore amiciendum, qualem videmus & prima eius creatio exhibet, conciperet, mundum hunc quem contemplandum suscepimus, & partes eius ad hominis sic constituti vsum necessarias, in eũ quem videbimus ordinem, naturam & proportionem, iuxta ideam eius ab æterno conceptam, per omnipotentiam suam condidit atque digessit. Primus igitur finis operum Dei, primaque intentio est, communicare gloriam suam, proxima hominis creatio, tertia reliqui mundi dispositio, postremus hic intentionis scopus initium fuit operis, à cuius primo exordio mundi descriptionem auspicari oportet eum, qui vtiliter ipsam ad philosophiam extendere volet.

Solent curiosi homines interrogare, quid fecerit Deus antequam mundum conderet, quomodo & vbi tum erat, cum nullus esset locus ac tempus, cur non multis seculis prius orbem condiderit, cur hominem nõ ita perfecerit vt labi nequiret. Huiusmodi temerarijs parumq; argutis quæstionibus facile respondebit, qui æternæ Triadis cognitionem (quanta ex sacris literis & opificio ipsius acquiri potest) habuerit, ac temporis & loci veras definitiones collegerit. Veruntamen non est digna talium hominum insulsa & irreligiosa proteruia, cui respondeatur; religio enim est de occultis Dei iudicijs & consilijs, quæ ad abditam eius & inscrutabilem sapientiam & maiestatem pertinent inuestigare latius, quam nobis verbo suo dignatus est reuelare, & de ijs quæ extra & ante mundum, quæque supra hominum sunt captum disputare, summa temeritas est & stultitia, cũ enim opiniones tantum, non scientias gignant, non possunt sapientiam adferre, sed citius exoticas doctrinas, quæ veritatem rerum labefactant, inducere. Quamobrem satis sit nobis, à rebus aut sensu, aut certa historia notis, rerum verarum scientiam petere, non opinabilium, quorum non est scientia, sic enim non aberrabimus, si modo iusto ordine progrediamur.

Prolegomenon Fabricæ mundi

Caput secundum.

De Deo omnium principio & effectore secundum Platonicos.

PVlcherrime Platonici ex communione specierum, quæ in rebus perspicitur, & ordine earum ad Vnum ipsum primum omnium principium ascenderunt, hoc est (vt Pauli filum sequamur) exornatissima rerum omnium dispositione & harmonia, prouidentiam aliquam circa res ipsas existere vtcunq; perspicientes, dum eas alicuius opera esse intelligerent, ac proinde ad creationem earundem meditandam atque asserendam pertraherentur, eò peruenerunt. Verum cum ab Vno illo ad opera ipsa descendere vellent, in modo & ordine creationis hallucinati sunt. Primum quod ponant, intellectum siue mentem mundi fabricatorem, extra ipsum Vnum & planè ab hoc distinctum atq; aliud. Deinde quod materiam cùm ipsam simpliciter ab omni forma separent, intelligant nullius Ideæ progeniem esse. Ideæ enim species sunt siue formæ, quæ non nisi

formas generare possunt, ac proinde in creatam quoque ipsam & æternam necessario intelligant. Hic error inde natus est, quod materiam susceptibilem tantum formarum crediderunt, ac nullam cum formis naturæ communionem habere, ideoque in ipsa formarum semina esse, & ex potentia eius per opificem posse duci, ne per somnium quidem semel cogitarunt, vnde & perpetuum aliquod formale principium extra materiã constituere coacti sunt. Idem & extra Vnum, diuersumq; ab illo constituere hac ratione inducti sunt, quod cum Vnum illud & primum omnium principium, nimis ad viuum ab omni entis natura & conditione resecarent ac spoliarent, perperam metuentes ne compositum quid illud faciant, aliud extra Vnum quæ siuerunt rerum principium, ab vno quidem genitum, sed distinctum tamen essentia, & naturæ proprietate, à quo solo tãquam patre primum & immediatè rerum formatrix virtus & exemplar opificij mundani esset ac dependeret, cuius doctrinæ vestigia insequutus Valentinus alia insuper deliramenta addidit, etiam modum commentus quo Vnum, quod Proarchen & Bythum vocat ad generationem Mentis processerit, & per intermedias deinceps generationes aliquot, tandem ad materiæ & rerum omnium creationem deducens, nec non prodigiosam Pythagoræ philosophiam intermiscens, quem sequuti discipuli nihilo sanius docuerunt, vbiq; plus quam Anilibus fabulis veritatem conspurcãtes & obscurantes. Sed cum horum insania sua fatuitate exsibilatur, ad Platonicorum potius theologiam & mundi originem respiciendum est, quæ, quod præ omnium gentilium philosophia diuina sit, & maxime ad veritatem Mosaicæ traditionis accedere videatur, facilius abducere à recta & sacra philosophia potest. Quapropter eius summam breuissimè proponentes, veram rei ex adytis scripturę & naturę narrationem opponemus, hanc rationibus consequenter confirmaturi, illam verò vbi erronea est, reprobaturi, ne sub specie sacratioris theologiæ, per inanem philosophiam ad latentem falsitatem fascinentur oculi intellectus nostri, & à veritate rerum abducamur, simul quoq; vt innotescat omnibus nullam fuisse vnquam tam sanctam apud ethnicos scholam, nullum tam ardẽs studium, nulla adeo præclara ingenia, quæ ipsam veritatem rerum sua industria assequi potuerint, postquã qui religiosissimi omnium fuerunt Platonici, & ipsi longe aberrarunt, & cæteris longissime aberrandi materiam dederunt, ac proinde gratias agamus vni soli Deo, qui & principium, & creator, & animator, & conseruator, & finis opificij mundani est, quod mundi veram fabricam, principium & fontẽ vniuersæ philosophiæ ac veritatis, nobis dignatus sit per Mosen & Prophetas alios reuelare.

Vnum siue Bonum.

Itaque Platonicorum theologiæ hęc summa est, Vnum, Mentem, & Animam, quæ in fabulis nominantur Cœlum, Saturnus, Iupiter, tria in diuinis ponunt principia, ordine se inuicem consequentia. Primum omnium, quod ipsis est Deus primus & summus, Vnum vocant, propter simplicissimã simplicitatem, & Bonum propter exuberãtissimam fœcunditatem ad generationem, & sui communicationem prodiuem. Hoc scribunt nec ens esse, nec essentiam, nec intellectum, nec bonum adiectiuè, nec intelligere ne seipsum quidem, nec viuere, nec moueri, sed super omnia hæc esse, hoc est fontem & principium esse entis & essentiæ, intellectus & intelligentiæ, vitæ ac motus, & omnium quæ præter ipsum primum omnium & supremum principium cogitari possunt. Rursum nihil in se habere, & diuersum esse ab omnibus, in seipso consistere nec misceri sequentibus, adesse tamen omnibus, & omnia ab illo contineri, similiter vbique esse, & tamen nusquam, hoc est nullius loci indigum esse, nec etiam intrinsecus neque extrinsecus, finitum siue determinatum esse, esse autem omnium potestatem, & quidem omnium potentiarum potestatem maximam, non tamen omnia esse, sed super omnia.

Mens.

Hoc Vnum siue Bonum sua exuberantia parturiens, non cogitatione ad hoc annuente, neq; consilio aliquo, neq; voluntate decernente, neque vllo pacto motum, sed manens in habitu proprio, ex ipsa sibi insita perfectione, comitante intrinsecus actu potentiali, siue efficaci potestate, radium creat & effundit eo ferè modo, quo sol idem & immotus manens lumen circumfundit, qui radius quatenus ex illo manente statim hoc existit, ens efficitur, quatenus verò naturaliter ad suum parentem conuertitur & quasi mouetur fit viuens, vnde corroboratus & potestate impletus ac perfectus ex eadem per semet ditescit intelligentia, & fit Mens, & intellectus, tum patrem suum ipsum respiciendo, tum se in se conuersus, intelligens. Quia porro dum sese inspicit potestatis suæ conscius, quantum illa valeat, in qua nimirum vigeat virtus essentiarum omnium genitrix, ipse sibi essentiam suam hactenus indefinitam atque indeterminatam definit, ac veluti explicat, non aciem intendendo, aut cogitatu discurrendo, quasi qui quærat quod nondum habet, aut scire studeat quod ipsum latet, sed vnico vigiliq; perpetuo suæ intelligentiæ actu, actu inquam suæ essentię intimo, potestatem suam semper inspiciendo, & quæ sine adhibita intelligentia latuissent determinatè cognoscendo, sic inquam Ideas siue species omnium rerũ formatrices, quas intelligibiles vocant Deos, intelligendo concipit, ac quodammodo gignit, distinctas quidem formali ratione, sed essentia adhuc easdem, & veluti multa vnum existentes, non inquam vnũ & multa, sed vnum multa, vt vult Parmenides, propter minus numerosam vnitatem in mente, quam quæ est in anima, atque vt intellectus est plenus potestate vna ab Vno accepta, ita pariter plenus Idearum siue formarum omnium, vnum cum illis idemque manet, omnia in hoc entia existens, eaq; vera, quia immutabilia & æterna, quæ protinus vt à se & in se genita sunt, tanquam Saturnus quidam absorbet nec sinit apud Rheam enutriri, hoc est non sinit in materiam & naturam rerum caducarũ labi, sed in se omnia indissolubiliter, & impartibiliter complectitur & seruat, & in vno quodam omnia possidet, omnibus etiam & vbique præsens, non tamen in illis, sed illa, in ipso sunt, vt ab eo dependentia & in eo consistẽtia. Et cum sit Intellectus vnum multa, hoc est vnum quidem existens in se toto, & in essentiæ identitate, siue vnitate impartibile, at secundum partes semper simul & intro manentes, alteritate tantum quadam in se ipso distinctus, non est circa sequentia entia partibilis, sed perpetuo secum manens

veluti

veluti & Vnum in ſecuentia non diſtribuitur. Non enim ſecundum alteritatem illam ſuam interna in multa diſtinctim effunditur, ſed vnum tantum ſecundum rationes ſeminales, iam actu & eſſentialiter ſimul multa exiſtens, procreat, Animam videlicet, de qua mox dicemus. Hunc Intellectum vocant Magnum Deum, & ſecundum Deum, quinetiam non aliquem, ſed omnem Deum, à quo videlicet vt primo & omni ente ſolo, immediatè omnia entia, ac proinde omnes Dei eſſentiam ſuam ſortiantur. Vocant & verbum Dei, & actum productum ipſius Boni, & item imaginem Dei, quod genitoris bonitatem prægnante vbertate & gignendi propenſione pro viribus imiterur, quas vires cum à genitore accipiat, vſque adeo illi cohæret, vt alteritate quadam ſolum videatur ab eo diſcretus. Et Plato Ideam quoque vocat, quod exemplar vnamq; indiuiſam omnium ſpeciem in ſua eſſentia comprehendat. Vocat & cauſam & mundi artificem, quod primum ens factus, omnium deinceps entium parens ſit.

Huius Mentis progenies eſt Anima mundi, tertius Deus, non aliter inde egreſſus, quam illa ex Vno, eſt enim ipſa Mentis verbum, eſt lumen Mente mundi fabricatore effuſum, eſt actus & quidem tota extra productus & vita viuificans inferiora, quemadmodum intellectus hanc viuificat, ipſe ad Vnum conuerſione viuificatus; & quemadmodum Ens ad genitorem ſuum reſpiciens, Intellectus euadit, ita & Anima Mentem intuens, Ratio fit ipſius Intellectus, lumen atque veſtigium, ſemper inde dependens, & inde quidem illi coniuncta, inde verò inferiora comprehendens, vnum & multa ſimul exiſtens ſecundum Parmenidem: Vnum quidem, quia ſub vna communi eſſentia intellectuali rationes omnium formarum ſuſcipit, atque impletur, dum in patrem Intellectum reſpicit: & ſimul quoque multa, quia dum in ſe conuertitur, rationes ſeminales omnium formarum ſingulatim concipit, & ordine enumerat, ac præ nimia fœcunditate parturiendo, intus incaleſcens ipſas animat, ijſque ad generandas in Materia formas, videlicet ad creandum ſenſum in animalibus, naturam vegetatricem in plantis, motũ in cæleſtib' corporib', & quicquid præterea eſt, quod ad ordinem, ſpeciem, naturam, proportionem, & motum rerum pertinet, motus initium preſtat. Itaque ſic in ſua eſſentia conſtituta anima, cum vt Vnum & Intellectus, ipſa quoque vbique ſit & in omnibus adſit, non poteſt non ſingula in hoc mundo viſibili ordinare, diſponere, vegetare, animare, & vnumquodque ad proprium ſuum eſſe & formam, veluti incubando perducere; verum non vt Mens in ſe manet impartibilis, ſed egreditur quodammodo ad ſingula corpora, illiſque alio quolibet loco aliter inſinuatur, videlicet ſecundum cuiuſque Speciei rationem, non quidem in partes à ſe mutuo diuiſas diſtributa. Tota enim & ſecundum ſubſtantiam eſſentiamque pariter omnem indiuiſa, vbique & in ſingula ſimul eſt, ſed per ſeminales & ſpecificas rationes, quæ multæ & variæ ſunt, alibi aliter ſuas vires exercendo operatur, & ſui ſimulachra, videlicet ſpecies in rebus facit. Quare tametſi in ſua eſſẽtia, vna & ſimul multa ſit, & per huiuſmodi ſeminalium & ſpecificarum rationum diuerſum influxum fiat diuiſibilis, non tamen propria ad diuiſionem neceſſitate hoc fit, vt quæ tota ſecum perpetuo manet, ſed quia corpora diuiſibilitate propria indiuiſibiliter eam accipere nequeunt, vt partitio hæc corporum non Animæ paſſio ſit, ac neceſſitas. Anima.

Hęc tria in diuinis principia, hoc quo narraui modo Platonici deſcribunt, ac primum quidem eorum non concedunt, aut actum eſſe alicuius (vt neque debet) aut aliquam actionem habere, eſſe tamen potentiale, id eſt actus proferendi poteſtatem, retenta Vnius ſimplicitate concedunt. Intellectum autem actum eſſe ab vno emanantem. Animam quoque actum ipſius intellectus, & vtrumlibet horum differentem ab illo à quo effluxit. Maius item ac melius eſſe quod gignit illo quod à ſe gignitur, ideoque Intellectum minorem ac deteriorem Vno eſſe, meliorem autem ac Maiorem Anima, & ſimiliter Animam ſpeciebus à ſe productis. Hæc fere ſententia eſt vniuerſæ Platonicorum theologiæ, cui hanc ſequentem veriorem opponimus.

Prolegomenon Fabricæ mundi

Caput tertium.

Vera de Deo eiusq; Trinitate, ex ſcripturæ adytis confeſſio.

VNum nobis Deum, ſub tribus hypoſtaſibus diſtinctis, at non à ſe mutuo diuiſis & ſeparatis, proponit verbũ Dei, quarum quælibet ſuas habet proprietates, quib' à reliquis diſtinguitur. Sunt autem Pater, Logos ſiue Filius, & Spiritus ſanctus, ideo vnũ exiſtentes, non quia vnius ſunt eſſentiæ, vt homo homini, ſed quia vna numero ſunt eſſentia, quippe cum à ſe mutuo ſint inſeparabiles, totaque eſſentia Patris latens, velut æterna generatione in Logon eradiet, ita vt Logos ſit lucidus character & expreſſa Patris eſſẽtia, eadẽq; eſſentia à Patre per Logon in vniuerſũ mundum ſplendeat, qui ſplendor Spiritus ſanctus exiſtit, vna eſt omnium triũ deitas, omnipotẽtia, virtus, ſapientia, bonitas, voluntas, nec tria vllo modo dici poſſunt, quum vna numero ſit omnium vis & poteſtas, & actio, vt Logos ipſe nos docet Iohan. 17. ſic Patrem alloquens: Mea omnia tua ſunt, & tua mea. Item Pater in me manens ipſe facit opera. Iohan. 14. & Ioh. 5. Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor. Per Spiritũ ſanctũ quoq; Patrẽ & Logon omnia operari paſſim in ſcripturis ſanctis patet. Et Sap. 1. dicitur Spirit' ſanctus orbem terrarũ repleuiſſe, ita vt omnium triũ ſit vna cõmunis operatio, ſed ſecundũ perſonalẽ proprietatẽ, aliter à Patre, aliter à Filio, aliter à Spiritu ſancto procedens. Itaq; non tres Deos, neq; tria rerũ principia ponimus, quemadmodũ Plato, ſed vnũ indi-

tiſum, ſecundum ſe totũ vbiq; præſens, ex quo per quod, & in quod creata ſunt omnia, exiſtens quidem ſub triplici ratione, ſed in identitate eſſentiæ, diſtinctum quidem in tres ſubſiſtentias ſiue perſonas, ſed neque eſſentia differentes, & à ſe mutuo diuiſas, neque conſequenter ordine minores aut deteriores, vt Platonici volunt, ſed per omnia æquales diuinitate, æternitate, potentia & efficacia, quarum ſingularum eſſentiæ proprietas, non magis nec minus vnius, quam alterius, ſed æquè omnium ad cuiuſuis rei creationem neceſſaria eſt. In omni enim opere faciendo, tria hæc operanti requiruntur, potentia ſiue principium actus interni, actus internus ſiue operis conceptio & diſpoſitio, & actus egrediens. Quemadmodum in igne principium caloris eſt natura ſiue forma ignis, actus illius eſt calor internus. Actio ſiue egrediens actus eſt calor indeemanans. Et in anima eſt principiũ & potentia motiua, eſt diſpoſitio ſiue voluntas ad mouendum, eſt denique motus ipſe.

Quoniam vero neque fortuitò neque per ignorantiam modum tentando & inquirendo, neq; inſipienter Deus hunc mundum condidit, ſed ſumma prudentia & ſapientia, negari non poteſt ipsũ ab æterno exemplar quoddam determinatum futuri mundi, & ideas operum ſingulas concepiſſe, verum non in Logo eas inchoamus, vt Plato, ſed in Logi parente, cum omnia quæ habet filius à Patre habeat, quamobrem in Patre velut ſeminariam rationem mundi ponimus, in filio vegetantẽ vim, in Spiritu ſancto vim productricem & animatricem, quæ cum illo ex Patre procedens, & per Filium effuſa in opus progreditur. Igitur Spiritus in Deo exuberans omnipotentem inexhauſtamque venam Patris exuſcitat, & immenſam fœcunditatem Filij, veluti ad germinandum prouocat, atque per eius Spiritus viuificam ſpirationem Pater mundum ſeminali ratione & modo concipit, cõceptum Logo tradit vtpote qui Patrem ad amuſſim exprimit, ex filio iam actu producitur mundus, non producitur autem niſi mediante Spiritu tanquam vehiculo, per quod mundus in partes ſuas diffunditur, & in ſingulis iuxta propriam cuiuſque ideã animatur, comitatur item Spiritus opificiũ per omnia ſemper, vt quod ipſius impregnante actiuitate conceptũ & viuifica motione formatũ, eadem etiam conſeruari debet, non autem ſic comitatur ſingula vt in partes diuidatur, ſed eo modo indiuiſibiliter, quô recte Platonici animam mundi ſingulis adeſſe pronunciant. Neque etiam pars eorum fit, vt propria eiuſque anima aut forma euadat, ſed totus ſecum & per omnia manens, præſens, & ab omnibus diuerſus ac ſeparatus, omnia ſemel ex potentia Patris per Actum Filij in ſuam quæque eſſentiam & ſpeciem format ex materiæ eſſentia gradatim perficiendo, iuxta exemplaris rationem, & omnia deinceps iuxta legem à Patre conceptam ſtruat.

FABRICAE MVNDI

Caput primum.

De ſapientia Creatoris.

COSMOgraphiam tandem beneuolè Lector aggreſſurus, vt tam diuinam & grauem ſpeculationem decet, omnes animi vires impendere neceſſarium fuit, vt rerum creatarum omniũ ſpecies & ordinem ob oculos ponerem, quo ad contemplationem vniuerſi & ſapientiam fabricæ mundi lectorem adducerem. Scriptum eſt enim pſalmo 103. & 24. Omnia in ſapientia feciſti. Eſt autem ſapientia, cauſas & fines rerum cognoſcere, quæ nuſquam melius quam ex mundi fabrica ordinatiſſima, & ſecundum cauſas ordine annotatas à ſapientiſſimo architecto deducta, cognoſci poteſt. Vt enim creando naturam ſingulis indidit, ita etiam mox iniunctum officium præſtiterunt, & ad conſummationem rerum vſque præſtabunt. Quapropter nihil ſatius eſt, quam eius opificium, prout ab ipſo autore factum eſt, & dictante Spiritu ſancto à Moſe fideli in toto eius domo ſcriptum eſt, perueſtigare & rimari omnibus ingenij viribus. Neque enim hic facile errabimus in cauſis rerũ aſſignandis, cum naturæ leges primas & præcipuas vulgo notas contemplabimur, & ſimiles inde effectus deducemus. Sic nihil certius eſt, quam grauia omnia deorſum ferri, leuia ſurſum, nullum motum in rectum infinitum eſſe. Ex craſſo quod ſubtilius eſt euaporare, vnde in centrum colligi grauia, mundũ ſphæricũ eſſe, & omnium partiũ eius ordinẽ, & ſubtilitatis ac nobilitatis differentiã colligimus. Ex ordine rerum & cauſis finibuſque demonſtratis, Philoſophorum veterum errores circa principia rerum & circa naturas facile deprehendemus & conuincemus, vt veritas inconcuſſa ſtabiliatur in hominum animis, & non amplius fluctuent opinionum varietate, & ambiguis rationibus quoquo modo perſuaſibilibus ſeducantur. Sic mira panduntur in cæleſtium corporum ſitu & natura, quæ hactenus non ſatis inquiſita nec explorata fuerunt. Sic multa in elementis hactenus deſiderantur, quæ diligenti ſtudio & arte à doctis viris indagari poſſent, adhibita ad mundi fabricam doctorum virorum per diuerſa regna ſparſorum, obſeruatione & obſeruandorum lege. Sic de incremento, decremento, & fluxu maris admirando, & cauſis eorum aliquid tandem certi indagaretur. Sic de nauigandi arte, in qua adhuc quædam non exigua deſiderantur, latius inquireretur. Sic tandem vniuerſa geographia, magno Principum & totius orbis commodo abſolueretur, quæ vſq; adeo eſt neceſſaria, vt neque mercatores ad nobiliſſimas ditiſſimasque regiones acceſſum habeant, vt cum gentibus vndiq; contractent, & Chriſtianis omnes terras familiares faciant, neque Principes de ſuis ditionibus aliquid certi & ſolidi ſtatuere poſſint, niſi operoſe & parum fidelib' ſubinde miniſtris, quia deſunt tabulæ, oculati totius ditionis & ſituum teſtes. Ego ante annos aliquot huius operis initiũ feci à regionibus in noſtra hac parte deſideratiſſimis, quib' nunc Septentrionalium ac

um ac Sarmaticarum tabularum primum nostræ Geographiæ tomum præpono, eo proposito, vt totum tandem orbem per tomos describendo absoluam, quod (Domino vitam & sanitatem tribuente) pro viribus conabor.

FABRICAE MVNDI

Caput secundum.

De principio creationis & de creata materia.

Primus Dies incipit.

PAulo ante Mosis ætatem natus fuit Saturnus, & ante illum alij gentium Dij, qui cũ rerum naturalium studiosi, variorum dogmatum essent inuentores, multas procul dubio hæreses induxerunt, quę postea inter philosophos de principijs rerum disputantes, plurimũ inter se differentes sectas produxerunt. Itaq; veram de ijsdem principijs enarrationem instituens Moses, illorum erroribus ipsam antiquissimam veritatem opponit, eosque redarguit, cum ab ipsa omnium rerum materia (de qua in primis mẽdacissimè ex suo cerebro loquebantur) inchoans, totamq; mundi fabricam absoluens, sic cap. 2. & 4. dicit. Istæ sunt generationes cæli & terræ, &c. non illæ, quas insana hominũ deliria somniant. Hucusq; Mosi textum prosequemur, singula, quantum nobis dederit Dominus, expendendo. IN PRINCIPIO inquit, hoc est, cum nihil adhuc creaturæ esset, sed iam primũ creationem inchoare statuisset diuina maiestas, determinatis consilijs & legibus, in primo inquam puncto aut momento existentiæ rerum, qui nihil adhuc rei est, sed initiũ tantũ rerum, omni rei aut existentiæ conditione carens, in illo, inquam, momento temporis cœpit creare, & deinceps CREAVIT DEVS, nulla præhabita materia, ex immensa & incomprehensibilissima potentia sua, informem, rudem, & indigestam massam, ex qua omnia deinceps mundi membra & partes deduxit. In hac materiæ creatione, vt in sequentibus omnibus tria concurrere necesse fuit, potentiæ paternæ fœcunditatem, actuosam prægnantemque Logi potentiam, & fœcundificam, impregnantem viuificamque vim Spiritus sancti. Ex potentia enim Dei, tanquam seminaria ratione, per fœcundificam vim Spiritus, materia initium existentiæ hauriens, à potentia actiua Dei per impregnantem vim Spiritus sancti, tanquam fœtus in vtero formata & in esse deducta, à potentia denique viuifica & eductrice Dei exclusa, & in propatulum educta est. Sic vnus idemque Deus omnipotens in triplicitatis suæ vigore ex nihilo, sine vllo assumpto subiecto, materiam omnium creandorum concepit, formauit & in lucem protulit, non prius operante patre, deinde Logo, postremo Spiritu sancto, sed simul indisiunctim, indesinenter conspirantibus & cooperantibus ipsis in vnitate essentiæ diuinæ. Illud: IN PRINCIPIO: sic intelligendum esse vt exposuimus, testis est Esdras lib. 4 cap. 6. sic dicens: O domine loquutus es ab initio creaturæ tuæ, dicens fiat, &c. Enimuero per hoc quod dicit ab initio creaturæ satis indicat, initium siue principium illud non de filio Dei, sed de primo creationis momento dici, id conuincente cũ præpositione ab, tum constructione vocum: initio: & creaturæ. Nam vt quis vocem: loquutus es, cum creaturæ coniungat, res ipsa reclamat, nec dum existente creatura, cui Deus loquatur. De autoritate porro quarti li. Esdræ non est quod ambigamus, cum perspicuum fiat, epitomen esse 70. libro. Esdræ, quos Picus Mirandulanus in apologia quæstionum se legisse testatur, annotatis etiam similibus plane rerum argumentis, cum ijs quæ hoc Esdræ compendio tractantur. Et veritas prophetiarum hoc libro contentarum, ac partim iam completarum, Spiritu sancto dictante primarium opus scriptum esse conuincat. Præterea cum (vt iam dixi) ex proposito contra gentes scribat Moses, initium mundo ponens, non potest hic aliter principium intelligi, quam nos interpretati sumus, nam si in filio creasse dicat (quanquam & hoc verum est) nec aliud velit, vnde sumetur argumentum contra mundi aut materiæ æternitatem, quum & ipsum principium sit æternum? omnino ergo de principio temporali loquitur Moses.

Per CAELVM & TERRAM hic non intelligit duo distincta, & differentia corpora quæ hodie cæli & terræ nominibus significantur, nondum enim cælum, nondum terra extitit iuxta propriam formam, sed cælum secundo die factum est, terra demum tertio die discretis aquis apparuit, & reliquæ mundi partes deinceps ordine ex massa primum creata educuntur. Intelligit ergo per cælum & terram metonymicè primam illam informem massam, ex qua cælum terraque formata sunt. Ad gentiles ipsi sermo est, quibus hoc cælum & hanc terram quæ videmus, iam olim à deo creata esse, quemamodũ dicturus est, testatur, vtiturq; nominibus rebusq; notissimis, quo ad principium illorum cogitationes hominum conuertat. Voluit enim Moses deliramenta philosophorum, & falsam de æternitate mundi & materiæ doctrinam, hominum animis eximere, quò Deo suam gloriam restitueret, vt cap. 2. & 4. emphaticè admodum indicat. Quod porro cælum & terram metonymicè pro eorum materia sumat, postulant sequentia epitheta: THOHV & BOHV, quæ eidem massæ primum creatæ tribuit, quod fuerit informis, vasta, inanis, solitaria, & vacua, eaque epitheta iam non cælo & terræ, sed terræ tantum adiungit, sic lectorem à contemplatione perfectorum corporum, ad primam ipsorum materiam retrahens, neque vero iam terram ipsam in sua forma intelligit verum ipsum chaos indigestum & informe, terræ tamen vocabulo vtens, quia terræ quam cælo similius viciniusque conditione erat. Quin & terræ vocabulum tandem reijcit, dum massam hanc describere pergit, vocatque THEHOM, id est

abyssum

abyssum. Ita sensim contemplantis mentem omni determinata rerum specie exutam, ad primam cæli terræque materiam contemplandam cogit. Porro in abyssi vocabulo aliqualem huius primæ materiæ formam indicat, nimirum quod fuerit materia liquida & fluxilis, & quidem sine fundo, vt quæ per omnia sibi similis & æqualis fuit, quemadmodum aqua aquæ, lutum luto. Iob item cap. 38. v. 38. prima hæc materia APHAR appellatur, hoc est limus, quem Deus initio rerum in solidam terram compegit, Græcis etiam vetustissimis ὕλη hoc est limus dicitur prima omnium rerum materia. Et item chaos à χέω quod fusilis sit, quæ illius forma procul omni dubio à primis Hebræorum patribus & Mose ad illos peruenit, mundoque innotuit. Limus igitur erat & fusilis materia moles illa primum à Deo creata, non diuersarum naturarum, sed vnius simplicis indiuisæ substantiæ & formæ, habens in se virtutem seminariam terrestris formæ & aquæ & cælestis, omniumque, quæ ex ea massa formaturus erat Deus.

FABRICAE MVNDI

Caput tertium.

Ad quid creatum sit hoc chaos, & de eius fundamento, aut forma.



TAM quid ex hoc chao Deus intenderit facere, nunc postquam facta sunt omnia, facile intelligimus omnes, nimirum vt illud diuidat formetq; in tot rerum species, quot ad mundi Oeconomiam sibi ab æterno propositam necessarias esse nouit, & singulis suam vim & legem naturalē semel indat ac stabiliat, vt immutabilis ad terminum vsque rerum omniū præconstitutū permaneat. Porro cum solius hominis causa crearit reliqua, eiusq; seruitio māciparit omnia, donec decursu tēporis constituti genus humanū ad cæleste domicilium transferret, vt diuinus Paulus Rom. 8. elegāter disserit, tali ordine prudētissimus architectus eadē creauit & constituit, vt sub ordinatis obsequijs, & cōsentiētissima harmonia omnia homini inseruirent. Quæ harmonia in eo primū cōsistit, vt superiores causæ in inferiores principatū gerant, & effectus omnes à summis causis per medias atq; imas progrediantur. Deinde & in eo, vt rerū omniū ad se mutuo iuxta causarum & effectuum consequentiam sit inclinatio & veluti amor quidam, quo inferiora respiciunt superiora, tanquam benefica, & superiora vicissim inferiora, quo aliquid ijs conferant. His duabus naturæ conditionibus fit, vt quantumuis contraria & dissidentia in imis rerum speciebus reperiantur, tamen in ordine quæque suo arctissimè cohæreant, & in prima causa tanquam centro concurrētes, iustum seruitium Deo creatori atq; homini præstent, adeoque omnia inter se, iuxta proprium quęque officium consētiant. Sed de his postea latius. Illud in præsentia admonendus, es lector, vt in rerū creatione diligenter obserues quo ordine, ex quibus & quo modo, quibusq; mediis singula effecerit Deus, sic disces quid in omni œconomia naturæ sit prius, quid posterius, quæ operum sint causæ, quę singulorum generationes, proinde & rerum diffinitiones, & naturas, sympathias & antipathias, differentias in fortitudine & debilitate, nobilitate & ignobilitate, longæuitate & corruptibilitate, aliaque plurima cognosces. Quicquid enim de natura rerum disputari potest, ab earum generatione, & primæ creationis ordine dependet. Qui potest capere capiat, difficilia quidem indagatu sunt multa, veruntamen & multa intentiore animi speculatione consequi licet, præcipue si Spiritus sancti inuocato lumine, gloriam Deo ex suo opificio studeas excitare. Multo hic alia naturalium rerū principia, multo alium naturæ operantis ordinem obseruabis quam à gentilibus philosophis est traditus, quippe suopte ingenio hæc mundi primordia, eo quo nobis à Mose sunt tradita modo, percipere erat impossibile. Ad rectum curriculi nostri tramitem redeamus. Creato chao accurate cogitandum est, quid primum in eo fecerit Deus. Ante omnia fixus illi locus erat necessarius, vides enim grauissimum omnium corporū esse terram, cui hæc massa conditione vicinior longe erat quā cælo. Quod si fixum non accepisset locum, facile intelligis in infinitum prolapsuram fuisse, grauitate nimirum semper motum vrgente. Atqui vt rerum principium hic obiter admoneam, obserua Deū ab vltimo & crassissimo elemento, ab inertissimo & informi penè suam creationem inchoare, & paulatim ad altiora, nobiliora, diuinioraque ascendere, obserua item, à solidiore & firmiore corpore initium facere, vt quæ ad vitam & perfectionem creaturarum pertinentia paranda erāt, quæ fluxa & mobilia sunt omnia, vt inquam talia omnia firmum haberent subiectū, in quo colligarētur, fierentque stabilia. Terræ ergo & chao locum assignauit punctū vnum in medio vacui, in quo conquiesceret, nec eum nacta vlterius motum intenderet. Hoc totius naturæ longe admirandissimum est miraculum, omnem intellectum & fidem excedens, nisi astrorum ambitus, & orbis terræ circumnauigatio id ita esse conuincerent, quis enim alioqui credere queat tantum pondus in medio ambientis cæli pendulum hærere, & consistere posse? Et licet veritas fidem extorqueat, quis intelligat sine sustentaculo tantam tamque ponderosam molem ibi stare & conquiescere posse? quis fundamentum hic vllum, vbi nihil quod sustineat occurit, cogitare potest? Merito igitur Iobum in amaritudine doloris sui secum disceptantem iubet Deus, si intelligentiam habeat, quod sit terræ fundamētum dicere, Iob: 38. v. 4. Imperscrutabilis hic est Dei sapientia & incomparabilis potentia, neque vllam huius fundamenti rationem excogitare est possibile, nisi solam Dei voluntatem, quæ absconditas in ipso rationes & causas sequitur, cuique omnia absolute obediunt. Vt voluit ita factum est, voluntas eius materiā ad omnia fabricanda & formanda idoneam exprimit, voluntas eius ex vno vnius formæ corpore, plura diuersarum formarū fingit, Voluntas eius corpora ex corporibus, formas ex formis deducendo,

do, quod iners & nulla actiuitate præditum est, paulatim in vegetam vim & efficaciam, in vitam, in motum, in sensum, & in intellectum deducit, & quod maximum est, omnia quæ creat ita inter se consentientia, mutuo amore & vinculo connexa, & in idem conspirantia, sola voluntatis impressione facit, vt naturalis illis quidam fiat affectus & inclinatio ad prosequendum officium, quod ipsis ex harmonico idearum in mente diuina consensu, per voluntatem creantis impressum est. Sic chaos, & grauissimum in primis quod in illo est terra, ex impressione voluntatis Dei, punctum in vacuo designatum appetit, eoque quodam veluti desiderio sua grauitate se mouet, donec æqualiter ex omni parte id nactum conquiescat, reliqua mundi suis veluti humeris ferens & sustentans. Est igitur hæc terræ, & proinde chai natura, ac cum reliquis postea creaturis sympathia, vt se omnibus subijciat in sede sibi assignata, in centro mundi, & circum centrum proximè firma conquiescat, reliquaque omnia sustentet, & vt est imperfectissima, à superioribus benedictionem & adiumentum appetat, ad pariendum quæ illi mandata sunt. In hoc igitur puncto necessario conquiescit chaos, quoniam hoc illi Deus sedem quietis, & terminum motus grauitatis constituit, quam legem ac metam transgredi nec potest, nec optat: quandoquidem Deus dixit & facta sunt, ea natura hæc sympathia illi à domino indita est, tanquam ad omnium specierum & indiuiduorum sustentationem necessaria. Ideo Psalm. 103. dicit Dauid. Fundauit terram super bases suas, ne moueat se in sæculum & in sæculum. Et Psal. 135. v. 6. Firmauit aut extendit terram super aquas. Quia vero hoc chaos mater est omnium, non solum inferiorum corporum, sed & cælestium, omniumque quæ creata sunt, vt audiemus, non est dubitandum quin elementa omnia cælique omnes ad summum vsque, matris suę indolem, alia plus, alia minus referant, ac pondus aliquod obtineant, quo ad medium inclinentur, sympathiamque suam, tum ad terram, tum inter se mutuo incubatione & contactu, ac veluti sensu exerceant.

Porro & hoc experientia docet, quæ pondere præualent, ea natura velocius, propriusque ad centrum mundi, sedem inquam grauium accedere. Hinc certissima ordinis ratio in vniuerso nascitur, vt quæ leuiora sunt ac subtiliora, superiorem locum obtineant. Neque hoc solum, verum etiam chai totiusque mundi spherica figura inde ortum habet, quippe cum chai materia fluxilis esset, & ibi per omnia similis, æquali vndequaque virtute & facilitate, ad punctum illum quietis pondere suo ferebatur, ita vt extrema eius omnia æqualiter à centro distarent, & ex omni parte centri in æquilibrio consisteret. Si enim eius extrema inæqualiter à centro distitissent, plus ponderis centro ex vna aliqua parte incubuisset quam in alia, vt si in cubo a sit centrum, b.c.d.e. sint extrema. ex a autem spectes b. aut d. angulum &. c. in medio latere, longior multo est linea d.a. quam linea c. a. aut e.a. multo plus itaque ponderis habet materia quæ secundum a. b. aut d.a. lineam centro incumbit, quam quæ secundum c.a. aut e.a. Vincet igitur d.a. pondus, & c.a. atque e.a. sursum protrudet cadendo donec c.d. e. simul in æquilibrio, hoc est æqualiter à centro consistant, materia existente liquida & fluxili. Necessario igitur chaos in æquilibrio sub figura sphærica consistit. Et erat alioqui talis figura sola mundo conueniens, postquam superiora perfectioraque corpora, terram iuuandæ generationis causa perpetua circumuolutione erant ambitura. Iohannes de Sacrobusco & cæteri mathematici terræ sphæricam figuram, ex apparentibus quibusdam accidentibus comprobant, sed præclarius multo est ex ipso fonte, ex causis, inquam, vnum quodque demonstrare, hoc enim tramite solida scientia incedit. Inuentum hunc punctum ex iam demonstratis, constat centrum mundi & grauitatis, aut quietis grauium vocandum esse. Vocant autem physici ipsum infimum omnium, reliqua verò superiora, & motum ad medium dicunt deorsum fieri, à medio verò sursum, idq; optimo iure, quod supremum merito dici debeat, id quod perfectissimum est, & reliquis aliquid præstantioris naturę conferre potest, infimũ verò quod lõgissime ab illo, & loco & conditione distat.



FABRICAE MVNDI

Caput quartum.

De natura & forma chai sive primæ materiæ.

CHaos hoc principio creatum omnium rerum quæ à Deo facta sunt fuisse principium materiale, luce clarius ostendit Moses, dum omnia ex eodem sex dierum opera deducit. Et prima eius propositio perspicuè conuincit, nihil prius hac materia à Deo creatum esse, alioqui enim non rectè principium creationis in ea constituisset. quum igitur post hanc materiam, & ex eadem facta sint omnia, ad originem naturæ recte peruestigandam, & naturalis philosophiæ principia iuxta veritatem constituenda, summè necessarium est, qualis hæc prima fuerit materia diligentissime considerare. Multis se modis torserunt gentiles philosophi in materiæ consideratione, esse illam negare non sunt ausi, & tamen ens esse minime concesserunt, aiunt nec quantitatem nec qualitatem esse, neque has in se

habere, quinimo ita omni qualitate & forma ſpoliant, vt tanquam meram priuationem malam & turpem eſſe teſtentur, eoque nonnulli progreſſi ſunt impudentiæ & temeritatis, vt Deum in edomanda materia, ipſaque formis ſubijcienda laboraſſe dicant. Quid quæſo inſulſius, quid magis probroſum in Dei omni potentiam dici potuit? annon qui formas multo materia nobiliores aliunde (vt illi volunt) efficere & inducere potuit, etiam materiam ad omne opus ſibi obſequentiſſimam creare valuit? Sed hæc eſt mentis humanæ caligo & cæcitas, vt ſine ductu verbi Dei, nihil quod à ſenſibus eſt remotum, & diuinam habet originem rectè & certò aſſequi queat. Quin etiam ſumma eſt inſania, profundiſſima naturæ myſteria, primam inquam eius originem, & abyſſum extremam conſiliorum & operum Dei, ex ſuo cerebro metiri & perquirere velle. Natura docere nos poteſt ex materia creata eſſe omnia, at quis materiæ illius modum & conditiones nuſquam neque verbo Dei, neque vllo naturæ veſtigio indicatas, imo manifeſto Dei verbo contrarias, pro oraculis obtrudere audeat? Materiam primam ita omni forma omniqúe entis conditione & ſpecie priuant, vt quo modo in ſe ipſa ſubſiſtere poſſit, dici nequeat. At Moſes diſertis verbis eam terram, aquam & abyſſum nominat, priuſquam ſupra concreatam formam noua aliqua ſpecies illi inducta fuiſſet, & Eccleſiaſtes cap. 3. v. 20. vocat APHAR, id eſt Limum. Ex quibus eam iam ab initio ſpeciem aliquam terræ & aquæ, proinde & magnitudinem ac pondus habuiſſe, fit manifeſtum. Sed dicet aliquis, philoſophos diſtinguendarum rerum cauſa materiam per ſe, formam item per ſe conſiderare, quo magis perſpicuè cauſas rerum à qualitatibus & formis, non à materia dependentes, & generationem productionemqúe ſpecierum, quæ formæ ad materiam acceſſu fit, doceant. Rectè id quidem, & nos qualitates ac formas actiuas eſſe, & ſpecierum generatrices aſſerimus, non nudatam hiſce materiam, ſed in duobus interim illi grauiſſime peccant: primum in eo quod ab extremis perfectiſſimisqúe formis ad primam omnium, quæcunque cogitari poteſt, aſcendentes, omnes pariter à materia ſeiungunt, & tanquam acceſſorias aliundeqúe inductas habent, ita vt nudam ad extremum materiam relinquant, cum iuxta veram ſpecierum productionem à Moſe deſcriptam, ſupra chai informitatem à Moſe indicatam, non liceat aſcendere, hoc enim cum primum fuerit rerum initium, & in illud poſtremo reſoluantur omnia, iuxta Eccleſiaſtem cap. 3. quo vlterius illud circumcidendo poterant aſcendere, quum id compoſitum eſſe docere nequant? Secundo in eo grauius adhuc peccant, quod formam omnem ita alienam à materia faciunt, vt nullam in illa ſeminariam vim aut radiculam habere concedant, ſed primum ſui initium aliunde extra materiam accepiſſe volunt, cui nos aduerſamur, cum ex mundi geneſi, & teſtimonijs diuinis conſtet, primam materiam ſuam formam, & qualitatem ac quantitatem habuiſſe, & ex eius forma reliquorum formas natas eſſe. Præterea abſurdum planè eſt & à Deo alienum, aliquid informe & ſine omni virtute ac qualitate creare, tum ratione inſtituti ſui, tum ratione omnipotentiæ & maieſtatis ſuæ. Inſtituti, quia cum omnia hominis ſeruitio deſtinarit, quorſum iners ſpectabit mater, quæ nec ipſa aliquid per ſe poteſt, nec receptas qualitates & virtutes intendere, quin potius obtundere valebit. Nam ſi receptis qualitatibus aliquid conferre dicas, contradictoria ſimul aſſeris, materiam, nec quantitatem, nec qualitatem aliquam eſſe, nec eam in ſuis viſceribus propriam complecti, & tamen aliqua virtute dotatam eſſe, quippe quæ operis aliquid præſtat. Ratione omnipotentiæ & maieſtatis ſuæ minime Deo conuenit, informem omnino materiam condere. Quippe cum ſit ille forma formarum omnium formatrix, mera lux, mera virtus & efficacia, mera vita, & ſpirans bonitas, quomodo poterit inane & mortuum aliquid parere, qui ad vitam omne ſuum inſtitutum direxit. Qui hominem ad ſuam imaginem creare concepit, quomodo à mortuo & inerti fundamento incipiet, & ex eo hominem formabit, quo nihil Deo diſſimilius, imo magis contrarium & à Deo alienum eſſe poteſt? Iniuriam ergo Deo optimo maximo facit, & illius maieſtati atque omnipotentiæ detrahit, qui tam excellentis & incomparabilis operis tam vile principium facit. Rectius paulo de materia prima ſenſiſſe videntur Empedocles & Anaxagoras, quos Plotinus li. de materia, ca. 7. reprehendit. Non enim Empedocles materiam ita in infinitum circumcidebat, & omni qualitate exuebat, ſed cum experientia diſceret omnia corpora in elementa reſolui, vnde compoſita fuerant, nec vlteriorem reſolutionem deprehenderet, deſtitit altius materiæ principium indagare, neſcius prioris materiæ vnde elementa nata eſſent. Quod verò illi obijcit Plotinus elementorum corruptionem, locum non habet, etenim non corrumpuntur elementa, ſed mixturæ tantum, quarum putrefactione & reſolutione elementa repurgantur, & ſuæ integritati reſtituuntur. Anaxagoras autem proximè ad chai naturam accedens, miſturam quandam aquoſam primam aſſeruit eſſe materiam, in miſtura quidem errans, ſed forte quia iuſtum non ſuppeditabat nomen, ſimilitudine rei proxima illam deſcribere voluit, nimirum ab antiquiſſima traditione edoctus, primam rerum omnium materiam Aphar, & ἄπειρον fuiſſe. Addidit hanc ipſam materiam, non aptitudinem paſſiuam tantum ad omnia, vt alij volunt habere, vt nimirum aliunde inductas formas reciperet, ſed ipſam actu (non expreſſo ſiue actuali, verum potentiali intellige) in ſe ſuauè eſſentia omnes formas omnesqúe ſpecies continere. In quo profecto parum admodum à veritate aberrabat, vt in progreſſu patebit, verum ſi ſpeciem à materia formari voluit, vt dicere videtur Plotinus, in eo certe errauit, neque enim imperfectum perfectius producere poteſt, ſed ipſum perficiente eget. Vt autem omiſſis ethnicorum ſomnijs, veram de materia prima doctrinam conſequamur, primum quid de ea ſentiendum iudicem, compendio dicam, & in proceſſu ex verbo Dei & perceptibilis naturæ cum illo conſenſu probabo. Sic igitur res habet.

Ex quolibet quid libet facere solus naturæ dominus, Deus omnipotens potest, de quo Mat. 3. & Luc. 3. sic testatur Iohannes Baptista. Potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios ipsi Abrahæ. Et qui sine omni subiecta materia mundum hunc creare potuit, multo magis ex quolibet quidlibet etiam in momento fecerit. Rationem tamen & normam quam naturæ indidit, ipse in creando sequutus est, vt videbimus. Natura autem semel à Deo ordinata & constituta, non quidlibet ex quolibet efficit, sed ex materia quæ illi quod intendit natura proximior est, hoc ipsum procreat. Hæc enim illius infinita est prouidentia, Sic non ex lapide triticum gignit, sed ex succo terreo & aqueo, nec ignem ex aqua suscitat, sed ex oleo, magisque ex sulphure. Qualitas ergo accommoda ijs quæ generantur, in materia requiritur, atque hanc videmus in vniuersum naturæ semel à Deo constitutæ legem, vt nihil ex nihilo gignat, neque ex contrariè affecta, aut ad generationem inidonea materia.

Omnis operatio naturæ in contrariè affectam materiam, atque inidoneam est violenta, minus tamen in inidoneam quam in contrariè affectam. Porro quod vim patitur amoto agente, ad suum genium redit, nisi diuturniore actione victum paulatim in agentis naturam pertrahatur. Violenta est igitur omnis generatio in materiam, si illam sine omni qualitate & naturali affectu, quibus ad gignendum inclinari possit, esse dicamus. Porrò ad generationem & continuationem specierum ac multiplicationem, necessarius est rerum inter se consensus & sympathia, vt 5. capite dictum est, & in mundi œconomia hoc passim manifestissimè est perspicere: oportuit igitur materiam ex qua aliquid generaretur sibi propriam naturam & conditionem habere, quæ ad intentam speciem ex ipsa generandam esset idonea.

Hæc eadem natura, si ex prima creatione radicem in materia prima nullo modo habuisset, quomodo potuisset ad officium, ad quod destinauit Deus omnia (nimirum ad seruiendum in hominis vsum) inclinari? quæ potuisset vnquam rerum inter se sympathia nasci? quam agnosci & obseruari à nobis vsque adeo est necessarium, vt Spiritus sanctus, qui omnia creata in hunc vsum sustinet, & dirigit, per Paulum Rom. 8. nobis eam luculenter & ampliter describat, cum magnitudinem incomparabilem gloriæ, quæ reuelabitur erga nos ex hoc creaturarum seruitio demonstrat, dicens: Etenim sollicita creaturæ expectatio expectat vt palam fiant filij Dei, hoc est suum officium sibi à Deo iniunctum alacriter prosequitur, homines in hac vita sollicitè sustentans, cum desiderio vt salui fiant, & ad Deum creatorem suum adducantur. Quod si, inquit, hoc creaturæ seruitium in multis frustra fiat, & sit inane, tamen huic vanitati non volens se subijcit, hoc est, non perinde illi est, bonis ne an malis seruiat, sed quantum in se est præscriptum officium præstat in gloriam Dei, & salutem hominum. Veruntamen illam huic vanitati subiecit Deus, vt nimirum etiam malis, licet frustra seruiat, non simpliciter tamen, sed sub spe, si forte palpent benignitatem & beneuolentiam Dei, ac conuertantur. Et vt inuitè malis seruiuisse illam doceat, addit eam ab hac seruitute liberandam esse, in libertatem quæ cedat in gloriam filiorum Dei, ad quam perpetuo aspirant, nimirum cum Christus dominus noster & naturæ, præcisa vlteriore propagatione humani generis, fideles suos in gloriam Dei patris adducet. Vides hic manifestissimè, quanta sit rerum omnium inter se & cum homine sympathia, quam ex materia planè informi omnisque qualitatis & affectus experte, fieri est impossibile. Atqui dices mihi ex ethnicorum philosophia, Deum creatæ materiæ postea induxisse formam aliquam, ex qua deinceps generatio & propagatio sit facta. Et quorsum quæso secundo loco secundaq; operatione fecit, quod primo primaque creatione poterat? annon æquè principio materiam in sua natura idoneè qualificatam dare poterat, atque postea inducta, idque per vim qualitate? Rursus an potest is qui totus forma virtus, actusque perfectissimus, potentissimus, optimusque est, & ipsa boni origo ac fons, aliquid omnino informe & ab omni affectu actioneque alienissimum, procreare?

Iam præcipuum opus suum hominem voluit Deus ad suam imaginem creare, quomodo enim alioqui in dissimilitudine potuisset gloria Dei frui? Dissimilia dissimilibus non afficiuntur, sed ab ijs abhorrent. Similitudo igitur ad Deum requirebatur in homine magna, prout multum gloriæ Dei particeps esse debebat. Atqui sacræ literæ testantur, vniuersam Dei gloriam sanctis patefactum iri, & nos illi similes fore, quia videbimus eum sicuti est. Maxima igitur hominis cum Deo similitudo erit in futura vita, cuius excellentiæ initia in creatione illum accepisse, ex Genesi testatissimum est, quippe à creationis suæ initio cum Deo versari, eique in omni obedientia seruire, in hoc mundo debebat, donec in similitudine Dei sibi concreata adolesceret, & extremam perfectionem in cœlis reciperet.

Cum igitur homo ad imaginem Dei creatus sit, etiam reliquæ creaturæ, vt cum homine cui seruiturræ erant iustam haberent sympathiam, aliquid similitudinis cum Deo in ipsa creatione nactæ sunt. Quin etiam & prima materia Chaos ipsum, ex quo omnia, pariterque homo, creata sunt, aliquam ad suum conditorem similitudinem habere debuit, absurdum enim erat, vt dixi, fontem bonorum omnium Deum, mali aliquid, & qui totus, vita & virtus viuifica est, stupidum & sine omni qualitate atque affectu corpus creare, quod mox refingendum esset, vt creandis rerum speciebus, & homini ipsi conuenire posset. Nam & cuiusque artificis opus, industriam, prudentiam, & animi ipsius studium præ se fert, quanto magis Dei intentionem & imaginem aliquam ipsius opera referunt. Qui ergo ita naturam formauit & constituit à principio, vt non nisi ex idoneè qualificata materia generationem faciat, etiam primas rerum species ex idoneo ad hoc chao creauit, et eduxit.

Concludimus ergo, chaos fuisse primam omnium rerum materiam, habentem in sua essentia omnium qualitatum & formarum semen, naturam, inquam, vnam simplicem & incompositam, in tot qualitatum & formarum species deducibilem & distribuibilem, quot nunc in vniuersa natura extant. Fuisse item creatori suo in eo simile, quod quemadmodum Deus pater principium est totius deitatis, in se occultè habens omnia quæ in Logo filio actu expressa, & per Spiritum sanctum effusa, & creaturis communicata sunt, ita etiam chaos omnes rerum formas, substantias, & qualitates, latenter secundum potentiam seminariam & radicalem in suis visceribus intimaque essentia complexum fuisse, quæ inde à creatore eductæ, perfectæ & in species distributæ actu egrediente homini seruiunt. Et quemadmodum in Deo Patre idearum multitudo, non vt multa, sed sub vnitate simplici comprehensa, per creationem extra Deum in singulas deducitur species: ita chaos sub vna simplici & incomposita natura per creationem in tot substantias & species diducitur & perficitur, quot in mundi corpore & œconomia requirebantur. Et quemadmodum substantia Dei incomposita est, non constans materia & forma, sed vna indiuisibilis, etiam cogitatione, essentia: ita & materiæ primæ siue chai substantia incomposita est, non constans materia & forma aliunde introducta, aut de nouo in ipsa creata, sed est vna simplex essentia vnico actu ab vno simplici ente Deo creata, & substantia vitalis, vitaque siue forma substantialis, siue substantia essentialis, & essentia substantialis (aut quomodocunque vnitas materiæ & formæ exprimi potest) existens, in hoc tamen præ cæteris differentijs maximè à Deo distans, quod corporea & crassa sit, finita actu, virtute & potentia, principium tantum tenue horum existens, & diuisibilis in differentes substantias, etiam vsque ad contraria, non quidem immediatè, sed per intermedios progenituræ gradus. Hanc primæ materiæ vnitatem haud rectè per omnia diuiserunt veteres philosophi, quasi duo diuersa & incommunicantia essent rerum principia, materia & forma. In ijs quidem quæ generantur, aliquid intellectui lucis adfert talis distinctio, dum materiam ex qua aliquid fit, & formam inducendam ac nondum existentem seiunctim (vt ibi res postulat) speculamur, verum cum id in prima materia, & extra casum generationis facimus, materiam planè informem & inanem concipimus, & à veris naturalibus principijs aberramus.

Est itaque chaos in ijs quæ creata sunt & extra Deum, ens entium, forma formarum, substantia substantiarum, non actu, sed potentia, eaque non extranea, sed intranea, materiam & initium formæ præstans, omnibus tanquam mater, verum opifice Deo primum, deinde virtute specifica à Deo instituta, ea formante, perficiente, & ad partum præparante. Hanc de materia prima & chao sententiam, ex creatione mundi & indubitata rerum experientia, confirmari videbimus.

FABRICAE MVNDI

Caput quintum.

De erroneo & vero idearum intellectu.

QVia vero ex sinistro idearum & formarum intellectu ac consideratione, multa traduntur à philosophis absurda, perplexæ quæstiones & disceptationes oriuntur, & verus operationum naturæ ordo obscuratur, altius idearum & formarum conditio ac natura perueſtiganda nobis erat, quo ne falso nitētes fundamento nos ipsos fallamus, & pro vera scientia meras opiniones, atq; etiā inepta deliria constituamus. Cum formas aliunde in materiam deduci volunt philosophi, aliud & distinctum à materia principium illis assignant, nimirum ideam quandam æternam ex qua fluant illæ, & materiæ adiungantur, ita vt ens vnumquodq; non simplex sit, sed ex diuersis & separatis atque incommunicantibus, materia & forma compositum, proinde nec in essentia similitudinis aliquid, nec sympathiæ inter se quicquam ante compositionem materia & forma habuerint. Notum ac tritum satis est, bonum quemque artificem ante operis suæ fabricam ideam quandam concipere, cuius intuitu illud inchoet atque perficiat, verum multa inter operandum subinde incidunt, quæ præter conceptum exemplar addat dematué, & si plures idem specie opus aggrediantur, tot erunt differentiæ, quot artifices. Non igitur extra hominem idea est aliqua, tale exemplar in illius intellectum instillans atque formans, sed ipse pro sui intellectus perspicuitate, pro que rerum cognitione, siue vera siue erronea, quam nactus est, & pro rationis suæ iudicio illud fingit, & ex accidente per experientiam aut aliunde meliore cognitione refingit. Deus item, vt per se sapientissimus, potentissimus, peritissimusque mundi architectus, non nisi optima exquisitissimaque ratione condidit omnia, quamob rem & ideam suo operi conuenientissimam concepisse necessarium est. Non enim est sapientis aliquid sine iusto ordine, modo & ratione facere, enimuero quæ sic fiunt fortuitò ac temerè fiunt, nec boni speciem certò promittere possunt. At verò hanc condendi operis ideam, non ex rerum præcognitione & præscitu & ratiocinatione ac meditatione tanquam exemplari aliquo collegit, vt homo: ipse enim cum per se & sine omni mentis motu, alteratione, inspectatione & auscultatione sit omniscius, omnipotens, omnia rerum principia, media, fines, modos, conditiones, numerum, proportiones, habitudines, & quicquid visibilium inuisibiliumque existit, in virtute essentiæ suæ præsentia & conspecta & ponderata habens, tam absolutus, inquam, artifex ex intimo centro & fonte essentiæ suæ

hanc

hanc ideam increatam & in omnia relucentem habet & possidet ab æterno. Estque hæc idea vnica & simplex, quemadmodum essentia Dei vnica & simplex est, sed fœcunditate veluti generationis & propagationis in ramos formarum, & specierum omnium procedens, iuxta creationis in vnica hominis specie institutum & scopum. Quare cum creationem rerum intimè contemplari voles, & earum affinitatem sympathiamque rectè indagare desideras, quo ordine vnum quodque, & ex quo creetur, quoque modo species in speciem transeat, tota mentis acie & viribus est contemplandum, inde enim creaturæ singulorum & seruitutis ordo, quo ad hominem pertingunt, innotescunt.

Iam hanc ideam extra Dei substantiam & essentiam collocare nullo modo licet, est enim ipsi Deo proprijssimè propria, nulli alteri præter Deum communicabilis, quemadmodum essentia ipsius nulli alteri quam Deo competit, nisi cum quibusdam insanire lubeat, qui omnia ex essentia Dei genita, & veluti particulas eius esse, ideoque animas omnium ad ipsum redituras somniarunt. Cum igitur ab essentia Dei sit inseparabilis hæc idea, nefas est aliquod formarum & specierum primum principium, præterquam in Deo cogitare. Quod si quis ideas extra Deum ponat, non erunt hæ primæ ideæ, sed secundariæ, à prima illa, quæ in Deo est, creatæ, quæ cum extra res à philosophis collocantur, & cum materia coire, resque ipsas & species compositas constituere dicuntur, quid aliud fit quam quod sufficienti omnium conditori, minister adhibetur qui omnia formet? quasi per se immediate id nequiuisset ille, aut dedignatus esset efficere, qui tanto erga opus suum accensus est amore, vt delectetur esse cum filijs hominum. Prouerb. 8. Et si informem, inertem, & per omnia impotentem, nulliusque qualitatis materiam per se creasse concedamus eum, qui totus virtus, & ad nobilissimos effectus pregnans omnipotensque efficacia est, cur digniores nobilioresque materia formas per alienas ministrasque ideas creasse dicemus? An non est hoc gloriam creatoris attenuare? An verò & materiam per secundas ideas conditam voles? quæ quæso eius quod nihil est, & ab omni essentia nudum, idea fingi potest? Ideas enim formas formarum effectrices esse volunt. Quod si has secundas ideas, non in primum tantum creatorem rerum, sed in perpetuam specierum propagationem factas quis asserat, quæ erit differentia propagationis à prima rei constitutione? nonne vtrobique species forma in materiam inducta componetur? Si igitur primum hominem creauit Deus, & idem creationis opus in singulis deinceps hominibus repetitur, quomodo septimo die & deinceps à creando cessasse dicitur Deus, Genes. 2. ver. 2. vt tanquam hæretici è cætu fidelium explosi fuerunt, qui angelos mundi creatores affirmabant, non minus hi tales erunt qui ideas extra Deum positas species rerum constituere dicunt, sunt enim & tales ideæ creaturæ non minus quam angeli. Ad hæc accedit quod antea dixi, speciem & materiam si separata & incommunicantia constituas (vt necesse est cum materiam plane informem, eamque cum forma iunctam, compositum non simplex reddere statuis) fieri non potest, vt sit vlla materiæ ad formam inclinatio aut appetitus, aut vlla sympathia, quæ ex differenti similitudine nascitur. Multæ ex ideis à Deo & rebus separatis intricatæ & merè inutiles quæstiones oriuntur, quas vtcunque solueris nunquam veritatem creationis generationisque attinges, proinde nec de naturæ origine, potentia, sympathia, certi aliquid statuere poteris.

Dicimus ergo vnam esse vniuersam ideam in Deo essentialiter residentem, quæ est omnimoda ratio omnium eorum quæ Deus condere voluit iuxta infinitam eius sapientiam, & voluntatem disposita & destinata, eamque ideam, actu externo in opificio mundi speciatim expressam, atque in eo actu expresso naturaliter per generationem species in multa indiuidua multiplicari & propagari, sine vlla extra Deum cooperante Idea, quippe in primo cuiusque speciei actu expresso impressus est character ideæ illius speciei in Deo existentis, ex qua impressione deinceps ad suæ speciei propagationem inclinatur. Illam etiam ideam, siue rationem omnium, vtpote internum actum essentiæ Dei esse analogum ipsi essentiæ dicimus, proinde & creaturas, quæ eiusdem ideæ sunt imagines, ad Dei substantiam & essentiam aliqualem analogiam habere. Vnde altissima Trinitatis mysteria, veluti per transennam de longe elucent, & aduersus omnes de Trinitate hæreses, catholica doctrina insigniter illustrari, & vtcunque dissectis tenebris perspicua magis reddi potest, si quis inuocato Spiritu sancto, creaturæ ad creatorem analogiam pio zelo pro viribus perscrutetur. Quia vero rationes particulares in vniversali illa idea, per mutuæ dependentiæ nexum & perpetuam harmoniam in consonantissimam melodiam excitantur, creaturales etiam rationes in vnam symphoniam vtcunque coire est necesse, iuxta similitudinem aliquam, non autem proportionem, quia finiti ad infinitum nulla est proportio. Ex hac quoque creaturarum symphonia, siue in natura & officio consensu & concordia, sequitur sympathia, quæ propter creationis scopum erat necessaria. Quæ hactenus de materia & forma, de speciebus & earum ministerio ac sympathia partim dicta, partim etiam demonstrata sunt, in creationis historia manifestius elucent & probabuntur, eò igitur redeamus.

FABRICAE MVNDI

Caput sextum.

De tempore inchoatæ creationis.

CVm Deus creare inciperet nondum erant aſtra, nondum illorum motus, nondum igitur tempus erat iuxta phyſicorum definitionem, & tamen tenebroſum illud interuallum, quod lucem præceſſit, pro parte diei computatur, & nox ac veſpera vocatur verſ. 5. & cum luce ſequente, vſque dum occidit illa, diem naturalem ſequẽtibus æqualem conſtituit. Menſuratur igitur à Deo æternum illud ſpacium, per prius poſteriuſque iuxta partium magnitudinem, nec eſt vlla cum phyſicorum tẽpore differentia, præterquam quod menſurari non poteſt, niſi comparatione menſuræ ex creatione mutuo acceptæ, neq, enim illa mundum præcedens æternitas, annos, menſes, dieſue, aut ſimile aliquod accidens, quo menſurari poſſet, habuit. Quid ſi vero tempus phyſicorum menſurari non poſſit, an propterea deſinet eſſe tempus? menſuratio eſt accidens tempori, definire illud non poteſt. Quicquid eſſe dinoſcitur ſuam in natura habet definitionem, etiam ſi verbis dari non poſſit, ita æternitas verè eſſe dinoſcitur, communis enim intellectus id oſtendit, dum nemo eſt, qui quod nunquam eſt, eſſe fateatur, & quod eſt aliquando, eſſe non contendat, ac proinde quod eſt, id aliquandiu, ſiue aliquo tempore eſſe non dubitet. Et communis eſt ſententia: quod nullo tempore eſt, & quod nuſquam eſt, hoc non eſſe. Impoſſibile enim eſt, eſſentiam alicuius ſine circumſtantia temporis & loci cõcipere. Proinde ad euitandum flexiloquos captioſoſq; ſermones, & inanes fantaſias multas, quas ex temporis & loci definitionibus hactenus vſitatis, fallaces ſophiſtæ intellectui tanquam denſas nebulas, offundunt, præſtat in ipſas temporis & loci ſubſtantias, ſiue malis dici, eſſentias, animum intendere, & rationes earum ſi exprimere nequeas, cum deſint apta vocabula, ſimilitudine tamen aliqua concepta ſpeculari. Sic tempus cogitabis extenſionem quandam durationis, inter prius & poſterius eſſe, quam poſt mundi creationem conſtantes immutabilesque menſuræ, videlicet aſtrorum motus, exquiſitiſſimè menſurant, ante conditum vero mundum, licet tales menſuræ defuerunt, non tamen deſijt eſſe tempus, & ſi iam illud menſurare ſpeculatio aliqua poſtulet, cogitatione menſuras huius noſtri tẽporis, quantum ad extenſiones earum attinet, partibus illius æterni applicabimus. Vt ſi æternitatem Dei aliquo modo declarare velimus, dicemus illum mille ſeculis (extenſione inquam tanta) ante conditum mundum fuiſſe, & ſupra hæc rurſus mille, & vlterius mille, ac deinceps ſuperius ſine fine. Sic communis intellectus æternitatis partes aliquouſque metitur, & quid opus eſt hic argutis tergiuerſationibus & labyrinthis, quæ æterna ſunt & increata facilius aliquali intellectu concipiuntur quam definiantur, aut recte deſcribantur. Et verbum Dei æterna & infinita ſæcula à priori & poſteriori, Deo ſubinde tribuit, communi intellectui quem ipſe formauit ſe accommodans. Locum ſimiliter cogitabimus eſſe ſpacium quoddam in quo res eſt, quem in ſpecies tres partiemur, in excedentem locatum, in adæquatum, & in minorem, nihil de locati magnitudine definientem. Secundum primam homo eſt in domo, pro ſecunda corpus quodque eſt in aqua aut aëre, vndequaque eius extrema comprehendente, ſecundum tertiam vnaquæq; res, & præcipuè Deus, eſt etiam in minimo loco, creatura quidem ſecundum ſynecdochen, Deus vero ſecundum totam eſſentiam. Si quis ita hiſce determinatis æternum aliquid præter Deum conſtitui addubitet, is locum & tempus in ipſo Deo ab eius eſſentia adferri conſiderabit, cum eſſentia ſine tempore & loco eſſe nequeat. Eſt enim vt elegantiſſimè dicit Iohannes Damaſcenus lib. 1. cap. 16. Deus ſui ipſius locus. Eodem quoque modo & ratione ſibi ipſi tempus eſſe imaginabitur. Et Tertullianus contra Praxeam ſic ſcribit. Ante omnia enim Deus erat ſolus, ipſe ſibi & mundus & locus & omnia, fol. 675. b. Si aliam temporis locique ſubſtantiam quærat, in abyſſum imperſcrutabilem & deuias ambages deuoluetur, quia profunditas Dei omnem intellectum longiſſimè ſuperat.

Dicamus ergo cum Moſe v. 5. creationis & primi diei naturalis initium nocte factum eſſe, noctẽq; primam diei partem eſſe, & à primo creationis momento tempus mundi inchoandum eſſe, ideoque Deum non ſolum hebdomadam dierum in memoriam creationis conſtituiſſe, verum etiam cuiuſque diei initium ab occaſu ſolis & veſpera ſumi voluiſſe, maleque ſentire eos, qui vetuſtiores Hebræos diem ab ortu ſolis inchoaſſe volunt, locis aliquot ſcripturæ ſacræ malè intellectis & detortis id ſibi perſuadentes. Exod. 12. v. 18. ſolennitas paſchæ 7. diebus celebranda præcipitur, & initium finisque illorum dierum, conſtituitur in veſpera, diem autem primum & vltimum ſolennes conſtituit dominus, v. 16. adeò vt primus Iohann. 19. v 31. vocetur magnum ſabbatum, diem vero decimum quartum menſis, quo agnus mactabatur inter duas veſperas, Hebræi vocant paraſceuen, id eſt, præparationem & à Paſchate immediatè ſequente diſtinguunt, vt patet Matth. 27. v. 62. Marc. 15. v. 42. Luc. 23. v. 54. Iohan. 19. v. 31. Duo igitur ſunt dies, duæque veſperæ ſe mutuo ſequentes. Prima eſt finis diei 14. altera poſt ſolis occaſum ſequens nox, quæ ad ſequentem diem pertinet. Inter has duas veſperas iubet verſ. 6. agnum occidi, & præparari. Atqui hoc in momento vtrumque diem diuidente fieri nequiuit, ideo veſpera latius ſumitur pro tempore veſpertino, & ad finem diei inclinante illiué propinquo, aut etiam diem terminante, & continuo ſequente. Sic verſu 18. cum iubet infermantata, die 14. ad veſperam edi, de veſpera finiente & diem completum immediatè ſubſequente, intelligit. Cum enim ſolis occaſus dies diſtinguat, quomodo nox qua edebatur paſcha, & pars diei ante occaſum ſolis, in qua mactabatur agnus, in vnum diem referri poſſunt? Planius Marc. 16. patet, noctem initium diei naturalis fuiſſe. Cum præteriſſet ſabbatum, inquit, mulieres emerunt aromata, quod ſabbato

non

non licuisset, vespere ergo finito sabbato id fecerant, quandoquidem postridie quæ erat altera sabbati, summo diei diluculo ad monumentum venisse subiungit. A vespera ergo & sole occidente, diem naturalem inchoarunt Hebræi, quia primus dies creationis à nocte cœpit.

FABRICAE MVNDI

Caput septimum.

Opera primi diei.

PRimum ergo quod creauit Deus fuit chaos illud, de quo hactenus disseruimus, & indigesta moles, materia materque omnium creandorum, quam terram appellat, quod terreæ naturæ & conditioni fuerit proxima, quippe terra primum absoluta fuit & suos fructus dedit, mox autem chao hoc adhuc indiuiso, ipsum aquas nominat, non quod aquæ iam tum à terra segregatæ fuerint, sed indicat statim creata materia eius, in elementa distinctionem inchoatam fuisse, ideoque & antequam aquā nominet, vocat abyssum, tanquam medium quiddam inter informem massam, & primam distinctionem apparere incipientem, aut potius naturam illius massæ indicat, quod fuerit APHAR & fluida materia, ad aquæ generationem prona, quam primum à terra separare instituebat. Fuit autem massa hæc tota, quanta erat, abyssus, vniformis enim adhuc erat, nec in vllas species formata, necdum extabant animalia, plantæ, lucidum cœlum, immo nec elementa ipsa, terra, aqua atque aer, sed erat, inquit Moses, solitudo & inanitas, siue solitaria, inanis & vacua, quemadmodum terram inhabitatam, sterilem, & nihil vsibus humanis accommodum proferentem, solitudinem appellamus. Sic erat massa hæc mera solitudo, speciem tamen in se habens, vnde omnia quæ nunc sunt, deduci & formari possint, eaque species sub forma APHAR, limi & abyssi præcipuè indicatur & intelligitur.

Addit huic chao defuisse, quo maximè opus erat ad constituendam naturam rerum omnium generatricem & procreatricem, nimirum lucem. Duo in creatione in primis sunt obseruanda. Primum quod ab imperfectissimis, ignobilioribusque, ad perfectissima nobilissimaque ordine procedit, vt à chao primum ad terram, deinde ad aquam, hinc ad cælum, & ita deinceps. Secundum, quod singulorum naturas, potentiam, actiones, ordinem, modumque agendi, ortus, occasusque, & periodos singulorum, vniuersamque naturæ legem, talia in creatione instituit, qualia perpetuo esse voluit. Itaque cum inferiorem mundum, terram, aquam, aerem, matrem generandorum omnium, superiorem vero patrem & masculam vi præditum esse vellet, hoc est seminariam rationem in elementis, præparatricem autem & excitatricem ad generandam potentiam in cœlis constituere vellet, mox vt elementa educere cœpit, simul etiam materiam cœlorum extraxit, quo simul mater paterque adolescerent, vt vtriusque in generando potentia virtusque omnis, suas leges normasque in ipsa creatione acciperet. Itaque duos creaturarum ordines à principio distributionis chai simul instituit, & in vtroque paulatim ad perfectiora nobilioraque progreditur, & dum in elementa massam distinguere incipit, simul cum aëre cælestem materiam lucidam educit, ex qua deinceps firmamentum & astra formanda colligendaque erant, & vt cuique suam speciem sensim perficiendo tribuit, ita & singulis proprias naturæ leges indidit, elementis elementares, & cœlesti materiæ cœlestes. Animaduertendum est autem & aëris elementum, & cœlum ipsum ex quo lucent astra, vno cœli nomine subinde in sacris literis signari, ex ratione igitur nominis à Deo instituti, eiusdem conditionis, hæc duo primum fuerunt, simulque indistinctim creata sunt, sed mox separari cœpta, cum ex nobiliori eius substantiæ parte firmamentum condendum esset atque astra.

Obserua nunc, quæ fuerit cœlestis substantiæ materia. Aquæ elementum iam in chai conuexitate colligi & apparere incipiebat, necdum producta luce, quæ ad naturæ operationes erat necessaria, & ecce Spiritus domini ferebatur super aquas, inquit, Ventum validum è chao excitauit, qui aquas nondum à terra separatas moueret, & in altiores vndas attolleret. Hac agitatione paulatim secerni aqua à crassiore terræ substantia cœpit, & subtilior spiritus ex aquosa chai parte excitatus in aerem euasit, subtilior quoque & nobilior aeris pars in æthera, siue cœlestem substantiam. Tria hæc primo die præstitit flatus ille, qui haud dubiè durante vlterius agitatione, densior, vehementiorque factus est, ventosi spiritus maiore excitata copia, donec subsidens terra & compactior euadens, agitationem illam paulatim compesceret, ventosaque materia vtcunque exhausta & attrita, paulatim ad quietem se componeret. Quando igitur cœlum ex aqua necdum discreta educi & formari vides, facile intelligis ipsum etiam cum terra affinitatem habere aliquam, magis autem, cum aqua, vnde ipsum Hebræi SHAMAHIM, ab ESH, id est igne, & MAIM aquis, vocant, quod ex aquis sit factum, & astra tanquam aquas ignitas circumferat, vt nominis etymon describit Eugubinus. Porrò quia chaos magnitudinem & pondus habuit, & quicquid ex eo factum est matris indolem aliquo modo, vt dixit, refert, grauiora ignobilioraque in vnoquoque primum subsiderunt, levior aut nobilior verò substantia, veluti pinguedo chai totius sursum eleuata diutissime cum superiore cohæsit, vnde cœlum ex nobiliore parte cuiusque elementi creatum est, priusquam illa in suum quæque locum separatim abijssent. Hinc ex nobilitate ac virtute omnia elementa longe superat cœlum, quod ex nobilissima totius chai substantia creatum est,

& in ipso cælo, quæ suprema sunt, inferioribus multo sunt nobiliora, itemque cœlestia ad elementaria, affinitatem & sympathiam perpetuam obtinent, per quam ad se mutuo inclinantur, similiter superiora cœli ad inferiora eiusdem, vt nihil sit in mundo, quod non ex indita sibi sympathia suo loco & ordine hominis causa seruiat. Ita cœli & astra propter inclinationem quam habent ad hæc inferiora, sphærica forma constituta, & in centro vniuersi conquiescentia, circulariter & variè mouentur, quo suas virtutes his inferioribus omnibus, quantum ad generationem necessarium est, communicent. Fuit autem cœlum hoc primo die adhuc indiscriminatim vnius per omnia conditionis & naturæ, proinde & vnicum tantum principio habens motum, qui noctem & diem distingueret. Cæterum non interquiescente creatione, lucidior cœli materia sensim in sphæras diuersas, globosque stellarum & planetarum colligi cœpit, & vt quodque illorum perfici naturaque propria & motu imbui cœpit, ita etiam sua cuique sympathia & operatio innata fuit. Sic soli destinata lux siue lucens materia in dimidiam cœli partem continuo colligi cœpit, & in globum solis coire, ita vt post decem circiter creationis horas (nam ad Leonis signum contrahi cœpit, vt in Chronologia probabiliter demonstratum est lumen mundo dederit, quod post quatuordecim horas deinde motu cœli diurno occubuit. Fuitque hoc lumen, principio debilius, quippe sparsa adhuc solis materia, donec quarto die in suam magnitudinem contraheretur & compingeretur. Hæc de syderum in globos collectione luciſque incremento, inanis esse nequit speculatio, quandoquidem lucem esse primo die oportebat, quæ diem constitueret, cum sol quarto demum die perfectus fuerit, nec aliam lucem quam solis ad faciendum diem Deus ordinarit. Simili modo expansionem cœli, collectionem aquarum in maria, terræ exsiccationem, herbarum, frugum & arborum productionem, & quæcunque soli naturæ mandauit & commisit Deus, non momento, vt mandantis sermo pre se ferre videtur, facta esse cogitabimus, sed sensim eo ordine & modo quo naturam semper vti in posterum voluit, ideoque vnum quodque opus tũ inceptum esse, cum materia ad hoc idonea præparata fuerit, præsertim autem eo die quo mandatum expressum est. Sic secretio aquæ à primo die inchoata est, at tertio demum die perfecta. Si enim in momento singula creata essent, magis ad res producendas, quam ad naturas rerum & leges constituendas intendisse videretur Deus, cuius contrarium tertio die videbimus. Quum ergo cum re qualibet eius natura, & lex naturalis fieri debeat, mox vt creari aliquid cœpit, cœpit & eius virtus efficax, & modus regulaque agendi, quibus Deo in creatione seruiebat, ita vt singula à sui initio sua velut progymnasmata in creatione habuerint, & per naturam semel institutam in cæteris disponendis creatori suo se ruierint. Sic facto in chao pondere, & centro sedeque grauium posito, naturaliter omnium corporum dispositio & ordo secutus est, sic mota per ventum massa, naturaliter terræ & aquæ discretio facta est, & exhalationes sursum sublatæ sunt, quæ in cœlestem conditionem ab opifice formatæ, cœlestem etiam operationem in generandis herbis, arboribus, animalibus exercuerunt. Ita creatio præcedit, creationem subsequitur naturalis operatio, & hæc duo deinde in reliquis Dei operibus concurrunt. Cum igitur hic sit ordo rerum ab opifice ad totius intentionis suæ scopum sapientissimè institutus, diligentissimè obseruabit veræ philosophiæ studiosus, quo ordine sint creata singula, quam illorum materiæ naturam primum indiderit creator, quidque illi naturæ adiecerit, quo species rei formandæ prodijt, item si quid res hanc creationem circumstantes, operæ attulerint, negligendum id non est, quanto enim hæc omnia altius perseruatari datur, tanto perfectius rei creatę natura, efficacia, communio cum alijs creaturis, & per consequens sympathia & omnis operatio innotescent. Vt porro cuiusque rei materia cognoscibilis fiat, à prima omnium materia chao incipiendum est, quatenus enim illa iuxta suam formam & qualitates cognita fuerit, eatenus & quæ ex ea primum creantur cognita fient, similiter & ex his reliqua. Cæterum quæ à creatore materiæ adduntur, ad constituendam rei speciem & naturam, ea præcedens creata natura docere non potest, sed à posterioribus, nimirum ab apparentibus rei magnitudine, pondere, leuitate, soliditate, raritate, fluxibilitate, figura, qualitatibus, coloribus, officio, aut alijs quibusuis accidentibus ac proprietatibus, quorum tamen causæ effectrices antea longo studio & experientia cognitæ sunt, petere oportet. Hæc obiter admoneo, quia ad inuenientdas rerum causas & oiconomiam (quo philosophus animum intendere debet) hęc prima sunt fundamenta. Quod quisque potest hoc faciat, nos partes mundi, situm, proportionemque & motum localem, cæteraque quæ sunt Cosmographiæ propria sectamur, cætera diuinioribus ingenijs relinquimus contemplanda.

Cum ait Moses: Dixit Deus, non latam peculiari aliquo tempore sententiam indicat, sed perpetuam eius voluntatem, quæ res sine sermone aut expressis verbis eloquitur & efficit, ac definito tempore profert. Ita etiam in actionibus Dei cum inquit, diuisit Deus lucem à tenebris, non externam actionem intelligit, sed perpetuam Dei voluntatem, qua sola omnia præconstituto tempore inchoat & perficit. Non autem dicere vult, hoc die completam fuisse illam diuisionem, postquam quarto demum die, sol, astraque omnia perfecta fuerunt, sed intelligenti non obscurè eam lucis collectionem quam dixi indicat, eamque hoc die eousque processisse, vt lux in unam partem cœli contracta occum bere potuerit, relicta post se nocte & tenebris. Post absoluta huius diei opera addit lucem illam bonam à Deo iudicatam & attestatam fuisse, quod non de omnibus creaturis agit, sed de illis tantum, quæ præ cęteris insignem homini vtilitatem conferunt, & eximiè opus intentionemque Dei illustrant & commendant. Sic in sequentibus eodem encomio extollit terræ exsiccationem, herbarum, arborum, & fructuum generationem, solis, lunæ & stellarum officia, animalia aquatilia, deinde & terrestria

restria, quæ omnia tandem creato homine valde bona iudicauit, vt quæ illius seruitio, cuius causa creata sunt, accommodatissima erant. Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Psal. 110. Inducta in mundum luce, completus fuit primus dies, quem dicit constare vespere & mane, siue nocte & die, naturalis appellatur à latinis. Noctem præponit, quoniã ab illa cœpit creatio, non enim prima omnium lux creari potuit, iuxta ideam omnium in opificis mente conceptam, sed materia prærequirebatur, ex qua illa formanda erat. Finis primi diei.

FABRICAE MVNDI

Caput Octauum.

DE CAELO.

Secundus dies incipit.

AB occasu lucis, sequutus est secundus dies, in quo firmamentum creatum est. Non addit autem ex qua materia illud fieri voluerit Deus, verum hoc ex lucis creatione manifestum est. Cum enim lux ex aquis, quales diximus, sit producta, & lux omnis à firmamento veniat, certum est eandem lucidam substantiam, quæ diem attulit & circularem motum nacta est, hoc die in firmamentum factam esse, vnde & firmamentũ SHAMAIM sacra lingua vocatur, quod eiusdem cum luce sit substantiæ, nimirum aqueæ, licet paulo ignobilior, quippe lux vt nobilior, nobiliorẽ etiam eiusdem substantiæ partẽ postulabat, quapropter & serius eius species & natura perfecta fuit, videlicet quarto die. Vocat hoc firmamentum Moses RAKIA, qua voce diffusio, extensio, expansio & distensio significantur. Ratio ergo nominis huius ex creationis opere sumpta est, quæ hoc ordine & successu facta fuit. Mox vt ventus in abyssum incubuit, sursum exhalauit, & diffusa est aëria cælestisq; substantia, in qua quicquid ad lucem commodum erat, in luminosam essentiam excoctum mox colligi cœpit, vt diem præstaret, simulq; futuri firmamenti substantia, in qua lux colligebatur & permanebat, sursum ex aëris elemento sublata, diffusa, extenta & tanquam velum aut tentorium circum vniuersum mundum inferiorem expansa est, & motum diurnum iam à primo die habens, & lucem circumferens. Hoc firmamentum ergo propter huiusmodi ex elemento aëris diffusionem, extensionẽ, & expansionem, propriè RAKIA vocatum est, non autem propter soliditatem aut compactum substantiæ robur, quod RAKIA non significat. Neque vero materia ex qua firmamentum hoc factum est, neque expansio illa quam hic illi tribuit Moses, & item Esa. cap. 42. ver. 5. & 40. v. 22. Item Psal. 104. v. 2. talem soliditatem, taleque substantiæ robur secum necessario fert, neque ferre suspicandum est, nisi aliquod eius in verbo Dei argumentum elucescat. Sumpta à velo ventis tenso & tentorio firmiter expanso, comparatio, magis naturæ stabilitatem atque immobilitatem declarat, & incorruptibilitatem, tale firmamentum voluit Deus in hoc opere significare atque esse, vt perpetuum esset rerum caducarum adiumentum & sustentaculum. Et quid, quæso, profuisset ibi ferrea rigiditas ac fortitudo, adamantinaque durities, vbi nulla est attritio, nihil est quod corrumpat? Vocauit etiam Deus hoc firmamentum cœlum siue SHAMAIM, vt eiusdem esse substantiæ cum luce, pariterque cum illa creatum esse intelligeremus. Obseruandum hic est, quod Esdras lib. 4. cap. 6. creationem mundi repetens, de hoc firmamento dicit: Et die secundo, inquit, creasti spiritum firmamenti, & imperasti ei, &c. Docet ordo creationis, docet ponderum proportio, docet raritas substantiæ & experientia, quanto altius à centro mundi distant corpora, tanto rariora, leuiora, spiritalioraque existere, proinde, quæ in summo resident, maximè spiritalia esse necesse est. Iam firmamentum hoc elementis multo est altius, quamobrem multo etiam est aëre spiritalius, & quam maximè in extrema summitate sua, vbi tot sydera perpetuum, constantissimum & minus varium motum habent. Tale autem fieri cælum erat necessarium, postquam mascula vis quæ in spiritali substantia, subsistit, illi inserenda erat, ad imperfectam horum inferiorum generandi potentiam iuuandam. Neque totam eius substantiam talem per omnia æqualiter, hoc est homogeneè esse sufficiebat, sed pro rerum varietate & natura, varia etiam & turgens fœcunditas requirebatur, quæ foras naturali inclinatione tenderet ad maturandos inferioris mundi fœtus, eisque obstetricandum. Ea autem fœcunditas in exundante spiritali essentia, eiusque fortitudine sita est, quapropter eius spiritalis substantiæ, quæ cœlo cuique aut eius parti inest, collectio in vnum corpus sphæricum, tanquam genitale membrum fieri debuit. Sic in cœlo solis, præcipuum spiritalis substantiæ robur in globum solis collectum est, addito illi in subsidium generationis, Mercurio & Venere. Sic Luna, sic stellæ à principio creatæ lucis, iuxta sui officij exigentiam, in suos quæque collectæ sunt orbes, ac quarto die tandem perfectę. Lucis etiam calor & splendor, siue potius eradiatio, ad spiritalis virtutis in generationis actum, productionem & intentionem, necessarius erat, proinde cum lucem crearet Deus, spiritalem cœli substantiam lucidam effecit. Iam si possibile cuiquam esset, lucis in substantia naturalem causam & originem cognoscere, mysterium magnum ille ad inquirendas, & aliquousque inueniendas stellarum & planetarum naturas, quæ causam suam efficientem & materialem, haud dubiè sequuntur, haberet. Si entm totam mentis aciem intendas, videbis creationem rerum, naturalem ferè causarum ordinem sequi, atque ex causis causas diducere, donec ad propositum effectum perueniatur. Atque hæc est incomprehensibilis sapientia Dei,

quod ex vno primum creato, ita naturam format & instituit iuxta ideam vniuersalem, vt non minus eam imitari, quam condere & statuere videatur, quippe ideam vniuersam naturæ exactissimè conceptam, voluntate & potentia creando etiam exactissimè imitatur & exprimit, vt idem in idea & fabrica, naturalis rerum & causarum successus existat. O supra omnia admirabilem sapientissimam potentiam, & potentissimam sapientiam: Quantam oportet naturæ ad creatorem suum esse affinitatem! Dixit ille & hæc facta est, voluntas illius est huius essentia, proinde vt vult ille, ita hæc est, ac vult, idque propter idem quod vult ille, Deus voluit, & cum delectatione & studio voluit, cœlum & vnumquodque in eo astrum, homini & propter hominem omni creaturæ, vario motu inseruire, hæc voluntas, hoc studium etiam cum quadam dilectione cœlo impressa manet, idem vult, eodem inclinatur cœlum, & cum delectatione quadam diligenter exequitur. Affectus ergo Dei erga suam creaturam, fit affectus creaturæ ad creaturam. Hæc prima & præcipua est causa & origo omnis sympathiæ, qua vnumquodque ad suum officium exequendum excitatur, non est quod aliam cœlo aut Angelos motores tribuamus, quasi per se sit immobile, & virtutis suæ radios ociosè & sine vllo ad inferiora affectu sympathia quocunq; contigerit, spargat, multò minus vt à diuina mente ipsum perpetuo moueri dicamus, nisi perpetua natura eius voluntate semel illi impressa. Interim tamen si hanc de sympathia philosophiam absoluere voles, inquirendum tibi erit, quam similitudinem, quam analogiam cum creaturis, & cum quibus earum ipsi cœlo indiderit, per quam ad eas inclinentur, quin etiam vnde, quo ordine & quo modo ea similitudo & analogia in ipsum inducta sit. Verum vbi hoc theatrum ascenderis, exclamabis: O profunditatem diuitiarum, & sapientiæ, & cognitionis Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperscrutabiles viæ eius. Quod si nihil inueneris, hanc tamen imperscrutabilitatem didicisse magno erit lucro, quo infinitam sapientiam Dei altius admirari discas, & ipsius maiestatem promptiore animo reuereri. Hoc etiam facilè consequeris, vt nihil sine causa iustaque ad vnicum scopum ratione, à Deo conditum esse experiaris. Intelligis nunc spero, quid velit Esdras, cum ait Spiritum firmamenti creasti, & illi imperasti, nimirum quod cœlestis materia quæ multum est spiritalis, percipiens verbum Dei, siue impressionem voluntatis eius, eundem cum illo affectum erga hominem induit, videlicet vt illius causa incalescens extenuaretur, spiritalis fieret, in altum super aëris elementum se attolleret, extenderet, ac ibi fixa persisteret, aquas ab aquis diuidens. Hanc ergo ex voluntate Dei eiusq; impressione sympathiam nacta materia cælestis, aëri adhuc mixta, & in spiritaliorem essentiam versa, à sua inclinatione sursum educta est, & hoc est quod ait, secundo die creatum spiritum firmamenti, licet tum nondum in globos stellarum ac planetarum contractus fuerit. Reliquum etiam mandati, nempe diuisionem, ex eadem sympathia & inclinatione eodem die executa est, & in eodem persistit officio, donec Dei voluntas, ex qua eius sympathia pendet, compleatur, vt testatur illud Dauidis, Psalm. 148. Stare fecit ea (cœlestia) in perpetuum, & in seculum, statutum dedit, & non præteribit.

Fuit hoc firmamentum non singulare aliquod cœlum ab alijs diuisum, sed vna cælorum machina, vt inde manifestum est, quod quarto Die solem, lunam & stellas in hoc firmamento posuit, omnes nimirum cœlos, qui nobis apparent, comprehendens. Quoniam autem corpora hæc, quæ Deus in firmamento posuit, & secundum Dauidis testimonium certis legibus fixit, diuersos admodum motus habere comperiuntur, in plures cœlos hoc firmamentum diuisum esse constat, quot autem sint illi, in astronomicis probabiliter disseremus. Diuisionis autem modus in præcedentibus apparuit, cum perpetuo superiora ex inferioribus, vt extenuata, dilataq; magis & leuiora ascenderunt, vt aqua ex terra, aër ex aqua, firmamentum ex aëre, ita procul dubio in firmamenti communi substantia, paulatim facta simili extenuatione, discretione, atque in altum subductione, primum imo loco relicta est & subsedit sphæra lunæ, secundo sphæra solis cum Mercurio & Venere, tertio Martis, deinde Iouis, ac sic deinceps, vt postrema secretio sit aquarum supercœlestium, quæ totius machinæ mundanæ suprema pars est & manet. Hanc esse in cœlorum distributione oiconomiam, vniversalis rerum & perpetua natura, qualis est lex grauium & leuium à Deo instituta postulat. Cum enim ex prima vnicaque materia condantur & formentur omnia, ideoque illius indolem referant, non alia ratione superiora ad se mutuò, quam inferiora inter se affecta erunt, nisi Deum dicamus, cum ad cœlos formandos venisset, materiam primam refinxisse, & multò aliam illi essentiam, naturam & leges indidisse, verum hoc quid esset aliud, quam sapientiam Dei & potentiam eleuare, vt qui materiam primam non ad omnia creanda idoneam fecisset? quæ potuisset, hoc concesso, inter cœlestia & elementaria esse naturarum communio? quæ sympathia? an non hoc esset turbare omnem rerum ordinem & scopum Dei in sua creatione subuertere? Cum ergo vniuersalis lex naturæ per omnia inter se communicantia, eodem modo se habeat, nulli dubium esse potest, quin ea quæ ex vno in se conformi nec dissidente prodeunt, ad vnum illud eam obtineant rationem, quam filius ad parentem, & genitum quodque ad suum genitorem, illius naturam aliquo modo referat, & ad illum tanquam suum principium inclinetur, & amoris vinculo alligetur. Eadem ergo cœlestium inter se erit ratio, quæ est elementarium, quum est vna eademque in se conformi & concordi massa creata successiuè sint omnia, & superiora ex sua nobilitate & perfectione, hæc inferiora tanquam suum principium amplexabuntur, eò fortius, quò magis natura communicant, & homini pro viribus seruiunt. Superiora etiam vt magis defæcata, magis distillata & excocta, nobiliore forma supperaddita, nobiliora quoq; erunt ad scopum Dei instrumenta, validiusq; suum officium ad eundem præstabunt. Quamobrem absurdissima iudico

quæ

quæ Astrologi de Saturni & Martis malitia sibi persuadent, vt latius in Astrologicis disceptabo.

Creato & suo loco posito firmamento, factum est, inquit Moses, vespere & mane dies secundus, à vespera nimirum vt primus, incipiens, & ad lucem iterum occumbentem, finiens, eadem est ratio diei quæ prius, quam toto creationis tempore seruans, perpetuo ad creationis memoriam retinendam indicat. Vocauit autem firmamentum hoc cœlum, SHAMAIM Hebraicè, si vocali dictione vocauit. Adamo sic vocauit, alioqui quod Deo, dicere esse, dixi, hoc idem est quod vocare, videlicet æterna eius voluntas, qua firmamentum ex aquis esse voluit & fecit.

FABRICAE MVNDI

Caput nonum.

De aquis supercœlestibus & creatione Angelorum.

DE aquis supercœlestibus nusquam aperta fuit mentio, nisi Gen. 1. v. 7. Psal. 148. v. 4. & 4. Esd. 6. v. 41. Variè de illis sentiunt scriptores. Iacobus Zieglerus valde ineptè imaginatur, primam materiam à Deo infinitam creatam fuisse, ne quid vacui extra mundum relinqui putaretur, & ex ea materia mundum creando non exhausisse eius infinitudinem, sed quantum ad creandum sufficeret assumpsisse, reliquum, vt erat, reliquisse, quod vocat aquas supercœlestes, inane & tenebras, illudque per firmamentum à mundo exclusum fuisse asserit. Quæ sententia nimiũ est absurda, quomodo enim infinitam Dei sapientiam aliquid frustra creare admittetur? Etenim frustra planè fit, quod extra mundum inane, nulliusq; formæ & vsus relinquitur. Quod si ad complendum vacuum id fieri dicas, interrogabo antea ne ab æterno ibidem vacuum fuerit, an verò etiam hoc creatum sit? inextricabilis quæstionum fiet labyrinthus, nec vllus naturæ modus, ordo & lex in partium mundi ex chao deductione, apparebit, sed omnia sine ratione, sine naturali aliqua consequentia fient, nullus enim erit locus extenuandæ materiæ ac dilatandæ nobilitandæque. Alij & quidem non pauci, aquas supercœlestes putant esse nubes, quæ media regione aëris feruntur, & aëre inferiore (qui etiam cæli nomine comprehenditur) à mari & fluminibus separari. Verum his adversatur sacrum Mosis testimonium, quod illi firmamento in quo sol, luna & stellæ sunt positæ, diuisionem attribuit. Neque enim aër qui sub nubibus est & magnis mutationibus subiectus, firmamentũ dici potest. Quod si à perpetuo & immutabili in suo loco situ, firmamentum appellare velint, erit & aqua firmamentũ, verum alia firmitas requiritur, tale vt dixi firmamentum necessarium erat, quod substantia & virtute immutabile perpetuo subsisteret, ad sustentandam rerum secundum earum species generationem & multiplicationem, hoc autem post lucem factum fuit, quare & post aërem, nam lux sine aëre, qui circumire massam, lucemque deferre, & diem noctemque efficere debebat, esse non potuit. Quamobrem cum firmamentum hoc ex aëre sit factum, illoq; posterius vno die perfectum, aliud ab hoc inferiore aëre, perfectiusque illo, proculdubio fuit, supra quod etiam Dauid has aquas collocat. Obserua Psal. 148. eius in laudãdo Deo ordinem, primo in genere cœlestia ad laudandum prouocat, deinde iusto ordine & distinctim singula compellat, primum qui cęlos inhabitant Angelos & spiritus beatorum, deinde partes cœlorum, solem, lunam & stellas, hoc est firmamentum, tertio cęlos cœlorum, hoc est, cœlos qui firmamentum ambiunt, & intra se comprehendunt, siue cœlum cœli, vt est Psal. 113. postremo aquas quæ supra cœlos sunt, mouet. Vides illum ordine ab imis ad summa progredi, addita etiã singulari causa, cur maximè laudare Deum debeant, nimirum quia Deus illa stare fecit in perpetuũ, & legem officiũque dedit, quod infectum non præteribunt. Post cœlestia transit ad terrestria, in quibus ventos, fulgura, grandines, nubes, aues cœli complectitur, nimirum elementaria omnia. Vides ergo duos laudantiũ ordines, cœlestem & elementarẽ. Cum igitur inter cœlestia & immutabilia collocet aquas supercœlestes, nequaquam eas esse nubes credendum est. Et Psal. 104. v. 3. contignare dicitur Deus tectũ & superiora ædificij sui, mũdi videlicet, aquis, quæ aliæ quam hæ supercœlestes esse nequeunt.

Vndè nunc istæ aquæ sint creatæ, & in quem finem, ex Mose non liquet. Quando enim oculis percipi non possunt, nec quid exhibent, quod in idololatriæ materiam à gentibus rapi possit, ãplius & abditissima vniuersæ creaturæ altissimaque sint, quæ perscrutari nequeant ab vllo homine, non admodum referebat earum originem & scopum explicare, quãobrem & illa tacet Moses, nec apertè reuelat Spiritus Sanctus. Non tamen frustrà earum mentionem facit, sed pijs animis aliquid altiùs cogitandi materiam offert, & summè admirandam Dei sapientiam & potentiam inexplicabilem innuit, vbi mentis extrema acies retunditur, & harum vias abysumque vlterius prosequi nequit. Originem autem & materiam illarum hinc percipere licet, quod aquas nominat, conformes enim & connaturales firmamento indicat, quemadmodum & Dauid cum Psal. 148. supremum illis locum in toto vniuerso, pariter cum Mose tribuit. Enimuero cum omnia quæ hactenus post motas aquas & lucem creatam sunt facta, ordine extenuationis & perfectionis, sursum sunt lata & suo loco affixa, dubitari non potest, quin eodem continuato ordine, ad extremam, vt ita loquar, distillationem & sublimationem, in aquis istis supercœlestibus sit ventum. Sunt igitur istæ aquæ, cœlum omnium lympidissi-

mum purissimumque, quod rectè theologi vocant empyreum, quippe cum tanta sit lux in firmamẽto, & ex ipsa firmamenti substantia collecta, quæ meros ignes oculis & sensui repræsentat, erit & huius vltimi purificatissimique cœli substantia, multo nobilior fulgidiorque ignis, æquali per omnia claritate, vt in qua nulla lucis in globos contractio facta est, quod ideo factum apparet quod totius naturæ oiconomiam, conuexitate firmamenti terminare voluerit Deus, ideoq; diuisionem illam aquarum firmamento commissam scribi, vt naturæ opera ibi terminari, & vltra eius summam extremitatem, nimirum primi mobilis conuexum non exire, sed intra illud in vniuersum contineri intelligamus, extra illud conuexum autem, omnia quieta & immota esse.

Ad quid vero ista aqua supercœlestis, hoc lympidissimum cœlum sit creatum, dicam quod mihi probabile est visum. Angelos creatos esse nemo est qui ambigat, quandoquidem nihil est ab æterno præter vnum Deum, reliqua omnia sunt creaturæ & initium habent. At quando creati sint hi, non facilè est dicere, ante mundum creatos non esse, inde conuincitur, quoniam in principio creauit Deus cœlum & terram, hoc est informem massam cæli & terræ matrem, quod si creatio à massa illa cœpit, non potuerunt angeli primum creari. Cum tamen stellæ lucidæ in firmamento collocarentur iam tum erant, sic enim alloquitur dominus Iob cap. 38. v. 6. Quis iecit lapidem eius (terræ) angularem, quum laudarent pariter stellæ luminis, & iubilarent omnes filij Dei, filij Dei non potuerunt alij esse quam angeli, nondum enim tunc creatus erat homo, quod si angeli Deo creatori laudem cecinerunt, cum terram super lapidem angularem firmaret ille, & simul cum illis laudarunt lucentes stellæ, ergo tertio die fuerunt angeli, fuerunt que stellæ, licet necdum absolutæ: primo enim die manè cœperunt creari, & quarto die fuerunt perfectæ, fuerũt ergo multò plus quam semiperfectæ, & intenso iam lumine fulgere incipiebant, Deumq; in suo obsequio laudare atq; glorificare. Quod autem locus ille in Iob v. 6. ad diem creationis tertium pertineat, facile intelliges, si duos præcedentes versus conferas. In priore enim loquitur de prima fundatione terræ quando videlicet locum quietis illi dedit Deus, centrum vniuersi, quod verè basis terræ existit. De hac fundatione loquitur Dauid Psa. 103. v. 5. dicens: Fundasti terram super bases suas, ne moueat se in sæculum & in sæculum. In altero loquitur de figura quam terra pondere suo ex omni parte æqualiter centrum appetente nacta est, videlicet sphærica. Sexto autem versu primum ad huc de basi terræ profundissimam facit quæstionem, quo modo videlicet centrum illud, quod basis est grauium, sit fixum, cum sit in medio fluxi & mobilis aëris pendulum. Mox de superstructione loquitur, quæ in altum attolli solet, & angulis ædificiorum præcipuè innititur, quis, inquit, lapidem angularem iecit, qui molem in altum ascendentem sustineat. Vides tres partes collocandæ & firmandæ terræ, eo ordine quo in creatione sibi mutuo successerunt, in quæstionem duci. Primo enim creato chao, in centrum subsidere terra cœpit, secundo subsidendo sphæricam figuram accepit, tertio exsiccata tandem terra supra aquas eminuit, atque ibi firmata est, etiam altissimis subinde montibus supra aquas pendentibus, de qua firmatione sic loquitur Dauid Psal. 23. v. 2. Quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina firmauit eam. Hæc terræ altissima fastigia, quis tanto supra aquas interuallo extulerit, atque ita fundarit, vt non corruant, & ad naturalem suum locum redeant, interrogat versus sextus, secunda parte. Cum igitur horum firmitudo & stabilitas sit facta tertio die, cum terra sicca & solida firmaque redderetur, omnino apparet angelos ante completam illam siccitatem & firmitudinem, nimirum secundo die, creatos fuisse. Et quadrat huc elegantissimè aquarum supercœlestium creatio, secundo die facta, ex quibus angelos creatos esse fit verisimillimum, nulla enim in omni creatura aptior ad hoc substantia fuit, quam limpidissimus ille & igneus aër, in quo sedem & habitaculum illis esse voluit conditor, nec aliud elementum illorum corporibus conuenientius erat, quam vnde spiritum erant haustura. Et Paul. Hebr. 1. testatur, angelos esse spiritus & flammam ignis, hoc est spiritus limpidos in modum clarissimæ flammæ, qualis ferè est cælo empyreo substantia, vt videantur angeli quasi stellæ ex aquis supercœlestibus creatæ, sed animatæ, rationales, & in ministerium Dei suscque deq; se mouentes. Vnde vocantur angeli lucis, hoc est, angeli lucentes, ex luce creati, & in cœlesti luce habitantes, ac cum magna lucis claritate hominibus apparent, vt pastoribus Luc. 2. v. 9. & mulieribus Matt. 28. v. 3. & Petro Actor. 12. v. 7. Finis secundi diei.

FABRICAE MVNDI

Caput decimum.

De congregatione aquarum elementarium, & terræ ad generandum præparatione.

TERTIVS DIES INCIPIT.

TErtio die dixit Deus: Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt in locum vnum, & appareat arida. Non est Mosis sententia, quod tertiõ demũ die hoc dixerit & separare cœperit, sed quod æterna eius voluntas fuerit, vt hoc die terræ & aquæ diuisio perficeretur & terra exsiccaretur, proinde & supra aquas altius emineret, aquis intra sinus illius receptis, quo venturis animalibus sedes & habitaculum, horreumque esset ad omne alimentum suppeditandum. Quæcunq; in Deo sunt, æterna sunt, voluntas diuidendi quemadmodum creandi ab æterno fuit, & item hoc die complendæ diuisionis æterna fuit, & cum absoluta fuerit, factam esse ab æterno voluit & approbat in æternum. Stat sententia, cuius illum pœnitere non potest, quæ redargui, quæ emendari, quę melius concipi non potest, quoniã

infinita

infinita est eius sapientia & prudentia, quæ mutationem consilij & voluntatis nullam admittit. Quoniam ergo hoc die completa est diuisio, Dixit: inquit Moses, Deus, ab æterno videlicet, vt fiat diuisio & appareat arida, hoc est tantisper fiat diuisio, donec appareat arida. Et quando appareat arida? Nunc tertio creationis die; subiungit enim: Et factum est ita, nunc nimirum post secundum diem, quem iam ante completum dixit, & ante finem tertij diei, quem post vers. 13. concludet. Quod si inchoatam & perfectam pariter diuisionem vno die quis comprehendere velit, quæ erit in creatione ordinis & legis naturæ constitutio, cum nunc successiuè & per causas acconsequentia media illam operari videamus? Necessariò tum sequetur Deum omnia creasse, præterito omni ordine & lege naturæ, atq; hæc postea ipsi naturæ præscripsisse atq; indidisse, quod absurdũ planè est & impium cogitare. Res enim suã naturam & legem operandi, secum ex creatione adferre debent, nisi Deum in creado aut cõsilio aut potentia non satis valuisse sentiamus. Igitur cum secundo versu aquas forti flatu mouerit, intelligim' illum naturalem causam sequentibus operibus instituisse, & iam inde terram ab aqua segregari cœptam, hoc autem die tertio hanc segregationem perfectam & completam fuisse. Hac segregationis causa naturali obseruata, simul inæqualitatis terræ, & sinuum maris causa innotescit, idem enim venti impetus APHAR illud principio creatum, ita ex diuersis partibus euasit, vt vehementer in altum tolleret, atq; hinc subsidentem terram in altum colligeret, inde verò profundas maximasq; valles & cauaturas efficeret. Cogitabis ergo ea parte qua nunc est mare Atlanticum, vehementissimum vẽtum in APHAR incubuisse, similiter & ea parte ferè, vbi nunc Asia & noua India dirimuntur, eosq; ventos vastas ibidem excauationes terræ subsidentis fecisse, & in altas continentes illam cumulasse, varios item hinc inde turbines ortos, qui minores cauaturas effecerint, & vndis vtrinq; in altum subuectis, terram in montes congesserint. Ita collidentibus vndis, & terram ab aquis segregatam, & per medias regiones in montes collectam altissimos intelliges. Sic per Aphricam mons Atlas, & montes Lunæ, per Asiam mons Imaus & montes Caspij, cæterique passim montes, haud dubiè nati sunt. Aquæ autem post longam agitationem ab omni terra desœcatæ, & in ciuitates illas collectæ resederunt, vbi terminum eis posuit Deus, vt ait Dauid Psal. 103. v. 9. nimirum cum grauia omnia ad centrum mundi quã possunt proximè accedant, & aqua quæ fluxa & labilis est, non potens accumulata consistere, quẽadmodum terra potest, semper illa ad decliuiorem locum labitur, quousq; in imo ad libellam se constituerit, vnde per se ascendere nequit, nisi fundum occupante grauiore. Inde fit vt aquæ omnes, non obiectis altioribus repagulis in mare defluant.

Hic iam cogitandum est, solem lunamque & reliqua sydera eousq; collecta & compacta esse, vt in natura sibi indita vires intensiores habere incipiant, iam enim in tertium diem lucis claritate ac virtute naturali creuerunt, proinde in exsiccanda terra plurimum illam adiumenti adferre certum est. Ventus etiam vtcunque adhuc per aërem spirans, humores à sole excoctos & extenuatos è luto eduxit, vt duabus de causis terra exsiccaretur, & in maiorem soliditatem coalesceret. Sic vt habet Dauid Psalm. 23. firmauit Deus terram super aquas, siccitate videlicet & soliditate, sine quibus ipsa fluxilis permansisset, & ad ima relapsa aquis natura sua subsedisset, vtpote grauior, & illas in altum cedere coegisset. Cæterum hanc terræ siccitatem, non absolutam intelligere oportet, sed mediocrem, quanta ad terræ stabilimentum, & ad plantarum creationem sufficeret, siquidem antequam plueret, creatæ fuerunt herbæ, quæ succo indigent, & homo ex luto formatus fuit die 6. Quin & hoc considera, si omnino sicca fuisset terra, non potuisset in altos montes attolli, & consistere, humor enim aliqualis terram compingit, illo autem expers, omnino dilabitur vt arena, neque etiam gignendis ijs quæ in visceribus eius efficere voluit Deus, idonea fuisset. Obseruandum etiam hic est, quanta prudentia fuerit creatoris in excauandis sinibus illis, aquarum receptaculis, ita enim maria per vniuersum mundum distribuit, vt omnia regna mundi inter se mutuo tractare commercia, & quæ natura aut ars dederit, quovis transuehere possint, tum vt quod maximum est, terra cum aquis collectis vnam efficiens sphæram, in suo æquilibrio permanserit, alioqui enim terra non fuisset supra aquas firmata, sed plus ponderis in vnam partem collectum, totam terræ massam versus centrum grauitatis & mundi depressisset, aquasque ex altera parte incumbentes illa terræ depressio altius in sublime sublatas defluere fecisset, & terras proximas occupare. Postquam enim terra aquis in eadem quantitate grauior est, necesse est primum terræ corpus per se in æquilibrio consistere. Deinde maria orbem terræ ambientia, & inter se communicantia sic distribui, vt vndequaque in æquilibrio iacentes, non plus ponderis adferant in vnam sphæræ medietatem, quocumque tandem circulo illam finias, quam in alteram illi oppositam. Si non communicassent maria, sed quædam proprijs sinibus conclusa mansissent, potuisset terra aliquo modo, etiamsi non per omnia in se ipsa æquilibris consistere. Quod enim in vna eius medietate defuisset ponderis, suppleuissent aquæ in eadem conclusæ. At cum vsus & officium marium postularet, eorum inter se communionem, propter necessariam circumnauigationem, idem etiam postularet fluminum exoneratio, quæ per solam marium communicationem, æqualiter & iuxta æquilibrium, in omnes sphæræ partes distribui potest, necessarium in primis fuit, quod dixi, terræ per omnia æquilibrium, neque potuisset aquis illud compensari: illæ enim in parte leuiore altius cumulandæ fuissent, quam in grauiore, proinde & defluxissent, donec æqualem vndique à centro altitudinem nactæ fuissent. Quod si has aquas æquilibrium compensantes, ita circumuallatas demus, vt effluere non possint, tamen duo inconuenientia sequuta fuisset, vnum quod corruptioni obnoxiæ, vicina infecissent, nec rebus humanis debitum vsũ præstitisset, alterum quod vel in viscera terræ exsuctæ, vel exhalatione paulatim extractæ, locum suum

deseruissent, & æquilibrium totius abstulissent. Quod si ratione aliqua, ibi conseruari posse aquas, contendat aliquis, respondebimus frustra per plura, operosiora, inutiliaque ex reliquo media fieri, quod sine huiusmodi, & compendio, & vtilius fieri potest. Quamobrem fiat sententia machinam terræ in se ipsa æquilibrem esse, & ex consequenti etiam mare, quod illius finibus continetur, tum etiam hoc continuo moueri, ne corrumpatur & inficiat aërem, ac pisces interficiat. Quin etiam terram intus ac foris diluit, vt munda & salubria sint omnia, corruptione omni, motu & attritione consumpta ac dissipata. Hæc omnia importat centri grauitatis & mundi constitutio, quæ si à veteribus cognita & examinata fuissent, de nouæ continentis, quæ nostro seculo inuenta est, deque meridionalis continentis, quæ nec dum explorata polo Antarctico subiacet, situ & magnitudine prope verum iudicassent. Etenim cum terræ veteribus cognitæ 180. gradibus longitudinis comprehendantur, hoc est, dimidiam tantum sphæram occupent, necessarium erat tantundem terrarum in altera medietate extare. Et cum Asia, Europa & Africa pro maxima parte vltra æquinoctialem, versus boream sint sitæ, necesse erat tantam continentem sub antarctico polo existere, quæ cum Asię & nouæ Indię, siue Americæ partibus meridianis, reliquis terris æquiponderaret.

Terram sic, vt dictum est, ab aquis segregatam & animalium vitæ apparatam Deus, inquit Moses, vocauit EREZ, hoc est terram, & aquas collectas IAM, id est maria. Non est autem putandum quod statim separatione hac facta, hæc nomina protulerit, quemadmodum nec antea diei, noctis & cœli nomina, cui enim ea dixisset, cum nec dum homo cuius hæc opera cognoscere maximè intererat, creatus esset? nisi quis angelis dicta contendat. Cæterum aliud & grande mysterium hic insinuari persuasum habeo, videlicet immensæ dilectionis, amantissimæque & beneficentissimæ conuersationis Dei cum homine, quem singulari proposito ac studio creauit, testimonium. Existimo enim hanc nominum patefactionem non hoc die, sed postea in familiari colloquio Adamo factam, significare. Etenim cum Gen. 2. v. 19. animalia ad Adam adduceret Deus, vt illis nomina inderet, non dubium est, quin latior ipsi sermo fuerit, & de creatione rerum plurjbus cum illo egerit, lucem, diem, noctem, cœlum, terram, mare, solem, lunam, præcipuasque mundi partes nominando, quò posteris veram totius opificij historiam tradere possit, vt etiam illa ab Adamo ad Mosen vsque mediocriter conseruata fuit. EREZ vocabulum (vt Augustini Eugubini verba referam) propriè designat, quod calcatur, à verbo RAZAZ, addita iuxta idioma hebraicum litera aleph, quod consilium creandæ terræ demonstrat. Creata est enim vt ab animalibus nobilissimis, quibus omnia creabantur, calcaretur. IAM, id est consonans, fremens, tumultuans, fit à verbo HAMAH, quod fremere, vociferare, ac stridere significat. Igitur ex hac Augustini deductione liquet EREZ & IAM, talē terram talesq; aquas, quales nunc sunt terra, quæ animalibus terrestribus est pauimentum, & euntibus, quiescentibusque sustentaculum præstat, ac mare vastum, quod ex congerie fluminum collectum perpetuò fluit ac refluit, sonitum stridoremque efficiens. Et quidem terra cum aterendo dicatur, proprijssime voci EREZ, respondet. Aduerte & hoc quod ibidem Augustinus monet. THEHOM ab eodem verbo HAMAH deriuari, adeoque abyssum frementem & tumultuantem signare, ex nominis ergo significato intelligis ventum illum discretorium, de quo cap. 7. dissenti, statim à principio in chao fuisse, nec alium ibi spiritum quam flatum hunc, totam molem exagitantem intelligendum esse, proinde & naturali partim modo discretionem aquæ & terræ factam fuisse.

FABRICAE MVNDI

Caput vndecimum.

De creandorum quadruplici gradu & ordine.

HActenus ea tantum sunt creata, quæ ad generationem eorum pertinebant, quæ homini ad vitam sunt necessaria, quæque eorundem domicilia erant futura, hoc est, elementa ex quibus, aut ea, quorum opera illa erant generanda & sustentanda. Diuidit communis sensus creata omnia in tres classes, aut potius grad?, in ea quæ sunt, ea quę vegetantur, & ea quę sentiunt: quæ diuisio si recte intelligatur & expendatur, elegantissimè speculationi nostræ conuenit, eamq; plurimū iuuat, & sapientiam adfert. In primo gradu non oportet nudam essentiam sine omni forma & qualitate atque efficacia, qualem somniant primam materiam philosophi intelligere, nihil enim tale creasse Deū ostendi, sed illa cogitanda sunt, quę quæcunque sint virtute aut potentia, tamem sine omni sunt motu, ita vt vbicunque iaceant, stent, pendeant, immota per se maneant, nec augmentum sibi vllum assumant, vel vt planius dicam, quæ in se vim crescendi non habent, sed vt natura primum formauit, ita sunt & manent, nihil in se vitæ habentia. In 2. gradu sunt omnia quæ in sese primum vitæ gradum habent, videlicet vim vegetandi & crescendi, nec altius ad vitam ascendunt. In 3. gradu sunt quæ præter vegetatiuam, etiam vim sensitiuam habent, ac propria virtute, pro sensus conditione, se mouent. Hucusq; ex prima materia procedunt creationis gradus, & quia animum hominis, quo solo à brutis differt, non ex prima materia, sed priuatim & singulatim à Deo creari vulgo credunt, hominem ipsum cæteris animalibus annumerant, & in 3. creaturarum gradu comprehendunt. At verò cum suo loco ostendero, etiam animum hominis ex prima materia per intermedios perfectionis gradus deduci, quartum in illo creaturarū gradum constituendum esse patebit. Est itaque primus gradus eorum quę sunt, 2. eorum quæ sunt & vim habent vegetatiuam, primum vitæ gradum, tertius eorum quæ sunt, vegetantur,

&

& ſentiunt, atque ex ſenſu mouentur voluntariè, quartus eorum quæ ſunt, vegetantur, ſentiunt & intelligunt atq; ratiocinantur, aut breuiter, 1. quæ ſunt, 2. quæ creſcunt, 3. animalia quæ ſentiunt, 4. quæ intelligunt & ratiocinantur, ſuperiores enim gradus inferiores complectuntur. In hos 4. gradus oportet philoſophantem diligenter animum intendere, & ordinem creationis his gradibus aſcendentem & progredientem obſeruare. Neque tamen cogitandum eſt, omnia quæ ſunt primi gradus, procreata fuiſſe ante ea quæ ſunt ſecundi, non enim lapides pretioſos & metalla ante herbas exiſtere neceſſe fuit. Hoc enim ſtatuendum eſt in primis, ea primum creanda fuiſſe, quæ hominis vſus mox poſtulabat, gemmæ & metalla etiamſi diu poſt hominem ſint nata, nihil incommodi adferre potuerunt. Verùm dices mihi, ante ſeptimum diem creata illa eſſe oportuit, recte dicis, ſed attende ea tum creata cenſeri, quando terræ mandauit Deus iſta generare, terra enim conſtituta eſt mater horum, & mater manet, penes ſe & ex ſe ſemen concipit, vnde illa perpetuo generet, ac pro ſua fœcunditate ſuo tempore perficiat, at tarditas perfectionis nouæ ſpeciei generationem non remoratur, quia ipſa vltima eſt, nec conſequenter generat. Quod ſi gemma gemmam, & metallum ſibi ſimile debuiſſet procreare, tum vim ſpecificam & ſeminariam oportuiſſet metallo & gemmæ indi, quod creatoris erat non terræ, ſic vtique ante ſeptimum diem gemmæ & metalla perfecta eſſe, & virtutem ſpecificam ſibi à Deo inditam habere debuiſſent. Quod ſi ordinem in Geneſi mundi expreſſum obſeruemus, tertio id die cum herbis faciendum fuiſſe videtur, ſimilis enim fuiſſet in vtriſque generandi modus, & vterque in eodem gradu, vegetantium ſcilicet, numerandus fuiſset, adeoque pariter adoleuiſſent. Itaque cum horum ſeminaria ratio penes terram maneat, licet adiutrix & forraſſe formatrix aliqua virtus ex cœleſtibus accedat, cenſendum eſt, horum creationem tum perfectam fuiſſe, cum ſeminaria ratio & vis generandi, terræ à domino impreſſa fuit, quod nihilominus eodem hoc 3. die, iuxta naturalem rerum progreſſum, factum credibile eſt, cum terra ſufficienter ſolidata fuit, & aſtra iam proximè ſuam formam compleuerant. Nullum igitur inconueniens inde naſcitur, ſi metalla & gemmæ & quæcunque ſimiliter à terra genita, propriam ſui propagandi vim nõ habent, poſt aliquot demum annos, procreata dicantur, & fuerint, cum ratio ſeminaria & vis ſpecifica, principio terræ indita fuerit, quæ generationem complent.

Hic iam duplex generationis ratio occurrit, quæ prudenter diſtinguenda venit, vt ne iuſtus creationis ordo in Geneſi manifeſtè conſpicuus turbetur, & ordinis quoque ratio per omnia conſtet. Vna eſt ipſius ſpeciei, quæ ſemper ſibi ſimile profert, vt equus equum, ouis ouem, &c. vſque ad finem mundi, quia ex propria ſubſtantia, & per propriam generandi vim, de cuius ſupra omnem modum admirabili myſterio ſequenti capite dicemus. Altera eſt quæ non ſibi ſimile, ſed ſpecie differens, pro qualitate ſpiritum diuerſi generis concurrentium gignit. Sic terra, aurum, ſulphur, plumbum, &c. generat, ſibi diſſimilia & alterius ſpeciei, cuius vim in ſe habet ex creatione, non autem poſtea nec aliunde niſi ab opifice creatore acquirit. Vides ergo duplicem generationem ſpecierum, quarum quæ à ſpecie ipſa fit, ſpeciei etiam intra ſex dies creationis perfectionem requirit, quo ſpecificam illam vim generandi à creatore accipiat, quam nec terra nec cœlum, nec aliqua prius creata ſpecies dare poteſt, ſolius creatoris eſt eam vim creatis ſpeciebus indere. Propterea verſu 22. etſi aquæ primas ſpecies piſcium & volatilium produxiſſent, non tamen illis totis earundem ſpecificam vim perpetuam & propriam fecit, ſed eandem vim in propria materia earundem ſpecierum ex aquis ſumpta, inchoatam cum animalibus ipſis perfecit, ijsdemque impreſſit atque indidit, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris, volatile quoque multiplicet ſeſe in terra. Quæ vero ſpecies hanc benedictionem non acceperunt, eæ neque ex ſe multiplicari poſſunt, ſed accidentariam quandam generationem habent aliundè, nimirum ex certo elemento, aut elementis quibus eam generationis vim Deus indidit, tunc haud dubiè, cum perfectam ſpeciem nacta propriam quæque naturam propriumque ſpiritum adepta fuerunt, quemadmodum & animalibus perfectis eandem vim indidit. Quamobrem cum harum ſpecierum ſpecifica vis, elementis iam perfectis impreſſa ſit, non opus fuit lapides, gemmas, metalla & reliqua eiuſmodi, ante ſeptimum diem in conſpicuum proferre, eorum enim creatio iam in elementis facta erat, nec vlteriore creatione opus habebant, eorum generatione naturaliter iam ab elementis pendente.

Iam hiſce rerum gradibus conſtitutis, ſecretioris philoſophiæ ſtudioſus diligenter perpendat, qui horum ſint nobiliores, & quo ordine, quibuſq; & quot medijs, ad ſuæ ſpeciei perfectionem adducantur. Quoniam autem intellectus & ratio aliquid ſupra ſenſum & virtutem motiuam addit, & hæc plus habet quam vegetatiua, rurſus hęc primus eorum quę ſũt ad vitam acceſſus exiſtit, facile intellectu eſt, hos gradus quo ordine enumerãtur, eo etiam à natura formari ac nobilitari. Exemplum omniũ in hominis generatione habemus, in quo vis ſpecifica à parentibus ſemini impreſſa, eiq; innata primũ corp⁹ & viſcera format, quę tantiſper dum cor formatur in primo conſiſtunt gradu, at mox corde formato vegetam naturam induunt, & alimentũ ad ſe trahere ac creſcere incipiunt, poſt hebdomadas autem circiter ſex, tertium adepta gradum, ſe mouent, ac tum quidem nullum intellectus ſiue animæ rationalis veſtigium, in fœtu licet deprehendere, neceſſariò tamen animæ rationalis ſubſtantia, etiam in primo conceptu illi adeſt, ſi generari illam à parentibus concedimus, at formatur tum illa adhuc, &

postrema vt nobilissima perficitur. Procedit ergo omnis generatio ab ignobiliore ad nobilius, & summo cuiusque speciei fastigio perficitur, nec vltra ascendit. Nihil enim suæ speciei metam supergredi valet, quia vires ei vlteriores datæ non sunt, sed benedictio generationis, ipsa specie terminatur. Sic ea quæ sunt tantum, quantumuis in suo genere nobilitate cætera excedunt, ad crescendi tamē potentiam non pertingunt, quæ vegeta sunt, alia quidem alijs sunt nobiliora, verum ad sensum non perueniunt, & animalia quorum in sua specie vestigium est sensus & motus, ad intellectum non pertingunt, hic enim superat omnia, & Dei refert imaginem. Hunc nunc eundem ordinem obseruabis, lector, in rerum creatione seruatum esse, hactenus enim creauit Deus ea quæ sunt, deinceps ex his ipsis assumpta nobiliore substantia, creabit ea quæ sunt secundi gradus, nimirum herbas & plantas, deinde animalia, quæ sunt tertij ordinis, & in his primum quæ ex aquis sunt & ignobiliora, postea terrestria, quæ subtiliore & siccione, calidioreque spiritu dotata, subtiliora etiam sunt sensu, & ad intellectum nonnihil accedunt, denique hominem ipsum, qui cæteris omnibus ratione & sapientia dominaretur. Ita nobiliora posterius creantur, quia nobiliore ac magis defæcata digestaque materia egent, & proinde tardius perficiuntur, naturæ quæ prius creata est, iuxta suum genium & modum ab idea Dei inditum semper operante. Est autem idea Dei opus sapientiæ eius, voluntas ordinis, virtutis & proportionis, rerum creandarum & sustentandarum. In summa, si quis intentius ordinem rerum perscrutetur, & specierum communionem differentiamque consideret, intelliget creationem rerum ab ima & ignobilissima specie sic ferè sursum ascendere, quemadmodum arbor primum vnicum habet truncū, in quo omnia quæ sunt à radice ad summum vsq;, sunt vnum communione speciei, singulis interim partibus suas in eo venas habentibus, cum verò ad aliquam differentiam incipiunt accedere, fit prima trunci diuisio in ramos, ramus deinde quilibet vnus aliquandiu existens, donec in diuersum illius venæ abeant, fit secunda diuisio, ac sic deinceps, donec ad extremos ramos & fructus peruentum fuerit. Ita chaos vnicus omnium specierum creandarum est truncus, radicem & initium in vniuersali idea creatrice, quæ est in mente & voluntate diuina, habens. In hoc trunco omnia adhuc vnum sunt, in seminaria ratione chai latentia & communicantia; porro vt vniuersalis illa idea creatrix rerum, per diuisionem in determinatum specierum numerum & formam sese paulatim ascendendo diuidit, ita ex vna simplici incomposita specie chai, paulatim specierum differentiæ oriuntur: tantisper enim omnium destinatarum specierum substantiæ vnà manent, donec in eo in quo communicant perfectè ad differentiam vergunt, inde quæ adhuc communicant, vno ramo contentæ cohærent, donec in propriæ speciei viam perueniant, suam quæque altissimam siue extremam & perfectam speciem sectantes, sic omni vndequaque veluti per omnes creaturæ ramos facta excoctione, distillatione, defæcatione, extenuatione, sublimatione, aut quocunque tandem modo, actus iste ad supremum operationis scopum tendens nominandus est, tandem ad singulas species conceptas peruenitur. Cæterum id memoria tenendum est, quæ superioris sunt gradus tardius perfici, quandoquidem per intermedios gradus ascendunt. Sic animal cum tres ascendat gradus, nimirum per esse, & per vegetam speciem vsque in sensum & motum, necesse est vegetantia vno gradu prius perfici. Ita enim de idea illa in Deo vniuersali cogitandum est, illam in creatione ita suas impressiones facere, vt à trunco incipiens, ordine inconfuso ac recto tramite, paulatim per nobiliores & nobiliores ad summæ speciei productionem tendat, & quæ vnius sunt gradus simul perficiat. Deinde quæ sequentis & nobilioris, vt in creatione plantarum, animalium & hominis videmus. Iam species quæ in vno gradu consistunt, siue vnius sunt generis, vt in plantarum genere salix & quercus, gradibus quibusdam excellentiaue aut nobilitate inter se distinguuntur, quamobrem perfectius aut nobilius quid, tardiusque effectu est in vno quam in altero, inde fit quod tardius quercus quam salix crescat & adolescat. Non minus tamen quercus quam salicis creatio tertio die fuit absoluta, nam vt mox videbimus vis specifica simul cum germinante herba nata, plantæque per ideam formatricem impressa est, duobus enim his creatio eorum quæ sibi simili sunt gignitura, absoluitur, specie ipsa & specifica, hoc est, propagandi speciem virtute, quæ deinde sequuntur incrementa & fructuum generatio, opera sunt ipsius speciei naturalia, virtutem illam & creationem consequentia. Hic autem meminisse oportet, quod septimo capite diximus. Mox vt materia rei alicuius parata fuit, simul species rerum inde creandarum nata est, tametsi res ipsa serius adoleuerit, vt sol primo die cum lucem Deus crearet, creari cœptus est, cum quarto demum die perfectus fuerit, sic paratis aquis, tertio die species piscium creari cœperunt, & exsiccata terra species animalium terrestrium, cum hæc quinto demum die perfecta fuerint, sic tertio die species quoque herbarum & plantarum creari cœpta est, licet quarto demum die absoluantur. Moses enim tempus absolutorum operum tantum notat. Simul ergo species plantarum & terrestrium animalium, perfecta eorum matre terra, natæ sunt, sed quæ solidioris erant substantiæ tardius absoluta, vt quercus quarto die serius adoleuerit quam herbæ. His de gradibus & ordine rerum creandarum consideratis, ad plantarum creationem veniamus, quæ est altera pars operis huius diei tertij.

FABRICAE MVNDI

Caput duodecimum.

De herbarum & arborum creatione, & Spiritali substantia.

Postquam

POstquam tertio die, primò separauit aquas, quæ sub cælo sunt à terra, durante adhuc flatu, alterum opus huius diei sequitur, creatio herbarum, de quo nunc agem⁹. Quandoquidem homini & cæteris animalibus ex herbis & fructibus viuendum erat, ad secundum rerum gradum, qui est primus vitæ, procedit creatio, & quia in illorum alimentum erant transitura, modum inuenit Deus, quo multiplicarentur per semen & vim specificam, quibus Deus benedixit, vt sufficerent omnibus animalibus, etsi enim non addatur benedictio multiplicationis, ea satis intelligitur facta ex eo, quod reliquis creaturis eam adiecit, & ver. 29. 30. omnibus animalibus ea in escam dont. Benedictio autem quæ exprimitur, piscium & auium est ver. 22. Crescite & multiplicamini & replete aquas & terram. Et hominib⁹ dicit, v. 28. Crescite & multiplicamini & replete terram & subijcite eam, atque dominamini piscibus maris, & volatili cœli, & omni bestiæ reptanti super terram. Parata igitur terra ad generationem, dixit Deus: Germinet terra germen, herbam producentem semen iuxta speciē suam, vt habet sequenti versu, hoc est, ex quo eiusdem speciei herba nasci potest, & arborem fructiferā, facientem fructum iuxta speciem suam, cui insit semen suum super terram, hoc est, faciat fructum in quo nascatur semen eiusdem speciei, interea dum crescit arbor super terram, ex quo eiusdem speciei nasci potest arbor. Cum inquit germinet, certum est non statim, vt dixit, herbam & arborem perfectā fuisse, sed ex puncto & veluti atomo terræ, non aliter quam ex semine (quod exiguum cum sit, omnem tamen virtutē suam in minima sui parte & gemmula, quæ altero fine comprehenditur & latet) per specificā Dei ideā & benedictionē pullulauit, germinauit, & sensim in adultā plantam aut arborē excreuit.

Postquam nunc ad primum gradum vitæ peruenimus, necesse est spiritalis substantię, à qua vita suam originem habet, naturam & conditionem rimari & prosequi. Vt omnia per euaporationem & exhalationem ex chao, orta dixi à capite sexto, deinceps ita paratis nunc elementis ad generationem, & cœlestibus ad influentiam, virtutum atomos siue minimas particulas aquæ & terræ assumpsit omnipotens creator, quibus specificam vim iuxta ideas, & pro numero idearum in sapientia sua comprehensarum indidit, & addidit sibi simile generandi benedictionem, vt multiplicarentur eadem perpetuò specie conseruata. Est autem spiritalis substantia, nobilior cuiusque elementi aut corporis generatiui pars, quæ attrahendo alimentum, in suam naturam conuertendo, & ad incrementum corporis protrudendo vim ex benedictione & natura habet. Sic terra, aqua, aër, & cætera corpora ex se spiritalem substantiam exhalant mediante calore, quæ à specifica seminis substantia, in eandem naturam & speciem conuertitur, & incrementum, aut motum, aut sensum pro conditione speciei suppeditat. Similis substantia cum in visceribus terræ generatur, & intra terram suam speciem profert, non incrementum speciei adfert, sed in ipsam coagulatur & colligatur, insolubilis ab ea, nec aliorsum exhalat nullum sui odorem nec virtutem effundens, nisi attactu & operatione permanentis qualitatis. Sic aurum in quantitate spiritalis substantiæ coagulatur, nec accipit incrementum, quin potius à calore sulphureo contrahitur, vt fiat ponderosissimum. Lapides similiter generantur. Herbæ & arbores cum crescere debeant, molle & ductile alimentum habent, proinde & odores & virtutes exhalant, & tandem paulatim consumuntur cum crescendo maturuerint. Hæc spiritalis substantia sola est, quæ speciem seruat: (intellige quæ in planta est, non quæ extra) hæc enim primum ab illa attracta mutatur in speciem, deinde alit & conseruat, & quandiu nihil ipsam speciem corrumpit, tam diu alit, semper eosdem characterismos, foliorum, florum, ramorum, fructuum, odorem, saporem, colorem & reliqua accidentia conseruans, adeo pertinaciter, vt si surculus vel gemma alteri plantæ inseratur, ibi quoque suam indolem sequatur, omne alimentum in suam speciem mutando. Quod libet autem alimentum sic attractum in formam eius partis, ad quam vltimò peruenit, mutatur. Sic succus arboris cum ad fructum peruenit in speciem fructus mutatur, cum ad folij, in folium abit. Et alimentum animalis cum ad epar vltimo attractum est, in epar transit, cum ad musculi alicuius radices, in eius substantiam transit, & sic de omnibus: quodque autem membrum ad se trahit, quod illi magis est idoneum. Quædam autem quæ corpori alendo inidonea sunt, natura expellit, alia in crines, alia in vngues, alia in scabiem, alia aliter aut plane extra corpus. Quædam quæ occulta vi, visceri alicui sunt appropriata, naturali affectu eò tendunt. Propterea diuina admodum res est, ista seminaria & spiritalis substantia, in qua omnis specifica vis & conseruatrix virtus à creatione inest, in qua omnis corporis motus animali necessarius mediante corde cietur. Cor autem primum ab ipsa formatur in meditullio animalis, vt omnibus eius extremis illius virtus sit præsto, et semen simile ad generationem præstat, vt eiusdem speciei maneat continuatio vsque ad finem rerum. Illud autem sciendum est & considerandum, ipsam speciem non ab astris fluere, sed ab eo cui Deus primum indidit, & ad generationem benedixit: adiumento quidem sunt astra, sed omnium specierum origo & radix est in his inferioribus. Cum autem mundus hic sit vt veluti vnum corpus, partes inter se harmonicas & in vnum conspirantes, quemadmodum & singula animalia, habens, ad cuius & Dei exemplar, homo tanquam microcosmus sit conditus, & imaginem Dei referat, & oiconomiam partium similem, credibile est, mundum quoque solem tanquam suum cor habere, veluti principium omnis vitæ, & à principio cū lux crearetur, initium habuisse & idem officium in mundo, intra conuexitatem firmamenti præstare, quod cor in homine, omnia sursum & deorsum suo calore & lumine fouendo, & propterea in medio illius mundi (paulo altius vt cor in homine) constitutum esse.

FABRICAE MVNDI Caput 13.

De Ligno vitæ.

TAlem ſemintariam ſpeciem toto terrarum orbe, ibi ad hoc idonea erat elementi temperies, dedit, vt nuſquam illius ſpeciei virtus deeſſet, non enim locum mutant plantæ, & animalium modo, per terras ambulant, ſed ſuo loco conſiſtentes ſemē maturum ibi proijciunt, neq; transplantandi hominibus data fuit cura, vt quibus omnia ſponte offerebantur neceſſaria. Cumque nihil fruſtra & ſine cauſa ſapientia Dei creārit, quod non ad aliquam vitæ neceſſitatem ſit vtile, certiſſimum eſt nullum eſſe morbum, nullum naturæ defectum, cui non propitio remedio proſpexerit. Quamobrē tot ſpecies plantarum pullulare & enaſci fecit, quot conſeruandæ & ſuſtentandæ hominum vitæ & omnium animalium opus erat, & lignum vitę in medio paradiſi collocauit, vt homo quouſque mandati exercitio & obſequio diuinior factus, in cœlum tranſferetur, eius vſu vitam ſalubrem conſeruaret: ſic & bruta animantia ſuæ naturæ ſubſidium quærunt, Hirundo Chelidonium, Catus Nepetam, Bufo Plantaginem & Saluiam, Canis gramen, Teſtudo Cunilam, Muſtela Rutham, Ciconia Origaganum, Perdix Parietariam, quæ & Perdicium dicitur, Accipiter Hieracum, Columba verbenacam, Pica quoque ægrotans dicitur lauri folia in nidum congerere, quo morbos illis arceat, ſic Ceruos cedimus Dictamum herbam, quod eius paſtu telum eieciſſet, ſagittarum vulneribus mederi, oſtendiſſe. Ceruas Seſeli herbam demonſtraſſe arbitramur, & Fœniculum nobilitaſſe Serpentes, nam guſtatu & eſu ipſius ſenectam exuere, oculorumque aciem ſucco eius reficere ſcimus, quod & pluribus liceret oſtendere, quandoquidem natura ipſa animantia docta, plurimarum herbarum vires ſibi cognitas mortalibus indicarunt. Tales autem ſpecies plantarum in quaque regione creauit, quales hominibus & animalibus ibidem natis, temperatura conuenirent, quod comperimentis ſæpenumero probatum eſt, ita vt ex ſola plantarum naſcentium frequentia animaduerti ferè poſſit, quibus morbis popularibus, nimirum ἐνδημίοις, quęlibet regio ſubiecta ſit. Ita apud Danos, Phryſios, Hollandos, quibus Scorbutus dictus morbus frequens, iſtius quaſi proprium medicamentum Coclearia ſcilicet copioſè prouenit. Ita vbi in paludoſis locis Tamariſcus natale ſolum agnoſcit, plerumque lienis ibidem vitijs expoſiti ſunt incolæ, quod ex lurido colore, qui in tumeſcente cute illis effloreſcit, hypochondrijſque inflatis videre licet. Eodem modo obſeruatur, quibus in pagis circa ſepes in areis frequens Abſynthium luxuriat, in ijſdem habitatores naturalium viſcerum obſtructionibus, ventriculi infirmitate, ſuffuſione bilis plurimum affectos, vt facile, niſi prædictæ herbæ vſu, viſcerum meatus referentur, exterſaque bile eadem roborentur firmenturque in Icterum primum, paulo poſt in Aquam intercutem exorbitent. Et licet quædam ſint inimica & venena quibuſdam, ſuo tamen modo adhibita, ſunt ſalutaria, ſic ex peſſimis venenis fit nobilis theriaca, & nihil eſt tam alienum à natura hominis conditum, cuius vſus alicubi non ſit vtilis. Nunc de ſemine agamus. Ex atomis terræ per opus ſapientiæ, ideam Dei ac benedictionem, creauit Deus herbas & plantas, ſic autem creauit quemadmodum nunc ex ſemine illa naſcuntur, eadem enim eſt primæ generationis, quæ ſecundę, operatio, cū ſit & maneat eadem ſpecies.

Quemadmodum ergo ex ſemine naſcitur planta, ita & ex atomo terræ, per ideam formato in certam ſpeciem, & è contrario. Ex ſemine autem gemmula altero fine comprehenſa, qua parte ſeminis apicem facit, humorem terręaut aquæ attrahit & radiculam vnam aut plures facit, pro ratione ſpeciei, perque eas alimentum attractum in alterum ſui finem, truncum generat, & conſequenter quæ trunco adhærent rami & folia, ſpecifica autem vis eſt in gemmula illa, quæ omne attractum alimentum in ſuam naturam & ſpeciem mutat. Eadem eſt ratio in atomo terreo formato per ideam, non enim aliter ſuam germinationem facit quam ſemen. Porro illud alimentum attractum vt magis ſurſum fertur, magis etiam ac magis in formam eius, quod inde naſcitur alteratur, in ramos à trunco diuiſos, in folia, in florem & in fructus. Perfectiſſimus omnium eſt fructus in quo abſoluitur ſemen, quod ad multiplicationem ſpeciei datum eſt. Et ſuperiora per calorem ad adcreſcendum excitata, ſuccum ab inferioribus trahunt, radix autem non potens ſufficiens alimentum ſuperioribus adminiſtrare, nouas attrahendi colligit radices, per quas copioſius alimentum colligit. Hinc conſequitur, quæ plantę plures habent radices, eorum ſuperiora maiore alimento opus habent, & fructus ſunt humidiores, niſi radicum potior ſit vſus, quam fructuum, in quo ſapientia diuina animalium vſui prouidit, ſic herbæ, quarum radices eſui deſtinatæ ſunt, plus ſucci attrahunt, & radices ſucculentiores ſunt & craſſiores, natura præcipuè radicibus incrementum non herbis procurante, & quæ longiores ſunt, eæ ſiccioris pinguiorisque ferè ſunt ſubſtantiæ, vt quæ ſiccius alimentum in profundo quærunt. Multa ex accidentibus & proprietatibus radicum obſeruari poſſunt, quæ ad naturam, earundem & herbarum, diſquirendam pertinent. Defertur autem ſuccus attractus in herbis ſurſum, per partes nondum alteratas, in arboribus vero per corticem, vt pote ſpongioſum magis, donec ibi longiuſcula mora alteretur à vicina parte, & quod nobiliſſimum eſt & defæcatius, ſurſum in flores, fructus & ſemen attollitur. Multę hic indaganti occurent ſpeculationes. Quod vero ſic, vt dixi, ſurſum feratur ſuccus attractus, docent nos inſitiones ſurculorum in arboribus, in ijs enim attractus humor primum ſurculorum cortici communicatur, ibi moram faciens cortices ſurculorum corticibus ſtemmatum vnit, & poſt lignum ligno connectit, ſed ſpecies quæ in ſtemmate eſt, mutatur in ſpeciem ſurculi inſerti, ſic iuxta mandatum Dei eadem ſpecies ſemper eadem producit, ſiue ex ſemine, ſiue ex ſurculo inſito, & conſequenter iuxta illius ſpeciei naturam ramos, folia & fructus ac ſemen profert. Non inutile etiam conſideratu eſt, quanto tempore: & quanto à terra interſtitio, fructu, & ſemen adoleſcat, & quibus humoribus plantæ circa radices delectentur, quos refugiant, & ſi poſſibile ſit, quopacto ſuccus alteretur per ſingulos gradus, in radice, in trunco, in folijs, in floribus, in fructu, in ſemine, ſic enim ſpeciei naturæ exactius dinoſceretur, ſaltem hoc in confeſſo eſt, alimentum plantæ multo nobilius eſſe in fructu quam in plāta, nobiliſſimum autem in ſemine, vt quod ſcopus eſt totius creationis illius ſpeciei.

Es

Ex iam dictis colligitur, alias herbas & arbores in alijs regionibus creatas esse, & experientia docet, alias in America siue Noua India esse, quæ nusquam in hac nostra continente, Asia, Africa, & Europa reperiuntur, quæ tantisper in hominum vsu non fuerunt, donec eò aliqui emigrarent, quod post ætatem Christi & Apostolorum factum, opinor: similiter & animalia ibi sunt, quæ in nostra cõtinente minime inueniuntur, quæ haud dubiè à creatione mundi ibi extiterunt, vnde suspicor eas terras diluuio obrutas non fuisse, cum hominem delere vellet Deus, Gen. 6 vsque ad v. 7. non enim ibi erant homines, proinde nec animalia ibi creata, ibique habitantia delenda erant, vt periret homo, quem condidisse pœnitebat, propter causam in animalibus non repertam. In ista verò nostra continente perire animalia debuissent, nisi aliqua in arca fuissent seruata, quia in aquis viuere nõ potuissent.

Quum igitur virtutes ligni vitæ, sparsim toto orbe condidisset Deus, eadem opera vtrique hominis statui consuluit, obedientię & peccati, nec vis ligni vitę in paradiso, aut per orbem sparsa, frustranea fuisset. Impleto enim hominibus mundo, non omnibus ad lignum vitæ patuisset accessus, sed æquualuissent herbę ac plantæ sparsim natę, & fuisset homini certus delectus, & benedictio omnẽ morbum auertisset. Cum igitur ad vsum & ministerium hominum sapientissimè creata essent, in superiore simul ac inferiore mundo, quam pulchra harmonia tum fuit? vbi ima supremis consentiebant, & ab illis opem expectabant, suprema imis sua dona conferebant, & omnia homini subseruiebant, donec à Deo in cœleste habitaculum transferretur. Hæc oiconomia, hæc pulchritudo status, inuiolata permansisset, si Adam non peccasset, eadem tamen harmonia, si quis diligentius attendat, in primæ naturæ vestigijs adhuc deprehenditur: nihil enim tam exiguum est, quod non alicui seruiat & à perfectiore dependeat, omnia propter hominem sunt, ad scopum ergo cum omnia tenderent, & scopus ille, homo inquam, ex varijs partibus constaret, quæ tamẽ consentientissimam inter se harmoniam seruarent, vt pote in qua vita consistebat, alia stomacho, alia epati, alia cordi, alia sanguini, alia renibus, &c. subseruiebant, quamobrem tot erant simplicia aut plantæ, quot viscera in homine, & quot viscerum affectiones. Et quum vnum quodque ens attractum alimentũ in suam speciem mutet, & sint diuersæ stationes in corpore humano, & diuersæ viæ ad singulas extremas stationes per quas alimentum meet, puta in ventriculo, in epate, in sanguine, in liene, &c. ea simplicia sunt fortiora, aut citius tanquam amica medias stationes permeant, quæ virtutem suam integram ad extremas deferunt, & ibi operantur, quæ verò illic à natura alterari non possunt, ea aut venena sunt, aut naturæ molesta. Quæ in primis stationibus alterantur, amica sunt naturæ, aut exiguæ virtutis. Quæ integra virtute ad extremas stationes penetrant, amica naturæ existentia, ea sunt quæ illi membro aut visceri magis sunt appropriata, & quosdam characterismos habent, ex quibus dignosci possent, si quis diligentissimè perscrutetur, Videmus enim eas quæ magnam naturæ similitudinem habent, etiam in figura communicare, sicut cepæ & allia, & quæ his similia sunt, bulbos habent pro radice, & similem fere herbam sursum generant, si flores colore differunt, hoc pro singularum peculiari proprietate & aliquali differentia fit. Sic multæ sunt herbæ & arbores, quæ folia in ambitu dentata in modum serræ habent, quæ eadem de causa sic germinant, proinde simile aliquid habent in natura, in quo conueniant: multæ item herbæ & plantę, folia in ambitu minime dentata, sed æqualiter circumscripta habent, multa dentata in acumen abeunt, multa in rotundos veluti globulos, vt ruta, multa in aciem duram & pungentem, veluti taxus, omnia diligenter obseruanda, siquidem non casu talia sunt, sed ita perpetuo producente natura: quamobrem cum nihil temere natura producat, & eiusdem figuræ eadem perpetuo creata est causa, necesse est multa certa specierum lege similia esse, & natura aliquo modo communicare. Amplius cum cœlestium & terrestrium in eundem scopum, hominem, sit conspiratio & societas, cœlestia autem sint æterna, species etiam in hoc inferiore mundo sint æternæ, easdem semper in figura & forma generationes habent, & singulæ à proprijs in cœlo causis dependent: vtile est in characterismos plantarum intendentes, multa in vnum astrum respicientia, multa item eiusdem naturæ apud medicos peritiores participia colligere & perspicere, in quibus figura, colore, sapore, cæterisque qualitatibus sibi mutuo respondeant, sic enim ex similitudine de natura rerum iudicare discet. Est enim cuiusque naturæ proprius character, quem perpetuo seruat, aspirante consimili in cœlis natura. Hæc pro mea qualicunque speculatione lectorem admonere volui, quò rem longe vtilissimam, in qua Salomon multam laudem 3. Reg. 4 cap. v. 33. adeptus est, suis studijs adiuuet. Quæ enim præ oculis sunt, & perpetuò eandem legem naturæ, in figura & forma sectantur, quidni studio & industria perueſtigari possent? Operosum quidem est, sed omnia vincit labor. Audiui ego industriè & solerter admodum, de herbarum characterismo differentem Illustrissimi Principis Iuliaci Medicum doctissimum, Reinerum Solinandrum, qui vtinam in tam necessaria philosophiæ parte pergat aduigilare (si quisquam potest, ille potest, qua est dexteritate ingenij in perscrutanda natura, & causis rerum) breui apodixes characterismorum haberemus, & occultas singulis visceribus appropriatas.

Itaque dum vbique virtutes ligni vitæ constituit Deus, recte Psalmista inquit psal. 110. Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius, semper ad scopum præconstitutum opus suum dirigit, siue primo mandato obediat Adam, siue non obediat, idque in summa sapientia, misericordia, bonitate & iustitia.

Postquam pro meo exili intellectu de natura & varietate plantarum egi, vnum est summum naturæ miraculum, quod tam multa quæ sunt in singulis speciebus, verbi gratia, magnitudo, forma, figura, odor, sapor, color, folia, nerui, radices, cortex, vis, & in finita quę vni plantæ insunt, in tam exigua seminis gemmula, quam dixi, latet: vis enim tota speciei, in illa gemmula absconsa est, cum gemmula illa

nihil in se talium habeat, ne vestigium quidem vllum, sed sit totum homogeneum, & eiusdem planè naturæ appareat, quamobrem mihi rectè iudicare videor, ideam simplicissimam quæ principiò formauit semen, adhuc speciem comitari, & eandem operam continuare, quousque cesset generatio. Et hoc est quod Christus dixit: Ioh. cap. 5. v. 17. Pater meus vsque modo operatur & ego operor, quò licet sabbatum à creatione sit, non tamen à sustentatione creaturarum, sed quod opus illud duret vsque ad finem rerum. Non video quid aliud hic dici possit. Qui huius speculationis studiosus est, præcipuè attendat, quæ accidentia cuique speciei sint propria, & horum causas, si potest, perquirat, in primis de figura, & eius incrementum à radice vsque ad summum quo ordine fiat, respiciat, quo pacto per corticem, per venas & neruos foliorum, vsque ad ambitum eorum procedat & distribuatur, & cuiusque naturæ characterismum proprium, tandem haud dubiè inueniet. Finis tertij diei.

FABRICAE MVNDI

Caput decimumquartum.

De Luminarium creatione.

QVARTVS DIES INCIPIT.

CReatio luminarium licet quarto demum die perfecta fuerit, primo tamen die creari cœperunt, id liquet, quia non est aliud lumen quod diem à nocte distinguat quam solis. vt. v. 14. proprietas illi ascribitur, & iam tres dies elapsi sunt, quare illud lumen, quod primum diem à nocte distinxit, haud dubiè solis futuri lumen fuit sparsum adhuc, sed contractum in hemisphærium cœli, totum chaos ambientis, & ab initio super polis mundi versatilis, ita vt primo die simul cum luce cęlum eiusque motus creari cœperit, versu enim 4 diuisit Deus lucem a tenebris, quod nõ nisi collectione luminis in vnam partem cœli, eiusq; circumductione in paradiso, diẽ & noctem præstare poterat, quia igitur dies noctem sequitur, incidit creatio lucis primum in illam medietatem, quæ erat sub horizonte paradisi, vbi intensior & collectior facta motu in occasum facto, ab orientali paradisi parte supra eius horizontem ascendit & diem fecit. Quarto autem die collectio substantiæ solis & lunæ & stellarum demum perfecta fuit. Moses enim tempus absolutorum operũ describit, quod à perpetua voluntate Dei dependet & definitur. Debuit tamen sol quem cor mundi esse dixi duodecimo cap. ante omnia creari, vt in animalibus, proinde cum prima lucis creatione inchoatus est. Sol autem lucidissimam substantiam nactus dominium diei obtinuit, luna noctis, vt quæ non suo lumine noctẽ illustrat, sed solis, habet tamen etiam proprium lumen, sed exiguum, etiam in vniuersali eius eclipsi, aëre claro, adhuc apparet eius circulus, sed luce admodum tenui, stellæ autem & reliqua astra intensius lumen habere videntur, sed longè infra solem. Illud obseruandum est quod luminaria collocata ait in expansione cœli, & v. 7. expansionem vocauit cœlum, vnde colligitur chaos multo minus creatum esse, quam nunc sit mundus, & ex APHAR ac veluti luteo abysso chai, eductam & extenuatam materiam sursum latam esse, & paulatim vt longius à centro recessit, subtiliorem & nobiliorem factam & expansam, crassiora elementa circumdedisse, ita cœlum empyreum subtilissimum & nobilissimum factum est, vt pote thronus Dei & habitaculũ beatorum, sub illo primum mobile cœlum paulo crassius & ignobilius, sub illo reliqui cœli & planetæ, quanto terræ viciniores, tanto densioris ignobiliorisque substantiæ, minus expansæ, ita vt crassissimum sit lunæ cœlum, & conditione elementis proximum. Hæc expansio fecit superiora leuiora, & segregatio à crassiore nobiliora. Porro lucida materia quæ astrorum & luminarium substantiæ parabatur, non extensa sed contracta fuit, vt tanto fortius lucerent & conspicua fierent, ita fit vt astra densioris sint substantiæ quam reliquum cœlum, ęquè tamẽ leuis, quod igneę, & densioris quidem, quo fortior & potentior sit lux & radiorum ab alijs astris projectorum reflexio, quæ noctem illustrat, præcipuè à luna reflexa, solis autem directa lux diem à nocte diuidit. Præter hæc duorum luminarium officia additur, vt sint in signa & tempora & dies & annos. Hic astronomi per signa intelligunt certos syderum aspectus, per quos futura designantur, ac toto errãt cælo, longe maius est cuius causa hæc luminaria sunt condita, quã varia astrologorum vaticinia, nimirum vt homines quos Deus in suo ędificio collocauit, omnipotentiam & bonitatem creatoris sui cognoscere discerent, quod Dauid Psal. 18. v. 1. luculenter indicat, dicens: Cœli enarrant gloriam Dei, & hæc (quæ cum admiratione spectantur) opera manuum eius esse annunciat firmamentum. Et Paul' ad Rom. 1. v. 18. in eandem sententiam de gentibus loquens: Quod, inquit, de Deo cognosci potest, manifestũ est in illis, Deus enim illis, patefecit. Siquidem quæ sunt inuisibilia illius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipsaq; ęterna eius potentia & diuinitas. Sunt ergo luminaria duo hæc præcipuè in cœlo constituta, vt per hæc Dei opera, omnipotentia, maiestas, & diuinitas creatoris, hominibus innotescerent, non vt vanitati astrologorum seruiant. Sunt præterea data ad designationem temporum, quando illa sunt mutanda, sic finem temporum, & mundi iudicium, indicabunt, cum obscurabuntur ac dissoluentur. Sic tempore passionis Christi, cum tempus legis mutandum esset, admirandam solis eclipsim Dionysius Areopagita vidit. Et Iosuæ admirandam Dei manum sensit per solem, Iosue cap. 10. v. 13. Sunt item pasita vt dies & annos definiant, deorsum inquam illuminant terram etiam, stellæ quæ nocte cœlum ornant, & solis annuum ambitum suo positu monstrant. Finis quarti diei.

De creatione piſcium & volatilium.

QVINTVS DIES INCIPIT.

SEcundo gradu rerum creato, iam de tertio agitur, de ijs quæ ſunt, vegetantur & mouentur, & primum de ijs quæ ex aquis, quæ minus ſolidæ ſunt ſubſtantiæ, facilius creſcunt, & minus diuturnæ ſunt vitæ, quæ in multas ſpecies diuiduntur, & ſingulæ ſuæ ſpeciei ſemen intra ſe generant, ex quo maturo & proiecto, eadem ſpecies naſcitur, cuiuslibet autem ſpeciei indiuidua, eosdem ſemper characteres habent, adeò vt idem ſemper ſit numerus & figura oſſium, idem color, eadem forma corporis & reliquorum membrorum, eadem vis & natura & ſapor, quemadmodum & in herbis & plantis: diuerſæ autem ſpecies, diuerſos habent characteriſmos, in figura vel aliquo accidente differentes, cuius differentiæ ſi cauſam colligere poſſis, propriam cuiuſq; ſpeciei, naturam propius contemplaberis; propria enim cuiuſq; ſpeciei natura differentiam characteriſmi efficit, & hæc illam ſequitur, vt ex effectu cauſam, & ex cauſa naturam colligere liceat. In volatilium contemplatione eadē occurrunt conſideranda: quia autem auium eſt ſolidior ſubſtantia, & per conſequens viuacior, poſterius etiam hoc die earum opus completum eſt, licet ſimul formari cœperint, aquis in maria collectis, parata enim cuiuſq; materia, continuò progreſſa eſt creatio, nec ceſſauit donec perficerentur omnia, & Sabbatum ab omni creationis opere adeſſet; nulla enim cauſa ſubeſt, cur parata materia, creatio rerum ſuſpenderetur, æque multa atq; vnum creat Deus, & ordo naturalis rerum creandarum eleganter obſeruatur. Aſtra etiam quæ propius ad vitam conferebant, iam præcedente quarto die perfecta fuerunt, vt operam ſuam iam validius conferre potuerint, quam cum herbæ crearentur: ſic natura rerum creatarum, mox vt parata fuit, ſuum officium exequi cœpit, & ſimul omnibus cooperantibus fabrica mūdi proceſſit. O admirabilem ſapientiam, quæ tot diuerſiſſimarum rerum ordini, naturæ, ornatui, perfectioni & viribus condendis ſuffecit, ſine ſtudio & ratiocinatione: Dixit enim & facta ſunt. Proderit hic ſingularum ſpecierum anatomiam facere, vt in quibus characteriſmi ſingulorum differant, cognoſcatur, & quo pacto, & quot ſtationibus in ſpeciem mutetur alimentum, qua ſtatione ſanguis creetur in piſcibus. Inuenies etiam in piſcibus mirabili prouidentia Dei, veſiculam plenam incluſo aëre, quæ cum piſce incrementum ſuſcipit, cuius officium eſt, quacunque parte aquæ pendulum ſuſtinere, ne ad fundum corporis grauitate mergatur. Inuenies etiam in fœmellis oua multa, quæ attritione ad ſcopulos facta, aut alioqui naturali vi effuſa, ſpeciem multiplicant, & quemadmodum ſemen plantæ extra matrem (cum in ſe virtutem ſpecificam habeat) proiectum, in ſuo elemento, terra aut aqua, eandem ſpeciem profert; ita & hæc oua piſcium in aquam proiecta, vitam ſuſcipiunt, & eandem ſpeciem ac characteriſmum matris exhibent. Aues etiam ſingularum ſpecierum ſecare, & internas partes ac munia ſingulorum perſpicere non erit inutile, vt cauſæ characteriſmorum, & naturæ propriæ origo rectius cognoſcatur. In quibus ſingula oua viciſſim procreantur, & tecta duriore cruſta (ne vis ſpecifica facilius exhalet) excluduntur, quæ etiam à matre ſeparata ſuam vim ſpecificam ſeruant, & fœta calore matris, aut etiam hypocauſtis, vt in Aegypto vſitatum eſt ſpacio ſex hebdomadarum aut menſis, ſuæ ſpeciei aues producunt. Porro maris & fœmellæ, ſicut cætera animalia, congreſſu concipiuntur. Potiſſimum autem hic attendendum eſt ad differentiam piſcium & auium, quod licet vno eodemque die perfecta fuerunt, non tamen ex eadem materia conſtent, ſed quia volatilia ſimiliora ſunt terreſtribus animalibus, vt ex ſanguine & tota corporis conſtitutione manifeſtum eſt, plus terreæ ſubſtantiæ quam piſces habent, vt ex lutoſa aqua nata videantur, & piſces ex puriore aqua. Sunt igitur volucria media ordine inter terreſtria animalia & piſces, propiora naturæ terreſtrium animalium quam piſciū, proinde ſerius hoc die perfecta. Vnum autem in omnibus animalibus obſeruatu digniſſimum eſt, quod figuram hominis aliquo modo imitantur, quaſi tota natura ad hominis formationem tendente, & in homine demum omnibus numeris perfecta. Caput enim licet longius ſit, omnibus ad ſenſum & motum inſtrumentis ſimilibus quodam modo dotatum eſt, cranij oſſa ſimilia, ſpina dorſi ſpinæ hominis vtcunque reſpondet, & coſtæ coſtis, formataque ſunt omnia membra pro natura & operatione cuiusque. Finis quinti diei.

FABRICAE MVNDI

Caput decimumſextum.

De animalium terreſtrium creatione

SEXTVS DIES INCIPIT.

TErtij gradus duo genera vidimus, piſces & aues, ſequitur nunc tertium genus, animalia terreſtria, quæ quo tardius creata ſunt, eo ſimiliora ſunt homini quo ad ſenſum & motum: in ratione autem homo omnia in vniuerſum ſuperat, vt quæ nihil huiuſmodi habent. Sunt autem animalia terreſtria, alia alijs homini ſimiliora, vt de Elephantis ſcribunt, docile illud animal eſſe, & ad intellectum quodam modo accedere. Quid de ſimia dicemus? quæ actiones humanas imitatur ludibunda, iraſcitur, ridet, applaudit, cogitabunda olfacit, verſando inſpicit, quaſi deliberans ſi eſui conueniat, nuces dentibus confringit velut homo, & interim dum ſua agit, circumſpicit

cit quid astantes moliantur, caput, pedes, & manus similes admodum humanis habet, & per omnia plurimum inter animalia characterismos imitatur hominis; huius ratione consulum est illius anatomiam diligentissimè perspicere, & examinare quantum interior dispositio, & in quibus ab hominis interioribus differat, quo animales virtutes, ex interiorum characterismo, innotescant. Existimo enim illas ab hoc dependere, aut speciatim à natura inditas, per hunc tanquam idoneum instrumentum in opus excitari, quod tamen ambiguum videtur. Apparet enim vnumquodque in se suæ naturæ principium quoddam habere, quod tamen cum intereunte interit, ita vt causa cuiusque naturæ ipsi rei concreata sit, & non aliunde insit. Facienda est autem cuiusque speciei anatomia, quò omnium inter se animalium differentia interna perspiciatur, & differentiæ virtutum animalium ex diuersitate characterismorum innotescant: sic inuenies quibus de causis virtutes animales excellentiores sint in volatilibus quam in piscibus, in terrestribus animalibus quam in volatilibus, in homine quam in terrestribus animalibus, & deprehendes elegantissimum ordinem à minus solidis ad solidiora, ab imperfectiore ad perfectiora, à minus viuacibus ad viuaciora, à temporarijs ad æterna. Vescuntur omnia animalia è terra natis, vnumquodque quod suæ naturæ conuenientius est, cuius naturaliter delectum habet, & hoc scire est vtile. Etsi enim natura cuiusque, alimentum in suam speciem mutat, aliquid tamen virtutis inest herbis & fructibus, quod autem ad suam naturam vtcunque flectit & immutat, præcipuè vbi est affinitas naturarum, & digestio facilis, quinetiam venena immutant, sed vi contrariæ naturæ, & corrumpunt. Aues etiam piscibus vescuntur tanquam cognatione affinitatis, & vnumquodque suæ naturæ propinquiore gaudet, eadem specie excepta, quæ à singulis animalibus colitur, præterquam ab homine suæ originis oblito. Habent venenosa animalia, præterquam quod naturã alicubi vtilem possident, hoc commodi, quod passim venena ad se trahunt, ijsq; aluntur, ipsa autem ab alijs absumuntur sine noxa, ita natura animalium incolumitati prouidit. Vna autem hic relinquitur quæstio soluenda: vtrum ea quæ nunc est, animalium natura & conditio futura fuerit, si homo non peccasset? Moritura haud dubiè erãt absoluta vitæ periodo, & sibi mutuo in cibũ futura, alioqui multiplicationẽ illorũ mũdus non potuisset capere, & quorsum immortalia fuissent, cum tantum seruitio hominis destinata essent, cum tot indiuidua multiplicata nulli vsui erant futura? hominem autem reuerita fuissent eique obedientia, Gen. enim 1 cap. v. 28. 29. 30. constituit Deus Adamum dominum omnium quæ sub cœlo sunt. Et Gen. 2. v. 21. fecit Deus Adæ & vxori eius tunicas pellicias, quas mortua animalia procul dubio dederant, cessauerat enim Deus iam antea creare.

FABRICAE MVNDI.

Caput decimumseptimum.

De hominis creatione, & prima ac principali creationis intentione.

QVartus gradus creandorum & perfectissimus, est homo, in cuius vsum & seruitium hactenus omnia creata sunt, & quemadmodum illa omnia inter se ordinem & harmoniam ad mutuã opem habent, ita & hæc simul omnia ad hominem certam in natura, qualitatibus & operationibus conformitatem & harmoniam habent, & propterea homo microcosmus à Græcis appellatur. Est autem hæc conformitas & harmonia, quantum ad animal hominis attinet. Porrò nobilius quiddam multò in homine est, quod omnium creaturarum dignitatem excedit, nimirum anima rationalis, secundum quam ad similitudinem & imaginem Dei conditus est, et quia homo secundum substantiam est animal rationale, & benedictionem accepit vt crescat & multiplicetur, generatione videlicet suæ speciei: non est dubium, quin ex ea benedictione, etiam generandi animam rationalem, potentiam acceperit, quæ præcipua est speciei pars, quam in singulis hominibus de nouo creari minimè conuenit, cum 7. die Deus ab omni creationis opere cessauerit, & Sabbatum egerit. Et sunt in hoc inferiore mundo adhuc reliquiæ eius materiæ, ex qua cœlestia & supercœlestia creata sunt, vt sit superioris mundi ad inferiorem naturalis inclinatio & sympathia, & inferioris ad superiorem respectus & desiderium, hinc enim & superiorum ad inferiora procliuitas & cooperatio dependet. Nobilissimum autem quod in superiore est mundo, est cœlum empyreum, siue aquæ supercœlestes, ex quo creatos ostendi Angelos, vt etiam ex huius in hoc inferiori mundo reliquijs, generari possit anima rationalis; & quid ni possit, cum ex multo crassiore & ignobiliore materia terræ aurum, quod est incorruptibile generetur. Aeterna igitur & immortalis anima multò magis ex supercœlestium aquarum reliquijs generari potest, vt sit similis Angelis, & benedictio ac mandatum Dei ad generandum, ac multiplicãdã speciem, potentiã generandi animã ex talibus reliquijs dedit. Iam vide quæ dona Spiritus sancti siue Dei, sint in hac anima: sũt intellectus, ratio, iudiciũ, memoria, amor verè boni, iustitia, gaudiũ in spiritu sancto, libera electio voluntatis, et si quæ sũt alia. In his enim similitudinẽ Dei habet, & imaginẽ in immortali animæ rationalis substãtia. Creatus autẽ est homo hoc ordine & modo. Primũ ex APHAR siue luto figurã humanã plasmauit, in qua haud dubiè ea viscera quæ primum in generatione fiunt, vt cor, deinde epar, & quæ ĩmediatè à corde pendent, formari cœperunt, quibus formatis

inspirauit

inspirauit in faciem eius spiraculum vitę. Per os & nares viuentia omnia spiritum attrahunt, quo cor accenditur vita & motu, ita per nares & os flauit spiritum, in quo haud dubiè erat ex reliquijs aquarum supercœlestium, aut prius in corporis compage aliquid earum conceptum erat, ex quo anima rationalis à comitante Spiritu sancto tandem formata est, prius tamen per communem aerem vita animalis procurata est, non enim eadem anima rationalis est, & animal viuificans, siquidem diuersa habent munia, & præeunte animalis anima, manet rationalis, & est animalis anima certa harmonia & communis operatio interiorum viscerum, ad vitam animalis conspirans, rationalis autem imago diuinæ essentiæ. Quod autem animalia vitam sunt nacta, simili aëris flatu operante spiritu Dei haud dubiè factum est, tametsi id non dicatur, in similibus enim similiter Deum operatum esse facile intelligitur. Dona quæ anima rationalis secum attulit, necessaria erant in homine, si imago Dei esse debebat, vt opera Dei contemplaretur, & creatorem suum agnosceret, veneraretur & coleret, cognitio enim Dei requirebatur ad scopum creationis hominis, quæ enim beatitudo ei apud Deum fuisset sine eius cognitione? Cum ergo summam Dei potentiam & bonitatem cognosceret, & suauis illi esset cõtemplatio & familiaritas Dei, voluit Deus in illo experiri, an qui maximis donis ab illo ditatus erat, quibus Deo obsequi poterat, Deum creatorem suum agnosceret ac reuereretur: voluntariam enim & spontaneam obedientiam & dilectionem requirebat tam beneficus pater, qua colendus esset, & gratum ille Deo obsequium fecisset: facillimum illi præceptum imposuit, ne ex vna arbore, vbi tam multæ erant optimorum aspectu & sapore fructuum ederet, ab ea sola abstineret, & credibile est illum Deo aliquandiu obsequutum esse, non enim vna hora tantum, vt sentiunt quidam, aut diebus aut hebdomadis aliquot in paradiso permansit. Quin potius verissimilimum est aliquot annis in ea Dei voluntate permansisse, vt sentit Georgius Cedrenus, quo opera Dei adminiculo Spiritus sancti & contemplatione diuturniore firmiter edoctus, illa posteris suis enarrare posset. Cum igitur longissimæ tum essẽt vitæ homines, vera Dei doctrina paucorum traditione, nimirum trium, Adam, Mathusalem, Noe, ad Abraham peruenit, cuius deinde sacro cum Deo fœdere, facilè ad Mosem vsq; in posteris Iacob reseruata est. Verum sub eius ortum nimium inualescente idololatria, voluit Deus per Mosem primorum operum suorum descriptione, homines ad vnius Dei agnitionem & cultum reducere. Genesim igitur mundi, quam ille partim ex traditione, partim ex reuelatione Spiritus sancti descripsit, hic contemplari est propositum, quo veram & integram totius orbis descriptionem, quam indagamus, assequamur. Fuit illi proculdubio frequentius cum Deo colloquium, in quo de creatione mundi, de natura rerum, de Dei proposito, & alijs, quæ homini scitu erant necessaria, eruditus fuit, adduxit illi Deus animalia, vt singula perspiceret & nomina imponeret iuxta naturam eorum, quæ tam exiguo temporis spacio fieri non poterant. Author est Georgius Cedrenus in compẽdio historiarum, antiquos quosdam sentire, quod Adam septimo demum anno peccarit, & paradiso eiectus fuit, & efficacibus rationibus id probabile esse ostendit.

FABRICAE MVNDI

Caput decimumoctauum.

De lapsu Adami.

INterea dum paradisum habitaret Adam, familiarior Deo factus, fortè non satis grauiter præceptum Dei ponderans, Satanæ aures arrexit, & diu patienter audiuit, qui inimicus factus Deo, quod iusto eius iudicio cœlo eiectus esset, homini insidiatus est, persuasit ei mandatum Dei in alium finem, quem ipse à Deo non audisset, datum esse, quum tamen sciret Deum creatorem suum veracem & iustum esse, nec frustra mandatum dedisse, serpentem vero mendacem, & iustè cœlo eiectum esse. Non enim dubium est, quin multam cum Deo in paradiso conuersationem & varia colloquia habuerit, in quibus de creatione & scopo rerum omnium & natura edoctus fuit, potentiam etiam Dei ex tã sapienti creatione, & recto serpentis iudicio agnouit, vt merito serpentem non audire debuerit: fecit insipienter, in hoc tamen contra Deum non peccauit, quia Deus hoc non prohibuerat. Etenim faciebat ad maiorem Dei gloriam, si Adam tentatus non peccasset, tum enim certum testimonium homo exhibuisset de se bene creato, vt erant omnia valde bona Gen. 1. v. 31. Poterat serpentis sermonem interrumpere, eumq; abijcere, & non peccasset. Initium quidem ad peccandum, non tamen peccatũ fuit, quod satanæ aures præbuit, Deus enim hoc non prohibuerat, & adhuc potestatem contradicendi obtinebat, sed diutior patientia & familiaritas consensum peperit, & continuo peccauit transgrediendo mandatum, quo offensus Spiritus sanctus, illum suis donis quæ in creatione acceperat, & à spiritu donec non peccaret, sustentabantur, reliquit, Deo euentum spectante, at non approbante, quia prohibuerat, Adamo vero de sua constantia experimentum faciente. De hoc lapsu verissimè & planissimè scribit Ecclesiasticus cap. 15. v. 16. Deus hominem creauit ab initio, eumque arbitrio consilij sui permisit, si volueris mandata seruabis, optimæq; voluntatis fidem præstabis. Ignem & aquam tibi proposuit, ad vtrum voles manum tuam porrige, vita simul & mors proposita sũt homini, & vtrumcunque placuerit dabitur illi. Porro cum eum peccaturum Deus præsciret, cur non talem creauit, qui labi non posset? Deus omnia bene & paternè fecit, gratia erat, quod tam insignibus animi dotibus ornatus fuit, vt facile tam leui mandato obedire posset, & merito homo pro tantis donis suo creatori obediendo gratus esse debebat. Poterat ergo, vt asserit Ecclesiasticus, stare si voluisset, quod autem cecidit, illius est culpa, non prædestinantis aut volentis Dei, Deus enim omnia valde bona creauerat, & paternè disposuerat. Cum ergo peccauit, Spiritu sancto, qui antea illi familiariter cohabitabat, à quo vitam habebat non interituram, si non peccasset, priuatus est,

qui

qui illum in vita sancta, gratia & fauore Dei sustinuerat, derelictus ergo familiari Spiritus sancti præsentia, nihil in se sensit quam affectiones carnis, à qua pertractus eius animus, vt ex Paulo liquet Rom. 7.v.15. & sequentibus vsque ad 24. factus est enim & ipse carnalis, hoc est concupiscentijs carnis addictus, vt in eadem constitutus hypostasi. Dicit enim aliam esse legem siue necessitatem in carne quam in animo, & eam animum captiuum in seruitutem trahere. Porro quod captiuum fit, non est sui iuris, sed alterius potestati subijcitur. Indicat igitur animum principio non fuisse carnalem, sed talem euasisse, cum captiuus fieret carni. Hanc peccati originalis originem planè necessarium est scire & obseruare, ne animum ab initio carnalem creatum esse, aut fragilem & impotentem malis resistendi, hoc enim creatoris impotentiam argueret, vt qui ad conceptum scopum, hominē idoneum creare non posset, & eius potestatem violaret. Iam quę calamitates homini ex hoc peccato ortæ sint, disce ex loco Pauli allegato capit.7. Si enim tantum potuit caro in tot donis ornatum animum, & à Spiritu sancto custoditum, quid non posset in eundem iam sibi captiuum factum, & à spiritus familiaritate desertum? Audi quid Apostolus Rom.3.v.12. de omnibus tam Iudęis quam gentibus dicat. Omnes deflexerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui exerceat bonitatem, non est vsque ad vnum. De natura humana loquitur sola, sed quando in Christo est, & à Spiritu sancto adiuuatur homo, nō est talis, naturalia dona animi, intellectus, ratio, iudicium, memoria, &c. dona non sufficiunt, nisi adsit spiritus, horum sustentator & gubernator. Est autem carnis concupiscentia, nō tantum priuatio iustitiæ, sed vera inclinatio ad ea quæ carni placent, proinde cum animus eiusdem inclinationis fit consors, non solum priuatur iustitia, sed habet positiuum malum, nimirum perpetuam inclinationem ad carnis placitum, vnde omnia peccata oriuntur, & propterea dicitur illa inclinatio peccatum originale. Quod si priuatio tantum iustitiæ esset, non habuisset Paulus occasionem exclamandi. Miser ego homo quis me eripiet ex corpore mortis huius. Rom.7. Renatus enim animo iam ereptus erat. Atqui etiam in renatis adhuc hæret peccatum originale, hoc argumentum est, peccatum originale plus esse quam priuationem & malum in natura hærens, quod per generationem propagatur. In peccatis, inquit Psalmista, concepit me mater mea. Prouidens autem Deus, hoc peccatum in homine oriturum, dixit. Quacunque die ex ligno scientiæ boni & mali ederis, moriendo morieris, morte enim corporis hoc peccatum delendum erat. Itaque omnibus semel mori lex est, quo quod præter creationem est deleatur in saluandis. De paradiso, vbi fuerit, & quæ eius flumina, in veteri geographia restituta demonstrabo. Homines extra paradisum creati in illum translati fuerunt.

FABRICAE MVNDI Caput 19.

De secunda & subalterna creatoris intentione in creando homine.

QVia peccaturum Deus hominem præuidit, ne frustra esset tam sapiens rerum omnium creatio & ad destinatum finem scopus, quem Adam peccando violauit, nouo beneficio hominis lapsum resarciuit, viam constituit, qua à peccato liber, pristinæ conditioni restitueretur, & procedeter prima creationis intentio, filium suum carnem assumpturum promisit, qui pro peccato Adami, quo omnes à generatione tenebantur, satisfaceret, Deum patrem pacaret, & Spiritus sancti auxilium iterum impetraret, quo promisso & credito eadem qua prius intentione vitam æternam assequeretur. Ex hac præscientia mirabili Deus vsus prouidentia, ita creationem omnium absoluit, vt in vtroque statu, obedientiæ & lapsus, homini ad vitam æternam consequendam seruaret, ita vt nihil frustra à Deo fieret, tantum maneret mors carnis, quæ peccato originali debebatur, quo illud tolleretur planè ab homine, & purus totus, vt creatus erat, ad Deum veniret, in finem ad quem conditus erat. Porro quia per peccatum originale omnes tenebantur, vt ostendi præcedente capite, quo minus per dona naturæ ad Christum venirent, ordinauit Deus pœnitentiam, baptismum & synaxin, præcipua sacramenta, quibus homo coram toto mundo se Christo dederet, & fide eius pro peccatis hominum sacrificium approbaret & acceptaret, quo contra vim peccati armaretur, hoc solo medio à peccati originalis potestate liberaretur, & contra eius vim, auxilium Spiritus sancti impetraret, durat tamen pugna cum peccato, quò ad viuimus, donec illud per mortem carnis (in qua eius origo pendet) aboleatur, ideoque mors carnis à Deo iniuncta est, propter lapsum Adami, vt peccatum illud, quod præter creationem est, radicitus tolleretur, quo facto saluus est homo, non tamen patet accessus ad Deum patrem, nisi per Christum, Ioh.3.v.13. scriptum est. Nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis qui descendit de cælo. Via à Christo aperienda erat. Et oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam Luc.24.v.26. Ergo vt hoc hic non rectè à multis controuersum adijciam, ante incarnationem Christi, nemo piorum patrum in cælum ascendit, sed certo loco in gaudio & fælici expectatione seruabantur, vsque ad Christi aduentum. Hunc locum vocabant patres limbum, non inferni, sed paradisi cælestis opinor, in quo Abraham, tanquam pater fidelium nominatissimus erat, in cuius sinum siue congregationem Lazarus post mortem ab angelis deportatus est. Post Christi mortem vero in cælum adducti sunt, secundum eius testimonium. Pater volo vt vbi ego sum, illic & minister meus sit. Proinde ascendit Iesus Christus suo tempore, cum hac præda & captiuitate magna in cælum. Peccatum ergo hoc originale & pugna cum illo, durat vsque ad mortem carnis, sed per fidem in Christum contra illud munimur & seruamur auxilio Spiritus sancti, quemadmodum Adam seruandus erat, si non peccasset. Propter eius pugnam cum animo hominis exclamat Paulus. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, (quę ab illo intentatur) Gratias, inquit, ago Deo meo per Iesum Christum, quē pater saluatorem dedit, & per spiritum suum adiutorem, donec in morte carnis planè aboleatur. FINIS.

ORBIS TERRAE

TYPVS.

CVM ex naturæ necessitate ordo semper requirat generalia particularibus anteponere, totumque parti, ad maiorem oblatæ rei intelligentiam: hac eadem & ego deuinctus lege huic primo nostræ Geographiæ ac Septẽtrionalium terrarum tomo, vniuersalem orbis terræ typum, eiusque quatuor partes, Europam, Africam, Asiam & Americam, quo fœlicius rem prosequar, præponere debui: & singulis quoque deinceps tomis consequentibus, vt is etiam perfectum semper habeat opus, ac totius vniuersi descriptionem, nec hac vtili speculatione priuetur, qui vel suæ tantum patriæ delineationem sibi comparauerit. Iucunda etenim est & maximopere necessaria generalium contemplatio, ei qui vel minimam mundi & naturalium rerum cognitionem habere cupit. Si enim libeat considerare, quis Solis ortus vel occasus, quæ causa æstatis vel hyemis, vnde inæqualitas dierum & noctium existat, quid deniq; & quo in loco natum, propagatum, actum, gestum, mutatum & conuersum iam inde a rerum conditarum primordio fuerit id omne certè non aliunde melius, quam ex harum quinque tabularum adiunctione sine omni periculo & honesta cum animi voluptate didiceris. Et quemadmodum nulli, quantumuis amplam habitationem nacto, sufficit perspectas habere suarum ædium partes, vt sunt atrium, cella vinaria & penaria, culina, triclinium, cœnaculum, cubiculum, conclaue, musæum, quo ijs commodè vti possit; sed etiam in qua vrbis parte & platea, domus eius sita sit, compertum ipsi esse necessarium & commodum est, vt hinc cognoscat statim, si in ciuitate tumultus vel incendium oriatur, quam prope vel procul à periculo absit. Sic non minus iucundum vel necessarium nosse, qua in orbis parte habites, quos populos vicinos, aut remotiores habeas, vt grassantibus belli calamitatibus, quo metu, quaue animi tranquillitate vti liceat, scire queas. Denique cum Cosmographia sit lumen totius tam ecclesiasticæ quã politicæ historiæ, & plus ex ea discat otiosus spectator, quam ex longo, molesto & sumptuoso labore peregrinator, qui crebro cælum tantum, non autem animum mutat: parum vtilitatis ex ea capias, si tabulis particularibus generales non adiunxeris. Sunt autem hæ generales tabulæ collectæ ex magna orbis terræ descriptione (cuius etiam initium longitudinis, vel primi meridiani positionem in singulis sequuti sumus) et ex magna Europa mea quas Duylburgi edidi. Tu interim Lector vale & fruere, ac huius tuæ habitationis ac tibi ad tempus tantum concessæ gloriam cum Poëta Buchanano diligenter considera, qui sic eam cælestibus comparat, vt animos terrestribus ac rebus hisce caducis immersos extrahat, & ad altiora ac æterna viam ostendat.

Percipias rerum sit quantula portio, verbis
Quam nos magnificis in regna superba secamus,
Partimur ferro, mercamur sanguine fuso
Ducimus exiguæ glebæ de parte triumphos.
Illa etenim moles per se spectata seorsim,
Magna quidem: si cum stellati tegmine cæli
Componas, puncti instar erit, vel seminis, vnde
Condidit innumeros senior Gargetius orbes.
Hæc illa est hominum sedes, hæc illa ferarum
Et volucrum domus: hoc angusto è carcere quantum
Surripit Oceani terræ circumfluus humor,
Quique per Herculeæ irrumpens diuortia metæ,
Europam Libycis latè seiungit ab oris?
Adde huc claustra Arabum, quæq; arctant æquora
Hyrcanos: huc adde lacus laxasq; paludes,
Et quæ præcipiti labe fractam flumina montes
Vertice, vel pigris stagnant immota lacunis.
Dumq; hæc vi rapiunt, hæc orbem gurgite mergunt,
Conditur exiguæ sub aquis pars maxima terræ.
Quod superest, magno velut insula parua profundo
Innata: hæc etiam quantum vel squalet arenis?
Vel tumet in vastos sine fruge, sine arbore montes?
Vel nimijs ardet flammis? vel frigore torpet?
Vel iacet humano indocilis mansuescere cultu,
Vel fœcunda malis animantum in funera succis?
O pudor, ô stolidi præceps vesania voti!
Quantula pars rerum est, in qua se gloria tollit,
Ira fremit, metus exanimat, dolor vrit, egestas
Cogit opes ferro, insidijs, flamma atque veneno?
Scilicet & trepido feruens humana tumultu.

(campos

DE MVNDO.

VNIVERSITAS hæc, quæ ob mentis humanæ sacraria magis, quam oculorum aciem obuersatur, ab Elegantia perfecta & absoluta Puritate Græcis κόσμος, quod illi nomen primus dedit Pythagoras, dicitur; Latinis *Mundus*. Is Plinio Naturalis historiæ lib. 11. cap. 1. cuius circumflexu teguntur cuncta. Apuleio, admirandam omnibus machinam depingenti, *qui societate Cœli & terræ constat, & eorum Naturis, quæ vtriusque sunt*. Aristoteli περὶ κόσμου definitur ab Caussis quidẽ: ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ θεῶν τε καὶ διὰ θεῶν φυλαττομένη: à Partibus verò: σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. Eius formam in speciem orbis absolutissimi globatam esse, nomen inprimis, & consensus in eo mortalium orbẽ appellantium pingentiumque, sed & argumenta rerum docent: non solum quia talis figura est capacissima & simplicissima, omnibusque sui partibus vergit in sese, ac sibi ipsi tolerandæ est, seque includit & continet, nullarum egens compaginum, nec finem aut initium vllis sui partibus sentiens: sed oculorum quoque probatione, quod conuexus vndique sit quacumque cernatur, quodque partes habeat eiusdem formæ, quum id accidere in aliâ non possit figurâ. Vt ridiculi meritò existimandi sint, qui non *figuræ sphæricæ vel rotundum*, sed alius etiam figuræ eum esse sunt arbitrati. Partes mundi duæ sunt, Aetherea siue cœlestis, & Elementaris siue sublunaris. Aetherea est lucida illa regio sphæras celestes omnes complexa, immunis ab omni variatione: Elementaris est ea quæ infra illos orbes constituta, generationem corruptionemque admittit, estque non tantum corporum simplicium, vt sunt ignis, aer, aqua, terra: Verum etiam eorum quæ ex hisce

Nomen à quo & cur inditum.

componuntur

ORBIS TERRAE COMPENDIOSA DESCRIPTIO

Quam ex Magna Universali Gerardi Mercatoris Domini Richardi Cartha Geographici accuratissima Ipsorum Archetypo ac Tabulari Ipsiusmet in veteris amicitiæ ac familiaritatis memoriam Rumoldus Mercator fieri curabat A. M. D. LXXVIII.

componuntur: quorum quinquè genera Sapientes prodiderunt. Sunt enim quædam imperfectè mixta, quæ *Meteora* appellamus, grandines, inquam, pluuiæ, niues, tonitrua, fulgura, venti: Alia perfectè mixta, sed inanimata, vt saxa, marmora, metalla. Alia quæ animam habent vegetatiuam vt plantæ. Sunt quæ insuper sensitiuam, vt bruta: Sunt denique in supremo & vltimo rerum compositarum gradu, quæ præter hæc omnia animam habent rationalem, vt homines. Nos sua Astronomis, Physicisque relinquentes Orbem Terrarum potissimum considerabimus. Terra vniuersa mari, fluminibus, paludibusque variè intersecta, orbem absolutum cum illis omnibus constituit. Homerus sanè non aliam ob causam eam vocat *orbicularem*. Et Numa Pompilius, idem spectans, ædem Vestę rotundam consecrauit. Neque verò aliam eius figuram esse posse cum ex grauium ad vnum aliquod punctum tendentium ratione demonstrauit Aristoteles, tum ex Eclipsibus & horologiorum vmbris à Mathematicis probatur. Pręterea longis certisque peregrinantium obseruationibus deprehensum est, longitudines & latitudines locorum pro interuallis variari, adeò vt et Periæcos, & Antoecos, & Antipodas esse certius sit, quam vt vlla prolixiore demonstratione ostendendũ sit. Hunc Orbem continere, in circuitu, quo maximè patet, gradus 360. antiquitas docuit, idemque recentior asserit ætas, vnde si singulis gradibus tribuas milliaria Germanica xv. vel Italica Lx., non erit difficile inire rationem ambitus totius terræ. *Atque hæ tot portiones terræ*, (vt Plin. 11. Natural. histor. lib. inquit) *imo verò vt plures tradidere, mundi punctus (neque enim est aliud terra vniuersa) hæc est materia gloriæ nostræ, hæc sedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic instauramus bella etiam ciuilia, mutuisque cædibus laxiorem facimus terram. Et vt publicos furores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini cespitem nostro solo affodimus, vt qui latissimè rura metatus fuerit, vltraque fines exegerit accolas, quotâ terrarum parte gaudeat? vel cum ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tandem portionem defunctus eius obtineat.* Hæc ille. Ac de terra quidem quatenus ea cũ mari orbem constituit pauca ista sufficiant. Eadem prout ab aquis distinguitur, & in Sacris *Arida* appellatur, proprium est hominum domicilium. Huic vni propter eximia merita cognomentum indidimus Maternæ venerationis. Hæc nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper: nouissimè cõplexa gremio iamque à reliqua natura abdicatos desertosque, tum maximè vt Mater operit. Aquę subeunt imbres, rigescunt in grandines, augescunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: Aer densatur nubibus, furit procellis: At hæc benigna, mitis, indulgens, vsusque mortalium semper ancilla, quid non generat? quid nõn sponte fundit? quos odores saporesque? quos succos? quos tactus? quos colores? quam bona fide reddit creditum fœnus? quæ nostri causa alit? Hoc etiam adijciendum videtur. *Promontorium* vocari terræ tractum prominentem & opponi *Sinui*. Talia esse in extrema Italia Lacinium & Zephyrium, in Sicilia Lilybæum, in Asia Sigæum. *Insulam* dici quæ vndique mari alluitur, quales sunt Creta, Cyprus, Sicilia. Peninsulam quę iugo adnectitur continẽti: iugum illud vocari Græcis Isthmũ, ipsã verò Peninsulã Chersonesũ, quales sunt Chersonesus aurea, Cimbrica vel Dacica; Taurica aliæque. *De mari* hoc loco aliquid etiam adijciendum:. Mare aliud vocamus Mediterraneum, aliud Oceanum. *Oceanus* quem Sacræ literæ appellant abyssum aquarum, reliqua omnia sua vastitate & magnitudine superat, diffunditurq; per totam terram, ac per diuersas mundi oras variarum gentium littora, insulas, promontoria, flexuoso meatu oberrans, nomen cum locis mutat. Alibi vocatur Occiduus, alibi Eous, Aethiopicus, Hispanicus, Atlãticus, Scythicus, Gallicus, Britannicus, Germanicus, Hyperboreus, & Glacialis: alibi ex recentiorum obseruationibus Mare del Sur siue Pacificum, Archipelagus Lazari, Mare Indicum, Lantchidol. Eius *Sinus* plures sunt, Arabicus, Persicus, Gangeticus, Magnus, Sarmaticus, Mexicanus, Vermilius. *Freta* Oceani nobiliora sunt duo, *Gaditanum* & *Magellanicum*, quibus addi potest *Aniam*, quod inter Americæ oras vltimas occidentales & Tartariæ orientales interiectum est. *Mare Mediterraneum* Africam ab Europa disterminat, & pro regionum situ diuersa habet nomina. Primò quidem occurrit Ibericum, postea Balearicum, Gallicũ, Ligusticũ, inde Siculũ, Adriaticũ, Ionium, Creticum, Aegyptium, Pamphylium, Syrium, Aegæum, Myrtoum, Icarium, Propontis, Pontus. Neque verò sterile omnino est mare; fert pisces, fert plãtas, fert gemmas. In primis notandum est, quam dædalo artificio natura pleraque omnia quæ aut in terris aut in aëre visuntur, voluerit in mari repræsentare. Mitto Elephantes, Porcos, Testudines, Canes, Vitulos, Equos. Mitto falcones, Hirundines: ipsum hominem expressit in Equite marino, Sirenibus, Nereidibus, &, quod fidẽ penè superat, in Monacho. Ac de Sirenibus & Nereidibus conspectis scire qui volet, præter Alexandrum ab Alexandro aliosq; assiduæ fidei & locupletissimos testes, adeat pagum Brilæ Batauorum finitimum, quem *Swarte Wale* indigitant; ibi Sirenem exsiccatam & tomento fartam adseruatamque in rei fidem ac memoriã, ex templi laquearib' dependentem videbit. Iam Corallus, margaritæ, ambra, Succinum, spongiæ, aliaque infinita, quem non meritò in admirationem trahant & adorationem supremi numinis? Sed de his hoc loco satis copiose, ad distributionem Orbis Terrarum accedamus. Terrarum Orbem Veteres, quib' non ita, vt nobis hodie, innotuerat, nunc in duas partes, nunc in tres sunt partiti. Qui in duas, Asiam & Europam, alios Africam comprehendisse lego sub Asia, alios sub Europa. Sub Asia quidem complectuntur Scriptor antiquissimus Eratosthenes, de quo Varro lib. 1. de Re Rustica, cap. 11. & ipse Varro lib. 1. de Lingua Latina. Sub Europa verò locant Africam, præter Isocratem in Panegyrico, Incertiores cum apud Salustium in bello Iugurthino, & Lucanus lib. ix. Belli Pharsalici; tum apud Augustinum lib. xvi. de Ciuitate Dei, & Orosium lib. 1. cap. 11. In tres partes distributio, Europam, Asiam, Africam, vel Libyam, maximè celebris apud veteres, quibus nouus Orbis nondum innotuerat. Sed inuenta America, eam pro quarta parte ætas nostra adiecit. Mercator noster, Geographorum nostri temporis Coryphæus, hunc orbem Terrarum in tres continentes distinguit: Primam vocat eam, quam Veteres diximus in tres partitos fuisse: secundam quam nunc Americam vocamus: tertiam dicit Terram Australem, quam nonnulli Magellanicam nuncupant, paucis hactenus Historiis detectam. Nos verò Orbem vniuersum in quinque partes diuidimus Europam, Africam, Asiam, Americam & Terram Australem.

Terræ ambitus.

Terræ qualitas.

Mare.

Commoditates Maris.

Europam licet omnium minimam, primo loco cum potissimis Terrestris Globi Delineatoribus, describemus: vel ob soli nobilitatem, vel ob frequentiam incolarum, vel ob preclara eorum facinora qui eam hactenus tenuere. Plinius eam altricem vocat victoris omnium gentium populi longeque terrarum pulcherrimam. Aliæ sanè partes etsi maiores sint vastioresq;, minus tamen habitatæ sunt. Principium igitur det has aliasque ob causas plurimas Europa; nobilissima hæreditatis Iapheti (qui primogenitus Noæ liberorum sua pomeria produxit etiam in fratrum Semi Chamique Terras) Portio. Hæc paucis de Ordinis Ratione: iam nunc Etymon succedit explicandum. Herodotus nominis huius originem ignorari putat: alijs tamen ab Europa Tyria dici, Agenoris Phoenicum (Libyæ inquit Isidorus) regis filia: quam Iouem in Bouem conuersum rapuisse tergóque impositam Sydone in Cretam, vel Cyprum auexisse, fabulantur Veteres. Alij fabulis reiectis, raptam volunt Naui tauriformi: alij Nauem hic agnoscunt quæ Iouis tutelam, effigiemque tauri habuerit: Iephatus virum quendam Cretensem Taurum nominatum fuisse scribit, qui ex Tyrrhena Regione cum cęteris Puellis Europam Regis filiam abduxit captiuam: Sunt qui Legionem Militarem fuisse arbitrantur, cui inter Signa Insigne erat Tauri: Quidam, ob pulchritudinem Regionis, per similitudinem raptæ filiæ, sic appellatam ferunt. Ab Europo sic vocatam non male quis dixerit, quem in hac Orbis Terrarum parte aliquando regnum tenuisse memoriæ proditum. Becanus persuaderi nolens Europam Græcam habere nomenclaturam, quum prius ab Cimmerijs sit habitata, quã ab Græcis, ijsq; alia quam his fuerit lingua, sic vocatam putat à Gentis præstantia: Ευ enim monosyllabum per Dipthongum elatum nihil aliud esse, quam magnum quid & excellens, quodque in quaq; re præstantissimum: Ωψ autem hominum multitudinem designare. Idem Goropius in Codice quodam edito, quo vti solitus erat, cuiusque marginibus, secundam parans editionem, sua manu passim multa adscripserat, nouam de Europæ etymo sententiam notarat his verbis: *Verum diligentius mihi nomen cum Sacris Literis conferenti, altera ratio in meritem venit, longe præstantior & felicius omen preferens. Iapeto dilationem, & vt alij interpretantur, gaudium promitti videmus, quod tum consequuturus erat, quum Christus Morte sua nos redemisset Egitur legitimum Connubium denotat;* Ευ, *excellens;* Ωψ, *spem: quo fit, vt* Europ *legitimi connubij excellens spes sit, quæ propria eius Terrarum portionis fuit quam Noachus Iapeto dedit habitandam. Quamuis enim Semi posteritas per Abrahamũ multis sæculis, Deo fuerit coniugata, tamen repudiata est. Coniugium vero, quo Christus Europam Ecclesiam suam copulauit, nunquã dissoluetur, adeo vt optimo iure Iapeti portio Europa dicatur.* Sunt et aliæ huius partis Orbis Appellationes. *Tyriã* vocant nonnulli, à *Tyria*, quam Puellæ raptæ, quidam Matrem, Patriam alij perhibent. Ex Scriptoribus Sacris non pauci *Iapetiam* nominant a Iapeto, de quo dixi. Ptolemæus 11. Quadripartiti *Celticam* communi nomine vocari scribit, à populis eam passim habitantibus. Varijs enim in locis huius Orbis Partis quam nunc Europam dicimus, fuere Celtæ. Et Europam merito *Celticam* nominari debere, manifestè innuit apud Strabonem Ephorus, vbi terræ totius loca in quatuor partes diducens, dicit eam, quæ versus Subsolanum est, habitari ab Indis, quæ versus Austrum ab Aethiopibus, quæ ad Aquilonem, ab Scythis, quæ in Occasum vergit, ab *Celtis*. Europæos hodie *Francos* vniuersim appellant Asiatici. Turcis *Franki* vocantur Religionis Romanæ cultores, vt *Romei* qui Græcæ addicti. Abissini, quod testantur variorũ Ephemerides, in Africa, Nos etiã *Alfranques*, Christianorũ autẽ Regionem Frankiam nuncupant. Græcis hæc pars ἐυρωπη & ἐυρωπεία, Sophocli item & Euripidi, notante Stephano, *Europia* per 1. Hęc de nomine, sequitur situs siue Quantitas. Quod illam attinet, tenendum eum primis Ptolemæum aliosque veteres Europam collocare inter Climata 4 & 9; inter Parallelos 11 & 21; inter Gradus Latitudinis 36 & 54, Longitudinis 17 & 61: nostra ætate, quum & solis Declinatio, quemadmodum obseruatum est, mutata sit, & plurima Loca, Europæ nostræ adcensenda, ad 72. vsque Latitudinis gradum versus Septẽtrionem in notitiam venerint; eamque ob caussam vlterior Climatum Parallelorumque Notatio fuerit excogitata: Sita conspicitur Europa inter Climata IV. & XIIX; Parallelos XI & XXXVI; Gradus denique Latitudinis quidem XXXVI & LXXII, Longitudinis autem, si, qua longissimè se expandit, consideretur à Promontorio Hispaniæ, quod *Cabo S. Vincentij* hodie vocant, vsque ad lineam recta à Tanais fonte ad Oceanum Borealem ductam, inter Gradus ferè XVII & LXXI; qua verò breuissima, ab eodem Hispaniæ Promontorio vsque ad Maleam Pelopõnesi Caput, exclusis Aegęi maris, quę Europæ adnumerari possunt, Insulis inter Gradus XVII & LVIII: adeo vt Meridionalissimã Europæ sint gradu Latitudinis XXXVI, Hispaniæ mons Calpe, vna Herculis Colũnarum, Promontorium Siciliæ Austrinum, Odyssiã olim, & Peloponnesi, hodie Moreæ, Caput, *Tanaria* Veteribus, nunc *Cabo Maini*: quibus locis maximus dies horarum XIIII, minut. XXX: Septemtrionalissimus autem Limes sit, gradu LXXI & dimidio, Scandiæ Promontorium, versus boream vltimum, hodie Wardhuys, vbi maximus dies 2 est mensium 22 dierum, horarum 7. Lineam porro, à Tanais fonte versus Septentrionem recta in Oceanum ductam, Orientalem Europæ Limitem statuimus, communes, à quibus dissentire religio nobis est, sequuti Calculos. Queis enim Europa Limitibus sit Orientem versus definienda, inter veteres Scriptores non satis conuenit. Aristoteles, Plato, Herodotus, & alij, qui his suffragantur, Europam ab Asia separant Phasi flumine siue Isthmo, qui est inter Pontum Euxinum & Mare Caspium. Dionysius, Arrianus, Diodorus, Polybius, Iornandes, Tanai flumine simpliciter. Abrahamus Ortelius fines Europæ versus Ortum statuit, mare Aegeum, Pontũ Euxinum, Mæotidem Paludem, Tanaim fluuium, & Isthmum qui est ab eius fontibus, recta ad Septentrionem. Alijque alios. Ptolemeus eodem Tanai flumine finit ab Asia Europam, ductaque ab eius fonte versus Boream ad Mare vsque linea. Huic cum peritissimis Geographis subscribentes, descensu à Linea Tanaique flumine versus Meridiem facto, metas porro eum alijs Orientales signamus in Palude Mæotide, Bosporo Cimmerio, Ponto Euxino, Bosporo Thracio, Propontide, Marique Aegæo vsque in Mare Mediterraneum, quo Meridiem versus ab Africa dirimitur: ad Occidentem vastissimus eam pulsat & apertissimus Oceanus; ad Septemtrionem denique Mari clauditur Boreali. Strabo formam Draconis ei tribuit, cuius caput Hispania, collũ Gallia, corpus Germania, alas dextra læuaque referunt Italia & Cimbrica Chersonnesus. Hæc de situ & Quantitate: sequitur cœli temperies terræque qualitas illustranda. Aere coeloque vt plurimum fruitur temperatissimo ac clementissimo,

Regio.

Europa vnde dicta.

Nomina varia.

A quibus, & cur indita.

Situs.

AMERICAE PARS
TERRARUM POLARIS PARS
OCEANUS
OCCIDENTALIS
ASIAE
PARS
EUROPA
AFRICAE
PARS

mo. Vnde etiam Europa quanta quanta est habitatur, quamuis quicquid locorum supra Lx. Latitudinis gradum, propter frigora incommodè, tum laboriosè: Nec solum stupenda Cœli clementia, temperie, amoenitate, maxima incolarum frequentia: verumetiam fertilitate, Frugum, Arborum, Plantarum, omnis item generis animantium, Metallorum, & aliarum, quæ sustentandæ hominum vitæ sunt necessariæ, Rerum copia reliquas Orbis Terræ partes summo merito longè superat. Vites tamen vbique non habet. Sed vbi vinum deest, ibi eius vsum factitio è frugibus potu supplet. Cætera quibus caret, Gemmas Preciososque lapides, Aromata, aliaque odorifera, tam cumulatè, tamque liberali manu ab Asia importata accipit, imo vt generalius cũ Strabone loquar, neue quam Orbis particulam excludam ἐξωθεν μίσεσιν, vt nusquam maior sit adfluentia. Hæc Orbis Domitorum (nam nec hic ab eius temperare Possum laudibus) Genitrix. Quidni? Produxit quidem Alexandrum Macedonia, Italia Romanos; qui successione quadam; quam *Deus* æterna sua prouidentia decreuerat Terrarum Orbem quousque notum habebant, domuerunt: producit autem hodieque Germania Principes, qui quartæ Romanorum Monarchiæ jura, quantum per Immanissimorum Hostium potentiam & impressiones licet, sarta tecta tuentur. Nunquid & Magni, quos Auorum adorarunt tempora, Europæ Heroes incognitam, vt plerique opinantur, Veteribus Americam, potioresque & validiores Africę Asiæque partes suo adiecerunt Imperio? Nunquid Mater tot Regum, tot Principum, Christo, quod alibi rarius, militantium? Habet enim hæc nostra Europa, præter Romanum Imperium toto terratum Orbe venerandum, supra viginti octo; si quatuordecim, quæ Damianus à Goes in sola Hispania numerat, adiunxeris; in vniuersum Regna, Christiana Religione imbuta: vnde huius regionis dignitatem vel inprimis æstimare liceat. In Europæis ergo illam Noæi benedictionem: dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaam seruus eius, adimpletam cernimus. Europa enim victoris omnium gentium, populi, vt supra ex Plinio attulimus, altrix de reliquis Orbis partibus, quæ Semo & Chamo obtigerunt non semel triumphauit. Constat enim non solum ex Theologis, sed etiam ex Iosepho & alijs, Iapheto Noæi filio, eiusque posteris Europã cessisse. Quid de Vrbium frequentia, nobilitate ac celebritate dicam? Superbiuit olim Africa vnica ferè sua Carthagine; tumuit vix tribus Asia vrbibus, Babylone, Niniue & Hierosolymis: Gloriantur hodie America Cusco; Mexicoque Noua Hispania: at verò quis hoc tempore non videt pares maioresque in singulis penè Europæ regionibus? Perambulet quis cogitatione solum sua in Italia (exemplum enim subministret hic vnus ille Mundi in nostra Europa ocellus) sumptuosam Romæ Magnificentiam, regales Venetiarum Opes, suspiciendam Neapolis Nobilitatem, feruentia Genuæ Commercia & negociationes, felicem illam & beatam Mediolani Amœnitatem, aliarum denique alia cum miracula, tum Commoda: Sileant sua, clamare cogetur, sileant partes Orbis cęteræ: Par nihil Europæ, nihil est secundum. Regiones eius (vt hodie eas appellamus) sunt *Hispania, Gallia, Germania, Italia, Hungaria, Transsyluania, Dalmatia, Græcia, Polonia, Lithuania, Moscouia, Roxolania, Dania, Suecia, Noruegia.* Sunt & Insulæ in Oceano Boreali: *Anglia, Scotia, Hibernia, Islandia, Frisiandia.* Alibi aliæ. In mari Mediterraneo sunt *Baleares Maiorica & Minorica, Corsica, Sardinia, Sicilia, Melita, Corcyra, Creta*, plureſque aliæ, in quibus infinita vis hominum degit. Lacuum verò, Stagnorum, fluminum Aquarumque, queis variæ vires in hac parte quis enumeret? Quæ præter pisces, quorum incredibilem copiã subministrant, regionibus pro muro plerumque sunt. Quid Maria? quorum commoditates, vtilitates & delitias omnes si velim recensere, tempus me deficiat. Atque hæc suis locis explicabuntur. Non desunt Europæ montes inter quos Pyrenæi Alpesque perpetuis niuibus albicantes: neque etiam syluæ & nemora, in quibus quum ferarum vtilium alat copiam, nociuarum tamen raritatem merito potest iactare. Quid de operibus publicis tam sacris quam prophanis, quid de priuatis dicam? Innumera hic magnifica templa, innumeræ abbatiæ, infinita cœnobia, Monasteria, Xenodochia, ac Nosocomia. Plurima Regum conspicua Palatia, innumeræ Magnatum & Principum magnificæ ac pulcherrimæ ædes: innumera denique & publica & priuata ędificia, vti ex sequentibus lectori planum fiet. Habemus hic Iura & leges, habemus Religionis Christianæ dignitatem, habemus humanitatis delicias, habemus armorum vim: Habemus Senatores innumeros, viros prudentia atque eruditione venerabiles. Denique si viros celebres conferre libeat. Nulla vnquam tanta fuit in alijs Orbis partibus Heroum virorumque Nobilium frequentia: quanta in vno aliquo Europæ tractu. Artes verò scientiasque hęc pars Orbis ita tractat, vt ob multarum rerum inuentionem, mater; ob conseruationem plurimarum, nutrix Sapientiæ merito dicenda sit. In hac sunt præstantissima florentissimaque bonarum literarum Athenæa, in alijs regnat mera Barbaries. Superest postremum methodi nostræ caput de Europæorum moribus. Sua enim & Incolis qualitas. Sed ego non is sum, qui nulla coactus necessitate, maximas mihi parare velim molestias, certissimamque ab alijs inuidiam. Præstare difficile est, quod Titulus pollicetur. Non vbique fui, vt Europæorum omnium genios & ingenia fideli penicillo depingam. Faciat hoc,

Soli fertilitas.

Imperium Maiorũ & Minorum.

Vrbes.

Lacus & flumina.

Maria.

Profana.

Leges & instituta.

Senatores & eorum frequentia

Scholæ.

Mores.

Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

Et fuerim etiam multis in locis, multaque vsu & consuetudine didicerim, numquid omnia temporis lapsu aduentitioque commercio crebris mutationibus sunt obnoxia? Horum omnium virtutes recensere nimium foret. Vitia (quis autem ijs caret? breuibus aliquot dictis circumferuntur: quæ attexere libuit: *Franci*, simplices, rustici, vehementes. *Bauari* sumptuosi, commessatores, procaces. *Sueui*, leues, loquaces, gloriosi. *Turingi*, diffidentes, sordidi, contentiosi, *Saxones*, dissimulatores, versuti, contumaces. *Belgæ*, equestres, delicati, teneri. *Itali*, superbi, vindictæ cupidi, ingeniosi. *Hispani*, fastuosi, consulti, rapaces. *Galli*, elegantes, intemperantes, temeratij. *Cimbri*, magni, seditiosi, horribiles. *Sarmatæ*, edaces, superbi, furaces. *Boëmi* inhumani, nouatores, prædatores. *Illyrici*, mobiles, maligni, tumultuatores. *Pannones*, asperi, superstitiosi. *Græci*, miseri. Est & aliud haud minus lepidum. Pons Polonicus, Monachus Boëmicus: Miles Australis, Sueuica Monialis; Italica deuotio, Prutenorum religio: Teutonum ieiunia, Gallorum constantia, Nihil valent omnia.

Lectori Salutem.

ADmonuimus in Pręfatione (benevole Lector) oēm nos diligentiam & curam adhibuisse, ut quasvis regiones accuratissime delineatas in lucem daremus: quapropter necesse fuit non solum Geographicas, sed etiam Hydrographicas Tabulas, præsertim in remotissimis nuperque tum nostrorum, tum aliorum navigatione detectis regionibus (utpote Africæ, Asiæ & Americæ) consulere. Vnde fit ut nostrę, sicuti post Mercatoris Tabulas editæ sunt, ita etiam ab ijsdem nonnihil differant. Ne tamen illi injuriam fecisse videamur, ipsius intactas reliquimus, nostrasque vel subjunximus, vel suis particularibus Tabulis a nobis delineatis præposuimus: ut ita & illius honori & Lectoris utilitati esset consultum, cui non ingratum nostrum laborem speramus fore. Cæterum monendus es (Candide Lector) nos in quatuor partibus generalibus locorum lōgitudinem non a Ptolemaico Meridiano incepisse, sed ab Insulis Flandricis (quę vulgo Azores vocantur) quod acus nautica ibi recta in Septemtrionem vergat. In cæteris particularibus omnibus Mercatorem sequuti sumus, ut ita, quantū licuit, ex una Tabula in aliam transitus & itinera non minus agnosci & perspici possint, quam si una utriusque descriptionis esset continua tabula. Hoc tantum est discriminis quod non ad eandem semper graduum cœlestium magnitudinem sunt compositę tabulę: quare majore in una, quam in altera sit miliarij capacitas, ad quam circinus contrahendus extendusve est, cum iter ex una in alterius locum aliquem prosequimur. vale & fruere Lector.

Iodocus Hondius.

SEPTENTRIO
AMERICÆ PARS
GROENLANDIÆ PARS
MARE CONGELATUM
SEPTENTRIONALE, dict. Petzorke MARE
HYPERBOREUS OCEANUS
DEUCALEDONIUS OCEANUS
OCEANUS GERMANICUS
HIBERNIA
ATLANTICUS OCEANUS
MARE
AFRICÆ PARS
MEDITERRANEUM
ASIÆ PARS
MARE DE SALAR
Pontus Euxinus, Mare Majus
NOVA EUROPÆ DESCRIPTIO AUCTORE Iodoco Hondio
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS

Africam Ptolemæus, Dionysius, Plinius secundam volunt esse Orbis partem: Strabo tertiam: haud multum refert, hunc an illos sequaris: nonnullis ordo Strabonis placet: nos reliquorũ authoritatem sequuti, Africam secundam orbis partem facimus. Ea sic dicta est, si Niciæ credimus, ab *Afro* quodam socio Herculis, qui eum ad Gades vsque comitatus est: sin Iosepho & Isidoro, ab vno ex posteris Abrahę, cui nomen *Afer*: vel vt Festus autumat, à Græco φρίκη, quod horrorem denotat, est enim horroris expers, quum sita sit inter Tropicos. Arabes *Fricchiã* vocant, à verbo *Faruca* quod ipsis est diuidere: est enim Africa à cæteris terræ partibus ferè diuisa, vel ab *Ifrico* Arabiæ Felicis rege, quẽ primum omnium has terras ferunt coluisse. Græci *Libyam* vocant vel à *Libya* Epaphi filia, vel quia λιψ, vel quod inde *Lips* ventus spiret. In sacris literis *Chamesia*, ab Arabibus & Aethiopibus *Alkebulam*, & ab Indis *Besecath* nominatur. Aequinoctialis circulus mediam ferè Africam secat. Tropici eam nondum excedunt: sed ipsa vtrimque Tropicos gradibus decem atque amplius. Terminatur ad Septentrionẽ mari Mediterraneo & freto Herculeo, ad Ortum sinu Arabico siue Mari Erythræo, & Isthmo qui est inter mare Mediterraneum & sinum Arabicum. Ad Meridiem alluitur Oceano Aethiopico: ad Occasum Atlantico. Formam habet Peninsulæ quæ isthmo quem retuli Asię coniungitur. Et si verò eius longitudo quæ ab Occasu ad Ortum patet, breuior sit Europæ longitudine, tamen reliqua pars ad Austrum tantùm sese extendit, vt ei Europa vix conferri possit: habet enim spatium graduum penè 70. Europa vero vix graduum 35. Præterea Europa tota sinuosa est, Africa vniformis & continua. Sed Europa vt in eius descriptione diximus, cultissima: hæc multis locis deserta. Illa iam olim nota, hæc non. Vt mirum nemini videri debeat, si Strabo Africam Europa minorem fuerit arbritratus, aut si nostra partitio aliorum partitionibus amplior sit & locupletior. Quantum incolitur Africa fertilitate præstat. Verum magna parte inculta est, & vel arenis sterilibus obducta, vel ob situm cœli deserta, vel multo ac malefico animalium genere infesta. Eximia & propemodum portentosa agrorum narratur feracitas, vtpote qui locis quibusdam centesimo foenore reddant cultoribus messem. Mirum est quod de Mauritaniæ vbertate dicitur: reperiri in ea vites, quas duorum hominum complexus capere non possit, vuarumque racemos cubitales. Arbores circa Atlantem proceritate insigni, enodi nitore, folio cupressi. Alit & Africa elephantes & Dracones, qui ipsis beluis insidiantur, suoque complexu enecant: leones, bubalos, pardales, capreas & Simias quibusdam locis supra modum frequentes. Herodotus cornutos asinos ibi nasci author est. Dracones insuper, hyænas, histrices, agrestes arietes, Thores hoc est ex hyæna & Lupo genitos, pantheras, Struthiocamelos, & præter multa Serpentum genera Ceraſtas & Aspidem, cui pesti Ichneumonem minimũ animal natura opposuit. Ceruus autem & aper, eodem teste, prorsus in Africa nullus est. Basiliscum etiam alit Africa. Quæ de eodem narrantur, fabulosa quidam suspicati sunt. Atqui Leone Pontifice constat ad ædem Luciæ sub fornice stabulatum Basiliscum, cuius adflatu magna lue Roma adfecta fuit. Sunt & varia monstrorum genera quorum diuersitatem multitudinemque inopiæ aquarum adscribunt, ad paucos siue amnes siue puteos congregantibus se feris. Multiformes igitur fieri aiunt animalium partus, variè mares cum feminis euiusque generis aut vi aut voluptate miscente. Vnde etiam vulgare Græciæ dictum, *Semper aliquid noui Africam referre*. Africam Romani diuisere in prouincias sex. *Proconsularem*, in qua, Carthago; *Numidiam consularem*, *Bizacchium*, *Tripolitanam*, *Mauritaniam Cæsariensem*, & *Mauritaniam Sitiphensem*. Ptolemæus initio lib. 4. duodecim eius prouincias seu Satrapias numerat, *Mauritaniã Tingitanam*, *Mauritaniam Cæsariensem*, *Numidiam*, *Africam propriè dictam*, *Cyrenaicam*, *Marmaricam*, *Libyam propriam*, *Aegyptum Superiorẽ*, *inferiorẽ*, *Libyã Interiorẽ*, *Aethiopiã sub Aegypto & Aethiopiam interiorem*. Sed hi non diuiserunt Africam qualis erat, sed qualem nouerant. Leo Africanus ex recentioribus totam Africam dirimit in partes quatuor, *Barbariam*, *Numidiam*, *Libyam*, & *Nigritarum Regionem*. Sed in hoc deceptus est Leo, quod terminum Africæ non posuerit Mare rubrum, sed Nilum: quo factũ est, vt Aegyptum & reliquam partem Orientalem Asiæ adiudicarit. Nos igitur præter quatuor illas partes à Leone enumeratas ponimus in Africa *Aegyptum*, *Aethiopiam superiorem* siue *interiorem* in qua Abyssini. *Aethiopiam inferiorem siue exteriorem* in qua Manicongi, & *Insulas*. *Aegyptus* ab Austro in boream longo tractu porrigitur. Termini sunt ab Occidente vltra Nilum deserta Barcæ, Libyæ & Numidiæ, cum regno Nubiæ. Ab Austro agro Bugiensi & Nilo concluditur, quo loco Nilus ab Occasu in Ortum nonnihil fertur. Ab Ortu sunt deserta Arabiæ, quæ inter Aegyptum & mare Rubrum sita sunt. Ab Aquilone clauditur Mari Mediterraneo. Cætera de Aegypto in singulari eius descriptione explicabimus. *Barbariam* hodie vocant totum Africæ tractum ab Aegypto ad fretum Gaditanum, qui mari Mediterraneo & Atlante monte concluditur, continetque Regna Marocci, Fessæ, Teleusinum, Tunetanum, & Barcę, de quibus fusius in Barbariæ descriptione. Nunc satis fuerit Lectori limites commonstrasse. *Regnum* itaque *Maroccí* diuiditur in has prouincias, *Heam*, *Susam*, *Guzulam*, *Maroccí terram*, *Ducalam*, *Hescoram & Tedletem*. Terminatur Oceano Atlantico, Atlante ipso, & regno Fessæ. *Regnum Fessanum* ab occasu habet mare Atlanticum, à Septemtrione fretum Herculeum, ab Ortu *Muluiam* flumen, ab Austro regnum Marocci, eius regiones sunt *Temesna*, *Territorium Fessæ*, *Asgara*, *Elhabata*, *Errifa*, *Garetum*, & *Elchausum*. *Teleusinum regnũ* quod & *Tremisen* vocant, terminatur à Meridie deserto Numidię; ab Ortu fluuio Maiore, à Septentrione Mari mediterraneo. Hanc Romani vocabant Mauritaniam Cæsaream: in hac est vrbs *Algira*. *Regnum Tunetanum* complectitur totum terræ tractum à fluuio Maiori ad Mesratæ regionis amnem. Eius regiones sunt quinque, *Bugia*, *Constantina*, *Tunetanum territorium*, *Tripolis*, & *Ezzaba*. *Barca* seu *Barcha* à finibus Mesratæ protenditur ad Egypti confinia. *Numidia* hodie *Biledulgerid* dicitur. Eius fines ab Occidente mare Alanticum, à Septentrione mons Atlas, ad Ortum Ægypti confinia, Ab Austro deserta Libyæ. Regiones *Tesset*, *Segelmessa*, *Seb*, *Biledulgerid*, *Dara & Fezzen*. *Libya* veteribus Sarra dicta, quod deserta sit. Initium eius à Gaogæ regno propè Nilum,

Nomina, à quibus & cur indita.

Situs.

Soli fertilitas.

Animaliũ varietas.


AFRICA
Ex magna orbis terræ descriptione Gerardi Mercatoris desumpta.
Studio & industria
G.M.
Iunioris.
MEDITERR.
AYAMAN
Arabia deserta
Arabia felix
LIBYA
INTERIOR
AGISYM
Nubia regnum
ABISSI
Mali Congo
Mada
Inferior Capricorni
Continens Australis

exporrigiturque Occidentem versus, ad regnum vsque Gualatæ quod Atlantico mari adiacet, à Septentrione Numidiæ regno contermina est, à Meridie Nigritarum. Deserta Libyæ sunt *Zanaga, Zuenziga, Targa, Lempta & Bordea. Nigritæ* dicuntur vel ab incolarum colore nigro, vel potius à flumine Nigro, quod hanc regionem lambit. Habent ab ortu Nili confinia; ab Occasu Oceanum Occiduum; à Meridie partim mare Aethiopicum, partim Regnum Manicongi: à Septentrione verò Libyæ deserta. Regna eorũ sunt quinque & viginti. *Galata, Ginea, Melli, Tombutum, Gago, Guber, Agadez, Cano, Casena, Zegzeg, Zanfara, Guangara, Bornum, Goaga, Nubia, Biro, Temiamo, Dauma, Medra, Goran, Territorium Anterotense, Territorium Gialofæ, Ora Gineæ, Territorium Melegense, & Regnum Benin. Abyssini* incolunt Superiorem siue interiorem Aethiopiam, quorum Princeps Prete Gianni dicitur. Eius regio perampla, vtrumque penè Tropicum contingit, extenditurque inter Oceanum Aethiopicum & mare Rubrum. A Septentrione habet Nubiæ & Bugiæ populos Aegypto confines. Ab ortu mare Rubrum, à Meridie Lunæ montes, ab Occasu Regnum Manicongi, Nigrum amnem, Nubiæ regnum & fluuium Nilum. Regna ei subiecta hæc, *Barnagnes* siue Barnagassum, *Tigremaum, Tigrai* in qua vrbs *Caxumo, Angote, Amara, Xoa, Goyami, Bagamedrum, Gueguere, Fatiagar, Damur, Dancali & Dobas. Aethiopia inferior* siue exterior est Australis Africæ pars, Ptolemæo incognita. Eius initium est ad Occasum supra Zaire fluuium, non lõge ab Aequatore, totamque complectitur littoralis Africæ partem, vltra ipsum Aequatorem vsque ad fretum Arabicum. Regiones eius quinque, *Aiana* terra, in qua regna *Del & Adea Magaduzzum*; Terra *Zanguibara* cuius regna, *Melinda, Mombazza, Quiloa, Mozambique, Monoemuei, Cefala, Monopotapa, Torra & Butua, Cafrorum* regio, & *Manicong*, cuius prouinciæ sex, *Sunde, Pango, Songo, Bamba, Batra, & Pemba*, quibus adduntur regna *Angolæ, Loangi, & Anzichi.* Atque hæ omnes ditiones inferioris Aethiopiæ, incognitæ vt dixi, veteribus, primum cœperunt nostro orbi innotescere anno Christi M. CCCC. xcvij, quo anno Vasco de Gama promontorium Bonæ Spei prætergressus, Africa vniuersa circumnauigata, ad Calecutum Indiæ peruenit, viamque primus Europæis commonstrauit ad Indias Orientales. Certè Ptolemæus vltra xvij. gradum latitudinis Australis terras non agnouit, & extremus ipsi terminus est in *Prasso* promontorio *Agissimbæ* Aethiopum regionis, quod hodie vocamus *Mozambique*. Lacus aliquot immensi sunt in Africa, qui maria potius esse videantur, quorum præcipuus est *Zembre* nonnullis dictus, inter altissimos montes situs, distans ab Aequatore, versus Meridiem gradibus vndecim, cuius ambitus ad quinquaginta mill. patet, ex quo profluũt Nilus, Zaire, & Cuama amnes. Habet etiam hæc Orbis Terrarum pars immensos fluuios Nilum, Nigrum, Senagam, Cambram, Zaire, Cuamam, & Spiritus Sancti flu., qui omnes eiusdem naturæ ferè sunt: namque inundatione sua terram mirificè irrigant, ac fertilem reddunt. Habet præterea montes plurimos, & maximos, inter quos principem locum tenet *Atlas*, qui immanibus & supra quam credi facile possit altis iugis, è media arenarum vastitate consurgens extollitur, vtpote supra nubes: adeò vt eius cacumen prospici nequeat. Hinc factus est locus fabulæ, vt Atlas Rex Mauritaniæ cœlum humeris suis fulcire dicatur. *Columnam cœli* Indigenæ nuncupant. Incipit ab Occasu, vbi & Atlantico mari nomen imponit, inde perpetuo dorso variè flexus extẽdit sese Orientem versus ad confinia Aegypti: est rotundus, arduus, incisis rupibus præceps, ac inuius, frigidissimus, nemorosus, scatebris fontium riguus. Montis huius vertex altis etiam æstate niuibus operitur; quinetiam & eius dorsum incrudescente Borea nonnumquam alta niue arbores superante regitur, qua tam pecudes quam homines interimuntur. Præterea fontes qui istic reperiuntur in summo Aestu frigidissimi, adeò vt si quis manum in ijs aliquandiu immersam teneret, eam facile exanimaret ac perderet. Præter Atlantem montes celebres sunt illi qui à Portugallensibus dicuntur *Pici Fongosi*, in parte Meridionali; namque ob altitudinem, atque asperitatem inaccessibiles ferè sunt, nudi, deserti, ac omni bono carentes. Præterea mons altissimus *Sierra Liona* dictus immensæ altitudinis, cuius vertex semper nubibus obumbratur, ex quo terribilis tumultus & fragor in mari auditur: idque fortasse ex assiduo tonitru ac coruscatione, vnde & Leonum rupes dicitur: Quam Ptolemęo, Plinio, Melæ & Hannoni Deorum Currum fuisse dictam, nonnulli censent. Montes itẽ Lunæ veteribus etiam cogniti sub Tropico Capricorni locantur, asperrimi sanè, ac incredibili altitudine, à gentibus feris inhabitati, prope quos sunt valles immensæ profunditatis, adeò vt illic centrum terræ esse videatur. Sunt denique, *Cantaberes* montes in Angolæ regno argenti fodinis ditissimi, & alij quos in particularibus descriptionibus recensebimus. *Insulæ* autem circa Africam nobiliores hæ sunt. In Oceano Atlantico est Insula portus Sancti, est Madera, sunt Canarię, & Caput viride. *Insula portus Sancti* sic dicta à detectoribus qui periculosa ac dubia eius nauigatione emensa & superata, hunc locum sic vocari in rei memoriam voluere. Ambitus eius circiter quindecim milliarũ. *Madera* à magna quæ hic crescebat arborum copia nomen accepit. Peridromus eius circiter centum & 40. milliarium. *Canariæ* sic dictæ à canum quæ ibidem erat, multitudine. *Fortunatæ* à veteribus olim nominabantur. Plinius sex commemorat, *Ombrio, Iunoniam maiorem, Minorem, Capraria m, Niuariam, & Canariam*. Ptolemæus nominat *Aprositum, Heram*, vel *Autolalam, Pluitaliam, Casperias, Canariam & Centuriam*, omnesque recta ferè in Septemtrionem linea disponit. Cadamustus decem, septem cultas, tres desertas; nomina cultarum sunt, *Fractæ lanceæ, Magnæ sortis, Grancanariæ, Teneriffæ, Gomera, Palmæ, Ferro. Caput viride* arboribus virentibus consitum est, atque ex eo nomen habet, insulæ eius Occidentem versus medio Oceano iacent. A Priscis *Gorgones* dictæ putantur. Sunt autem *S. Antonij, S. Vincentij, S. Luciæ, S. Nicolai, Salis, Bona vista, Maggio* vel *May, S. Iacobi, & Ignis*. In Oceano Aethiopico sunt *Insula Principis, & S. Thomæ*. Post promontorium Bonæ spei in sinu Barbarico, sunt innumeræ Insulæ magna parte incultæ præter vnam nobilem *S. Laurentij*, quam indigenę vocant *Madagascar*. Est & *Zocotara* insula ad sinus Arabici initia, ex aduerso promontorij Guardafu, de quibus alibi fusius.

Lacus.

Flumina.

Montes.

AFricam in mea Partitione sequitur *Asia*. Ea nomen sortita ab Asia Nympha (teste Varrone) ex qua & Iapeto trahitur Prometheus: quod & Lycophroni arrisit, & Herodoto, qui tres Orbis partes à tribus mulieribus denominatas putauit. Alijs hoc commentum de tribus mulieribus displicet: dicunt igitur appellatam vel ab Asio Atyis filio, vel ab Asio Philosopho qui Troi Palladium ad vrbis custodiam dedit: hunc vt gratiam referret, ditionem suam omnem quæ antea Epirus dicebatur, Asiam vocasse. Ab hac autem posteà tanquam nobiliori parte reliquus omnis tractus, Asia dici cœpit. Porrò vt Libya & tertiam Orbis portionem significat, & eius portionis partem; itemque vt Armeniæ Cappadociæque appellatione & totum tractū, & partem eius singularem notare veteres voluere: ita & Asiam obseruatum est significare & totam continentē: & partem illam quæ intra Taurum montem est; in qua Lydi, Cares, Lycaones, Paphlagones, Iones, Æoles, alijque, quæ pars distinctionis gratia vulgò Asia minor; Turcis *Natolia* dicitur. Varro Lib. iv. de L. *Nam & Asia quæ non Europa, in qua est Syria: & Asia dicitur prioris pars Asiæ, in qua est Ionia & prouincia nostra.* Asia autem vniuersa *Semia* Sacris Scriptoribus nūcupatur. Sita est propemodum tota in Septemtrionali Orbis plaga ab Æquatore vsque ad gr. 80. latitudinis Boreæ, exceptis tamen Insulis ad Asiam pertinentibus, quarum aliquot vltra Aequatorem porriguntur. Vnde maxima diuersitas per totam Asiam in magnitudine dierum artificialium conspicitur. Nam in vltimo eius parallelo, qui non longè ab Aequinoctiali per extremam Malacæ Regni oram ducitur, longissimus dies est horarum pene 12. Circa medium Asiæ parallelum est horarum 15. & in eius Borealissimo parallelo perpetua lux æstatis quatuor ferè integris mensibus perdurat. At secundum latitudinē protenditur à meridiano gra. 52. vsque ad Meridianum ductum per grad. 196., secundum nonnullos: sed si Mercatoris nostri descriptionem sequamur, Occidentalissimus eius Meridianus per gra. 57. transit, iuxta extremam Asiæ Minoris Oram Occidentalem; & Orientalissimus per gra. 178. Coniungitur autem Europæ, qua est Βοσποράτη. Infra, eam ab Europa diuidunt, Tanaïs fluuius, Mæotis Palus, Pontus & Propontis. Ad Septemtrionem habet Mare Scythicum, à Meridie Indicum, ab Ortu Eoum, ab Occidente sinum Arabicum siue Mare Rubrum, & Mediterraneum, & Euxinum. Et vt superiore parte continua est Europæ, ita in parte Australi isthmo Africę coniungitur. Plinius tamen & Strabo alijque nonnulli Asiam ad Nilum vsque protendunt, totamque Ægyptum Asiæ adnumerant. Neque verò recta linea littus Asiaticum ab extremo ostio Maris Rubri ad Orientem porrigitur, vt arbitratus est Mela; sed sinuoso littore tota interrupta est. Præcipuisinus hi sunt; *Persicus nunc Elcatif & Mesendin. Argaricus*, nūc *Golfo de Bengala*: & *Magnus sinus*, quē Ortelius *Chrysen* Plinij esse arbitratur, diciturque hodie *Mare Cin*. In Asia Cœli admodum iucunda salubrisque temperies, aër clementissimus ac mirè temperatus. Non tamen omnis Asia hanc cœli moderationem sentit: nàm eius dextra atque sinistra, teste Mario, calore ac frigore iniqua ac intolerabilia sunt. Deliciæ huius regionis tantæ sunt, vt etiam in prouerbium cesserint. Terra omnis & vbertate agrorum & varietate fructuum, & magnitudine pastionis & multitudine earum rerum quæ exportantur, ita nobilis, vt facilè omnibus terris antecellat. Spectanda hic fructuum, aromatum, metallorum, gemmarum copia. Hinc balsamum, calamum, thus, myrrhā, cassiam, cinnamomum, cariophyllum, piper, crocum, ligna odorifera, resinam, muschum, margaritasque omnis generis accipimus. Spectāda hic animaliū diuersorum varietas. Alit enim innumeros Elephantes, camelos, & alia complura animalia tùm domestica, tùm sylueſtria. Spectanda ingenia, diuitiæ, potentia incolarū. Hic primùm homo à Deo cōditus; hic prima Ecclesiæ Dei sedes: hic primum artes inuentæ: hic Lex lata, hic Euangelij doctrina miseris mortalibus cum spe beatitudinis concessa per *Dei* filium Iesum Christum. Hic linguarum varietas à Deo mortalium generi immissa, in exstructione turris Babel. Hic primum in inferiores potētiorum imperium ortum est. Hic *Nimrod* regnare cœpit. Totius autem tractus Asiatici monarchæ primi fuere *Assyrij* quorum postremus *Sardanapalus*, vnicæ luxuriæ, profligatissimæque mollitiei homo, inter seortorum greges deprehensus ab Arbacto, nec multò post ab eodem prælio victus, instructa incensaque pyra, se & diuitias suas in incendium misit, bustoque incidi hos versus iussit,

Hæc habui quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit, at illa manent multa & preclara relicta.

Postea ad *Persas* deuolutum imperiū. Inter quos Xerxes Darij filius bellum à patre cœptum aduersus Græciam, quinquennium instruxit, copiasque decies centum millium, strato super Hellespontum ponte, ex Asia in Europam deduxit; quas naues quoque decies centum mille numero comitatæ sunt; frustraneo conatu; quum is qui Deo minitari, mari insultare, Neptuno compedes inijcere, cœlo tenebras inducere, montes solo æquare, totum Orbem concutere ausus fuerat, vix, profligatis copijs, piscatoris scapha fretum traiecit, fracto hibernis tempestatibus ponte. Postremus Persici imperij Darius fuit, qui victus superatusque ab Alexādro, Macedonum Monarchiæ viam fecit, qui primus eam ex Asia in Europam transtulit. Nunc autem Asia vniuersa secundum eius Imperia quibus administratur, nobis non ineptè diuidi posse videtur. Cuius prima pars paret imperio Turcico, cuius origo à Mahumeto, ditio perampla. Occupat enim quicquid terrarum est inter Pontum Euxinum, mare Aegæum, Mediterraneum, Aegyptum, sinum Arabicum, Persicum, Tigrim, & mare Caspium. Sed & Moscouiæ Dux magnam Asiæ partem occupat, inclusam mari glaciali, Obij fluuio, Kitaia lacu, & linea inde ducta ad mare Caspium, Isthmumque qui inter hoc mare, & Pontum est. *Tertiam* partem Magnus Cham Tartarorum Imperator possidet, cuius fines à Meridie sunt, Mare Caspium, laxartes fluuius, Imaus mons, ab ortu & Septentrione Oceanus: ab Occidente Moscouiæ regnum. *Quartam* habet Rex Persarum Sophi. Huic ab Occidente est Turca, à Septentrione Tartarus, à Meridie Rubro mari alluitur: ad Ortum verò Indo flumine. *Quinta* pars continet Indiam tam intra quam vltra Gangem, quæ non ab vno solo vt reliquæ; sed pluribus Regulis (nam quælibet illius regio proprium ferè habet Principem, quorum nonnulli etiam Magno Chamo vectigales sunt) regitur. Sed neque hoc prætereundum, quod loca maritima, quæ sunt à sinu Arabico ad Promontorium vsque vulgò *Cabo de Lampo* dictum (quod ad 30 gradum latitudinis Borealis) ferè omnia Lusitanus possidet aut sibi tributaria fecit. *Sexta* habet regnum Chinæ amplissimum.

Nomen à quibus & cur inditū.

Situs.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animaliū varietas.

Imperium Maiorū.

ASIA
ex magna orbis terræ descriptione Gerardi Mercatoris deluempta studio et industria G.M. Imitatis.
EUROPÆ PARS
AMERICÆ PARS
AFRICÆ PARS
MARE RVBRVM
Arcipelago de S. Lazaro
Nouæ Guineæ pars
AVSTRALIS PARS
Iaua maior
Golfo de Bengala
Occidens
Oriens

Huic Rex præest, quem Antonius Pigiafetta totius Orbis dicit esse potentissimum: lxx regulis imperare. *Septima* Insulas omnes in Oceano Indico & Orientali, variè dispersas complectitur. Inter quas *Taprobana* & *Zeilan*, duæ *Iauæ* patrum memoria à Lusitanis detectæ, *Borneo, Celebes, Palohan, Mindanao, Gilolo*, cum *Moluccis* aromatiferis. Tum *Iaponia*, & nuperrimè inuenta *Noua Guinea*, de qua an Insula sit, an terræ Antarcticæ connexa, nondum constat. Veteres verò, vt Strabo 11. & Arrianus 5. multifariam eã diuisere. Ptolemęus in 47 regiones ac prouincias distribuit, cuius descriptionem tradit, quinto, sexto, ac septimo Geographiæ libris, duodecim videlicet tabulis absolutam. Regiones autem quas Ptolemæus ponit sunt hæ: Pontus ac Bithynia: Phrygia magna, Lycia, Galatia, Paphlagonia, Pamphylia, Cappadocia, Armenia minor, Cilicia, Sarmatia, Asiatica, Colchis, Iberia, Albania, Armenia maior, Cyprus insula, Coelosyria, Phoenicia, Palęstina Iudaæ, Arabia Petræa, Mesopotamia, Arabia deserta, Babylonia, Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, Carmania deserta, Carmania altera, Arabia felix, Hyrcania, Margiana, Bactriana, Sogdiana, Sacarum regio, Scythia intra Imaum, Scythia extra Imaum, Serica, Aria, Paropanisus, Drangiana, Arachosia, Gedrosia, India intra, & extra Gangem, Sinarum regio, Taprobana insula, cum alijs circumiacentibus. Habuit hęc tres vrbes toto terrarũ orbe celeberrimas, Babylonem, Niniuen, & Hierosolyma. Habet lacus piscosos & immensos, atque vnum mare Caspium in modum vastissimi lacus, quod ad Oceanum vsque non pertingit. Fluuios item plurimos inter quos clariores sunt *Tigris*, *Euphrates* quorum Moses in Genesi meminit, Iordanis, *Indus, Ganges*. Montes hic etiam insignes atque admirandi, inter quos *Mons Taurus* qui totam Asiam dirimit, ab Eois veniens littoribus. Immensus ipse & innumerarum penè gentium arbiter, dextero latere Septentrionalis vbi primum ab Indico mari exsurgit; lęuo meridianus, & ad occasum tendens, donec prementi terras occurrant maria, velut de industria rerum natura subinde æquora opponente, hinc Phoenicium, hinc Ponticum; illinc Caspium & Hyrcanum, contraque Mæoticum lacum. Torquetur igitur collisus inter hæc claustra; & tamen victor, flexuosus euadit vsque ad cognata Rhiphæorum montium iuga, numerosis nominibus & nouis quacumque incedit insignis, *Imaus* prima parte dictus, mox *Emodus, Paropamisus, Circius, Chambades, Pharpharíades, Chroates, Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus*: Atque vbi se quoque exsuperat, *Caucasus*: vbi brachia emittit, sub inde tentanti maria similis *Sarpedon, Coracesius, Cragus*, iterumque *Taurus*. Vbi verò sese aperit, *Pylarum portarumque* nomine vnitatem sibi vendicat, quæ alibi *Armeniæ*, alibi *Caspiæ*, alibi *Ciliciæ* vocantur. Eius latitudo plerisque in locis est stadiorum trium millium: longitudo tanta, quanta ipsius Asiæ, vtpote stadiorum 45 millium: hoc est milliarium Italicorum 5625. ab ora scilicet Rhodiensi ad extremos vsque Chinæ & Tartarię fines. Sed de his satis. Ad Opera publica transeo quæ sane inprimis superba & magnifica habuit, atque inter septẽ Orbis miracula numerata vel meritò numeranda. Inter quæ primum occurunt *Babylonis muri*, quos Semiramis condidit, aut saltem ruinosos instaurauit, coctili latere & bitumine ferruminato, ducenos quidem pedes altos, quinquagenos latos, adeò vt quadrigas inter se occurrentes reciperent, turresq; haberent trecentas, plures multo habituri, nisi aliqua ex parte Paludes pro mœnibus fuissent. Cui tanto tamque portentoso operi adhibita feruntur trecenta hominum millia. Herodotus author est muros Babylonis habuisse crassitudinem quinquaginta cubitorum regiorum, celsitudinem ducentorum. Per ambitum centum portæ stabant æreæ. *Templum Dianæ Ephesiæ* factum à tota Asia ducentis & viginti annis, vt testantur Historiæ. Hoc autem in solo palustri fecere, ne terręmotum sentiret, aut hiatus timeret. Et ne in lubrico & instabili tantæ molis fundamenta locarentur, antè calcatis ea substrauere carbonibus, deinde velleribus lanæ. Templi longitudo erat 425 pedum, latitudo 220. Columnę in eo centum viginti septem à singulis regibus factæ, ex quibus 36 erant cælatæ. Operi præfuit Ctesiphon. Fuit & *Sepulchrum* quod *Artemisia* regina Cariæ Mausolo marito defuncto erexit, inter orbis miracula annumeratum, cuius altitudo attollebatur 25 cubitis: cingebatur columnis tringinta sex. Patebat ab Austro & Septentrione pedes 63. Ipsum ab Oriente cælauit Scopas, à Septentrione Briax, à Meridie Timotheus ab occasu Leocares. Regina operenondum absoluto obijt; Artifices tamen non recesserunt, nisi eo consummato. Atque hæc inter orbis miracula recensentur. Fuit denique magnificum illud *Templum*, quod anno regni sui quarto ædificare cœpit Salomon non immerito septem Orbis miraculis adnumerandum. Triginta imprimis hominum millia cædendis arboribus, vt Cedris & Cupressis fuere in Libanum destinata. Lapicidarum verò extiterunt octoginta millia. Latitudo templi fuit vicenũm cubitorum. Sexagenũm longitudo, altitudo fornice distincta centenũm & vicenũm. Inferioris structuræ materia erat ex candenti lapide. Amplitudo vestibuli denũm cubitorum. Cellæ erant vicenæ peruio inter se vsu, aliæque his suppositę. Trabes erant Cedrinæ, cedrina concameratio, auro illita, vt parietes omnes. Sanctior locus à reliquo templi corpore distinguebatur muro, in quo erant ianuæ sculpæ, vela ductilia, varijs mæandris & floribus intexta. Duo Cherubini ex puro auro. Pauimentum pedalis aureis instructum. Ianuæ vicenũm cubitorum altitudine auro coruscantes. Ante vestibulum erant duæ columnæ æneæ XVIII. cubitorum altitudine, ambituque duodecim. Erat & vas ęneum tantæ magnitudinis, vt ab re nominatum sit mare, quod vituli duodecim diuersas mundi plagas, terni singulas prospectantes circumstabant. Fuit vas illud trium millium batorum capax. Erant & aliæ figuræ quas longum esset recensere. Altare fuit æreum denũm pedum altitudine, longitudiue duplo maiore. Item mensa vna aurea. Phialarũ & aurearum paterarum decem millia. Argenteæ quadruplo maiore numero. Candelabrorum decem millia ex auro & argento fabricatorum. Circa templum aula capacissima, in qua populus consisteret. Hoc autẽ opus septem annorum spacio ad finem perductum est. Sed hæc de stupendis magnificisque Asiæ structuris, deque hac Orbis Portione dicta sufficiant: ad Americam quartam Orbis Partem transeo, quæ in ordine nostro sequitur.

Vrbes. Lacus. Flumina. Montes.

Opera publica.

QVARTAM hanc Orbis Terrarum partem veteribus incognitam Christophorus Columbus cum reperisset *Indiam*: alij ob vastitatem *nouum Orbem* dixere; est enim ingens & nostro Orbi, hoc est Europæ, Africæ, Asiæ, simul coniunctis ferè par; vti vel ex ipso Tabulæ nostræ vniuersalis conspectu liquet. Dicitur & *America* ab Americo Vesputio Florentino qui primus post Columbum continentis partem vltra Aequatorem ab Ortu detexit, in qua sunt *Paria* & *Brasilia* regiones. Quando autem America primum coli cœpta sit, incertum est; certè multis sæculis ignota latuit: nam quod de Romanis quidam suspicantur facilius dicitur quam demonstratur, & commentum illud accuratè refutatum est à Gasparo Varrerio. Senecam enthysiasmo poetico raptum aliquid de hac in Medæa cecinisse nonulli opinantur: sed furor est opinari vel illi vel vlli eo seculo has partes fuisse cognitas. Primus post multa, & adhuc ignota nobis annorum sæcula Christophorus col. Genu. auspicijs Regis Castellæ rem tantam feliciter inuenit, edoctus (vt creditur à nonnullis tam clari facinoris gloriam artodentibus) ab Hispano quodam nauta, diu mari Atlantico iactato: Factum id anno CIↃ CCCC. XCII. Post eum tentauit idem Americus Vesputius auspicijs Regis Portugalliæ, factique præmium retulit, quod totus ille tractus ab ipsius nomine Americæ, vt diximus, appellationem habeat. Porrò vniuersus hic Orbis à Septentrione ad Meridiem exporrectus est duarum magnarum peninsularum forma, quæ tenui isthmo connectuntur: earum altera dicitur America Septemtrionalis, altera Meridionalis. Longitudo eius extensa est inter Meridianum gra. 190. & Merid. grad. 67. Latitudinis terminus Austrum versus est fretum Magellanicum, id est gradus LII. Septentrionem autem versus, à gradu lxvii. sursum pleraque adhuc sunt ignota. Habet igitur ab Ortu Solis mare Atlanticum quod vulgò vocant *del Nort*. à Meridie, terram Australem Magellanicam, freto interfluente disiunctam. Ab Occasu, mare pacificum, *Del Zur*: à Septemtrione, incertum terras an maria. Tota circumnauigatio est circiter xxxii. millium milliarium, vt tradunt probatiores. Est enim tota circumnauigata, præter eum tractum qui Septemtrionem respicit, cuius littora nondum perlustrata sunt. Regio in vniuersum multiplex est ac varia: Frumento initio & vino caruit: eius loco tulit *Mayz* leguminis genus, sic enim vocant, vt vinum *Chichia*: lintres Canoas: regulos *Cacicos* nominant. Ad sementes faciendas terram non arant: sed modicæ altitudinis scrobibus effossis, tria quatuorue grana in vnam demittunt terráque operiunt. Singuli culmi tribus quatuórue paniculis onusti adolescũt, quarum singulæ grana centum & amplius fundunt. Maizij scapus hominis altitudinem exsuperat, ac quibusdam in Prouincijs bis in anno colligitur. Aliud etiam genus panis habent vulgò Cazabi dictum. Id ex Iucca eõficitur: radix est napi crassitudine, quæ nullum ex se semen fundit, sed cannas tantùm quasdam nodosas & solidas, viridibus folijs, vt cannabis. Eas cannas, vbi maturitas adest, in taleas duos palmos longas exsecant, quas in tumulos quosdam (*Cenuchos* appellant) digestas, terra obruunt: quoties verò id genus panis conficere volunt, earum radicum quantum visum est eruunt, paucas tamen vnaquaque vulsione, quia breui corrumpũtur. Duo præterea radicum genera illis sunt, quarum alteras *Battatas*, alteras *Haias* vocant, indiscreta prope specie similes, nisi quod Haiæ minores & sapidiores sunt. Plantantur autem, & sextum intra mensem fructum comedunt: cæterum sapore aliquantulum dulci, sed satietatem mox & fastidium inducente, exigui etiã admodum succi sunt, ventosque, ac superuacuos flatus gignunt. Magnam etiam arborum vim habent eæ terræ quæ vuas quasdam agrestes ferant. Earum acini, prunorum siluestrium specie quæ è spinis & arbustis nascuntur, nigro folliculo vestiuntur: sed quia multum illis ligni, parum pulpæ, inest, ex ijs indigenæ vinum non conficiunt. Sunt & arbores oliuarum feraces, sed quæ insuaui odore, tum sapore etiam peiore sunt. Varias fructuum species, easque abundè habent: quales sunt *Houi*, *Platani*, *Pineæ*, *Guaiauæ*, *Mamei*, *Guanauanæ*. *Houi* prunorum Damascenorum crassitudine, pauca carne, grandiore ligno: vbi maturuere flauescunt, subacidi saporis. Arbor eum fructum ferens magna est, folia verò modica. *Platani* longiores quam crassiores sunt: minores multùm maioribus præstant. Arbor ipsa folia sesqui palmi latitudine, quatuor palmorum lõgitudine porrigit: inter quæ ramus enascitur, centum ac plures platanos minores fundens: sin verò maiores, viginti quinque aut paulo amplius. Tenera est hęc arbor, nec nisi semel fructum fert qui annuo spacio perficitur: & ex ipsis radicibus alij stolones fruticant. Vbi maturuit fructus, colligunt: immaturum adhuc & acerbum non decerpunt, sed exscissam arborem loco calido reponunt: ibi platani celeriter maturescunt ac flauescunt. Corio vestiuntur obtusæ cultelli partis crassitudine: quod superest pulpa est, sapore in dulcedinẽ vergens. *Pineæ* arbusculis quibusdam proueniunt, flaui coloris vbi maturuerunt, iucundi odoris, & saporis longè optimi. Itaque in delicijs sunt, atque, vt Benzo sentit, haud quisquam fructus alius per omnes terras hoc amabilior suauiorque est. Dempto cortice, quidquid subest pulpa est: dulcis in vniuersum sapor, subaustero aliquantulo temperatus. *Guaiauus* arbor Persici aut Armenij specie, folijs instar Lauri, sed crassis & longioribus, celerrimè senescit: fructus eius, mespilum refert, sed multò crassior, pendens in arbore maturescit: nisi maturus decerpatur, vermes gignit. Hi fructus multa semina & grana clausa habent: purpurei candidis præstant & optimi saporis sunt. Est & *Mamei* arbor mediocris nucis magnitudine, longiore quã latiore folio. Fructus eius in insula Hispaniola rotundi: in continenti verò longi & crassiores, & gustu suauiore, sũt. Tres quatuórue acinos, seu interiora ligna habent, pulpa in spadiceũ colorem vergente, tenui tunica, sapore aliquãtulũ dulci. Est etiã *Guanauanus* arbor modica & gracilis fructũ ferens cordis effigie, corio viridi & subtili squamarum in morem vestitum, intorsus candidum. Exstant etiam, paululum diuersæ ab his formæ, orbiculares eius arboris fructus, crocei coloris & prioribus illis lõgè meliores, omnes verò intus acinos exiles spadicei coloris gerunt. Fert præterea ipsa regio saccharum, gossypium, linum, aliaque vt apud nos, multasque alias arbores, atque herbas. Habet quoque aromata, margaritas ac gemmas, & auri & argenti incredibili copia afflu-

Nomina à quibus, & cur indita.

Situs.

Soli fertilitas.


GOLFO MEXI
CVBA
HAITI nunc Hispaniola
OCEANVS ATLANTICVS
Archipelagus di S. Lazaro
Nova Guinea
LE MAR PACIFICO
TERRA AVSTRALIS NONDVM COGNITA
AMERICA
siue
INDIA NOVA,
ad magnæ Gerardi Mercatoris aliq; Vniuersalis imitationem in compendium redacta.
Per Michaelem Mercatorem Duysburgensem.

Animaliũ varietas.

it, alijsque metallis ac mineralibus. Sed neque boues ante habuit, neque equos neque mulos, neque asinos neque oues, capras, canes. Proinde mirandum non est si indigenæ ad primum equi conspectum perculsi fuerint. Mures gliresque ex Antuerpiana naue quæ per fretum Magellanicum vlterius nauigabat, primam illic originem habuere: ex eo in tantum siue soli, siue animantium ipsorum foecunditate creuerunt, vt sæpe spem messis autumnique in herbis & arboribus arroserint. Animalia varia alit partim nota nobis partim ignota. Inter alia prodigiosum reperitur animal, cuius ventri natura alterum ventrem marsupij instar assinxit. Quoties demigrat, catulos in eum loculum recondit & gestat. Id animal corpus & rostrum vulpis: manus ac pedes cercopitheci: aures vespertilionis habet. Aliud quoque est animal (quod *Cascuij* indigenis dicitur) nigri porci specie, pilosum, durissimo corio, exiguis oculis, auribus patulis, vngulis fissis, breui promuscide munitum, vt elephas: barritu adeo terribili vt homines obsurdefaciat: cæterum carne ad esum suaui. Aprorum præterea montanorum, & ferocissimarum tigrium ingens copia reperitur: leones etiam, sed timidi, qui viso homine fugiunt, & alia. Sunt & pauones, phasiani, perdices & alia auium genera varia, sed longè à nostris discrepantia. At de his fusius in particularibus descriptionibus dicemus. Diuiditur vniuersa America, in duas peninsulas maximas, vt supra diximus, quarum altera America Septemtrionalis, quæ tota circa Aequatorem iacet, dicitur: Altera Meridionalis, quia maiori ex parte vltra Aequatorem protenditur: licet nonnullæ eius regiones etiam circa Aequatorem sint. Septemtrionalis in varias regiones diuiditur, quæ sunt, *Quiuira, Noua Hispania, Nicaragua, Iucatan, Florida, Apalchen, Norumbega, Noua Francia, Terra Laboratoris, & Estotilandia.* Meridionalis partes sunt multæ: sed præcipuæ & hactenus quidem superatæ Barbarisque ereptæ hæ sunt: *Castella aurea, Propaiana, Peruuia, Chile & Brasilia.* Gloriatur inprimis duabus vrbibus *Cusco & Mexico. Cusco* Americę Meridionalis Metropolis & primaria ciuitas, ea amplitudine, fortitudine ac magnificentia, vt cũ pulcherrimis etiam Galliæ vel Hispaniæ vrbibus, inuicta arcis munitione, & hominũ potissimum nobilium frequẽtia, ædificiorum serie ac dispositione, & situs amœnitate meritò contendere queat. Nulla in eam multitudo plebeia admittitur, sed nobilium, procerum, maximorumque Principum sedes est, qui partim intra vrbis mœnia, partim in villulis suburbanis, ruri magno numero degunt. Inter quæ quidem præcipua sunt palatia procerum quatuor, qui huius Reipublicæ clauum moderantur, quę superbissimè, sumptu propè immenso, marmoreis quadratisque lapidibus structa, atque depicta videntur. Plateæ cùm omnes sint rectæ crucis formam plerisque in locis efficiunt, nulla autem est, per quam non amoenus delabatur riuulus canali ductus, vtrinque lapidibus vestito. Forma ciuitatis quadrangularis, in latere collis, exiliter atque venustè deprimitur. In cliuoso & difficili montis ascensu, admirandæ pulchritudinis arx spectabilem, atque amœnam hanc vrbem reddit: cuius siue pulchritudinem, siue ingentem ædificij molem consideres, perpaucæ similes in vniuersa Europa illis sunt visæ, qui terras quàm plurimas perlustrarunt. *Mexico* siue *Temistitan* in Hispania noua Mexicana Prouincia opulenta & celeberrima ciuitas, de qua in fra in descriptione Nouæ Hispaniæ acturi sumus. Ad alia pergimus. Multis inclytis amnibus hæc Orbis pars irrigua, quorum plerique auriferi, lacubus ac fontibus copiosa. In lacubus ac fluuijs piscium magna copia, vnum eorum genus qui ab Hispaniolæ indigenis vulgò *Manati* appellantur. Hic piscis lutræ propè formam referens, xxv. pedes longus, xii crassus est: capite & cauda bouem referens: exiguis oculis, pelle dura & pilosa, coloris veneti, pedes duos elephantinis similes habet. Feminę eius generis, vt vaccæ catulos pariunt, eosque gemino vbere alunt. Montes hic etiam passim plurimi, inter quos est, vt testatur Benso, mons flammiuomus, qui per ingentem craterem tantos sæpe flammarum globos eructat, vt noctu latissimè vltra centum millia passuum incendia reluceant. Nonnulli opinati sunt intus liquefactum aurum esse, perpetuam ignibus materiam. Itaque Dominicanus quidam monachus, quum eius rei periculum facere vellet, ahenum et catenam ferream fabricari curat: moxq; in montis cacumen cum alijs quatuor Hispanis ascendens, catenam cum aheno in caminum demittit: ibi ignis feruore ahenum cum parte catenæ liquefactũ est. Idque cum iterum multo crassiore catena expertus esset, res denuo priori incepto similem exitum habuit. Ad alia transeo. Superba hic vrbium & viarum structura, ædificiorum spendor. Hortus fertur fuisse regius in quo herbę arboresque cum suis truncis, ramis, fructibus ex solido auro, ea mole stabant, qua viuæ in pomarijs. Fertur & conclaue regium, in quo omne animantium genus ex gemmis erat, opere partim musiuo & segmentato, partim cælato, partim etiam ex plumis varie conserto. Memorabile est & in primis quod de duabus vijs referunt, quarum altera per montium ardua, altera per planiciem camposque strata est, à *Quito* vrbe Peruana, ad ciuitatem *Cusco*, spatio quingentorum milliarium: cuius operis decus augent stupendæ lapidum & saxorum moles, non equis aut bubus, (nam illis caruerunt) sed humanis manibus adgestę. Via campestris vtrimque munita est muris, patetque in latitudinem pedes quinq; & xx: intra quos riuuli fluunt, consiti ad marginem arbusculis, quos ipsi *Molli* vocant. Altera verò è saxis & rupibus excisa per medios montes discurrit, pari latitudine; salebrosis insuper depressisque vallium locis prout regionis natura postulabat, adgestis munitisque. Has vias *Gninacaua* Rex (qui auorum nostrorum memoria vixit) perpurgari, parietes ruinosos restaurari atque exornari fecit: opus ipsum alias multò est vetustius, neque vnius hominis ætatis. Fuerunt etiam per itinera disposita diuersoria ampla, splendida, amoena, (ipsi *Tambos* nominant) quibus regius omnis comitatus recipiebatur: Quæ omnia sane abundè testantur Americam antiquitus cultam fuisse, neque paucis retro seculis habitari cœptam. Quo etiam referri potest Imperij certa & constans ratio. Hæc enim omnia quum apud illos summa fuerint, necesse est primum parua fuisse: non potuerunt autem è minimis ad maxima protrahi, nisi longa temporis mora. Hæc de quatuor Orbis Partibus generatim pro Methodi ratione sufficiant; postulat eadem Methodus, vt speciatim & per partes Europam quæ primo loco posita est, deinceps perambulemus.

Vrbes.

Flumina & lacus.

Montes.

Opera publica & priuata.

Ac terrarum Circumiacentium descriptio.

GENERALI descriptione (candide Lector) totius Orbis terræ & quatuor partium eius iuxta naturæ ordinem methodicè repetita & præmissa, statui ad imitationem Ptolemæi Cosmographorum principis ab ipso Polo & regionibus sub ipso circumiacentibus, singularum deinceps particularum Geographiam inchoare: vt nimirum ab alto ad inferiora descendens, & à sinistris ad dexteriora progrediens, Septemtrionem cum Austro & Occidentem cum Oriente paulatim coniungam: Quod vt mihi reique publicæ Christianæ fœlix faustumq; sit, Deum Optimum Maximum precor & obtestor. Polus est extremitas axis, id est linea per centrum globi traducta ἀπὸ τοῦ πολεῖν à vertendo, dictus, Latinis vertex. Hi duo sunt, septemtrionalis & Austrinus. Septemtrionalis est, qui versus Boream semper conspicitur, ideoque etiam Borealis & Arcticus dicitur. Austrinus qui solis Meridionalibus apparet, ideoque Meridionalis, Notus, & Antarcticus cognominatur. De his Plin. *Quoniam terra à verticibus duobus, quos appellauerunt polos, centrum cœli est, nec non signiferi, obliquè inter eos siti.* Ac de Polis quidem hoc loco paucula ista sufficiant. Ad regiones sub Polo Arctico circumiacentes venio. Quæ sunt Groenlandia, Frislandia, Noua Zembla cum alijs nonnullis, de quibus breuiter quantum quidem cognitæ sunt agemus. *Groenlandia* à viriditate nomen habet, Insula ignota adhuc maxima ex parte. Sita est inter circulum Arcticum, & Polum, eius paralleli extremi sunt Austrum versus grad. Lxv. Boream verò versus grad. Lxxvii. In hac Insula si Nicolao Zeneto qui Anno M. ccc. Lxxx. varijs iactationibus in vicino mari agitatus est, credimus, continua hyems est nouem mensium, quo toto tempore ibi non pluit: neque ineuntis hiemis niues vnquam ante eius finem dissoluuntur, gramini tamen innoxiæ sunt. Insignis enim hic graminis & pabuli prouentus. Mira item pecorum & lactariorum copia, ob illam pabuli insignem vbertatem: adeò vt strues quasdam ingentes butyri & casei componant, quas eò nauigantibus venales exponant. Duæ autem tantum habitationes in Groenlandia nobis notæ sunt, Alba & S. Thomæ cœnobium, de quo mox dicemus. Fluuij in ea Meridionales, *Thor, Beyer, Nasf, Lande:* Occidui, *Auer, Nice, Ham, Fisle;* Boreales, *Feder, Diuer.* Groenlandiam lambit mare Pigrum, quod & glaciale & Concretum dicitur. De mari illo ita Plin. lib. iv. cap. 13. *Septemtrionalem Oceanum Hecataeus Amalchium vocat, à Paropaniso amne qui Scythiam alluit, quod nomen eius gentis lingua significat congelatum. Philemon Morimarusam a Simbris vocari ait, hoc est mortuum mare, vsque ad Promontorium Rubeas, vltra deinde Cronium.* Est in Groenlandia Monasterium ordinis Prædicatorij; & non procul ab eo mons Aethnæ instar igniuomus, ad cuius radices aquarum perennium fons, cuius candentibus aquis non solum omnia illius monasterij habitacula hypocausti instar calefiunt; sed etiam panis & cibi nullo alio adhibito igni excoquuntur. Tota huius Monasterij fabrica ex tophis constat, quos idem mons medias inter flammas euibrat. Exterior enim horum saxorum crusta aquis adfusis mollescit, quo fit vt saxa saxis imposita tanquam tenacissimo bitumine conglutinentur. Iidem fontes hortos vicinos repefaciunt, ita, vt vario florum herbarumque genere perpetuò rideant. Proximus etiam maris tractus harum aquarum benignitate nunquam congelatur, sed piscibus hominibusque perpetuò patet. Inde hic tantus aquatilium piscium que ex frigidioribus locis concursus, vt non solum hi monachi, sed circumuicini etiam accolæ suauiter vnde viuant, habeant. Sunt in hac insula Sedes duæ Episcopales sub ordinatione Archiepiscopi Nidrosiæ, quę Noruegiæ Metropolis. Incolæ natura magicis incantationibus addicti. Feruntur magicis artibus & carminibus ciere tempestates maris & inuoluere periculis peregrinas naues, quas sũt prędaturi. Ipsi enim scorteis cymbis arbitrariâq; nauigatione vtẽtes, ad hunc modũ laborãtes alias adoriũtur. Magna ex parte Christiani sunt, omnesque fuerunt fideles: sed Pastorum negligentia ad idololatriam multi relapsi sunt. *Frislandia* insula veteribus prorsus ignota; maior quam Hibernia. Magna in hac cœli inclementia. Incolæ fruges vllas non habent, sed piscibus vescuntur vt plurimum. Eius primarium oppidum eiusdem est cum Insula nominis. Regi Noruegiæ paret. Incolæ vt plurimum piscationibus rem faciunt. Capitur enim in eius portu tanta omnis generis piscium copia, vt ijs multæ onerentur naues, quibus in circumiacentes insulas auehuntur: Quemadmodum scribit dictus Zieglerus. Idem mare huic insulæ ab Occidente proximum, breuijs & scopulis plenum, Icarium: & Insulam in eo Icariam, ab incolis nominari scribit. Insula hæc hoc nostro tempore denuò innotescere incipit, idque Anglorum auspicijs. *Noua Zembla* insula est sita sub gradu 76. Summa hic inclementia aeris atque intolerabile & intensissimum frigus. Regio deserta, syluestris, rigida, molesta. In hac nec frondes nec gramen crescit: in hac etiam nulla animalia præter carniuora reperiuntur, qualia vulpes & vrsi, quorum non tantum in hac insula sed in plerisque regionibus Septemtrionalibus magna copia est. Est & *Rosmarorum* quas *Walruschen* appellant. Quæ sunt monstra admodum robusta, adeò vt piscatorum scaphas interdum euertant. Longè maiores sunt istæ beluę marinæ bobus, in mari etiam viuentes, prædita corio instar phocarum, breui pilo, rictu leonino, super glaciem plerumqũe stabulantur, quadrupedes sunt, & auribus carent, difficulter interficiuntur, nisi temporibus capitis contusis; pariunt vnum & alterum catulum. Freta hic sunt, *Fretum Weygats, Forbisseri & Dauis. Fretum Weygats* protenditur ad Ortum vsque ad Crucis dictum angulum, deinde ad Arctapeliotem vsque ad Dissidij angulum, paulo ad Orientem vergentem. In Australis lateris Weygats continente V Villelmus Bernardi aliquos agrestiores homines reperiri Samiutas appellatos. Vestium horum quibus vtuntur forma, similis est illi quam nostri pictores siluestribus hominibus tribuunt, minimè tamen siluestres sunt, sed bono intellectu prædíti. Amiciuntur pellibus Rangiferorum à capite vsque ad pedes. Vt plurimum breui sunt corpore, lata planaque facie, paruis oculis, breuibus crurib' & diuaricatis, agilesq; sũt in cursũ & saltu. Rhedas habẽt in quib' vnũ aut duos Rangiferos iugũt, qui vnũ aut alterũ hominẽ insidẽtẽ tã celeri cursu trahũt, vt nullʼ nostrorũ equorũ æquari illis possit. *Fretum Forbisseri* à Martino Forbissero Anglo nomen accepit, qui anno M.V.Lxxvii. transitum ad Cathamos, de quibus paucula subijciemus. Homines eius loci ab omni cultu alieni, crudis ferarum ac piscium carnibus vescuntur. Vestiuntur pellibus ferarum venatione captarum, herbas etiam crudas bestiarum in morem deuorant: Tentoria eorum pellibus Balænarum teguntur, perpetuæ ibi nubes & frigus asperrimum. Canibus qui Lupos nostros specie referunt, sub iugum missis, vtuntur ad res necessarias super glaciem advehendas. Arma illis sunt arcus, sagittæ & funda. Valde delectantur rebus splendentib' & tinnientib'. Qualem religionem colant, quam Dei cognitionem habeant, ignoratur. Nulla ibi ligna, cerui multi, & sicut regio sterilis est, homines stupidi, tardi & sine omni ingenio. Terram non colunt, contenti rebus quas sponte producit: Venatione viuunt: Potus illis sanguis ferarum est calidus, aut aqua glaciei: nulli istic fluuij, nullæ scaturigines, quod violentia frigoris terram ita concludat, vt aquarum scaturigo erumpere nequeat. Homines sunt magni laboris, venatores strenui & præsertim in aucupijs astutissimi; vtuntur certo nauigij genere ex corijs confecto in

Groenlandia vnde dicta.

Cæli qualitas & soli.

Flumina.

Frislandia.

Noua Zembla.

SEP:
TENTRIO:
NALIVM
Terrarum de:
scriptio.
Per
Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio
Scerland insulæ
Fri. Lan. insulæ
Farre in. sule
OCEANUS SEPTEN
TRIONALIS
OCEANUS SCYTHICVS qui et Mare Tiliæ
ASIAE
PARS
Marc Bla
Caldeonia regio
Agaui
Amini regione
Borgi regio
Colchis
Mingrelia
Georgia
Circulus Arc.
Circulus Ant.
Mare Caspium
Mare Ceruleum
Mediterraneum Mare
Nova Zembla
Mare Glacialis

quo vnũ solummodo homini locus, cui vnico tantum remo opus est. Dextra instrumentum tenet quo aues telo iaculatur. Huius exemplum in Anglia visum, vbi homo quem Forbisserus secum hinc duxerat cũ omnium admiratione cygnos, quod illi à Regina concessum erat, hoc modo aucupabatur. Hic cum aliquando Bristolij tubicinem Forbisseri equum conscendere vidisset, conscendere & ipse voluit, sed facie ad caudam conuersa equo insedit non sine magno spectantium risu & voluptate. *Fretum Dauis* itidem à Ioanne Dauis Anglo appellationem accepit, qui anno 1585. & duobus proximis littora Americæ, vel potius Groenlandiæ Circium spectantia à 53. gradu ad 75. transiit illac in Chinã scrutãdo perlegit. Quæ de Euripis illis quatuor in Tabula vides desumpta sunt ex itinerario Iacobi Cnoxen Buscoducensis, qui refert (quod tamen ab alio prius accepit) minoritam quendam Anglum Oxoniensem Mathematicum terras polo circum vicinas descripsisse & astrolabio dimensum esse in hanc sequentem formam fere, vti ex Iacobo collegit Mercator. Euripos illos quatuor dicit tanto impetu ad interiorem voraginem rapi vt naues semel ingressæ, nullo vento retroagi possint, neque verò vnquam tantum ibi ventum esse vt molæ frumentariæ circumagendæ sufficiat. Sed hęc Luciani veris narrationib? non absona videtur, quãdo qui loca in quibus Euripi illi esse dicuntur lustrarunt, Euripidos nullos inuenerunt: scilicet Hollandi qui vsq; ad 81. lat. gradum apertum mare inuenerunt. De Septemtrionalibus autem populis ita scribit Mela. *In Asiatico littore primi Hyperborei super Aquilonem Rhipheosque montes, sub ipso Syderum cardine iacent, vbi Sol non quotidie vt nobis, sed primum verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit, & ideo sex mensibus dies, & totidem alijs nox vsque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis: cultores iustissimi, & diutius quam vlli mortalium & beatius viuunt. Quippe festo semper otio lati, non bella mouere, non iurgia: sacris operati maximè Apollinis, quorum primitias Delon misisse per virgines suas, deinde per populos subinde tradentes vlterioribus: moremque eum diu, & donec vitio gentium temperatus est, seruasse referuntur. Habitant lucos siluasque, & vbi eos viuendi satietas magis quam tædium cepit, hilares, redimiti sertis, semetipsos in pelagus ex certa rupe præcipites dant. Id eis funus eximium est.* Sed de his singularem librum scripsit olim Hecatęus, citatum à Plinio lib. VI. cap. 17. qui etiam ex Mela pleraque de hac gente descripsit, vt ex Plinio Solinus, quorum vterque probatissimorum authorum fide veritatem sententiæ confirmat. Quod autem Mela, Plinius, Solinus, de virginibus scribunt ex his locis Delum profectis, id etiam ab Herodoto traditum est, libro IV. qui earum iter descripsit. Paulus Iouius in Moschouiæ descriptione hæc habet. *In extremo eius Oceani littore, vbi Noruegia atque Suecia amplissima regna Isthmo quedam continenti adhærent, Lappones existunt, gens supra quam credibile est agrestis, suspiciosa, & ad omnis externi hominis vestigium nauigijque conspectum maximè fugax. Ea neque fruges, neque poma, neque vllam omninò vel terræ vel cœli benignitatem nouit. Sola sagittandi peritia cibum parat, varisque ferarum tergoribus vestitur. Gentis cubilia cauernulæ secatis repletæ foliis, cauique arborum stipites, quos vel intromissa flamma, vel ipsa vetustas indulta carie fabricarit. Aliqui ad mare, vbi ingens est captura piscium, inepti sed felicibus artificijs piscantur, duratosque fumo pisces tanquam suas fruges recondunt. Lapponibus exigua corporum statura, luridi contuique vultus, pedes verò velocissimi. Ingenia eorum ne ipsi quidem proximi Moschouitæ nouerunt, quum eos parua manu aggredi extialis insania esse dicant: magnis verò copijs inopem rerum omnium vitam ducentes lacessisse, neque vtile neque omnino gloriosum vnquam existimarint. Vltra Lappones in regione inter Corum & Aquilonem perpetua oppressa caligine, Pygmæ os reperiri, aliqui eximiæ fidei testes retulerunt, qui postquam ad summum adoleuerint, nostratis pueri denum annorum mensuram vix excedant: meticulosum genus hominum & garritu sermonem exprimens, adeò vt tam simiæ propinqui, quam statura ac sensibus ab instæ proceritatis homine remoti videantur. Vltra hos populos aliæ sunt nationes extremæ hominum, nulla certa Moschouitarum peregrinatione cognitæ, quando nemo ad Oceanum peruenerit, sed fama tantum ac ipsi plerumque fabulosis mercatorum narrationibus auditæ. Satis tamen constat, Duidinam innumerabiles trahentem amnes, ingenti cursu ad Aquilonem deferri, mareque ibi esse longè vastissimum: ita vt illinc ad Cathaium legendo oram dextri littoris (nisi terra interest) nauibus peruenirì posse certissima coniectura credendum sit.* Cæterum de Hyperboreorum habitatione expedit adire Philosophorum accuratissimas disputationes, quæ sunt apud Conciliatorem septima & sexagesima differentia. Expedit etiam audire Iulium Scaligerum exercitatione XXXVII. de nauigatione ex mari Hyperboreo Sinam versus ita scribentem. *An verò per id mare possit ad Sinas institui nauigatio, alia alijs adducta sunt in vtramque partem argumenta, varieque adsensum est. Nostra tamen hæc sunt. A Duinæ fluuij ostijs vnde cursum auspicantur, legendũ esse velunt totum illum tractum, qui vniuersam ambit Scythiam ad eius orientalem vsq; angulum: in cuius flexu, Septemtrionem aut Aquilonem cum Fauonijs commutandum. Qua de re qui verba faciunt, illius et maris & ventorum & oræ naturam minus exploratam habere, certum est. Adeò namque rari sunt Zephyri & Subsolani, vt penè sint ignoti. Aquilonum frequentia tanta, vt illius imperium cali quasi legitimum à natura commissum esse videatur. Vada infinita, cæca, limosa. Hyeme quæ decem sæuit menses, quasi pauimento solidata maris superficies. Aestate perpetua caligo, quæ pomeridiani horis vna & altera vix discussa, mox redintegratur. Tum verò maiore à glacie periculum, cuius immensæ crustæ fluitantes, mobilium insularum inter se concursantium speciem præbent.* Certè nuperis Batauorum nauigationibus Anno M. D. XCIV. & sequentibus duobus in hæc loca institutis, spes facta est, posse ex mari Hyperboreo ad Orientales Orbis oras nauibus peruenirì, sed difficulter admodum propter glaciem & hibernam noctem. VVilelmus Bernardi negabat per fretum Nassouicum ad Sinas institui nauigationem posse, non solum ob glaciem, sed præcipuè quod ex varijs obseruationibus comperit, non mare illud sed sinum duntaxat esse, inprimis ex eo quod nullum fluxum & refluxũ inuenerit. Verũ spes illi magna fuit per borealissimã Nouæ Zemblæ partẽ dictam nauigationem perfici posse. Cæterum cum indies nouæ nauigationes illac ad Sinas instituantur, tandem experientia discetur, vtrum id perfici possit necne. Constat autem naues nostras ad gradum vsque 81 prouectas & etiamnum mare apertum inuenisse: post verò ad grad. 76 glaciei crustis ingentibus, ac nocte ingruente impeditas fuisse, ne vlterius progredi possent. Destituit vectores sol 4. Nouemb. Anno M. D. XCVI. Visus iterum 24 Ianuarij. Anno sequenti: quo toto tempore in Noua Zembla tuguriolo à se exstructo latitarunt, vsque ad 14. Iunij, fortissimi Argonautæ. Sic enim iure eos appellare liceat. Nam quamuis valde celebrata sit à Veteribus Argonautarum nauigatio: si tamen cum istâ conferatur, ludus censebitur. Quis enim, ante hos Hollandos, per 13. mensium spatium, ab omni hominum consortio segregatus, rerum omnium inopia pressus, rigidissimo cælo intensissimum gelu pertulit, sub Poli Arctici 76. graduum altitudine in vasta solitudine ædes fabricauit in quas se reciperet, vt ab aeris inclementia se tueretur, in illis ipsis identidem altissima niue sepultus, ac totis ferè decem mensibus inclusus? Taceo quæ in reditu nauem deserere coacti ac scapha non recta vecti acerba pertulerunt. Taceo feroces, truculentos & ingentis magnitudinis vrsos, atque beluas marinas, cum quibus sæpenumero fuit dimicandum. Quas tamen ærumnas omnes, labores & admirandas difficultates forti magnoque animo, non sine benigna Diuini numinis protectione & fauore superarunt. Decimo quarto Iunij deserta naui oneraria reditũ molientes duabus scaphis se commiserunt, atque ita quadringenta penè milliaria confecerunt Colam vsque Lappiæ ciuitatem, socijs quibusdam interea amissis.

ISLANDIA inter varias Oceani occidentalis insulas quæ Noruegiæ Regno subiectæ sunt, maxima, nomẽ habet à gelu, quo ex parte riget. Dicitur & Snelandia, a niue: item Gardartsholnn.i. Gardarti Insulam, dictam quondam ab inuentoris nomine scribit Amgrimus Ionas Islandus ipse. Plerique hanc voluerunt esse antiquorum *Thulen*. Quam & Ptolemæus *Thulen* vocat, cuiusque medium ponit gradu Lat. xxx. 20. Long. 63. Hæc quinque dierum & noctium nauigatione ab Orcadibus à Solino statuitur. Insula si qua alia Poetis celebratissima, cum disiunctissimum aliquid innuerent, quasi totius Orbis remotissima. Hinc Virgilius, *Tibi seruiat vltima Thule*. Seneca, *Terrarum vltima Thule*. Claudianus, *Thulen procul axe remotam*. Statius, *Ignotam vincere Thulen, & Nigræ littora Thules*. Hoc tamen adnotasse liceat *Thulen* pro Britannia à Statio illo istis in versibus vsurpari. Nomina à quibus, & cur indita.

Cærulus haud aliter quum dimicat incola Thulés,
Agmina falcifero circumuenit acta conino.

Et pro remotissima quaque regione in illo Iuuenalis.

De conducendo loquitur iam Rhetore Thule.

Nomen traxisse scripsit Suidas à Thule Rege Aegyptio, Isidorus à Sole, Reynerus Reneccius à Saxonica dictione *Tel*, i. *Limes*, quasi Septemtrionis & Occidentis limes fuerit. Verum enim verò an *Thule* aliqua fuerit, dubitat Sinesius, & nusquam comparêre scribit Giraldus, ancipitique de ea sententia distrahuntur doctiores. Plerique *Islandiam* Thulen (vti diximus) olim vocatam asseruerunt, his tamen Saxo Grammaticus, Crantzius, Milius, Iouius, Peucerus refragantur. Ortelius suspicatur Tilemarchiam Noruegij regni tractum esse antiquorum Thulen: atqui ex Isidoro Thule inter Septemtrionem & Occidentem sita quum sit, alibi quærenda est. Doctissimus Gaspar Peucerus libro de terræ dimensione author est Schetlandiam vocari à nautis *Thilensell*: quod si ita est merito nobis cum eruditissimo Camdeno dicere liceat, inuentam Thulen, eamque non Islandiam aut Tilemarchiam sed Schetlandiam esse. Hæc enim insula est inter Scotiam & Noruegiam frigoribus horrida, & vndique procellis exposita, cuius incolæ piscem vento exsiccatum contusumque pro farre & pane habent. Sed de his satis, redeo ad Islandiam.

Sita est non sub Meridiano primo, vt notauit quidam, sed octauo inde gradu. Longitudo eius est C milliarium Germanicorum, vt vulgus scriptorum habet, his addit quadraginta quatuor, dictus Ionas. Latitudo milliarium Germ. 65. Cœlum habet inclemens, ac pro maiori parte inculta est, præsertim versus plagam Septemtrionalem, ob austera spiracula venti Circij; qui nec fructices, vt scribit Olaus, eleuari permittit. Tellus autem sementi faciendæ minimè idonea, neque vllum fert frumentum: at graminis adeò fœcundum solum ferunt in hac insula omnes qui de ea scripsêre, vt nisi pecus à pabulo interdum arceatur, ab aruina ne suffocetur, periculum sit. Præter equos & boues nullum iumentum apud hos esse, fatetur ipse Ionas: Bouesque & vaccæ hic omnes cornibus carent; oues non item. Catellos habent albos quos impensius diligunt. Falcones candidos magna copia; sunt & corui candidi agnellis & porcellis infestissimi. Vrsi item & lepores albi. Etiam teste nostro sæpius dicto Islando, aquilæ albicantibus caudis; quos Plinius (vt addit) pygargos appellauit. Præter Betulam & Iuniperum nullam hanc insulam ferre arborem, Velleius testatur. Quare lignorum maxima per vniuersam Insulam inopia est, nisi fortè (quod interdum accidit) ex Septemtrionali plaga arbores grandiores ventorum turbine funditus extirpatæ naufragij instar ad hęc littora deferantur: quibus incolæ ad vsum focorum, ædificiorum, nauiumque vtuntur. Subest Regno Noruegiæ ab anno nempe 1260. quo primum hos homagium huic præstitisse, tradit idem Ionas. Qua ratione Rex Daniæ qui & Noruegiæ eò quotannis præfectum mittit, qui in arce Bestede sedem suam tenet, eique nunc obediunt vt quondam suis Episcopis; à quibus, ad Christianam fidem sub Adelberto conuersi fuere. Tempore Haraldi Pulchricomis (Harfagro vernaculè, Ionæ) primi Noruegiæ Monarchæ, sunt qui putant habitari cœptam: cum hic nempe regulorum multitudinem expulisset ex Noruegia, qui nouas quærentes sedes, huc cum familijs commigrarunt, atque patriæ desiderium exuentes, mansere. Circa annum Christi millesimum hæc accidisse verisimile: Circa annum 874. scribit nominatus Islandus Ionas, apud quem habes horum Episcoporum omnium seriem & nomina. Primum eorum Episcopum nominat Crantzius Islephum. Sub eorundem Noruegiorum imperio videtur fuisse, ante annos ducentos, ex excerptis Nicolai Zenij Eclogis, vbi legimus hanc insulam à Zichmi Frisiandiæ Rege bello petitam, sed frustra, & à Regis Noruegiæ militibus præsidiarijs in hac insula positis repulsum. Diuiditur verò Insula vniuersa in totidem partes, quot sunt mundi cardines. Orientalem vocant *Austlendingafiordung*, Occidentalem *Westfiordung*, Septemtrionalem, *Nortlendingafiordung*, Meridionalem *Suydlendingafiordung*. Vrbibus carent, montes pro vrbibus habentes. Fons hic qui fumigantis aquæ vitio natiuam rei cuiusliber originem demolitur: & quicquid fumi huius exhalatione respergitur, in lapideæ naturæ duritiem transmutatur, forma duntaxat superstite. Est & fons pestilentis vndæ, quem qui gustauerit, perinde ac veneno prosternitur. Sunt latices cerealis poculi proprietatem imitantes. Oceanus autem Septemtrionalis in quo hæc insula sita est, tantam piscium copiam subministrat, tantamque Reipublicæ Islandicæ vtilitatem præstat, vt non multorum hominum, sed totius Insulæ salus & fortunæ inde pendere videantur; inde enim omnes aut viuunt aut victum quærunt, familiasque sustentant. Hic si velim huius maris piscium genera omnia recensere, tempus me deficiat. Aliquot verò rariora non abs re fuerit commemorare. Inter quę Piscis *Nahual*. Huius carnem siquis comedat, statim moritur: habetque dentem in interiori capitis parte prominentem ad septem cubitos. Hunc quidam pro Monocerotis cornu vendiderunt. Creditur venenis aduersari. Quadraginta vlnarum longitudinem habet bêlua. *Roider*, centum triginta vlnarum est, caret dentibus. Eius caro esui accommodatissima gratissimaque: pinguedo multis morbis medetur. *Cætus Britannicus*, longitudine triginta vlnarum: dentibus caret, linguamque septem vlnarum habet. Est & maximum *Cætorum* genus quod rarò apparet, insulæ magis quam pisci simile. Insequi minores pisces præ corporis illa immani mole nequit,

Situs.

Cœli & soli qualitas.

Animaliũ varietas.

Imperium Maiorum.

Fontes.

ISLANDIA.
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
In Iokuls fiorder et
Ila fiorder
Bloe
Breida fiorder
Grims ey
Papey
Weimanna ey
Fiskle promontorium
Per Gerardum Mercatorem
cum Priuilegio

nequit, capit tamen illos sua quadam arte & astutia. Alius item piscis *Stautusualur* dictus totus cartilagineus, raiæ aliquo modo similis: sed infinitis modis maior, insulę speciem cum apparet, præ se fert, alis naues euertit. Sunt & *Scenaut*, boues marini, colore griseo; egrediuntur aliquando mari & vicino in littore pascuntur, numero simul plures, eorũ naso folliculus adhæret, cui' beneficio in aquis viuunt. Et alia. Ad montes transeo.

Montes. Islandię (inquit Georgius Agricola) tres sunt montes elati in cœlum, quorum vertices perpetua niue candent, radices sempiterno æstuant igne. Primus vocatur Hecla, alter Crucis, tertius Helga, id est, sanctus. Ab Hecla non longè absunt fodinę sulphuris, penè vnicum incolarum mercimonium, & vectigal insulæ: mercatores enim naues eo onustas euehunt. Mons ipse cum furit, vt horribilia tonitrua insonat, proijcit ingentia saxa, sulphur euomit, cineribus egestis omnia longe lateque complet, vt ad vicesimum lapidem terra coli nõ possit. Qui naturam causasque eius incendij curiosius contemplaturi propius ad montem accedunt, facilè vna aliqua latente voragine viui absorbentur: nam & multę sunt, & cineribus ita tectæ, vt nemo sibi cauere possit. Locum propterea vocant carcerem sordidarum animarum. Accedit huc, quod quum glacies soluta totos octo menses magnis molibus littori vndique allidatur, horrendum sonum edat, quem incolæ dicunt animarum esse eiulatum & quiritationem. Eiusdem naturæ alius mons nomine Helga. Hic mons anno 1581 teste Iona tanto fragore & tonitru ignes & saxa eructauit, vt inde ad octuaginta milliaria grandiores machinæ bellicæ explodi putarentur. Apud hunc vorago quædem, vbi spectra se offerunt, congressibus hominum tam manifesta, vt tanquam viuentes accipiantur ab ignaris mortis illorum; nec deprehenditur error, prius quam disparuerint vmbræ. Sed hæc aut fabulosa sunt, aut certe Dæmonum ludibria. Ipse Ionas fabulosa putat. Crantzius Islandos specus plerumque habitare scribit, ad montium latera excauatis mansiunculis. Quod idem quoque Olaus asserit, in primis tempore brumali. Ex ossibus piscium domos exstruunt, penuria lignorum. Contra Ionas, dicit hic templa & domicilia exstare satis multa ex ligno, cespite, & saxis satis magnifica & sumptuosa. Duos habet Insula Episcopatus Cathedrales, *Holam* sub quo sunt Monasteria *Pingora, Remested, Modur, Munkenjere: Scalholt* cui Monasteria subsunt *Videy, Pyrnebar, Kirckebar*, & *Skirda*. Ex Vellei hui' tabulæ auctoris tamen scriptis intelligitur nouem in ea esse monasteria: & templa præterea trecenta viginti nouem. Episcopi autem ex Academia Haffnensi eò mittuntur, quorum alter boreali Insulæ parti præest, alter Meridionali. Ac vterque Gymnasium publicum ædibus adiunctum habet, in quo viginti quatuor pueros suo sumptu alere & erudire tenetur. Incolæ communi tecto, victu & strato gaudent cum iumentis. In simplicitate sancta vitam agunt, cum nihil amplius quęrant quam quæ natura concedit. Nam & montes habent pro oppidis, vt diximus, & fontes pro delitijs. Beata gens cuius paupertati nemo inuidet, & inde beatior quod Christianismum acceperit. Sed mercatores Angli & Dani quiescere gentem & suo contentam esse non sinunt. Nam ob piscaturam euehendam, Insulam hanc frequentantes, cum mercibus omnigenis vitia quoque nostra inuexerunt. Res maiorum memorabiles carminibus celebrant, vel scopulis insculptas vindicant ab obliuione. Piscibus vt plurimum victitant, quibus quoque exsiccatis & contusis, tanquam in farinam redactis, loco panis in mensa vtuntur: lautiores autem pane bis cocto. Potus olim aqua, ditioribus lac: nunc autem fruges aliunde allatas huic miscere didicerunt; & simplicis vndę, postquam exteri cum ijs negotiari cœperunt, oderunt haustum. Lubecenses enim, Hamburgenses, & Rostochienses quotannis hanc insulam nauibus suis frequentantes eò deferunt farinam, panem, cerevisiam, mulsum, vinum, pannos Anglicos, lintea, ferrum, chalybem, aurum, argentum, mulierum vittas & ligna in vsum ædificiorum & nauigiorum: exportant pro his pannum Islandicum (vulgo Watman) magnas sulphuris effossi moles, pisces induratos, butyrum, sebum, vellera, ferarum pelles, vulpes, falcones albos, equos, & alia istiusmodi. Piscium hic tanta copia, vt eorum strues altissimas sub dio concinnent, atque ita venum exponant, altitudine interdum ipsa ædium tecta superante. Tanta etiam butyri salsi copia, vt cistis odoratis recondant longitudine pedum quadraginta, altitudine 5, præter vsitata dolia.

Opera publica & priuata.

Mores.

Victus.

Mercimonia.

Sed lubet Erasmi Michaelis versus, quos habet lib. 3 rei Nauticæ de Islandia adijcere.

Vltima Parrhasias Islandia spectat in Arctos,
Sub Caurum porrecta gradus: non diuite tantum
Læta solo, cum vel cæcis occlusa cauernis
Sulphura flaua coquit mixtisque extrudit arenis:
Pabula vel lætis pecori gratissima pratis
Fundit, & opletas inuestit gramine valles:
At vicina etiam solidos cum littora pisces
Nec numeris, nec mensura, certisve ferendos
Nominibus stipat, ratibusque immittere certat.
Prouentu siquidem vario cum excesserit, vno,
Hoc vincit tamen, & cumulato pisce redundat,
Aucta opibus fortesque animis complexa colonos.
Cuius & in Notios quæ pars iacet obuia ventos
Æstuat æternis per aperta foramina flammis,
Eructatque globos cinerum, trepidoque boatu,
Hecla tonans inter sparsa pice Sydera lambit.

BRITANNICAE

INSVLAE:

ANGLIA, SCOTIA ET HIBERNIA,

Cum Orcadibus, Hebridibus, Mona, Vecta & cæteris insulis circumiacentibus sub nomine Britanniæ comprehensis.

BRITANNIA omnes Insulas, quæ inter Hispanias & Germaniam magno terrarum spacio Galliæ prætenduntur, suo nomine complectitur. Eam nuper Lhuyddus Prydaniam Th. Eliottus eques Britannus πρυτανείαν dici voluerunt, sed studio magis contentionis, quam veritatis incitati, contra Aristotelis, Lucretij, Iulij Cæsaris, & aliorum veterum scriptorũ authoritatem ac fidem. Quia autem olim Britanni omnes se glasto inficerent, quod cæruleum efficiebat colorem, vt hoc horribiliore in pugna aspectu essent: ijdemque quicquid depictum & coloratum Brith patria & antiqua lingua appellarent: rectè quidam statuunt Græcos (qui primum hoc nomen ita conceperunt) ab incolis, quos Brith & Briton appellari accepissent, ad *Brith Tania*, quod regionem significat, addidisse: & ideo Britanniam regionem Britonum, id est pictorum & coloratorum dici, non aliter atque Mauritania Mauri, Lusitania Lusi & Aquitania aquarum regio nominatur. Vt autem prisci Galli à Gomer filio Iaphet Gomeræi, Gomeritæ, Cimmerij & contractè Cimbri: sic etiam Britanni sua propria lingua olim Cumeri & Kimbri dicti sunt. Itaque eos veram esse Gallorum propaginem è nomine, situ, religione, moribus & lingua, manifestè constat. Britanniam autem *omnibus cæli ac soli bonis natura donauit, in qua nec riger est nimius hyemis* (vt habet Panegyricus Constantino dictus) *nec ardor æstatis: in qua segetum tanta fœcunditas, vt muneribus vtriusque sufficiat, & Cereris & Liberi: in qua nemora sine immanibus bestijs, terra sine serpentibus noxijs. Contra, pecorum mitium innumerabilis multitudo, lacte distenta & onusta velleribus: certè, quod propter vitam diligitur, longissimi dies, & nullæ sine aliqua luce noctes, dum illa littorum extrema planities non attollit vmbras, noctisque metam cæli, & sideru transit aspectus, vt sol ipse qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire.* Est sanè Britannia naturæ gaudentis opus, quam quasi alterum Orbem, extra Orbem, ad delicias humani generis constituisse, & tanquam formam quandam ad eximiam pulchritudinem & vniuersi ornatum egregiè depinxisse videatur. Ea varietate gemmea, & descriptione amœna oculi quocunque inciderint, reficiuntur. Vt incolas taceam, optima corporis habitudine, commodissimis moribus, mitissimis ingenijs & maximis animis, quorum virtus rebus domique bellique gestis est vniuerso terrarum Orbi testatissima. Inter ões Britãniæ insulas duæ reliquas magnitudine longe præcellunt: *Albion*, sub qua Anglia & Scotia continentur, & *Hibernia*. Prima magnitudine est *Albion*, quæ nunc sola nomen Britanniæ retinet, quod antea omnibus erat commune. Atque hoc nomen magis è libris eruitur quam in communi sermone vsurpatur, nisi quod Scoti se *Albinich* & suam regionem *Albin* adhuc vocent. De nomine autem *Albion* non multum laborandum, quod huic insulæ imposuerunt Græci ad differentiam, cum circumuicinæ insulę omnes Britannicæ vocarentur. A Græcorum enim vanitate, fabulositate & desultoria illa in fingendis nominibus leuitate enarũ videtur. Cum enim illi Italiam ab Hespero Atlantis filio Hesperiam, Galliam à Polyphemi, Gallatiam &c. fabulosè dixerint: hanc insulam ab Albione Neptuni filio Albionem etiam fabulosè denominasse, vero non absimile videtur: quod Perottus & Lilius Giraldus prodiderunt. Alij ab ἀλφὸν malunt deducere, quod teste Festo, album Græcis sonat, vnde & alpes appellatæ. Albicantibus enim rupibus, quas *mirificas moles* Cicero vocat, coronatur: vnde & Orpheus albicantem terram dixit. Figura eius triquetra est, Siciliæ maximè similis, nã in tres diuersos angulos sese cuneat. Promontorium primum Occidentem versus Angli vocant, *The cap of Corn'wal*. Ptolemæus vocat αντικάταιον ἡ Βολάριον. Diodoro est Belerium. Secundum Cantium quod Orientem prospicit, Anglis *Northforland*: Tertium Orcas siue Taruisium quod longe in Septemtrionem extenditur, Scotis *Dungisbehead* dictum. Liuius & Fabius Rusticus eam oblongæ scutulæ siue bipenni assimulauere. Ab occasu, quà Hibernia sita est, Vergiuius Oceanus irrumpit, à Septemtrione, vastissimo & apertissimo Hyperboreo mari pulsatur, ab Ortu quà Germaniæ prætenditur, Germanico, à Meridie quà Galliæ opponitur, Britannico vrgetur. Qui cœli spacia terræ tractibus accuratiùs comparârunt, Britanniam octauo Climati subiecerunt, Parallelis decimo octauo, & vicesimo sexto incluserunt. Diem maximum horarum Aequinoctialium xviii. cum semisse putant. Cęsar latus eius quod Meridiem spectat, scribit continere millia passuum quingenta: Quod ad Occidentem vergit, septingenta millia: quod autem contra Septemtrionem protenditur, millia passuum octingenta; vt circuitus vniuersus sit vicies centum mille passuum. Diodorus libro sexto ambitũ eius scribit esse duorum & quadraginta millium stadiorum. Martianus: *Britannia*, inquit, *longa millibus octingentis, lata trecentis, circuitus tricies octies viginti quinque millia tenet*. Nugæ. Doctissimus & accuratissimus scriptor Camdenus hanc rationem iniuit, a Taruisio promontorio ad Belerium, itinere ob sinuosos littorum tractus eruato, millia passuum sunt DCCCXII. Inde ad Cantium CCCXX. millia: denique à Cantio ad Taruisium DCCIIII. millia. Quæ summa est MDCCCXXXVI millium passuum. Hæc Insula olim in duas partes diuisa fuit, teste Ptolemæo magnæ Cõstructionis lib. 2. vbi insulam vniuersam in *Britanniam Magnam & Paruam* dispescit. *Magnam* vocat citeriorem eius partem ad Meridiem. *Paruam* verò vlteriorem ad Septemtriones. Romani verò vlteriore parte neglecta, *quia* vt inquit Appianus, *illis vtilis esse non poterat*, citeriorem in Prouinciam iam redactam primum duplicem fecerunt, *Inferiorem* & *Superiorem*, vt ex Dione colligitur. Angliæ enim partem citeriorem cum *Wallia Superiorem*, vlteriorem & Septemtrionalem *Inferiorem* vocat. postea in tres partes descripserunt, vt ex Sexto Rufo liquet, in *Maximam Cæsariensem*, *Britanniam Primam & Britanniam Secundam*. Postremò, cum Imperij Romani formula indies immutaretur, Britanniam quinque partitam fecère, *Britanniã* nimirum *Primam, Secundam, Maximam Cæsariensem, Valentiam, & Flauiam Cæsariensem*. Atque hæ quidem fuerunt sub Romanis ipsius Britanniæ diuisiones. Nõnulli vniuersam Insulam olim fuisse in tres partes diuisam scripsere, nempe in *Loegriam, Cambriam* & *Albaniam*. Sed hanc recentiorem esse diuisionem credit Camden?, vt quæ à tribus populis, Anglis, Cambris & Scotis, qui postremò Insulam inter se diuiserunt, videatur enata. Postea in duo regna, nempe Angliam & Scotiam, diuisa est insula: iam verò fœlicissimo sub Iacobo 6. vnita hæc duo sunt Regna, & tota insula *Magna Britannia* appellata. Vastissimo autem & apertissimo Oceano, vt supra docuimus, Britannia vndique circunfunditur, quem B. Basilius *Mare magnum, & nauigantibus horrendum*

Regio.
Nomina a quibus & cur indita.
Cæli temperies.
Soli fertilitas.
Animalium Varietas.
Incolarũ virtus.
Albion insula.
vnde dicta.
Figura & situs.
Mare.

dixerit.

ANGLIA, SCOTIA et HIBERNIA.
OCEANVS DEVCALI
OCEANVS
DONIVS
OCCIDENS
Hibernie aliquot nomina
OCEANVS
Miliaria Anglica parua
VERGIVIVS OCEANVS
GERMANICVS
HIBERNI
MARE
OCEANVS BRITANNICVS
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

dixerit. Latè certè modos campos vicinos inũdat modò refugit & nudat, & vt eũ Plino loquar, in magnitudine hac aperta, Lunę vim laxè gratiantis efficacius sentit, tantaque vi semper immittitur, vt non solum flumina retrogat, sed aut terrestria deprehendat animalia, aut marina destituat. Tot enim & tanta monstra marina in littore Britannico derelicta singula quęque ætas vidit & obstupuit, vt non temerè cecinerit Horatius,

Belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis.

Et Iuuenalis: *Quanto Delphino Balena Britannica maior.* Tantúmque erat vel hoc nostrum mare hyeme nauigare, vt Iul. Firmicus in libello de errore profanarum religionum ad Constantem & Constantium Impp. exclamârit. *Hyeme (quod nec factum est aliquando, nec fiet) tumentes, & sæuientes vndas calcastis Oceani Britannici, sub remis vestris Incogniti iam nobis penè maris vnda contremuit, & insperatam Imperatoris faciem Britannus expauit.*

Commoditates. *Quid amplius vultis? virtutibus vestris victa elementa cesserunt.* De commoditatibus quas hoc mare præstat, de tepore quo terras fouet, de vaporibus quibus aerem nutrit, & agros irrorat, de piscibus varij generis, Salmonibus, passeribus, paguris, asellis, halecibus, etc. quorum infinita examina alit, nihil attinet dicere: Margaritæ tamen non sunt silentio prætereundæ quas rotunda specie mari Britannico gregatim natare ducem sectantes, more apum Iubas memorat. Et Marcellinus. *Quod genus gemmæ etiam in Britannici secessibus maris gigni legiq;, licet dignitate dispari non ignoramus.* Harum spe Cæsarem Britanniam petijsse author est Suetonius, easq; tanta magnitudine fuisse, vt in nonnullis manu pondus exegerit, thoracémque ex illis Veneri Genetrici dicauerit. Atque hæc de Albione, nunc reliquas præcipuas percurramus. Inter omnes longè præcellit Hibernia, de qua nihil hic, de ea in proprijs quas occupat tabulis, dicturi. Eam sequuntur *Orcades* nunc *Orkney* xxx. plus minùs insulæ, modicis inter se discretæ spatijs, quas ita appellat antiqua quędam membrana, quasi *Argath*, id est, *supra Getas*, vt ibi exponitur: Camdenus malit supra *Cath*, obiaceę enim *Cath* regioni Scotiæ, quam ob promontorium *Cath-nesse* nunc vocant, cuius incolæ *Carini* pro *Cathini* perperam Ptolemæo nominari videntur. Solini ætate homine vacarunt, & iunceis herbis inhorruerunt, nunc verò cultę sunt, sed sine sylvis, hordei satis feraces, tritici & arborum omninò indigæ. Serpens in eis nullus aut venenosum animal. Animalium greges numerosissimos nutriunt: lepores cuniculi, grues & cygni hic multi. Copiosa item in his piscatio est, ex qua incolę non parum emolumenti capiunt. Iulius Agricola classe primus Britanniam circumuectus, Orcadas ad id tempus incognitas, inuenit domuitque, tantum abest vt Claudius deuicerit (quod Hieronimi Chronicis asseritur,) vt Hadriani tempore Iuuenalis cecinerit:

Orcades, vnde dicta.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium maiorum.

Arma quid vltra
Littora Iuuernæ promouimus, & modo captas
Orcades, & minima contentos nocte Britannos.

Deinde verò cum Romanorum concideret in Britannia imperium, Pictorum sedes fuerunt, & Claudianus poeticè lusit.

Maduerunt Saxone fuso Orcades.

Nennius etiam tradit Ochtham & Ebissum Saxones, qui Britannis meruêrunt, cum xl. *Cynlis*, id est Myoparonibus circa Pictos nauigâsse, & Orcades deuastâsse. Postea in Norvvegorum potestatem & Danorum deuenerunt vndè Gothicè loquuntur incolæ, & demum Christiern⁹ rex Daniæ pacta pecunia, Anno MCCCGlxxiiii. omne ius suum in regem Scotiæ transtulit. Harum autem præstantissima Pomonia Episcopali cathedra celebris; à Solino *POMONA* diutina ob diei prolixitatem vocata, hodie *Mainland* incolis, quasi continens esset. Stanni & plumbi ferax, ac sede Episcopali in *Kirkewale* oppidulo, & duobus castris ornata. *Ocetis* etiam inter has à Ptolemæo recenseturi, quam *Hethy* nunc dici coniectat Camdenus. An verò *Hey*, quæ inter has numeratur Plinij *Dumnam* dicam, inquit idem Camdenus, nondum statui. Certè si non sit, malim *Faire Ile*, *i. insula pulchra*, cuius oppidum quod habet vnicum *Dumo* dicitur, *Dumnam* existimare, quam cum Becano *Wardhuys* in Lappelandia censere. Hactenus ille. *Zelandiam* quoque vnam earum nominat Ioannes Major, quinquaginta mille passibus in longum exporrectam. Incolæ porrò harum insularum cùm abundantia hordei potentissimum conficiant potum, & omnium mortalium sint bibacissimi, nullum tamen in eis vnquam ebrium, aut mente alienatum, nullum amentem aut stolidum visum esse testatur Boetius. His proximæ *Hebrides* Insulæ numero xliiii. quas Beda *Menania*, Ethicus *Boeoricas*, Giraldus alibi *Inchades & Leucades*, Scoti *Westerne Iles*, i. Occiduas Insulas: Ptolemęus cum Plinio & Solino *Ebudas vocat*. Nominis huius rationem elicere non possum, inquit Camdenus, nisi ita dictas existimem, quod fruges hic non prouenerint; prodit enim Solinus harum incolas fruges nescire, & pisce tantùm lactéque viuere, & *Eb Eid* Britannicè sine frugibus sonat. Hæc ille. Harum triginta esse Plinius scripsit, sed quinque recenset Ptolemæus. Prima *Ricina* est, Plinio *Ricnea*, Antonino *Riduna*, nunc *Racline*. Insula hæc exigua est obiecta Hiberniæ. Proxima *Epidium* est nunc *Ila* (teste Camdeno) insula satis ampla, & campestri planicie ferax. Inter hanc & Scotiam *Iona* interiacet, Bedæ *Hy & Hu*, situ plano gaudens, in qua Episcopalis est sedes, in *Sodore* opidulo, vnde Insulæ omnes *Sodorenses* etiam dictæ fuerunt, quòd in eius diœcesi censentur; celebris autem est Regum Scotiæ sepultura. Inde *Maleos* est Ptolemæi, nunc *Mula*, cuius Plinius videtur meminisse, cum inquit *Reliquarum Mella xxxv. mill passuum amplior proditur*. Sic enim antiquissima Plinij editio Venetijs concipit, vbi in vulgatis legitur *Reliquarum nulla*. *Hebuda* Orientalior nunc *Skie*, deinde Scotiæ littori longè obtenditur, & *Hebuda* Occidentalior magis in Occasum diuergens, nunc *Levves*, cui præest *Mac cloyd*, & in antiquo Manniæ libro, *Lodhus* dicitur, monticulis prærupta, saxosa & raro cultore, sed omnium amplissima, à qua exiguo Euripo *Eust* disiungitur. Cæteræ præter Hyrtham ignobiles sunt aut saxis asperæ, aut cautibus inuię, & vix virenti cespite vestitæ, has tamen omnes velut imperij sui firmamentum numerata pecunia à Norvvegis coemerunt Scoti, etsi minimum inde fructum percipiant, cum incolæ antiqui scilicet Scoti, siue Hibernici, homines erectis animis, & proiecta audacia, legum seueritate, & iudiciorum metu se illigari non patiantur. Quod verò ad mores, cultum & linguam spectat à sylvestribus Hibernicis, ne tantillum discrepant, vt facile vnam eandemque esse gentem cognoscamus. Sed de harum insularum incolis libet verba Solini hic apponere qui ita de his scribit: *Nesciunt fruges, piscibus tantum & lacte viuunt. Rex vn⁹ est vniuersis: nã quotquot sunt, omnes angusta interluuie diuiduntur: Rex nihil suum habet; omnia vniuersorum, ad æquitatem certis legibus seruingitur: ac ne auaritia diuertat à vero, discit paupertate iustiam, vtpote cui nihil sit rei familiaris: verum alitur è publico: nulla illi datur femina propria: sed per vicissitudines, in quamcunque commotus fuerit, vsurariam sumit, vnde ei nec votum nec spes conceditur liberorum.* Sequuntur Mona & vectis de quarum altera in tertia Tabula Angliæ, de altera in septima agemus. Et hæc quidem de Britannia, deque insulis præcipuis Britannicis hoc loco in genere dicta sufficient: cætera in singulis deinceps tabulis exponemus.

Hebrides, earũ nomina.

Vnde dictæ Ebudæ.

Mores.

Regnum.

HIBERNIA Insula sequitur, Orpheo, Aristoteli & Claudiano *Ierna*, Iuuenali & Melæ *Iuuerna*, Diodoro Siculo *Iris*, Eustathio *Vernia* & *Bernia*, incolis *Erin*, Britannis *Iuerdhon*, Anglis *Ireland*. Vnde hæc profluxerint nomina, variæ vt in re obscura subinde enatæ sunt opiniones. Hiberniam alij ab Hibero duce Hispano, qui primus magna hominum coacta multitudine, eam occupauit, dictam volunt: ab Ibero fluuio alij, quod illius accolæ primi insulam habitauerint: alij ab hiberno tempore, quia ad occidentem vergit: Eulogij author ab Irnalpho Duce, Postellus dum Melam Luteriæ prælegeret, ab Hebræis repetebat, vt sit *Irin*, quasi *Iurin*, id est Hebreorum terra, *Hebræi* (inquit si Dijs placet) *cum essent Magi peritissimi, scirentque Imperiũ Vniuersi futurum in angulo fortissimo, qui est ad Caurum, illas partes, & Hiberniam quam primùm occuparunt, Syrique & Tyrij illas regiones vt basim futuri imperij ponerent, incolere sategerunt*. His cum eruditissimo Camdeno suffragari non ausim, ne receptissimæ quidem isti de hiberno tempore opinioni, quamuis legamus in hac Insula ex omni vento aërem brumescere. *Hibernia, Iuuerna*, & *ουερνία* procul dubio ab Orphei & Aristotelis *Ierna* dimanarunt, *Ierna* autem illa, *Iris, Iuerdhon*, & *Ireland*, ab incolarum *Erin*. Ab *Erin* ergo gentis vocabulo etymon petendum. Hic Camdenus cum magnis illis Philosophis ἰσόχυει, nec quid opinione augurari possit se habere dicit: nisi forsan, inquit, sit ab *Hiere* Hibernica voce illis occasum, siue plagam Occidentalem sonante, vnde *Erin* quasi Occidentalis regio deducta videatur. Protenditur hæc Insula ab Austro in Aquilonem, forma lenticulari, siue ouali non viginti dierum nauigatione, vt Philæmon apud Ptolemęum tradidit, sed cccc. tantũ mill. pass. Latitudine vix cc. implet. Sita est inter Tropicum Cancri & Circulum Arcticum: inter Hispaniã scilicet & Britanniam: ab Ortu habet Britanniam, à qua mari Hibernico & vnius tantum diei nauigatione discluditur. Ab Occidente vastum Oceanum. A Septemtrione, qua Oceanus Deucaledonius quem Ptolemęus vocat *Hyperboreum*, irrumpit, habet Islandiam: ab Austro respicit Hispaniam. Aër huius insulæ est saluberrim', cœlum mite, clemens, blandum, nam neque æstiuo calore incolæ ad vmbras & loca opaca impelluntur; neque frigore ad focos: semina tamen ob autumni humiditatem rarius maturescunt. Hinc Mela scribit, cœlum ad maturanda semina iniquum habere. Salubritate tamen & serenitate aëris multum Britanniæ præstat. Nemo propter hiemem ibi aut fæna secat, aut stabula fabricat iumentis. Terræmotus hic nunquam, vix semel in anno tonitru audies. Regio gleba præpingui, vberique frugum prouentu felix est: pascuis tamen quam frugibus, gramine quam grano fœcundior. Tritici namque grana sunt hic contracta & minuta, et vix alicuius vãni beneficio purganda. Quod ver gignit, æstas nutrit, vix in messe pluuialis aquositas colligi permittit. Aeolicis namque flatibus, & pluuialibus inundationibus præ alijs terris hæc exuberat. *Verum* (vt inquit Mela) *adeo luxuriosa herbis non lætis modò, sed etiam dulcibus, vt si exigua diei parte pecora se impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta distiliant*. Quod etiam Solinus de hac insula testatur. Hinc pecorum infinita multitudo, primæ & præcipuæ incolarum opes, ouium etiam greges plurimi, quas quotannis bis tondent. Equi item optimi (*Hobies* vocantur) quibus non idem qui cæteris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Nullũ ibi reptile degit, nullus serpens, priuilegio cum Creta cõmuni: sæpè etiã illuc de Britãnia allati serpentes, mox vt proximantes terris odorem aëris illius attraxerunt, intereunt. Beda testis est, vidisse se, quibusdam à serpente percussis rasa folia codicum ex Hibernia asportatorum propinata esse, & continuò totã vim grassantis veneni, tumoremque inflati corporis recessisse. Falcones præterea, accipitres & nisos, præ alijs regionibus copiosè producit. Aquilarum quoque non minor hic copia, quam alibi miluorum. Tanta verò multitudine se grues ingerunt, vt vno in grege centum frequenter reperias. In Boreali plaga cygni abundant. Ciconiæ verò per totam insulam rarissimæ sunt, & illæ nigræ. Desunt perdices, phasiani, picæ & philomelæ. Apũ tanta multitudo vt non solũ in aluearijs, sed etiã in arborũ truncis & terræ cauernis reperiantur. Scribit etiam Giraldus de auibus præ cæteris hoc memorabile, ex lignis quibusdam in mari temere natantibus, gummi primum effluere: hoc gummi postea in crustam indurescere, intus nasci animalcula, quæ primum vitam, postea rostra, pennas, alas concipiant, denique vel in aëre volitent vel aquis innatent, neque aliter generari hoc animal. Sylvester Gyraldus quem dixi, testatur se istiusmodi aues permultas vidisse semi formatas, rostro ex testulis pendentes, quæ si perfectæ fuissent, reliquarum more volitassent. Easdem quoque in Scotia nasci ferunt, vocarique ab incolis *Barnikles*. Sunt & aues, eodem teste, biformis naturæ, quas aurifrisios vocant, plurimæ, aquila quidem minores, accipitre maiores, quibus alterum pedem vnguibus armatum, apertum & rapacem; alterum verò clausum & pacificum, solique natatui idoneum, naturæ ludentis opera contulit admiranda. Sunt & aliæ quas martinetas vocant, merula minores, in modum cortunicum curtæ, sed albo ventre nigroque dorso degenerant. Mirum de his auiculis, quia si mortuæ in loco sicco seruentur, putrescere nesciunt: & inter vestes aliasue res locatæ, eas indemnes à tinea conseruant. Et longe stupore dignius est; mortuę quoque in sicco suspensæ, rediuiua plumarum renouatione singulis annis immutantur. Ferarum quoq; omnia fere genera continet. Habet enim ceruos qui præ nimia pinguedine parum ad cursum apti sunt; & quãto minores sunt corporum quantitate, tanto præcellentius efferuntur cornuum dignitate. Aprorum magna copia est. Sunt & lepores multi. Sed omnium animalium ferarum & auium corpora, hic quam alibi minora. Est & taxus, & mustela. Sed caret capris, damis & ericijs. Talpæ nullæ vel rarissimæ: sed mures infiniti. Lupum, item & vulpem habet. Sed de his satis, ad alia transeo. Hibernia quondam multos Regulos habuit, nunc autem sub Anglorum regimine & per Proregem quem Dominum deputatum vocant administratur. Hibernia verò sub dominio Regis Anglorum incidit circiter annum 1175. quo Rodericus Connaciæ rex, se Regem vniuersæ Hiberniæ nominauit, qui cum totam insulam subiugare contenderet, bellum continuum cum cæteris Regulis gerebat, ex cuius quidem seditione factum est, vt alij Reguli se sponte, ac sine vlla sanguinis effusione Anglorum Regi Henrico secundo dederint: & inde omnes Hiberniæ Domini dicti sunt vsque ad Henricum octauum, qui Rex Hiberniæ ab insulæ ordinibus & Proceribus declaratus fuit, quia quibusdam seditiosis domini nomen erat inuisum. Quatuor in hac ciuitates præcipuæ, DVBLINIA totius Hiberniæ Metropolis, sedes Regia & Archiepiscopalis, æde S. Patricij ac Comitatus titulo exornata. Hic iudicia &

Regio.
Nomina prisca & recentia, à quibus & cur indita.
Situs.
Cæli temperies.
Animalium varietas.
Imperium maiorum.
Vrbiũ nomina.

Occidens
OCEANUS OCCIDENTALIS
IRLANDIA Regnum
Meridies
Septentrio
VERGENS
Milliaria Ibernica Continuata
OCEANUS
MARE HIBERNICUM
Oriens
Dublin Firth

comitia, quæ vulgo parlamenta dicuntur, celebrari solent. Hic etiam Insulæ Procuratores vt plurimum considerent. Secundas partes tenet *Waterfordia*. Tertias *Limmiricum*, *Quartas Corcagia*. Sunt & alia ibi oppida ac municipia satis magna, de quibus in particularibus descriptionibus fusius. *Lacus* quoque plurimos hæc terra habet, inter quos lacus est in Hultonia ab Erno lacu xv. mill. distans, de quo suo loco fusius; Super *Armacum* vrbem stagnum est haud amplum, in quod si hastam defixam aliquot menses relinquas, pars ea quæ luto inhæsit ferrea, quæ aquæ immersa saxea, exstans lignea futura sit. Est & *Erno* lacus, qui xxx mil. pass. in longitudine, xv in latitudine diffunditur, sylvis opacis coronatus, & adeò piscosus, vt piscatores nimiam frequentius piscium copiam, retiumque rupturas, potiùs quam defectus conquerantur. Famà est inter accolas hunc olim agrum fuisse cultiuissimum, & incolis frequentissimum, sed subitò propter eorum infandam cum bestijs venerem, superfusis aquis in lacum redactum. *Terram*, inquit Giraldus, *tam turpium contra naturam facinorum conscium, non tantùm primis, sed cunctis in posterum habitatoribus indignam author naturæ iudicauit*. Fluminibus item egregijs scinditur & rigatur insula: quorum nomina hæc sunt: *Auenlissius*, Dubel perfluens, *Boandus*, per Mediam; *Banna* per Vltoniam; per Connaciam, *Linnus*; & *Moadus*, per Kenelcunilliam, Slicheiam, & Samairam; *Modarnus* verò & *Furnus* per Keneleoniam. Sunt & alia plurima, quorum quædam ex terræ penetralibus irriguisque fontium venis emersa, alia vero subitò e stagnis erupta, illustres insulam per partes longis excursibus disterminant, & distinguunt, de quibus suis locis. Inter omnia verò flumina Hiberniæ non immerito principatum *Synnenus* obtinet, tam quantitatis suę maiestate longisque terrarum excursibus, quam fœcundissima piscositate. Cæterum flumina & lacus suis sibi innatis fœcunda sunt piscibus; & præcipuè generibus tribus, Salmonibus & Turtris, anguillisque lutosis. Murænisque oculosis *Synnenus* affluit. Sed desunt generosi aliarum regionum & dulcis aquæ pisces: lucij videlicet, perticæ, gobiones, omnesque ferè qui non ex marinis fluctibus originem trahunt. Habent autem è contrario stagna trium piscium genera, quæ nusquam alibi reperiuntur. Sunt enim turtris longiores & rotundiores, albis carnibus consertis & sapidis, vmbris persimiles, nisi quod capite degenerant crassiore. Sunt & alij marinis halecibus, tam forma & quantitate, quam colore & sapore, simillimi. Sunt & tertij, turtris, nisi quod maculis carent, per omnia similes. Hæc autem tria genera piscium in æstate tantum, & nunquam in hyeme comparent. Terra inæqualis est & montosa, mollis & aquosa. In summis montium verticibus stagna reperies & paludes. Pecore montes, nemora feris abundant. De mari quod Hiberniam & Britanniam interluit sic scribit Solinus: *Mare quod inter Hiberniam & Britanniam interluit, vndosum & inquietum toto in anno, non nisi æstiuis pauculis diebus est nauigabile*. Sed errat. Satis enim tranquillum est, nisi ventorum vi agitetur. Et non solum æstate, sed etiam summa hyeme, vectores vltro citròque nauigant. Marinis autem piscibus per omnia latera, maritima satis abundant. Habet Hibernia in vniuersum Comites triginta tres. Archiepiscopos quatuor. Armachiensem totius Hiberniæ primatem. Dublinensem Hiberniæ primatem: Cassiliensem, & Toamensem. Et hi quatuor viginti nouem suffraganeos habent, quos omnes suo loco & ordine in sequentibus tabulis recensebimus. Sed antequam ad reliqua pergamus tenendum est, Hiberniam ex incolarum moribus in duas partes distribui. Qui enim legibus teneri recusant & incultius viuunt *Irissrie*, & vulgò *Wild Irish*, id est, sylvestres Hibernici vocantur. Qui verò legum potestatem sanctam habent, & iudicijs se sistunt, *Anglo-Hibernici* dicuntur, & eorum regio *The English Pale*. Qui in Anglica prouincia habitant, victu, cultu & sermone ab Hibernicis differunt. Nam à priscis Anglorum moribus ne transuersum quidem vnguem discedunt. Anglicè, naturaliter & incorruptè loquuntur: Hibernicè tamen norunt, propter quotidiana commercia. Authoritate nutuque Britanicarum Legum Rempublicam administrant: suos tantum ciues affinitate deuinciunt: & Hibernicos procos vehementissima animi contentione repudiant. Hæc de Anglicæ prouinciæ habitatoribus dicta sufficiant, reliquum est vt de Hibernicorum moribus atque consuetudine nonnihil dicamus. Hibernici primarios quosdam Tyrannos habent, quorum imperio plures tenentur: sub Anglico iure & imperio, nisi simulatè & quandiu Angli milites eorum territoria depopulantur, non viuunt. Iudicia tamen propter deprædationes & furta nocturna certis temporibus & locis constituunt. Illic reorum qui accusantur, proprium est: Nego. Si conuincantur, ad litem æstimandam quosdam arbitros: quos illi *Brehonios* appellant, adhibent. Isti sunt ex vna familia proseminati, qui quamuis intelligentiam iuris non habeant vulgò tamen propter arcanam quandam scientiam ac moribus acceptam, quasi diuini habentur. Militia eorum partim equestris, partim pedestris est. Equites habent equos valde tractabiles, quos sine vllis adminiculis, etiam loricati insiliunt. Hastas benè ponderosas circa medium manibus prehensas supra capita in hostem vibrant. Inter pedites quidam sunt sagati milites valde robusti, quos *Galeglacios* vocant, & tela pedalia securibus similia, eaque gemina, cultris tonsorijs acutiora, longiusculis hastilibus affixa gerunt, & totius Hibernici belli fundamentum ac robur sunt. Secundum locum obtinent Pedites leuis armaturę machærophori, qui *Karni* dicuntur, & neminem occisum putant nisi capite truncatum. Tertio loco sunt cursores, quos Daltinos vocant, qui inermes incedunt & ministros se præbent equitibus. Totus autem tam equitatus quam peditatus, quoties ad manus venitur magna voce *Pharro Pharro* inclamat: & tibia vtriculari loco tubæ vtitur. Cænitant Hibernici magnificè & opiparè. Nam licet delicatis arto laganis minimè abundent, nec etiam vlla vrbana in epulis lautitia adhibeatur, mensas tamen habent, boue, porco, & alijs cibarijs, prout temporum obseruatio exigit cumulatissimè instructas. Porcos præcipuè opimos nimiopere appetunt: faciunt pluris omnium obsoniorum nihil. Nonnulli dictitant illos crudis carnibus vesci, quod contra est, ac dicunt: tametsi non admodum coctis, nec plus satis assis delectantur, tamen eruditate minus sæpe nauseant. In epulis accumbunt lectulis positis. Primus in mensa locus tribuitur matri familias, talari tunica, & sœpè crocota, benè manicata amictæ. Inter cenandum adest citharista oculis sœpè captus, musicis minimè eruditus, qui chordarum pulsu (sunt autem ex ferreis aut æneis filis, non ex neruis vt alibi fit contextæ) animos accumbentium relaxat.

Lacus.

Flumina.

Mare.

Mores.

Victus.

In qua Vltonia, Connacia, Media: & pars Lageniæ.

Vltonia.

HIBERNIA in genere descripta: antequam ad specialiorem singularum partium delineationem me accingam, operæprecium putaui primùm, distributionem eius proponere. Hibernia in quinque partes seu Prouincias diuiditur. In *Lageniam* quæ ad Orientem est Angliæ proxima: *Connaciam* vel *Connachtiam* quæ ad Occidentem vergit: *Vltoniam* in Septemtrionali parte: & *Momoniam*, in Australi plaga sitam. Quinta pars *Media* appellatur, quæ medio loco sita a cæteris clauditur. In hisce quinque Prouincijs aliâ quædam notabilia territoria ponuntur, vt in *Lagenia* includuntur *Fingalia, Offalia, Leisia, Ossiria*, & *Ormundia*. In *Media* reponuntur *Slania, Fouria*, & *Deluinia*. In *Comania* comprehenditur *Claria*: In *Vltonia* continetur *Vrilia, Antrimenia, Lecalia*, ac *Treconclia*. In *Momonia* concluduntur *Trippetatia, Keria, Cosmaia, Desmendia, Tomondia*, nonnullaque alia. Est & alia Hibernię partitio quam in tabula generali etiam attigimus; hæc magnâ cum cura & diligentia est consideranda, si quis huius terrę statum cognitum, ac perspectum habere aueat. Quare obseruare diligenter oportebit, Hiberniam in duas partes distributam esse in Anglicam & Hibernicam: Hanc Germani & genuini Hiberni, illam Anglorum progenies incolit: eaque portio, plebeio sermone, Anglica Prouincia nominatur, quod sit Anglorum territorijs, quasi palis & septis circumsessa. Etenim posteaquam Angli Dermicium, exactum Regem, Hibernicis hostibus, armis castrisque oppressis, in patriam atq; adeo in regnum restituerunt: Angli victores sedem stabilem & domicilia certa, in lectis Hiberniæ locis habuerunt: deinde cum inter se & domitos Hibernos, quædam quasi insulæ diuortia fecissent, illam partem, in qua coloniam collocarunt, Anglicam Prouinciam appellauerunt. Hac maior Lageniæ & Mediæ pars, ac ea Vltoniæ portio, quæ Vrilia dicitur, continetur, sed præcipua Lageniæ particula, quæ Fingalia vocatur, Dublinio, ad Aquilonarem plagam, finitima, primas tenet: Media secundas. Mercator autem partes priore distributione a nobis positas, quatuor tabulis luculenter exhibet, ab Vltonia, Connacia, Media & parte Lageniæ facto initio. Harum omnium Partium, quo ordine ab authore nostro ponuntur, delineationem, quam potero fidelissimè, proponam. Offert se primo loco Vltonia. Pars hæc Hiberniæ prima Latinè *Vltonia* dicitur, Anglis *Vister*, Hibernicis *Cui Gully*, id est, Prouincia *Gully*, Britannis *Wlw*. Protenditur ad mare Hyperboreum, & hinc *Euinda* à Media, illinc *Erno* Lacu & *Bannio* fluuio à Connacia dirimitur. Regio ampla, alicubi ferax, alicubi macra, viriditate tamen ad aspectum vbique iucunda, & pecoribus refertissima. Iohannes Curcius primus Anglorum hanc regionem aggressus est, & Duno, Armachaque expugnatis, vniuersam aut bello, aut deditione complexus est, primusque Vltoniæ Comes est dictus, sed cùm illi res prosperè gestæ ita inuidiam conflassent, vt ex suis virtutibus, aliorumque vitijs in exilium ageretur; *Hugo Lacy* qui illum bello persequebatur, datus erat à Rege Iohanne successor. Huius vnicam filiam Gualterus de *Burgo* Dominus Connaciæ vxorem duxit, & vxorio iure creatus est Vltoniæ Comes, permansitque ille honor in Richardo filio, vt Ioannem nepotem taceam qui ante patrem obijt, & Guilielmo Muto huius Iohannis filio ex Elizabetha Clara (hæredе altera Gilberti *Clare* fratris sui) qui à suis interfectus Elizabetham vnicam filiolam reliquit, quæ Leonello Clarentiæ Duci enupta. Per huius verò vnicam filiam ad Mortuomarios, & ab illis rursum per filiam ad Richardum ducem Eboracensem Vltoniæ titulus est deuolutus, cuius filius Edvvardus IIII. Rex Angliæ sacro patrimonio siue Domanio, vt vocant, regio adiunxit. Quo tempore cum Anglia in partes discederet, intestino exardescente bello, & Angli qui hic meruerunt, Vltonia relicta, domum profecti partes sequerentur, *O--Neale*, & alij Hiberniæ originis in has regiones inuolarunt, & ita barbarie efferârunt, vt nihil suprà.

Regio. Nomina. Situs. Soli qualitas. Imperium.

Diuiditur in citeriorem & vlteriorem. Citerior tres habet Comitatus, *Louth, Down* & *Antrimme*: Vlterior septem, *Monahon, Tiroen, Armack, Colrane, Donergall, Fermanagh*, & *Cauon*. Ptolemæi verò ætate hanc vniuersam incoluerunt *Voluntij, Darni, Robogdij*, & *Erdini*. *Voluntij*, vnde *Guly*, & *Vister* forsitan profluxerunt, tenuerunt tres Comitatus *Down, Antrimme*, & *Louth*, qui & *Iriel* dicitur, cuius Comitem primum Ioannem *Brimicham* creauit Rex Edvvardus secundus, quòd iusto prælio Edvvardum Brusium Scotum, qui se Hiberniæ Regem declarauerat, ad *Dundalk* oppidum maritimum profligauit, & occidit. Regiones etiam adiunctas insederunt, quarum nomina latino sermone eloqui vix datur, *Tiroen* scilicet, quam nonnulli *Eugenij terram* latinè interpretantur, *Breny, Iueagh, Mourne*, & regiones illas quas Anglica *Fitz-vrsorum* familia occupat, qui nunc degeneres eodem sensu *Mac Mahon*i. *Vrsi filij* appellantur, cum Kilvvarny, & Kilulto Syluis densissimis, & Chersonesis duabus *Lecale* & *Arde*. Nihil in his memoratu dignum occurrit nisi Hibernicos regulos commemorare velim. Melioris notæ inter vrbes solummodo *Armach* sedes Archiepiscopi & totius Hiberniæ metropolis, ab Armacha regina sic dictam fabulantur Hibernici: sed Camdeno eadem esse videtur, quam *Dearmach* vocat Beda; & *Ruborum Campum*, ex lingua Scotica siue Hibernica interpretatur, vbi circa annum salutis DIX. monasterium extruxit celeberrimum Columbanus. Quod tandem eodem quasi tempore, tum in Metropolitanam sedem à Viuiano legato euectum, & à Iohanne Curcio in Anglorum potestatem redactum, nostraque ætate templum illud antiquum à profligatissimo rebelle *O-nealo* incẽdio est deformatũ.

Regnum Comitatus
Ydogh
Fortoncley
dominium
COMITATUS
KYLKENNY
COMITATUS
Militia
Anglica
VDRONE.
IRLANDIÆ
in Catherlagh
Baronia.

Lacu. Regio multis & immensis lacubus interfusa, inter quos lacus *Eaugh* qui statim ab *Armach*, latè diffunditur; & ad orientem solem *Kilulto*, *Kilwarney*, & *Dyffrin* sylvæ impeditiores vsque ad sinum illum pertingunt, qui angusto meatu admissus ita se insinuat & varijs recessibus terram excauat, vt duas faciat Chersonnesos, *Lecale* ad Meridiem, & *Arde* ad Aquilonem. *Lecale* totius Hiberniæ longissimè in ortum prominet, extremumque eius promontorium, quod nunc nautis *S. Iohns Foreland*, Ptolemæo *Isanium* vocatur, forsitan à Britannico *Isa*, quod infimum sonat. In ipsius isthmo *Dunum* floruit, cuius meminit etiam sed nõ suo loco Ptolemæus, nunc *Down* vetustæ sanè memoriæ oppidum, sedes Episcopalis & Patricij, Brigidæ, Columbæque sepultura insigne, quorum monumenta Leonardum Greium proregem demolitum fuisse fama obtinet. *Arde* è regione iacet tenui alueo diuisa, quam Sauagi Anglica familia iam degener olim occupauit, & in quam Thomas Smith Eques Auratus, & Reginæ à secretis præclaro ausu, sed infesto fato Coloniam non ita pridem duxit: filium enim naturalem, quem præfecerat ex insidijs interceptum canibus obiecerunt Hibernici, cuius immanitatis pœnas perditissimi illi rebelles posteà grauissimas persoluerunt, interfecti, & lupis in prædam dati. Sunt & alij lacus de quibus in generali descriptione mentio à nobis facta est. Inter fluuios primum *Vinderius* flu. occurrit, qui nunc *The Bay of Knocfergus*, ab imposito oppido munito & portu tuto, quem Angli *Knocfergus*, Hibernici *Careg fergus* vocant, id est *Fergusij* scopulus, quod nomen à Fergusio ibi submerso inuenit. Deinde *Banna* eximiæ, vt inquit Giraldus, pulchritudinis fluuius quod nomen testatur, ex lacu *Eaugh* se in Oceanum duplici ostio transfundit, salmonibus totius Europę longè fœcundissimus, eò quòd vt nonnulli existimant, sit omnium fluuiorum limpidissimus, cuiusmodi aquis salmones vnicè delectantur. Est & *Logia* flu. cuius meminit Ptolemęus, qui nunc *Lough Foile* paulò superius spatioso ostio in mare prorũpit; & alij. Terra insuper immanibus syluis vmbrosa.

Darni vltra Voluntios consederunt, vbi nunc *Claneboy*, *Rowte*, *Klynnes*, *Krine*, omnemque tractum maritimum vsque ad *Loghfoyle* tenuerunt. *Claneboy* lingua Hibernica *Gens flaua*, O-Nealorum fuit possessio, & nequissimi illius rebellis Ioannis O-Neali fato nota, qui inter pocula hic à Scoto-Hibernis ex Hebridibus fuit interfectus: post cuius obitum hunc agrum Gualtero *D' Eureux* Essexiæ Comiti concessit Regina Elizabetha. *Rowte* sedes erat *Mac-Guillinorum* non obscuræ in hac ora familiæ, *Glynnes*, id est, *Conuallis*, ad Barones Bissettos quondam spectauit, qui cum Patricium Atholiæ Comitem ob priuatas simultates sustulissent ex Scotia huc exulatum venerunt, ac suę gentis familiam illustrem reliquerunt. Supra has *Glynnes*, ex aduerso insulę quam Ptolemæus *Ricnean*, Angli *Raclynes* vocant, *Krine* sita est *O Cahani* regiuncula quam Banna interluit; & *Logia* nunc *Lough foile*. Ad quod flumen non obscura supersunt nominis Darniorum vestigia in lacu *Der*, de quo Nechamus:

Lough Der *aquis diues lacus est, Vltonia nouit;*
Commodus indigenis vtilitate placet.

Nec non in castro *Derry*, vbi anno 1566 Edvvardus Randolphus veteranę militiæ nomine clarus vitam patriæ summa cum gloria profudit, & ita O-Nealum omnibus tunc ad vltimum copijs in Anglos connixum fudit, vt iam inde vires nunquam recolligeret. *Robogdij* supra Logiam locati omne Septentrionale illud Hiberniæ littus tenuerunt, vbi *O Dongherty*, obscurioris notæ regulus multum valet. Inter hos *Rabogh* vicinus Episcopalis antiqui Robogdiorum nominis expressa retinet vestigia, sed quodnam sit *Robogdium* promontorium, nisi sit *Faire Foreland*, planè se nescire inquit Camdenus. Ab hoc scopulo tractu extrema reflectuntur littora per *Swilly* lacus ostium, qui Ptolemæo *Argita* dici videtur. Vlterius magis ad occasum *Vennicnij* egeriunt in *Tirconell*, vbi *Mac Rwyny Fayd*, *Mac Swyny Netoeth*, & *Mac Swyny Bannigh* plurimum possident. *Viduam* flumen *quod* nunc *Chrodagh*, & *Vennicnium* promontorium quod nunc *Rames head*, & *Boræum* promontorium, quod nunc *S. Helens head* inter hos statuit Ptolemæus. A Boreo promontorio vnde retrahuntur in meridiem littora, vbi nunc *O Donel O Bail*, & *Mac Guir* magni nominis reguli habitant, consederunt olim *Erdini*. Hic est *Erno* lacus de quo in generali descriptione diximus, & alter xv ab hoc milliaribus ad Arctum distans, in quo insula eminet, & in ea ad monasteriolum specus ob versantium nescio quorum spectrorum terrore, & horrendis visis decantatus, quem aliqui Vlyssem effodisse ridiculè somniant, cum inferos affaretur. Incolis hodie *Ellanu', frugadory*; id est, insula purgatorij, & Patricij Purgatorium nominatur. Patricium enim Hibernorum Apostolum à Deo ardentissimis precibus impetrasse creduli affirmant, vt pœnæ, & cruciatus qui impios post hanc vitam manent, ob oculos hic proponerentur, vt insita suis Hibernis peccata, & gentilium errores facilius extirparet. Cæterum cum *Reglis* hic locus in Patricij vita nominetur, *Regiam* alteram fuisse quam Ptolemæus memorat, existimat Camdenus, cui suffragatur apud Geographum situs. Præter hoc Patricij, etiam aliud in hac insula Brendani Purgatorium fuit, sed cum non inuenerim locũ, inquit Camdenus, accipe quod solum inenui, Nechami de illo tetrasticon.

Asserit esse locum solennis fama dicatum
Brendano, quo Lux lucida sepè micat,
Purgandas animas datur hic transire per ignes,
Vt dignæ facie iudicis esse queant.

Hi sunt antiqui Vltoniæ incolæ, quibus tandem permisti Scoti, hinc Scotorum nomen in Borealem Britanniæ plagam transuexerunt. *Sex enim* (vt author est Giraldus) *Muredi regis Vltoniæ filij, Boreales Britanniæ partes circa annum salutis CCCC. occuparunt, vnde Scotia specificato vocabulo appellata.* Archiepiscopus vnus in Vltonia, qui sedem suam habet Armachiæ, & Primas totius Hiberniæ dicitur. Hos habet suffraganeos Episcopos, Maeth & Deren, Ardach fortè Arde: Kilmore, Clogher: Doune, Coner: Klonckno s, Raboo, fortè Rapo: Dromoore. Regio hæc vt sine subactione inhorrescit, ita incolarum ingenia sine humaniori cultura maximè efferantur.

In qua Momonia & Lageniæ reliquæ.

Connacia.

CONNACIA secunda Hibernlæ pars, alijs *Connachtia*, Anglis *Connagh*, & Hibernis *Connaghty* dicitur. Ad Occasum vergit, Seno flumine, *Banna*, & Oceano inclusa. Hanc antiquitus Ptolemæi ætate *Auteri* & *Nagnatæ* totam insederunt. Tam arcta verò cognatio inter *Nagnatas* & *connaghty* intercedere videtur, vt vel *connaghty* inde enatum, vel hoc nomen *Nagnatæ* à *connaghty* detortum existimare liceat. Nisi quis à *Nagnata* portu cuius meminit Ptolemæus *connaghty* factum suspicetur, & inde regioni nomen impositum. Portus enim *Cuon* patria lingua dicitur, cui si addas *Nagnatæ* à *connaghty* non multùm abludet. Cæterũ regio vt alicubi læta, & ferax, ita subuuidis quibusdam locis, herbidis tamen, quos à mollitie *Boghes* appellitãt, vt reliqua passim insula, periculosa, & sylvis opacioribus & crebrioribus condensa. *Regio.* *Nomina.* *Soli qualitas.*

Ora autem maritima multis sinubus, & nauigabilibus alueis peruia accolas ad nauigationes quodammodo inuitat, & prouocat, sed innatæ desidiæ dulcedo ita detinet, vt ostiatim malint victum quærere, quàm honestis laboribus paupertatem repellere. In Hibernicis proditum est historijs *Turloghum O-mor O-conor* huic regioni cum imperio olim præfuisse, totamque inter duos filios, Cahelum, & Brienum diuisisse. Aduenientibus verò in Hiberniam Anglis Rothericus præfuit, qui Hiberniæ Monarcham se dixit, sed ille mole Anglici belli imminentis territus se in Henrici nostri secundi fidem, non tentata Martis alea, contulit. Cum autem statim à fide deficeret, Milo Coganus primus Anglorum Connachtiam, sed irrito incœpto, aggressus est. Postea Guilielmus filius Aldelmi, cuius posteri de Burgo, & *Bourki* Hibernicè vocantur, Gilbertus de *Clar* Comes Glocestriensis, & Guilielmus de Bermingham primi Anglorum hanc regionem perdomuerunt, & ad humanitatem imbuerunt. *Bourkus* verò siue de Burgo, & eius posteri totius Connachtiæ Domini appellati, hanc prouinciam cum Vltonia diu summa tranquillitate administrarunt, & opimos reditus collegerunt, donec vnica Richardi de *Burgo* filia Connachtiæ, & vltoniæ ex asse hæres elocata fuerat Leonello Clarentiæ Duci Regis Edvvardi tertij filio. Cum autem ille in Anglia vt plurimum hæreret, & qui illi successerunt Mortuomarij, patrimonium in Hibernia negligentius haberent, *Bourki* affines, quos illi suis terris præfecerunt, Dominorum absentia, & turbulentis in Anglia temporibus freti, contempta legum authoritate, inita cum Hibernicis societate, & contractis nuptijs, vniuersam connachtiam sibi occuparunt, & paulatim degenerantes, Anglico cultu deposito, Hibernicos mores induerunt. Hodie in sex comitatus distribuitur. clariæ, Letrimme, Galvveiæ, Rosecomin, Maio, Sligo. Sunt etiam in hac Baro de Atterith, Baro de clare, & alij. Est hic *Galueia*, oppidum ab exteris negotiatoribus valde frequentatum, & opulentis mercatoribus suumque negotium bene gerentibus cumulatum. Ferunt Mercatorem transmarinum qui habuit cum his oppidanis commercium, olim percunctatum ex Hiberno quodam, in qua Galueiæ parte Hibernia consisteret? Oppidum pro regione, contraque insulam pro municipio accepit. Galueiæ annumerantur *Anneria*, *Claria*, *Sligaia*, *Arctlonia*, & *Alonia*, oppidum non contemnendum. *Auteri* autem quos dixi, Australiorem huius connaciæ partem olim occuparunt, vbi nunc *Tvvomondia* siue *Claria*, *Clan-Richardi* regio, & Baronia de *Atterith*, quæ Auterorũ nomẽ in se planissimè prodit. *Tvvomond*, Giraldo *Thuetmonia* (quæ quamuis vltra Senum iaceat Momoniæ adiudicatur) grandiori promontorio in mare proijcitur, sede Archiepiscopali, quam *Toam* dicunt, & suis Comitibus celebris *Obrenis* scilicet, qui è veteribus Connaciæ regulis oriundi, ab Henrico VIII. Tvvomondiæ Comitum titulo sunt honorati. Hæc regio vel maxima eius pars Anglis *Clariæ* Comitatus appellatur a Thoma *Clare* iuniori filio Gilberti primi, Comitis Glocestriæ, cui hanc regionem Rex Edvvardus primus concessit. *Clan-Richard*, id est *terra filiorum Richardi* his est contermina, nomen Hibernico more a Richardo quodam sumpsit ex Anglica familia, *de Burgo*, siue *Burgensis* dicta, quę postea maximi nominis, & potentiæ in hoc tractu fuit, & è qua Richardum de Burgo Henricus viii. comitem *Clan-Richard* creauit. *Atterith* vulgò *Athenry* bellicosum Baronem suum Ioannem de *Bermingham* Anglum in suam laudem rapit, è qua familia comites de *Louth* sunt prognati, sed Bermingliami hi Atterithienses quasi degeneres in Hibernicam iam barbariem prolapsi se Anglos vix agnoscunt. Inter hos *Auteros* *Ausobæ* fl. ostium a Geographo statuitur, nunc *The bay of Galway* dici videtur. *Galway* enim Hibernicè *Galliuæ*, in eius recessu cernitur elegans sanè & turritum oppidum, quod fluminis beneficio diuersas opes terræ marisque facili permiscet commercio. *Rauium* item fluuium in connacia statuit Geographus, sed inuersis pro *Rauium* literis, quo etiamnum nomine innotescit, *Banny* enim accolis nominatur, qui ex Erno lacu emissus connachtiæ & Vltoniæ limes dignoscitur. *Imperium maiorum.* *vrbiũ nomina.*

Ad incolas redeo. connacię reliquum ad Boream occuparunt olim *Nagnatæ* vsque ad Bannum fluuium qui Vltoniam & connaciam interdiuidit, vbi *O conor*, *O Roere*, & *Mac Dharmod* sylvestres Hibernici rerum quodammodo potiuntur. Littus verò ab Ausoba dorsum agit per insulas *Arran*, *Inisceath* colmanni monasterio olim notam, & *Inis vouind*, quam Beda ex Scotico sermone *Vitulæ albæ Insulam* interpretatur. Retrahitur inde littus ad *Libnij* fluuij ostium, quem exulantem ad suam *Dubliniam* reducit camdenus, sed locus quem designat Ptolemæus, nunc *The bay of Slegah* vocatur. *Nagnatam* vrbem hic ponit Ptolemæus, sed quęnam illa sit, eruere non est mei ingenij, inquit camdenus. Archiepiscopus hic vnus qui Tvvenij vulgo Toam residet, & Momoniæ adiudicatur, sub quo hi sunt Episcopi suffraganei: Kilmako, Olfine, Bishops Helphen, forte: Anaghdoune, clonfert, Moroo.

Milliaria Hibernica Germ
Occidens
Oceanus
Mare Hibernicum
Ulstonensis
Connacia
Lagenia
Dublin
Wexford
Waterford
Limerick
Galway
Sligo
Donegal
Cork
Kerry
Clare
Tipper
Kilkenny
Wicklow
Meath
Longford
Cavan
Monaghan
Fermanagh
Tyrone
Derry
Antrim
Down
Armagh
Leitrim
Roscommon
Mayo
Kildare
Carlow
Queens County
Kings County
Westmeath
Eastmeath
Louth
Tipperary
Cashel
Ardmore
Ardfert
Killaloe
Tuam
Armagh
Dublin
Cashel
Limerick
Galway
Sligo
Donegal
Cork
Kerry
Clare
Tipper
Kilkenny
Wicklow
Meath
Longford
Cavan
Monaghan
Fermanagh
Tyrone
Derry
Antrim
Down
Armagh
Leitrim
Roscommon
Mayo
Kildare
Carlow
Queens County
Kings County
Westmeath
Eastmeath
Louth
Tipperary
Cashel
Ardmore
Ardfert
Killaloe
Tuam
Armagh
Dublin

Regio. Nomina. Vnde dicta nomina.

MEDIA tertia Hiberniæ portio, quam patrio vocabulo *Mÿh* dicunt, Angli *Methe*, Giraldus *Midiam*, & *Mediam*, forsitan quod sit in ipso Insulæ medio. Vmbilicum enim Hiberniæ *Killair*, in hac parte castrum, quod videtur esse Ptolemæi *Laberus*, perhibent, ipsumque nomen non aliud innuit: Lair enim lingua Hibernica medium significat.

Richardus verò Stanihurstius de Mediæ Etymo hæc habet: Anno 2535. quinque Germani fratres Insulã occupantes, statuerunt eam in quatuor prouincias æqua portione distribuere, vt singuli fratres in singulis prouincijs perpetuum imperium firmarent. Quod satis concinnè factum fuit. At verò ne ætate minorem, cui Slanio nomen erat, prorsus indotatum relinquerent, vna voce consentiebant, aliquas è quatuor partibus glebas decerpere, ijsdemque Slanium munerare. Ille quidem munus hoc prompta animi voluntate accepit: & exinde Mediæ appellationem emanasse, probabile nonnullis, & penè verum videtur. Hęc ab Hibernico mari ad Sineum vsque flumen protensa iacet, quod flumen ipsam à Connacia disterminat. Aërem habet salubrem aspectumque delectabilem. Fertilis est frumento, pascuis & armentis, affluens carnibus, butyro, caseo, lacte, & similibus: ac propter populi multitudinem, castrorum & oppidorum fortitudinem & pacem inde natam vulgo *Camera Hiberniæ* audit. Scribunt Hibernici regionem hanc suos quondam habuisse reges, Slaniumque Hiberniæ Monarcham posteà regali mensæ appropriasse. Cum autem Angli pedem in Hibernia fixissent, Hugo Laceius maximam eius partem subiugauit, illique in feudum concessit Rex Henricus secunda, *Dominiumque de Media* dixit, qui ab Hibernico dum *Der Warthæ* castrum conderet ex improuiso capite truncatus, ille duos filios suscepit Hugonem Comitem Vltoniæ, & VValterum Dominum de *Trim*, qui Guilbertum superstite patre defunctum genuit. Per Gilberti autem filias Margaretam & Matildem, altera pars per *Ieneuillos* ex familia Lotharingica, & *Mortuomarios* in domanium regium, Petrus enim de *Ieneuill* ex illa Matilde natus Ioannam Rogero de *Mortuomari* Comiti *Marchiæ* enuptam genuit: altera per *Verdonos* ad varias in Anglia familias est deuoluta. Patrum memoria in duas partes publico ordinum conuentu diuisa fuit hæc regio, in Mediam scilicet Orientalẽ, & Occidentalem. Orientalẽ *Boandus* fl. qui Ptolemęo *Buvinda* primùm interfluit, & postea cum *Droghda* elegans & frequens oppidum à ponte sic dictum alluerit, hanc partem ab Vltonia secludit. Occidentalis Media præter Laberum iam dictum, & *Deluin*, quæ olim Petrum *Meser*, nunc clarissimam Nogentorum ex Anglia familiam Baronis honore exornat, nihil memorandum habet. Gilbertus enim *Nogẽt* (vt habet Richardus Stanihurstius, qui de rebus Hibernicis disertè scripsit) vir census equestris ob operam bello Hibernico egregiè nauatam Deluiniæ & Fouriæ colonijs ab Hugone Laceio Mediæ expugnatore donatus erat, e cuius stirpe Deluiniæ Barones enati sunt. Hibernicas gentes *O Malaghlem*, *Mac Coghlan*, *O Madden*, *Magoghigam*, quorum vel nomina barbarum quiddam strepunt, libenter alijs relinquimus. In Media autem oppida numerantur *Pontana*, quæ vulgariter *Droghedaia* nominatur, oppidum lautissimum, portum habens nauium stationi perappositum. Sunt tamen qui mediam huius oppidi partem, nimirum trans flumen in Vltonia ponant. Insunt item in Media, *Molingaria*, *Fouria*, *Deluinia*, *Trimmia*, *Kellesia*, *Nauania*, *Aboia*, *Dulekia* & *Scrinia*. Sunt & in hac prouincia prope Foneram tres lacus ab inuicem non remoti, quorum quilibet piscium suum genus continet: ad quem nunquam alij pisces accedunt, licet tamen fluminis interlabentis beneficio vias commeabiles habeant: quinimo si piscis vnius ad lacum alterius deferatur, aut moritur aut ad priorem redit. Fluuij hic sunt *Boandus* de quo supra, qui a velocitate nominatus videtur: *Boan* enim tam Hibernicè quam Britannice velocem denotat, Nechamusque de hoc cecinit::

Situs. Soli fertilitas. Imperium maiorum. Oppidã nomina. Lacus. Flumina.

Ecce Boand qui Trim celer influit, ijstius vndas
Subdere se salsis Drogheda cernit aquis.

Trim verò illud oppidum est melioris notæ, & antiqua quasi Baronia Laceiorum. Est & *Sineus* fl. quem inter Mediam & Connaciam interlabi diximus, hic Ptolemęo *Senus*, Orosio *Sena*, & nonnullis exemplaribus *Sacana*, accolis verò *Schannin* dicitur, id est, vt aliqui interpretantur, *Flumen antiquum*. *E Therne* montibus in Vltonia effunditur, continuoque secans in meridiem agros, modo se in stagna refundit, modóque in angustias se resorbet, cúmque vnum & alterum lacum diffuderit, intra margines se colligens *Macolicum*, nunc, (vt Mercator noster obseruauit) *Male* cuius meminit Ptolemæus, inuisit, statimque ab altero spatioso lacu excipitur (*Lough Regith* appellant) cuius nomen, & situs *Rigiam* vrbem quam Ptolemæus eo loci statuit, non procul abfuisse quodammodo subinnuit. Vbi verò lacum hunc præteuectus angustiori alueo intra ripas se colligit *Athlon* oppidum illi insidet, sub quo flumen ponte e viuo saxo pulcherrimo magno seditiosorum terrori Dominus Henricus Sidnæus laudatissimus Hiberniæ prorex non ita pridem coniunxit. Inde verò Senus maximarum nauium capax diducto alueo Limiricum vrbem, Hibernicis *Loumneagh*, Anglis, *Limerike* amplectitur. Hinc per sexaginta plùs minùs milliaria Senus rectus, grandisque in occasum properat, demúmque in Oceanũ occidentalem vasto ostio ad Knoc *Patric*, id est, *Patricij collis*, euoluitur. Sic enim Nechamus locum illum vocat in his de Seno versiculis:

Fluminibus magnis lætatur Hibernia, Sineus
Inter Connaciam, Momoniamque fluit.
Transit per muros Limirici, Knoc Patric illum
Oceani clausum sub ditione videt.

Quæ orientalem Vltoniæ partem continet, & sequentia territoria inspectori offert.

Glandeboy, Tirone, Arde, Lecale, Euaugh, Arthule, Nevvry, Mourne, Fuse, Vriel, & alia plura. Ciuitates quoque Armack & Dovvne.

Lagenia.

MEdiam in nostri authoris Partitione sequitur *Lagenia* quarta Hibernię pars incolis *Leighnig*, Britannis *Lein*, Anglis *Leynster*, Scriptoribus Latinis *Lagenia*, in antiquis Sanctorum vitis *Lagen*. Tota maritima ad ortum Hiberniæ iacet, à Momonia *Neoro* fluuio, quem multis tamen in locis transcendit: à Connacia aliquandiu *Sinco*, à Media suis limitibus terminata. Ptolemæi ætate sedes erat *Brigantibus*, *Coriondis*, *Menapijs*, *Caucis* & *Blanis*, & ab his *Blanis* fortasse diducta & contracta illa recentiora nomina *Lein*, *Leinigh*, & *Leinster*. Fertilis & frugifera est terra, mitissimo cœlo, nec inclementibus incolarum ingenijs. Distinguitur nunc in Comitatum *Wexford*, *Caterlogh*, *Kilkenny*, *Dublinensem*, *Kildariensem*, *Comitatum Regis*, *Comitatum Reginæ*, *Longfford*, quibus *Fernes* & *Wicklo* nunc annumerantur. Hosce Comitatus iam ex ordine lustrabimus, cum Camdeno secundum populos quos hãc Hiberniæ partem habitasse scribit Cosmographus. *Brigantes* sederunt inter Suiri ostium, confluentesque *Neori & Barrow*, qui *Birgus* Ptolemæo dicitur, sub vrbe *Waterfordia*. Quia verò Brigantium vrbs fuerit antiqua in Hispania, *Brigantia* dicta, omnem mouet lapidem *Florianus del Campo*, vt hos Brigantes ex sua deducat Hispania. Si verò huiusmodi coniecturæ sit locus, æquè probabiliter à Brigantibus in Britannia, quæ gens vicina, & numerosissima, deducerentur. Sin autem verum sit, quod quædam exemplaria habent hos Birgantes dictos fuisse, à *Eirgo* flumine quod circumcolunt, nominatos fuisse ipsum nomen ferè persuadeat. Inter *Neorum & Birgum* habitârunt *Coriondi*, vbi nunc *Carloo*, siue *Caterlogh* Comitatus, & agri Kilkenniensis pars non minima, atque etiam vlteriùs vbi *Ossiria* Superior, & *Ormondia*, quæ Hibernicis *Vrrown*, Anglis *Ormond*, & vulgò corruptissimè *Wormewood*. Harum neutra quicquam præter suos Dominos memorandum habet. *Ossiria* superior enim suum Baronem Barnabam *Fitz-patric*, ab Edvvardo Sexto eo honore auctum habet. Ormondia autem ex clarissima Butlerorum familia, duodecem Comites numerat à Iacobo Primo, quem Edvvardus III eò honoris euexit, cuius maiores iam olim honorarij erant Hiberniæ pincernæ, unde illis hoc nomen *Butler* impositum. Quod verò nonnulli Hiberniei, & qui fide digni videri volunt, homines quosdam in hoc tractu quotannis in lupos conuerti affirmant, fabulosum sanè existimo, nisi forte illa exuberantis atræ bilis malitia, quæ Lycanthropia medicis dicitur, corripiantur, quæ eiusmodi phantasmata ciet, vt sese in lupos transformatos imaginentur. Nec ego aliud de Licaonibus illis in Liuonia transmutatis opinari ausim. Sub ostio Suiri *Menapij* tenuerunt promontorium ad Lybonotum, vbi nunc Comitatus VVesthfordiæ Hibernicè *County Reogh*. A Menapijs maritima inter Belgas gente, hos Menapios aduenisse, nomen quodammodo innuit. Verum an ex his, vel illis Carausius ille fuerit, qui assumpta purpura Britanniam contra Diocletianum occupauit, dixerint alij. Illum enim Menapię ciuem vocat Aurelius Victor, & *Menapia* vrbs non in Belgica, sed in Hibernia à Geographis statuitur. Hoc ipsum promontorium *Hieron*, *i Sacrum* vocat Ptolemæus, & eadem significatione ab incolis etiam vocatum fuisse non dubitârim. Huius enim extremum oppidum ad quod Angli primam exscensionem in hanc insulam fecerunt, *Banna*, quod sacrum sonat, lingua patria vocârunt. Ab hoc Sacro promontorio littus in Ortum obuersum ad Septentrionem longo tractu procurrit, cui vadosa obiacent in mari loca nauigantibus insidiosa, quæ nautæ *The grownds* vocant. *Cauci*, qui item gens erat maritima Germaniæ proximè Menapios habitârunt, non eo interuallo quo in Germania dissiti. Horum fuit maritima illa regio, quam *O More*, & *O Brin* Hiberniæ familiæ incolunt, vnà cum Comitatu Kildariensi. Kildariensis Comitatus ager est lætissimus, de cuius pascuis Giraldus illos Virgilij versus vsurpat:

Et quantum longis carpunt armenta diebus
Exigua tantum gelidus ros nocte reponit.

Gigantum verò choream quam hoc in agro statuit Giraldus, fabulosæ antiquitatis admiratoribus libenter relinquo. Non enim ego fabellis indulgere decreui. Vltra Caucos egerunt *Eblani*, vbi nunc ager Dublinensis, & *Meth*, altera è quinque Hiberniæ portionibus. Comitatus verò Dublinensis ad mare est gleba fertili, pascuis lętis, syluis autem ita nuda, vt cespite bituminoso, vel fossili ex Anglia carbone plerumque vtatur. Incolis autem & oppidis refertissimus. Vbi *Lifnius* flu. in mare se condit *Houth* mari ferè circumfunditur à qua S. Laurentinorum familia Barones de *Houth* nominantur. Interius Dublinensibus adiacet ad Aquilonem *Fingall*, cultissima regiuncula, & quasi huius regni horreum. Tantam frumenti vim quotannis suppeditat. Certatque hic quodammodo tellus cum agricolarum laboribus, quæ alibi per hanc insulam neglecta et inculta de ignaua incolarum desidia grauissimè conqueri videtur. His expositis ad vrbes & oppida transitum faciamus. Hic primum occurit Kilkenny Neoro apposita id est, *Cella*, siue *Fanum Canici*, qui antiquitus ob vitæ solitariæ sanctitatem hoc tractu maximè inclaruit. Municipium est nitidum, elegans, copiosum & inter mediterranea huius insulæ facilè primum. Diuiditur oppidum in Hibernicum, & Anglicum; Hibernicum quasi suburbium est, & templum illud Canici habet quod & nomen dedit, & Episcopo sedem prębet. Anglicum verò oppidum multò est recentius à Ranulpho tertio Cestriæ Comite constructum, moenibusque ab Occasu, à Rob. Talbotto viro nobili, & castro à Butleris, vt existimant, firmatum. Inferius ad eundem Neorum sedet oppidulum munitum Anglicè *Thomastowne*, Hibernicè *Balamac Andan*; i. oppidum filij Anthonij, vtrumque nomen ab extructore Thoma Fitz-Anthonio Anglo inditum est, cuius hæredes etiamnum huius Domini agnoscuntur. Est etiam hoc tractu antiqua illa vrbs *Rheba*, à Ptolemæo memorata, quæ nomine etiamnum sarto tecto *Rheban* dicitur; sed pro vrbe est planè πόλις ἄπολις, vt inquit ille, pauculæ scilicet

Regię. Nomina.

Vrbiũ nomina.

MARE
HIBER
NI
CVM
ULTONIAE
ORIENTALIS
PARS
The Blak valve
Lough Erne
EAST
BREANNY
The Valley of Moloyalle
ARTHYLE
TIRO:
Lough Eagh
Lough the

casulæ cum propugnaculo, Nobilem tamen virum N. de S. *Michaele* Baroneti titulo exornat, qui vulgò *The Baronet of Rhebau* appellatur. Est & Lechlinia, Hibernicè *Leighlyn*, regium oppidum à Bellinghamo illo nobilissimo Prorege, patrum memoria castro munitum. Floruit & *Rosse* vrbs ampla mercimonijs & habitatoribus frequens, ab Isabella Comitis Richardi *Strongbow* filia mœnibus magno ambitu armata, quæ solummodo nunc ostendit. Discordia enim inter ciues & religiosos flagrante, iam pridem ferè in nihilum recidit. Hic etiam *Menapiam* vrbem statuit Ptolemæus, ad ostium Modonæ flu. quæ ita suis nominibus excidérunt, vt aliquid lucis in tantis tenebris elicere plane diffidat Camdenus. Verumenimuerò cum vnum solummodo flumen hoc loco se effundat, quod nunc *Slane* dicitur, & ad eius ostium vbi stagnat vrbs sit Germanico nomine *Weysford*, totius Comitatus caput; & *Slane Modonam*, quæ *Flemingos* olim Barones habuit, & *Weysford Menapiam* fuisse, confidentius inquit, coniectarim, eoque magis quod hoc nomen sit recentius & ab illis Germanis impositum, qui *Oustmanni* Hibernis appellantur. Cæterum non primę magnitudinis vrbs est, sed cum primis memoranda, quod primum totius Hiberniæ in Anglorum fidem, Stephanide Duce fortissimo oppugnante se contulerit, Anglorumque facta fuerit colonia, vnde totus hic ager Anglis est refertissimus, qui Anglorum antiquo vestitu, & idiomate etiamnum vtuntur, ita tamen vt Anglohibernice planè loquantur. Dermicius qui Anglos in Hiberniam vocavit, hanc vrbem & viciniam Stephanidi in perpetuum concessit: sed cum ille ius suum Regi Henrico secundo in manus tradidisset, in Strangbovvum Comitem ille transtulit, vt clientelari iure à se & regibus Angliæ teneret, vnde per Comites Marescallos, *Valentios* è stirpe Lusigniana, & *Hastingos* ad *Greios* Dominos de *Rathin* descendit, qui passim in antiquis Chartis *Waissordiæ Domini* nominabantur. Est præterea in Comitatu Kildariensi *Kildaria* primum, & præcipuum oppidum, cui honori erat in prima Ecclesiæ Hiberniæ infantia, Brigida virgo sanctitate, & virginitate venerabilis. Richardi Comitis Penbrochiæ hæc fuit habitatio, posteà Guilielmi Marescalli Comitis itidem Penbrochiæ eius generi, per cuius filiam quartam Sibillam ad Guilielmum de *Ferrarijs* Comitem Derbiæ, & per eius itidem ex ea filium Guilielmo Vescy Iusticiarius Hiberniæ cum regis Edvvardi primi gratia excidisset ob simultates inter ipsum, & Ioannem filium Thomæ Giraldi, filioque legitimo orbatus esset, concessit Kildariam & alias in Hibernia terras regi, vt filium spurium de *Kildare* cognominatum de alijs terris *feofaret*. Pauloque post Ioannes ille Fitz-Thomæ Giraldi, cuius maiores in expugnanda hac insula summâ cum virtute desudârunt, ab Edvvardo secundo rege Angliæ castro & villa *Kildariæ* donatus primus Kildariæ Comes est creatus, à quo iam recta serie duodecimus Comes eo lætatur honore. In agro Dublinensi est non solum Lagenię sed totius Hiberniæ primaria ciuitas, hanc Ptolemæus *Eblanam* dixit, Angli *Deuelin*, Latini *Dublinium*, & *Dubliniam*, Cambrobritanni *Dinas Dulin*, & Hibernici *Falacleigh*, id est, *oppidum super crates*, subiectis enim in palustri loco cratibus, conditam affirmant, vti Hispalis Hispaniæ, quam sic nominatam tradit Isidorus, quod in palustri solo suffixis pro fundo palis locaretur. Regia hæc Hiberniæ vrbs est, emporium nobilissimum, & primæ iustitiæ forum, mœnibus validum, ædificijs splendidum, ciuibus frequens, castello ab Henrico *Leundre* Archiepiscopo firmatum, & quindecim templis exornatum, è quibus nobilissimæ sunt S. Patricij ædes à Roberto *Cumin* exstructa, seu potius restaurata, quæ sedes Archiepiscopalis; & Christi, in qua Richardus *Strongbew* Penbrochię Comes, expugnator ille Hiberniæ splendido sepulchro conditur. Immunitatibus etiam gaudet multis. Olim pro summo magistratu Præpositum habuit, sed anno reparatæ salutis 1409. vt Maior, & duo Balliui quotannis eligerentur, concessit Henricus quartus, Balliuos autem posteà in Vicecomites Edvvardus VI. commutauit. Elizabetha verò regina ad ingenia melioribus literis excolenda faustis auspicijs Academiæ posuit fundamenta. Nec quicquam hic deest, quod in florentissima vrbe desideres, nisi quòd portui plurimum officit arenosus cumulus reciproco maris meatu, in *Auen-lifnij* ostium aggestus, sic enim præfluentem fluuium vocant, id est, *amnis Lifnius*. De vetustate verò Dubliniæ quod dicam, nihil certi occurrit, vetustissimam tamen esse Ptolemæi authoritas persuadet, & eo sanè tempore, quo Ptolemæus floruit, ab Auellano conditam ciues produnt. Saxo Grammaticus Danicis bellis misérè conuulsam fuisse tradit: postea in Fadgari Anglorum Regis potestatem deuenit, quod Diploma datum confirmat. Deinde occupârunt Norvvegi, vnde, in vita *Gryffithi ap Cynan*, Principis VVallię legitur, Haraldum Norvvegum, cum maximam Hiberniæ partem subiugâsset, Dubliniam condidisse. Demum verò in primo Anglorum aduentu eorum virtuti concessit, & ab illis fortiter defensa est, cum Ausculphus Dublinensium Princeps, & postea Gottredus Rex insularum eam acriter vndique adoriretur. Iam inde verò deducta in hanc ex Anglis, pręcipuè ex Bristoliensibus Colonia, multis trepidis rebus, & angustijs, præclara suæ fidei in Anglorum reges documenta dedit. Sed dé his satis, ad montes & flumina transeo. Infra Ormondiam *Elie W Bremy*, (Bladinæ montes vocat Giraldus,) se leuiter conuexis iugis attollunt, è quorum visceribus quasi maternis *Suirus*, *Neorus*, & *Eirgus* ęduntur, & diuisis alueis decurrentes, priusquam Oceanum adeunt, concordibus se consociant aquis, vnde *Tres Sorores* ab antiquis dictæ. *Neorus* multa propugnacula & quædam stringit oppida. *Eirgus* nunc *Barew*, è Bladina etiam monte profluens, solitarius multis anfractibus delatus, *Rhebam* prætermeat, aliaque opida. Post *Neorus* & *Eirgus* aquas commiscent, & pauca milliaria vno alueo emensi *Suiro* sorori maximæ, & nomen & aquas offerunt suas, qui statim in Oceanum scopuloso ostio immergitur, vbi à sinistra angusta ceruice excurrit promontoriolum, quod æditam turriculam nauigantibus prætendit, à Rossensibus cum floruêrunt, positam, quò tutius ostia subirent. In hac parte *Modonam* flu. statuit Ptolemæus, de quo supra: & *Ouocam* in regione maritima, ad quod *Arcklo* castrum sedet, qui fluuius, vt inquit Giraldus *non minus influentibus, sinumque replentibus, quam elapsis omnino marinis aquis, innatæ dulcedinis saporem retinens illibatum vsque in ipsum mare impermixtas salsedine vndas conseruat*. Est & *Liffeus* amnis qui Dubliniam præterlabitur, hic raro rapidè fertur nisi post ingentem pluuiæ vim: cæteroquin admodum sedatus fluit. Adiungam etiam quod idem Giraldus de *Wiklo* portu *Ouocæ* proximo habet, quem *VVinchiligello* appellat. *Est portus apud VVinchiligello, eo latere Hiberniæ, quo proximius VVallias respicit, qui in generali maris reflexu vndas recipit influentes, in reuersione verò fluctuum, quas iam recepit, emittit ac emittit. Est & aliud ibi notabile, quia cum totum iam sinum elapsis vndis refluum mare deserit, per omnem tamen anfractum continua salsedine fluuius influens amaricatur.* Archiepiscopus vnus in Lagenia, qui sedem suam habet Dubliniæ, & Glandelachy, Glandeloyloug, & Primas Hibernię nominatur sequentes sub se habens suffraganeos Episcopos. Elphine, Bisshops Helphen f. Kildare. 1. Fernes Ossorie, Leighlin, alijs Laghlyn.

V. TABVLA.

Continens Vdrone Baroniam, partem Comitatus Reginæ, ac Dominij Fortonelij: In Vdronis medio iacet ciuitas Laghlyn alijs Leighlin, Episcopali sede ornata.

Momonia.

Lageniæ succedit in nostra Methodo *Momonia*, Hibernice *Mowm*, Anglicè *Mounster* quinta & postrema Hiberniæ pars. Ea Vergiuio mari ad Austrum exposita iacet, à Connacia Sineo, à Lagenia Neoro fluuio alicubi discreta: Bifariam quondam diuisa in Momoniam Occidentalem & Australem. Occidentalem antiquitus habitârunt *Gangani*, *Luceni*, *Velabri* & *Vterini*, Australem *Vdiæ* siue *Vodiæ*. Nunc autem in septem Comitatus distribuitur Kerryensem scilicet, Limiricensem, Corcagiensem, Tripparariensem, Sanctæ Crucis, & VVaterfordiensem, quorum etiam in numerum Desmonia iam accensetur. Hosce Comitatus secundum populos quibus à Cosmographo tribuuntur breuiter cum Camdeno percurremus. *Gangani* primo loco supra positi ex nominis affinitate ijdem cum Concanis Hispaniæ fuisse videntur, quos origine Scythas, sanguinemque equinum potâsse (quod non insolens iampridem sylueſtribus Hibernicis) testatur Silius:

Regio.
Nomina.
Situs.

Et qui Massagetem monstrans feritate parentem,
Cornipedis fusa satiaris Concane vena.

Et præter eum Horatius.

Et letum equino sanguine Concanum.

Kerry (vt nunc vocatur) ad Sinei ostium eorum sedes erat. Regio auijs, & sylueſtribus montibus ædita, quibus crebræ intersunt valles cauæ nemoribus etiam condensæ. Comitatus Palatini dignitatem, & iura Desmoniæ Comites in hoc habuere, sed hominum iniquitate, qui libertate vti & noluerunt, & nescierunt, in malorum sentinam, & seditiosorum perfugium iampridem conuersa erat. Sylueſtrium Hibernicorum animos ridicula opinio peruasit & etiam persuasit, illum qui in militari illo barritu, siue clamore quo in congressu magna vocis contentione vtuntur, reliquorum clamori non respondeat, subito à terra arripi, & quasi volantem in has desertas valles deferri, ex quacumque Hiberniæ regione, ibi gramine vesci, aquam lambere, nec malè nec benè esse sibi sentire, rationis, non orationis vsum tenere, à venantibus demum ministerio canum capi, & domos suas deduci. Huius regionis mediam fluuiolus nunc anonymus *Trailes* oppidulum quodammodo desolatum (vbi Desmoniæ Comites ędes habuerunt) præterfluens intersecat, quem *Dur* esse Ptolemæi, situs quodammodo innuit, & asseuerarem (inquit Camdenus si *Duris*, qui inter huius occiduæ oræ portus hodie censetur, ad huius sit ostium, vt à nonnullis accepi. Non procul hinc *Smerwic* statio (sic contractè pro *S. Mari-Wic*) cernitur, ad quam ante annos aliquod cum Giraldus Desmoniæ Comes vir profunda in principem, & patriam perfidia, sceleratè assiduis agrorum vastationibus Momoniam attereret, appulsa est tumultuaria Italorum & Hispanorum manus à Gregorio P P. & Hispano in eius auxilium submissa, qui loco hic statiuis munito, quem *Fort del Ore* vocârunt, minis cœlum terrebant. Sed illustrissimi & bellicosi Baronis Domini Arthurij Grei Proregis aduentus, & primus impetus rem decreuit. Protinus enim se dediderunt, & maximam partem è medio sublati, quod rebus huius regni sic ferentibus, & seditiosis vndique imminentibus, consultissimum & tutissimum videbatur. Ipsęque Desmonius tandem trepida fuga in vicinas syluas coniectus, iamdudum in tuguriolo ab vno & altero milite irruente primum sauciatus, postea agnitus, capiteque truncatus perfidię, & vastatæ patriæ poenas dependit. Ganganis subiecta est longè latéque ad Austrum *Desmonia*, Hibernis *Dassown*, Anglis *Desmond*, quondam à tribus insessa populis, *Lucenis* scilicet, *Vellabris*, & *Ibernis*, qui *Vterini* in nonnullis exemplatibus concipiuntur. *Luceni* à Lucensijs Hispaniæ qui oppositam oram tenuêrunt, & nomen & originem traxisse videantur. *Velabri* ab *Aber*, id est *æstuarijs*, sic sunt nominati, quod ad æstuaria sedêrunt, vnde etiam Artabris, & Cantabris facta appellatio. Hos statuit Orosius ad *Notium Promontorium*, hodie *Biar head* nautis, quod Hispaniam spatioso interuallo procul spectat. Sub Notio hoc promontorio, *Iernus* fluuius ab Oceano ebibitur, ad quem *Dunck-eran* sedes Episcopalis cernitur. *Dunck-eran* hæc quę Hiberno-Scotis *oppidum Eran* denotat, non solum se esse *Iuernim* vrbem, quam Ptolemæus vocat, sed flumen etiam esse *Iernum* illum expressè loquitur: cuius appellatio vt totius Insulę ab *Hier* Hibernicorum facta videtur, quod Occasum significat. Est enim vltimus huius regionis ad Occidentem fluuius, vt ipsa Hibernia vltima totius Europæ Insula. *Iberni* qui etiam *Vterni* id est Camdeno Interprete, superiores Hiberni hunc fluuium ad alterum promontorij latus accoluerunt, vbi *Berehauen*, & *Baltimore*, copiosa halecum piscatura portus notissimi. Iuxta quos habitat *Mac Carti More*, ex Hibernica origine regulus, qui anno 1566. possessiones & latifundia sua Elizabethæ Reginæ Angliæ in manus tradidit, & ab ea recepit, vt Anglico more, clientelari iure, fiduciæ nomine teneret. Eodémque tempore Comes de *Glencar*, & Baro Valentiæ creatus est, vir in hoc tractu magni nominis, & potentiæ, Giraldidis olim infensissimus, qui maiores suos, vt ille contendit, Desmoniæ Reges his auitis sedibus exuerunt. Giraldidæ enim isti, siue *Fitz-Giraldes*, ex Kildariensi familia oriundi, deuictis Hibernicis, amplissima hîc sibi latifundia acquisiuêrũt, & ex illis Mauritius *Fitz-Thomas* primus Desmoniæ Comes anno salutis 1355. ab Edvvardo tertio creatus, hæreditatem adeò stabilem, & firmam reliquit, vt ad de-

Mor Werdh
Canalis S.ti Georgij
Iuxta Kilkenny
Suinci fluminis
Insulæ & portus
OCEANVS
IRLAN:
DIAE
REGN:
VM.

ab eo Comitē perditissimum hunc rebellem, quem dixi, ille honor quasi perpetua quadam se rie descenderit. Post Ibernos *Vdiæ* qui & Vodiæ habitârunt, cuius nominis vestigium expressiori indicio se patefacit in agro Kilkenniensi, pars enim eius maxima *Idou*, & *Idouth* nominatur. Incoluerunt hi Comitatum Coreagiensem, Triparariensem, Limiricensem, Kilkenniensem, & VVaterfordensem. In Triparariensi Comitatu, nihil memoratu dignum se offert, nisi quod sit ibi palatinatus, & *Holy crosse* in eo oppidulum magnis gaudeat immunitatibus, quæ in honorem, vt persuaserunt monachi, fragmenti Crucis Dominicæ concessę fuerunt. *Suirus* flumen nobile accolis *Shewr* ex hoc Triparariensi agro in Kilkenniensem defertur, qui è Bladina monte profusus per *Osiriam* inferiorem, quæ Butleris Comitis, & *Thurles* quæ illis Vicecomitis titulum præbet, primum Cassiliam vrbem adit Archiepiscopali dignitate ab Eugenio P P. exornatam, cui nouem subsunt suffraganei Episcopi. Indéque iuxta VVaterfordiam alijs duobus fluuijs adauctus in oceanum exoneratur. Vnde Nechamus:

Suirius insignem gaudet ditare Weterford,
Aequoreis vndis associatur ibi.

Vrbes et oppida. Hactenus hanc partem Hiberniæ cum Camdeno percurri, restat nunc de vrbibus & oppidis huius partis pauca explicare. Inter has primum sese offert *Waterfordia*, quæ secundas inter Hiberniæ vrbes iure sibi vendicat, inprimis honesta & officijs fidelis ciuitas, fide & obsequio in Imperium Anglicum semper singulari. Ex quo enim Richardus Comes Penbrochiæ expugnauit, Anglis Hiberniam subigentibus tutam fide sua, & quiete, securamque à tergo pacem semper præstitit. Vnde reges Angliæ plurimas, & maximas immunitates concesserunt, quas Henricus septimus auxit, & confirmauit, eò quod contra ementitum illum principem Perkinum VVarbec qui plenis impudentiæ velis ad summū regiæ dignitatis gradum enitebatur, ciues se fortiter & prudenter gessissent. Hæc à Norvvegis Piratis constructa, quamuis cœlo sit crassiusculo, solo min' læto & angustioribus coarctata vicis, ea tamen portus est opportunitas, vt opulentia & frequentia secundas in Hibernia ferat. Hęc prudentibus & benè moratis civibus referta. Habet tutum & tranquillum portum, atque exterarum nauium sœpenumero plenum. Frequentes etiam VVaterfordiæ ciues sunt, qui mercaturas faciunt: in quo sane negotio, vsque eò prudenter rem familiarem administrant, adeò cautè rationes subducunt, vt breui negotiatione, magnas sibi opes soleant comparare. In Hispaniam præcipuè nauicularam faciunt. Nihil plerunque æris alieni habent, in suis nummis plurimis sunt. Nullus ibi viuit mensarius, qui fraudulento collybo aut intolerabili fœneratione (omnium rerumpublicarum busto) in ciuium bonis ac direptionibus versatur. Ciues sunt faciles, benigni, frugi, perhospitales, priuatis & publicis rationibus vtilissimi. Appellauit hanc vrbem antiquitas *Manapiam*, sicut & Dublinium *Eblaniam*. *Amellana* rectius nuncuparetur, ab Amellano, qui eam vrbem condidit, quemadmodum & Sitaracus VVaterfordiam, & Iuorus Limmiricum fundasse fertur. Erant isti Germani fratres olim in Hibernia magnæ auctoritatis. Est & in hac regione *Limmiricum* (de qua vrbe modo dictum est) in tertijs consistens: veruntamen loci situ, fluminis dignitate huic vrbi palma est danda. Alluitur Sannonio fluuio, omnium Hibernorum fluminum absque controuersia principe. Ab alto lx. milliariorum interuallo distat. Tamen onerarias naues ad ciuitatis muros, nauarchi appellunt: nec est quod scopulosas cautes, in toto illo cursu offendere, multum pertimescas. Incredibile est, quantam piscium vbertatē, & copiam ibi reperias. Huius vrbis amœnitate captus Ioannes, Angliæ rex, egregium castellum, & pontem illic extruendum curauit. Est etiam *Corcagia* in Corcagiensi Comitatu, *Korke* Anglis, & *Korcach* indigenis, astrictiore mœnium ambitu conclusa, & vna quasi directa platea protensa, emporiolum tamen frequens, & celebre: portu excellenti & tuto ornatum, sed ita seditiosis vicinis circumsessum, vt perpetuas excubias agitent, quasi perpetua obsidione essent incincti, & in agrum filias elocare non audeant, vnde contractis inter se nuptijs ciues omnes aliquo affinitatis gradu se inuicem contingunt. Ciues hîc etiam copijs satis locupletes, operam mercaturæ nauant, res suas domi forisque frugaliter obeunt. Briocum virum sanctissimum, à quo Sābrochiana in Britannia Armorica diœcesis vulgò *S. Brieu* nomen assumpsit, hinc oriundum scribit Cœnalis. Sed in hoc à veritate abijt, quod *Coriondos* Hiberniæ in hac vrbe statuerit. Non enim huius vrbis meminit Ptolemæus. Flumen tamen quod prefluit idem videatur, quod *Davrona* Ptolemęo dicitur. *Sauranus* enim, & *Sauerenus* Giraldo, vna tantum immutata literula, nominatur. Quæ intercedit inter hæc nomina affinitas, hoc mihi dictauit, & maiori sanè cum probabilitate, inquit eruditissimus Camdenus, quam si *Dauronæ* nomen proximo flumini adaptarem, qui Corcagiensem Comitatum, & Triparariensem interfluens per *Lisinor* Oceanum petit, & Historicis *Auenmor*, id est flumen magnum, appellatur, de quo Nechamus:

Vrbem Lisimor pertransit flumen Auenmor,
Ardmor cernit vbi concitus æquor adit.

Ardmor enim viculus est ad ostium, cui ad alteram ripam *Toghalia*, statio satis tuta opponitur, quam nostra memoria proditam ille seditionis fax Desmoniæ Comes miserè diripuit, sed huius proditionis pœnas Prętor mox suspendio luit. In huius vicinia magnos habet prouentus Vicecomes Barrensis, à Roberto Barrio Anglo prognatus, qui in expugnanda Hibernia operam nauauit egregiam. Sunt præter iam dictas ciuitates hæ in hac regione *Kinsalia*, *Cassilia*, *Toghelia*, *Rossia*, *Lesmoria*, *Clonmella Kilmalochia*. *Hæc* pro methodi ratione de quinque Hiberniæ partibus sint satis, ad alia quæ adhuc restant transeamus.

BRITANNIAE insulæ Borealior pars *Scotia* dicitur, olim *Albania*. Atque etiamnum ab incolis qui auitam seruant linguam *Albain*, & ab Hibernicis *Allabany*, quasi altera Hibernia (quæ à Bardis *Banno* dicta est) vocatur. Hiberniam enim *Scotiam maiorem*, & Scotorum in Britannia regnũ *Scotiam minorem* historici appellant, Ptolemæus Britanniã *Paruam*, Rufus *Secundam*, Tacitus à sylua *Caledoniam* vocat. Videntur autem Scoti sic dicti à vicinis quasi *Scythæ*. Quemadmodum enim Germani inferiores *Scythas* & *Scotos* vno nomine *Scutten* id est sagittarios appellant, sic etiam Britannos vtrosque *Tscot* dixisse e Britannicis scriptoribus obseruatum est. Id sane constat eos à Scythis oriundos ex Hispania in Hiberniam, & inde in hanc partem Albionis, quam nunc tenent, peruenisse, & cum Pictis in vnam gentem coaluisse. Hæc de nomine, sequitur situs. Termini eius australes Angliam versus, sunt Tueda & Solueius fluuij: ad Septemtrionem est Oceanus Deucaledonius, ad Occasum Hibernicus, ad Ortum Germanicus, ab alijs partibus vndique eam ambiũt Oceanus & mare Germanicum. Longa est LXVII. milliaria Germanica, hoc est Anglica 257. Lata LII. Germanica, siue 190. Anglica. Regio temperatior quam Gallia, remissioribus frigoribus, caloribusque, sicuti & Anglia: cui tamen in fertilitate æquari non potest. Terra magna ex parte sulphurea est & viscosa, atque ob id pabulum est ignis, præsertim cum ibi defectus sit lignorum. Tantum tamen hic crescit frumenti quantum incolæ absumunt. Profert etiam terra varia metalla. Habet aurum, argentum, argẽtum viuum, ferrũ, plumbum & cuprum magna copia. Habet in *Driſdalia* aurifodinam, in qua etiam *Lazurum* inuenitur. Habet & gemmas, præsertim Gagatem qui in aquis arder & oleo extinguitur. Pascua item optima quæ omnis generis nutriunt Armenta: vnde Carnis, Lactis, Butyri, Casei, Lanę abundat copia. Cæterum Scoti cùm ad Pictos in Britanniam accessissent, quamuis Anglos prælijs, & prædationibus continenter lacesserent, non tamen res Scotica statim adoleuit, sed in eo quo appulerunt angulo, diu deliluerunt, nec, vt Beda innuit, per annos plùs minùs centum viginti septem, contra Nordanhumbrorum regulos signa efferre ausi: donec vno eodemque tempore Pictos ferè ad internecionem deleuissent, & Northumbriæ regnum intestinis malis, Danorumque incursionibus confectum, corruisset. Tunc enim omnis Septemtrionalis Britanniæ plaga in Scotorum nomen concessit, vnà cum citeriori illa regione citra Cluidam, & *Edenburghfirth*. Illam enim Northumbriæ partem fuisse, & à Saxonibus possessam nemo repugnat: & hinc est quod omnes qui Orientalem Scotię partem tenent, & *Lawlandmen*, id est inferiores vocantur, sint origine Anglo-saxones, & Anglicè loquantur. Qui verò Occidentalem oram incolunt, *Hetchlandmen* dicti, id est, superiores, sint Scoti & Anglicè loquantur, infestissimique sint illis superioribus, qui Anglico idiomate vtuntur. Scoti in bello fortes, ac strenui milites, inediæ, vigiliæ, algoris patientissimi. Primaria Scotiæ vrbs est *Edinburgum*, vulgò *Edenborow* pt. castrũ alatũ. Sedes hæ regia, & metropolis non tãtũ Laudoniæ, sed etiã totius Scotiæ, situ editiore inter montes, eo ipso Pragę Bohemorum haud absimilis: longitudine ab Oriente in Occidentem mille pass. porrecta, latitudine dimidio minore. Tota vrbs ex monte dependet. Hic ad occasum altissimus, versus Septemtrionem præcipitio munit vrbem, cætera ad Orientem & Meridiem sunt muro circumdata: distat à sinu maris & ostijs *Forthæ* passibus mille. Ad Orientalem vrbis partem ædes est S. Trinitatis, cui contiguum regis palatium quod Cathedram Arthuri vocant. Ad Occidentalem, rupes prærupta, & in rupe arx, Scotis Castellum puellarum dicitur; quod verè est alatum illud castrum Ptolemæi. Sunt & aliæ huius regni vrbes & oppida insignia quæ suis locis in particulari descriptione adponemus. In vallibus plurimi sunt lacus, paludes, fonteſque & fluuij piscosissimi, quorum pars maxima è monte Grampio oritur, de quibus in descriptione proxima mentionem faciemus. Ad mare transeo. Mare ipsum ostreis, halece, corallis, mytilis, conchisq; diuersi generis plenissimum. Multos etiam Scotia passim portus habet & aditus marinis aquis peruios, inter quos Letha portus commodissimus, quem Anno M. D. LX. Galli qui Scotiam iam spe deuorarant & Angliæ imminere cœperant, magnis munitionibus firmarunt. Sed eum Regina Elizabetha regni tranquillitati (pro eo ac debuit) prudenter prospiciens, ita ex Gallorum faucibus eripuit, vt & munimenta omnia solo æquarit, & Scotus Gallum ex eo tempore non metuerit. Regio ipsa aspera & montosa admodum est, & in ipsis montibus, habet æquatam agri planitiem pecori pabulum vbertim suppeditantem. Inter montes maximus *Grampius* qui mediam Scotiam intersecat. Hic vulgò *Grasebaim* seu *Gratzbaine*, id est mons incuruus dicitur: is enim à Germanici maris littore ad ostia *Deæ* fluuij per mediam hanc regionem in Hibernicum mare tendens ad lacum *Lomundum* sistitur, qui etiam Pictorum olim, Scotorumque regni limes erat. Ad Aberdoniam montes sunt syluosi. Hic creditur fuisse *Sylua Caledonia*, Lucio Floro *Saltus Caledonius* in immensum spatium diffusa, procerisque arboribus inuia, & *Grampio* monte diuisa. Seueri ætate, vt est apud xiphilinum, Argetecoxus regulus hoc in tractu regnauit, cuius vxor à Iulia Augusta Seueri coniuge conuitio lacessita quod palã ex gentis more cum maribus haberet consuetudinem, liberè respondit: *Nos Britannicæ cum optimis viris consuetudinem habemus, at vos Romanas perditissimus quisque occultè constuprat*. Scotos autem non postremos inter Europæos fuisse qui Christianam religionem amplexi sint, eamque præ reliquis seruauerint & coluerint, non solũ scripta & monumenta: verumetiam templa, cœnobia, monasteria, xenodochia, & alia religioni deuota loca testantur. Inter alia Edinburgi ædes S. Trinitatis cuius supra mentionem fecimus: templum B. Egidij, B. Mariæ, & alia. Est & palatium regium de quo supra, valde superbum & magnificum, & in medio vrbis capitolium. Habentque duces, comites, Barones & proceres regni in ipsa vrbe sua palatia, quando ad comitia vocantur. Vrbs ipsa non est constructa ex coctis sed naturalibus & quadris lapidibus, vt etiam singulæ ædes magnis palatijs possint comparari. Sed de his satis, ad reliquas partes transeamus.

Regio. *Nomina.* *Situs.* *Cæli temperies.* *Soli fertilitas.* *Imperium maiorum.* *Minorũ virtus.* *Vrbes.* *Lacus & Fluuina.* *Mare.* *Portus.* *Montes.* *Syluæ.* *Opera publica.*

DEVCALEDONIVS OCEANVS
ORCADES insulæ
SCOTIA Regnum
HEBRIDES insulæ
IRLANDIAE sive HIBERNIAE PARS
Strathnauern
Perth
Dublin
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

Ratio gubernandi.

Populus Scoticus in tres ordines dispescitur, in *Ecclesiasticum, Nobilitatem* & *Plebem*. *Ecclesiasticus* ordo duos habet Archiepiscopos: *S. Andreæ* totius Scotiæ primatem, & *Glasgoensem*. Archiepiscopo S. Andreæ octo subsunt Episcopatus, *Dunkeldensis, Aberdonensis, Morauiensis, Dumblanensis, Brechinensis, Rossensis, Cathanensis,* & *Orchadensis. Glasgoensi* tres. *Candidæ casæ, Lismoriensis, siue Argadiensis. Sodorensis,* seu insularum videlicet *Suræ, Multæ, Tiæ,* et c.

Nobilitatis ratio hæc est: vt primum locum obtineant *Rex* filijque *Regis*, partu legitimo editi, quorum si plures sunt, natu maximus *Princeps* Scotiæ, reliqui absolute *Principes* dicuntur. Rex autem cum publicè inauguratur, populo vniuerso sanctè prômittit se leges & maiorum ritus veteraque instituta seruaturum, eoque iure quod à Maioribus accepit vsurum. *Secundum* locum obtinent *Duces*: *Tertium Comites*: *Quartum* illi *Nobiles* qui apud alias nationes extra insulam non vigent & à Scotis *My Lordis* appellantur. Quod nomen tantam dignitatem in se continet, vt etiam illud Episcopis, Comitibus & summis Magistratibus honoris ergo tribuant. Hosce Magnates posses dicere. *Quintum* locum *Equites aurati* aut *Barones* sibi vendicant, qui *Lordis* dici solent. In his Nobilitatis gradibus hæc seruatur ratio, vt nullus designetur *Dux* qui Comitis: nec Comes qui Dominus *Mylord*: nec Dominus *Mylord*: qui Equitis Aurati aut Baronis titulo non antea fuerit ornatus. In *Sextum* & vltimum locum reijciuntur illi, qui nullo certo honoris titulo insigniti, sed nobili familia prognati vulgo *Gentilmen* appellantur, vt sunt fratres & filij Comitum, Dominorum, Equitum auratorum natu minores, qui in nullam hæreditatis partem succedunt: siquidem ea tota in filium natu maximum conseruandarum familiarum causa iure Scotico deuoluitur. Plebs autem omnes qui diuitijs affluunt, quique Hospitalitatis & clientelarum nomine bene audiunt hoc fere titulo (*Gentilmen*) decorat. Ab his autem Nobilibus infimi gradus, totum fere belli pondus pendet. Nam quamuis Scoti ad vnum omnes quocunque gradu loco ue sint constituti, suis stipendijs Regi militare cogantur & propterea à vectigalium muneribus sint immunes: tamen hi præcipue cum cogitant ex qua familia sint profecti maxima quęque pericula summa animi magnitudine adeunt, vt sese familia sua dignos ostendant. In qua re non solum populi singularis vtilitas: sed etiam ipsius Regis summa ac pene vnica opulentia inclusa continetur: siquidem ea ratione Rex nunquam necesse habet, vt externum militem suo sumptu auxilio euocet, cum ipse populus ad hostium frangendos impetus quasi ad commune quoddam incendium extinguendum opinione citius concurrat.

Plebes verò ciues partim sunt primarij opibus insignes qui magistratu in suis vrbibus funguntur: partim *mercatores*: partim *opifices*, qui omnes propter supradictam à vectigalibus alijsque oneribus immunitatem facile apud eos ditescunt. Ne quid autem grauius in aliquam ciuitatem in publicis comitijs statuatur, permittitur à Rege tribus aut quatuor ab vnaquaque ciuitate euocatis ciuibus, vt cum reliquis duobus ordinibus suam sententiam de rebus propositis libere interponant.

Ecclesiastici olim decretorum & conciliorum authoritate continebantur, nunc autem vt cæteri Legibus, quas Reges descripserunt, aut Regum voce confirmatas, tres ordines fixerunt, reguntur. Liber, qui Leges Municipales Latine scriptas continet, titulum (*Regiam Maiestatem*) habet, quod ab illis vocibus libri exordium ducatur: Reliquis legum libris Scotica lingua Comitiorum (quæ Parlamenta dicuntur) *Acta* inscribuntur. Magistratus sunt in Scotia, vt apud alias nationes, complures & diuersi. Inter hos proxime & secundum Regem, Regni Procurator (quem Gubernatorem appellant) facile princeps est. Huic prouincia Regni gubernandi incumbit, si Respublica Rege forte orbetur, aut si Rex per ætatem Regni negotia non possit obire. Hic tanto in honore est, vt siquis illius dicto vel imperio morem non gerat, violatæ Regiæ Maiestatis notam incurrat. Est & ibi Senatus perpetuus Edenburgi ex *Clero* & *Nobilitate* ita constitutus, vt Laicorum semper numerum æquet pars altera Ecclesiasticorum. Quibus adijcitur ex Ecclesiasticorum numero *Præses*, qui in dicenda ferendaque sententia principem locum obtinet, nisi iudicio Regni Cancellarius interfit; ei enim in omni Reipublicæ negotio Scoti primas deferunt: Qui capitis iudicio, magnum Iusticiarium: qui rei nauticæ Admiralium: qui castris figendis, Marescallum: qui delictis inter aulæ septa vindicandis præficitur, Connestabilem appellant. Sunt quoque in singulis prouincijs, quas Vicecomitatus appellant, qui præsunt singuli, quos Vicecomites antiquo vocabulo vocant. Horum authoritas in his rebus, quæ ad ciuiles causas & capitis summam pertinent, decidendis non aliunde pendet, quam à iure quodam hæreditario, quo etiam illos sibi Vicecomitatus vendicant. Vt ij Vicecomites non à Rege creati, sed à parentibus nati iure quodam dici possint. Habent quoque ciuitates atque oppida suos Præfectos, Balliuos ac id genus alios Magistratus, qui ciues in officio contineant & ipsarum ciuitatum priuilegia tueantur. Ita fit vt Scotorum Respublica ordinum apta dispositione, Legum sancta maiestate, & Magistratuum firma authoritate, floreat & summam laudem mereri videatur. Nomina autem Ducatuum, Comitatuum & Vicecomitatuum Scotiæ hæc sunt. Ducatus Rotsay, Albanie. Comitatus, Carnes, Soterlant, Rosse, Morauie, Buchquhan, Garniach, Garmoran, Mar, Mernis, Angus, Govvry, Fiffe, Marche, Athole, Stratherne, Menteith, Leuenox, VVagion, Douglasse, Carrike, Cravvford, Annandale, Ourmonth, & Huntley. Vicecomitatus, Bervvyk alias North Bervvyk, Roxburg, Selkirk, Tvvedale, Dunfrise, Niddisdale, VVigton, Are, Lanarke, Dunbretten, Sterueling, Louthean, Laudonia, Clakmanan, Kinros, Fiffe, Perth, Angus, Mernis, Aberdone, Bamph, Fores, & Inuernes. Vniuersitates, *S. Andreæ*, & *Aberdonia*, quarum hæc ab Alexandro Rege & sorore Isabella multis ornata est priuilegijs circa annum M.cc.xl. Illa sub Iacobo rege inaugurata, Anno M. cccc.xi. Quibus additur *Glasguensis*. Ingenia Scotorum viuida sunt, excitata, ignea: sapientiæ capessendæ maximè idonea.

Senatores.

Schola.

Mores.

II. TABVLA.

GENERATIM quæ de Scotia dicenda habui, absolui: postulat Methodus, vt speciatim & per partes eam perambulem. Diuiditur autem Scotia (monte Grampio mediam secãte) in Australem siue superiorem, & in Borealem siue inferiorem. Dirimitur verò ab Anglia primùm *Tueda* fluuio, *Teuiota* monte altissimo, & qua mons deficit, vallo non adeo pridem facto, ac deinde *Esca* & *Soluæo* fluminibus. Citra hos limites à mari Scotico ad Hibernicum regiones hoc ordine iacent. Prima est *Marcia* vel *Merchia*, sic dicta quod limitanea, hæc sinistrum Tuedæ latus attingit: ad orientem Forthæ æstuario, ad meridiem Anglia clauditur. In Marcia *Berwicum* oppidum quod Angli tenent. Est & hic *Hume* castrum, antiqua possessio Dominorum de *Hume* qui à comitum Merchiæ familia oriundi, in amplam & insignem familiam sunt propagati. Cui vicinum subsidet *Kelso* monasterio quondam celebris, & antiqua habitatione Hepburnorum qui Bothvvelliæ comites, & hæreditario iure Admirallij Scotiæ diu fuerunt, qui honores per sororem Iacobi Comitis Ioanni filio naturali Regis Iacobi v. enuptam, ad Franciscum eius filium nunc Bothuelliæ comitem descenderunt. Inde *Coldingham* cernitur, Bedæ *Vrbs Coldana* & *Coludi vrbs* Ptolemæo fortasse *Colania*, multa ante secula virginibus velatis sacra. Ad Occidentem Marciæ ad vtrumque Tuedę latus est *Teuiotia*, a *Teuioto* amne nomen adepta. *Teuiota* monte dirimitur ab Anglia. Post hunc regiones non magnæ *Lidalia*, *Euia*, & *Escia* à tribus fluminibus cognati nominis *Lidalo*, *Euo* & *Esca* nominatæ. Vltima *Annandia*, & ipsa ab *Annando* amne prope mediam diuidente appellata, secundum Soluæum in mare Hibernicum decurrit. Iam vt rursus ad *Fortham* redeamus, is ab ortu Lothianam claudit: *Coeburni Saltus*, & *Lamyrij* montes eam a Marcia separant. Contingit deinde paulum ad occasum inflexa Lauderiam & Tuediam: alteram a *Laudero* oppido; alteram ab amne *Tueda* mediam secante. *Tuediam* ad meridiem, & occidentem contingunt *Lidalia*, *Nithia*, *Glottiana*. *Nithiæ Nithus* amnis nomen dedit per eam in mare Hibernicum labens. *Lothiana* à Lotho Pictorum rege nominata. Ab oriente æstiuo finitur *Fortha* siue mari Scotico. Vallem Glottianam spectat ab occidente hiberno. Hæc regio humanitatis cultu, & rerum necessariarum ad vsum vitę copia cæteras longè præcellit. Quinque amnibus irrigatur, *Tina*, vtroque *Esca*, (qui antequam in mare cadant in vnum alueum coëunt) *Letha* & *Almone*. Hi partim è Lamyrijs, partim Pictlandicis montibus in Fortham defluunt. Oppida habet *Dumbarum*, *Hadinam* vulgo *Hadintonam*, *Dalkethum*, *Edinburgum*, *Letham*, *Limnuckum*. Magis ad occidentem iacet *Glottiana*, vtramque *Glettæ* fluminis ripam complexa, quæ ob longitudinem in duas præfecturas diuiditur. In superiore præfectura collis est non admodum editus, è quo in tria diuersa maria flumina effunduntur, *Tueda* in mare Scoticum, *Annandus* in Hibernicum, in Deucaledonium *Gletta*. In ea vrbes insigniores sunt *Lanarcũ*, & *Glascua*. Hanc ab occidente hiberno *Coila* contingit. Vltra Coilam est *Gallouidia*. Ea separatur à Nithia cludano amne, tota ferè in meridiem vergens, ac ab littore eius reliquum illud Scotiæ latus tegitur. Vniuersa pecoris, quam frumenti fertilior. Amnes habet in Hibernicum mare decurrentes *Vrum*, *Deuam*, *Kennum*, *Cream* & *Lussum*. Nusquam ferè in montes attollitur, sed collibus tantum frequentibus intumescit. In conuallibus inter eos aqua restagnans innumeros prope lacus efficit, è quibus primis ante æquinoctium autumnale imbribus riui augentur, vnde multitudo incredibilis anguillarum descendit, quas accolæ nassis vimineis exceptas sale condiunt, ac non modicum inde quæstum faciunt. In hac prouincia lacus est *Myrtoun* dictus, cuius vna pars aliarum aquarum more gelu hyeme concrescit; altera nullis frigoribus congelari potest. Extremum lateris est *Nouantum* promontorium, sub quo in ostio *Lussi* fluminis Sinus est qui Ptolemæo Rerigonij vocatur. Ei ex aduerso influit ex æstuario Glottæ Sinus vulgo *Lacus Rianus*, Ptolemęo *Vidogara* quod inter hos sinus terræ procurrit incolæ *Rinum*, id est Gallouidiæ aciem appellant. Ab eisdem *Nonantum mula*, id est, *rostrum* siue *rectus* nominatur. Tota autem regio Gallouidia (nam *Gallouid* priscorum Scotorum lingua *Gallum* significat) nominatur. Infra Vidogaram à tergo Gallouidię leuiter declinat ad Glottæ æstuarium *Carickta*. Eam duo amnes intersecant, *Stinsiarus* & *Greuanus*: vterque multis amœnis vllis cingitur. Inter amnes qua in modicos colles tumet pascuis fœcunda, nec infelix frumento est. Tota terrestribus maritimisque copijs non modo sibi sufficiens, sed vicinis multa suppeditans. *Dunus* amnis eam à Coila separat, ortus ex eiusdem nominis lacu, qui insulam complectitur modicæ arcis capacem. Sunt in *Carickta* regione ingentis magnitudinis boues, quorum caro tenera suauisque esu est; pinguedo liquefacta semel nunquam concrescit, sed olei instar semper fluitat. Sequitur *Coila*, quam a meridie Gallouidia claudit, ab ortu æstiuo Glottianam attingit: ab occasu *Iruino* fluuio a Cunigamia distinguitur: mediam *Aëra* amnis diuidit. Ad eum situ est Aëra emporium non ignobile. In vniuersum regio est feracior virorum fortium, quam frugum aut pecorum, tota quidem tenui & arenoso solo: quæ res hominum industriam acuit, & parsimonia vires animi & corporis confirmat. In hac prouincia haud plus decem millibus passuum ab Aër oppido, saxum est duodecim vix pedes altum, xxx. cubitorum non amplius spissitudine; haud immerito ab incolis surdum appellatum. Nam si ingentem sonitum vel voce edas, vel scloppo, vel quouis crepitaculo; is qui ex aduersa parte erit saxo proximus, nihil audiet, qui remotior melius, qui remotissimus optimè. *Cunigamia* post hanc ad Septemtriones procurrit, & Glottam submouet, ac prope ad iusti amnis modum coercet. Nomen huic Regioni Danicum esse coniat,

Marcia.
Situs.
Vrbiũ nomina.
Teuiotia.
Lothiana.
Nithia.
Lothiana.
Situs.
Soli fertilitas.
Fluuina.
Vrbiũ nomina.
Glottiana.
Fluuina.
Vrbiũ nomina.
Gallouidia.
Situs.
Soli fertilitas.
Fluuina.
Lacus.
Carickta.
Soli fertilitas.
Coila.
Situs.


HEBRIDES
Insulæ
Loquha
Murray
Buquhan
Ardna
Bad
genoch
Argyll
Lenox
Cuning
ham
Lothia
Y. Columkil
HIBERNIÆ PARS
ANGLIÆ
PARS
Miliaria Scotica

quod eorum lingua *regis domicilium* significat: quæ res indicio est, eam Danos aliquando tenuisse. Proxima ad orientalem eius plagam sita est *Renfroana*, ab oppidulo in quo conuentus eius celebrari solent, appellata, vulgo *Baronia* dicitur. Mediam eam secant 2 amnes, quibus vtrique *Carthus* est nomen. Post Baroniam est Glottia ad vtramque Glottæ ripam protensa, & ipsa in plures iurisdictiones ob magnitudinem diuisa. Amnes nobiliores fundit: à læua *Auennum*, & *Duglassum*, qui in Glottam decurrunt: item à dextra alterum *Auennum*, qui Lothianam ab agro Sterlinensi diuidit. Hi duo fluuij communem amnium appellationem loco proprij nominis acceperunt: quemadmodum in Vallia diuersa dialecto is, quem Auonem vocant. Sterlinensem agrum à meridie separat à Lothiana *Auennus*, ab ortu æstuarium *Forthæ*, donec paulatim seipso minor ad iustam fluminis magnitudinem redactus prope Sterlinum pontem patitur. Secat regionem fluuius vnus, qui memoratu sit dignus *Carron*: iuxta quem aliquot vetusta sunt monumenta. Ad læuam Carrontis duo terreni sunt tumuli hominum opera (vt res indicat) ædificati: vulgo Duni pacis appellantur. Inferius autem ad eundem amnem ad duo ferè millia passum est ædificium rotundum sine calce, sed saxis asperis ita conformatis, vt superioris lapidis pars in inferiorem se inserat: ita vt totum opus mutuo complexu, & saxorum pondere se sustineat, paulatim ab imo ad summum in arctum se colligens. Summa pars aperta est. Vulgus alium atque alium vsum, & autorem eius ædificij, pro suo quisque ingenio comminiscitur. Ego certè aliquando coniectura fui inductus inquit Buchananus, vt crederem templum Termini fuisse, quod (vt accepimus) rotundum & superne apertum ædificari solitum erat. A dextro Carrontis latere ager ferè cætera planus in collem paulum prominet, medio ferè spatio inter Dunos pacis, & ædiculam: in eo ad ipsum anguli flexum modicę vrbis vestigium adhuc apparet. Sed murorum fundamenta, & vicorum descriptio partim cultu rustico, partim eruendis ad propinquas ditiorum villas construendas lapidibus quadratis confusa est. Hunc locum diserte Beda Anglus *Guidi* vocat, atque in ipso valli Seueri angulo collocat. Multi præclari scriptores Romani eius valli meminerunt: multa vestigia exstant, multi lapides inscripti eruuntur, quibus aut testimonium salutis per Tribunos & Centuriones acceptæ, aut sepulchrorum inscriptiones continentur. Vltra Sterlinensem agrum est *Leuinia*, à Renfroana præfectura *Glotta*, à Glascuensi *Keluino* amne diuisa, ab agro Sterlinensi montibus, à Taichia Fortha dirimitur: tandem in montem *Grampium* desinit, ad cuius radices per vallem cauam *Lomundus* lacus se explicat 24 millia pass. long' 8 lat'. supra 24 insulas complectitur. Præter multitudinē aliorū piscium habet & sui generis esu non insuaues, *Pollacas* vocant. Tria autē de hoc lacu memoratu digna referuntur. Pisces pinnis carēt, gratissimi alias saporis. Aquę nullo interdū flante vēto ita concitantur, vt vel audacissimos nautas deterreant, quo minus soluant. Denique insula quædam gregibus armentisq; pascendis apta, natat, ferturque quo ventis impellitur. Opinantur nonnulli fungosam vel pumicosam terram esse oportere. Haud diuersum ab hoc est illud quod narrat Plinius libro xvi cap. 1. Romanos, dum circa Batauiam agerent, procul quasi ingentem hostium classem vidisse, cui quum occurrunt confliturri, non in aciem hostilem, sed in arbores vna cum insulis natantes incidisse, quæ ad proxima quęque littora rapiebantur. Insulam quoque auulsam ex Dania se superfudisse olim stagnis Batauicis vbi nunc sunt *Fenen* refert Petrus Nannius, Danos autem quum res suas repetitum venissent, ac litem super ea re instituerent, hoc responsi retulisse, vt vel alienum solum peregrina insula liberarent, vel possessione cederent. Etiam in Palatinatu Germaniæ inter *Visecam* & *Veidam* insulæ arboribus vestitę, cum venti fuerint, vltrò citroque fluctuant. Plura istiusmodi pene ex Plinio lib. 11 cap. 95. Sed redeo ad lacum. Tandem erumpens meridiem versus Leuinum amnem, qui regioni nomen dedit, effundit: qui prope Britannodunum arcem, & eodem nomine oppidum in Glottam ingreditur. Leuiniæ partem extremam Grampij montis vltimi colles attollunt, sinu maris exiguo, quem *Geriochum* à breuitate appellant, intercisi. Vltra hunc est sinus multo amplior, quē *Longum* vocant à *Longo* qui in eum cadit fluuio. Is limes est inter Leuiniam & Coualiam. Ipsa Coualia, Argathelia seu potius Ergahelia, & Cnapdalia multis sinibus angustis ex æstuario Glottæ infusis, in multas partes dirimuntur. Vnus inter cœtera insignis lacus *Finis* vocatur à *Fino* fluuio, quem recipit. Is vltra sexaginta millia passuum in longitudinem porrigitur. Est & in Cnapdalia lacus *Auus*, in quo est exigua insula & arx munita. Ex eo fluuius Auus effunditur: qui vnus in illis regionibus in mare Deucaledonium exit. Vltra Cnapdaliam ad occidentem hibernum excurrit *Cantiera*, hoc est regionis caput, Hiberniæ occurrens, a quo modico freto dirimitur, ipsa longior quam latior, adeo arctis faucibus Cnapdaliæ coniungitur, vt vix mille passus expleant, idque spatium nihil aliud quam arena sit, adeo humilis vt per eam nauiculis traductis nautæ plerunque nauigandi compendium quærant. Hanc attingit *Lorna* Argathelię adiacens & vsque ad *Abriam* pertinens: regio plana nec infœcunda. Quà Grampius mons humilior est, & magis peruius *Braid Albin* regio vocatur, hoc est quasi *altissima Scotiæ partem* dicas, ac vbi maxima pars illa attollitur *Drum Albin* hoc est, *Scotiæ dorsum* vocatur, nec omnino sine causa. Ex eo enim dorso flumina in vtrumque mare decurrunt, alia in septentrionem, alia in meridiem. Ex Ierno enim lacu Iernam fluuium in orientem hibernum fundit: qui in Taum illabitur ad tria millia passuum infra Perthum. Ab hoc flumine cognomen accepit ad vtramque ripam affusa vetere Scorum lingua *Strathierna* dicta. *Strat* enim regionem ad fluminum decursum iacentem appellare solent. Inter montes eius regionis, & *Fortham* porrigitur *Taichia*, à *Taicho* fluuio, qui medium secat nomen adepta.

Renfroana.

Glottia.
Situs.
Flumina.

Ager Sterlinensis.

Leuinia.
Situs.
Lacus.

Cantiera.
Situs.
Lorna.
Flumina.

III. TABVLA.

Taichiam excipiunt *Ocelli* montes, ipsi quidem magna ex parte, atque ager ad eorum radices in Iernensi præfectura censentur. Verum reliquum agri ad Fortham vsque ambitio in varias præfecturas dissecuit, *Clacmananam*, *Colrossianam* & *Kinrossianam*. Ab his & Ocellis montibus quicquid agri à lateribus *Fortha* & *Taus* claudunt, in orientem angustè cuneatur ad mare. Et vno nomine appellatur *Fifa*, omnibus rebus ad vsum vitæ necessarijs sibi sufficiens: quà lacus *Leuinus* eam scindit, latissima: inde vtrinque se colligens in angustum vsque ad *Caraliam* oppidum. Amnem vnum, qui memoratu sit dignus Leuinum fundit. Totum littus frequentibus oppidulis præcingitur: è quibus maximè est memorabile propter bonarum artium studia *Fanum Andreæ*, quod prisci Scoti *Fanum Reguli* appellant. Interius in media ferè regione est *Cupriũ*, quo reliqui Fifani ad ius accipiendum conueniunt. Quà Ierniam contingit, est *Abrenethium* vetus Pictorum regia. Hic in Taum influit *Ierna*. Ipse autem *Taus* è lacu *Tao*, qui est in *Braid Albin* viginti quatuor millia longo erumpit, fluuiorum Scotię facilè maximus. Is se ad Grampium montem inflectens, *Atholiam* attingit regionem fertilem in ipsis Grampij saltibus collocatam. Eius partem sub radicibus montis in planitiem explicatam *Blaram* vocant, quæ vox liberum arboribus solum significat. In Fifa autem regione effoditur lapis igni struendo idoneus. Infra Atholiam ad dexteram Tai ripam sita est *Caledonia* oppidum, vetus tantum nomen retinens vulgo *Duncaldem*, id est tumulus corilis consitus. Corilus enim cum per inculta se latissimè funderet, & siluarum opacitate agros tegeret, & oppido & genti nomen dabat. *Caledones* enim, aut *Caledonij* gens olim inter Britannorum clarissimas alteram partem regni Pictorum faciebant: quos Ammianus Marcellinus in *Caledones* & *Vecturiones* diuidit, quorum nunc vix nominis vestigium aliquod superest. Infra Caledoniam ad duodecim millia passuum in eadem dextra ripa est *Perthum*. Ad sinistram ripam sub Atholia ad orientem spectans est *Gorea* frumentarijs campis nobilis. Et sub hac iterum inter Taum, & Escam porrecta *Angusia*, siue vt prisci Scoti loquuntur *Aencia*. Sunt qui *Horestiam*, aut iuxta dialectum Anglorum *Forestiam* dictam putant. In ea sunt vrbes *Cuprum*, & quod Boethius patriæ suæ gratulans ambitiosè *Dei donum* vocat. Vetus enim nomen *Taodunum* fuisse reor, à *Duno* id est *colle* ad Taum sito, sub cuius radicibus oppidum est exstructum. Extra Taum ad XIIII millia passuum recto littore occurit *Abrenethea*, alio nomine *Obrinca*. Deinde *Rubrum* promontorium satis longè conspicuum. *Esca* fluuius cognomento Australis mediam secat: alter *Esca* Septentrionalis eam à Mernia diuidit. Fa ex magna parte solo est campestri, & plano, donec vltra Fordunum & Dunotrum Comitis Martialis arcem occurrat Grampius paulatim se demittens, & in mare subsidens. Vltra eam ad septentriones est *Deua*, vulgo *Dea* fluminis ostium: & plus minus mille passus vlterius *Dona*. Ad alterum *Abredonia* est salmonum piscatu nobilis, ad alterum Episcopi sedes, & scholæ publicæ omnium ingenuarum artium studijs florentes Hanc citeriorum inuenio vetustis monumentis *Abredeam* appellatam. Nunc vtrunque oppidum *Abredonia* Veteris & Nouæ cognominibus distinctum vocatur. Ab hac tam angusta fronte inter hæc flumina incipit *Marria*, ac sese paulatim dilatans ad lx in longitudinem millia se protendit Badenacham vsque. Ea regio perpetuo dorso continetur, & in vtrunque mare flumina euergit. Badenachæ confinis est Abria, ad mare Deucaledonium modicè prona, regio (vt inter Scotos) inprimis copiosa maritimis & terrestribus commodis. Est enim & frumentis & pascuis imprimis felix, & præterea nemorum vmbris, & riuulorum fontiumque amoenitate iucunda. Piscium verò prouentu adeò fertilis, vt nulli prope Scotiæ regioni cedat. Nam præter fluuiatilium copiam quam tot riui sufficiunt, mare longo canali per planum solum infusum penetrat: ibique terræ paulo altiore margine coercitum se latius diffundit, ac speciem stagni, aut verius lacus præbet: vnde *Abriam*, id est stationem patrio sermone appellant. Idem quoque nomen regioni circum circum circa vicinæ dant. Qui Anglicè loquuntur vtranque, hoc est & sinum illum maris, & regionem perperam, & absurdè *Lochabriam* vocant. Hæ tres regiones *Abria*, *Badenacha*, & *Marria* latitudinem Scotiæ inter duo maria complectuntur. Ad plagam septentrionalem proxima Marriæ est *Buchania*, Dona fluuio ab ea diuisa. Ea omnium Scotiæ regionum longissimè se in mare Germanicum exporrigit. Pascuis cuiumque prouentu admodum felix, cæterisque commodis ad viam necessarijs sibi sufficiens. Fluuij eius cum salmonibus abundent, *Ratram* amnem tamen id genus piscis non ingreditur. Est in eius littore spelunca, cuius natura prætereunda non videtur. A qua è naturali fornice guttatim destillans statim in lapidum pyramidas vertitur, ac nisi opera hominum antrum subinde purgaretur, spatium vsque ad fornicem breui compleretur. Lapis autem qui ita gignitur velut mediam naturam inter glaciem & saxum obtinet: est enim friabilis, neque ad marmoris duritiem vnquam consolidescit. Similem huic per omnia speluncam esse in Pyrenæo ferunt. Vltra Buchaniam, ad septentriones duæ sunt regiunculæ Boina & Ainia, quæ vsque ad Spæam fluuium pertinent, qui separat eas à Morauia. Oritur autem Spæa à dorso Badenachæ, cuius meminimus: & longè ab eius fonte lacus est, vnde erumpit Lutea, ac se in occiduum mare deuoluit. Ad ostium eius ferunt oppidum nobile fuisse, à fluuio Emmerluteam nuncupatum. Certè siue terræ vicinæ spectes ingenium, siue nauigationis & subuectionis maritimæ commoditatem, locus est admodum emporio aptus. Prisci quoq; Reges has opportunitates secuti aliquot sæculis ibi habitauerunt in Euonia arce quam nunc multis falsò persuasum est esse *Stephanodunum*. Eius enim arcis rudera, & vestigiũ adhuc in Lorna

Fifa. *Oppida.* *Flumina.* *Atholiam* *Gorea.* *Soli fertilitas.* *Angusia.* *Vrbiũ nomina.* *Abrenethea.* *Situs.* *Vrbiũ nomina.* *Marria.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Buchania.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Flumina.* *Boina & Ainia.*

SCOTIÆ REGNVM
DENCALE
DONTVS
OCEANVS
ORCADES Insulæ
The Iles of Orkney
MARE
GERMANICVM
Vararis æstus
Murray fyrth
Strathna
Sutherland
Ross
Cayth
Loquhabria
Ardnamurchan
Murray
Mar
Buchan
HEBRIDES Insulæ
quas Beda Meuania vocat, nonnulli Latinorum Pictorum Ebudas, Plinius Hebudes

monstratur. Sunt regiunculæ aliquot exiguæ inter Buchaniam, & mare occiduum interiectæ: sed cum nihil habeant insigne, ac narratu admodum memorabile, non est quod in eis explicandis immoremur. Vltra Spæam vsque ad Nessum sequitur Morauia, olim (vt creditur) Varar dicta. Inter eos amnes Oceanus Germanicus, velut retro in occidentem terram agens, sinu vasto eius laxitatem castigat. Tota quanta est hæc regio frugibus & pascuis fœcunda, amœnitate verò, & fructiferarum arborum prouentu totius regni facile prima. Duo memoratu digna habet oppida, *Elginam* ad *Loxiam* amnem, qui nomen antiquum adhuc retinet, & *Nessum* ad cognominem fluuium. Nessus à Lacu Nesso longo viginti quatuor millia effluit. Aqua semper ferè tepida, nec vnquam ita frigida vt congelet. Quin & asperrima hieme fragmina glaciei in eum inuecta tepore aquarum breui soluuntur. Vltra Nessum Lacum occidentem versus octo milia continentis terræ protenduntur. Tantillum sane est, quod obstat, quominus maria coeant, & quod reliquum est Scotiæ insulam reddant. Nam quod spacij ab ijs faucibus ad mare Deucaledonium interijcitur, fere finibus maris in terram irrumpentis est intercisum. Quod vltra Nessum, & fauces illas angustas est interiectum in quatuor prouincias solet diuidi, *Nauernam*, seu vt vulgo *Strauauerniam*, à fluuio Nauerno dictam. Vltra ostium *Nessi*, qua mari Germanico immergitur est *Rossia*, in mare promontorijs altioribus excurrens: quod & nomen ipsum indicat. *Ros* enim Scotis promontorium significat. Ea tota longior est, quam latior. Nam à mari Germanico ad Deucaledonium porrigitur, qua in montes attollitur aspera, & inculta: qua se in campos explicat frugum fertilitate nulli prope Scotiæ agro inferior. Valles habet amœnas piscosis amnibus irriguas: Lacus piscosos complures, sed maximum omnium *Lubrum*. A mari Deucaledonio littus paulatim se castigat, & in orientem æstiuum reflectit. Ab altero littore mare Germanicum inter rupium excelsarum scopulos iter sibi pandens interius in sinum se spatiosum explicat aduersus omnes tempestates portum salutiferum, ac certum perfugium. Est enim ingredientibus non difficilis aditus, intus verò aduersus omnes cœli, marisque iniurias tutissima statio, quantumlibet magnis classibus. Proxima Rossiæ extremæ septemtrionem versus est *Nauernia*, à *Nauerno* amne appellata: quam vulgo proprietatem sermonis patrij secuti *Strauauerniam* appellant. Eam à meridie Rossia claudit, ab occasu & Septemtrione mare Deucaledonium eam alluit, ab oriente Cathanesiam contingit. *Sutherlandia* his omnibus ita interiecta est, vt omnibus sit finitima, atque ab aliqua regione cœli eas contingat. Nam ab occidente Stranauerniam, à meridie & oriente Rossiam, à Septemtrione Cathanesiam habet obiectã. Cultores magis ex natura regionis pascuo quam aruo dediti. Nihil in ea quod sciam singulare, nisi quod mõtes candidi marmoris habet, rarum in regionibus frigidis miraculum, & prope in nullos vsus comparatum, quod nondum eius affectatrix luxuria eò immigrarit. *Cathanesia* vltima ad Septemtrionem Scotiæ regio est: qua in plaga ei Nauernia occurrit: hæque duę regiones Scotiæ latitudinem in frontem angustam contrahunt. In ea fronte tria attolluntur promontoria. Altissimum in Nauernia, quod Ptolemęo est *Orcas*, siue *Tarue-drum* & *Tarnisium*: reliqua duo nequaquam æque sublimia in Cathanesia sunt, *Veruedrum*, nunc *Hoia*, & *Betubium*, falsò Hectori Boëthio *Dume* appellatum, nunc *Dunis Bei* vulgò dicitur, alij *Duncans Bei* vocant. Ex hoc nomine aliquot literis exemptis vox *Dunis Bei* facta videtur. Ad radicem collis sinus est permodicus, quo portu nauiculæ ab insulis Orcadibus appulsæ vtuntur. Sinus autem maris vulgò *Bei* vocatur. Hic igitur sinus cũ

ALBIONIS Insulę pars Meridionalior ac maxima *Anglia* Latinis dicitur: ab *Angria* regione VVestphaliæ, vulgo *Engern*, vt nonnulli volunt. Alij ab angulo nomen inditum arbitrantur, quod orbis sit angulus: alij ab *Angloen* oppido Pomeraniæ. Goropius Anglos ab *Angle* 1. hamo piscatorio deducit, quod vt inquit ille, omnia sibi adhamarent, & fuerint, vt Angli loquuntur, *Good Anglers*, 1. boni hamatores. Quæ sanè coniectura risum potius quam fidem meretur. Sunt qui ab Anglia Cimbricæ Chersonesi regiuncula, quę *Engelond* 1. Anglorum Terra, ab Egberto Occiduorum Saxonum Rege indigitata fuit appellatam autumant: vel quasi *Engistland* 1. Engisti terra: qui se ducem his Saxonibus prębuit. Sed qui Engelberti, Engelhardi, & eiusmodi Germanicorum nominum etymologiam videt, facile etiam Anglorum notationem viderit. Hi sunt Germaniæ populi qui Britanniam occuparunt, quos vnam gentem fuisse, communique nomine nunc Anglos nunc Saxones vocatos docet Camdenus. Hæc ab indigenis non vno nomine appellatur, idque etiam diuersimodé: in duas enim regiones eam diuidunt. Pars eius quę Orientem & mare Germanicum spectat ab indigenis Anglis Saxonum populis, qui eam occuparunt sua lingua *Angliam vel England* nuncupant. Occidentalior verò pars, quæ ab hac, Sabrina & Dea fluminibus discernitur, & Britannica auitaque lingua vtitur, *Wallia* vel *Walles*, à prædictis Anglis nominatur. Hi verò Britanni se ipsos antiquo vocabulo *Cambros*, & regionem *Cambriam*: Anglos verò *Saisons*, quasi Saxones & regionem veteri nomine *Lhoegriam* dicunt. Termini eius Septentrionales Scotiam versus, sunt Tueda & Solueius fluuij: ad Meridiē est Gallia, & proprie dictus Oceanus Britannicus, ad Occasum Hibernia & Oceanus Hibernicus, ad ortū Germanicū. Longa est 302 milliaria Anglica. Lata 300, à Belerio nempé ad Cantiū Promōtoriū. Aer hic quocunq; anni tempore temperat? acclemens: cœlum crassum, in quo facilè nubes, imbres, ventiq; coguntur, atque eo minus frigoris æstusque, propter ipsius cœli densitatem. Compertum namque etsi, Brabantia, Flandria, Cismarinisque regionibus sit Septentrionalior, numquam tamen ibi, vti his locis, tanto gelu sæuire hyemes. Habet solum fœcundum frugiferumque, & ab omni frugum genere ita beatum, vt Cereris sedem fuisse dixerit Orpheus. Cui adstipulatur Mamertinus aut Belga orator qui Panegyricum Conflantino dixit: vbi inter alia dicit: in hac segetum tantam esse fœcunditatem, vt muneribus vtriusque sufficiat, & Cereris & Liberi. quo dicto non illam vini prouentu (quo caret) abundare ostendit, sed ita circumfluere frugum copia, vt non ad panificium modò & alimentum annuum satis sit, verumetiam excoquendo vino factitio ceruisiæque suppetat. Neque solum agros luxurioso ac opimo frumento, ac leguminibus supra modum scatentes habet: sed etiam cuiusque generis materiam producit, prętеr abietem, &, vt Cæsar ait, fagum; nunc tamen est passim fagus quoque. Lauri non æquè fœcunda est Thessalia. Rosmarinus verò tam copiosus, vt eo etiam ad sepes vtantur. At vinum non habet, cum vitis hic rarò maturescit, & in hortis magis vmbræ, quam fructus gratia colitur. Fert item aurum, argentum, cuprum, ferrum, sed eius exigua copia: plumbum nigrum, & plumbum album, id est stannum in suo genere optimum in magna abundantia hic effoditur, & ad exteras gentes effertur. Colles plurimi, per quos ouium greges errant, non tantum carnium delicijs, sed etiam vellerum tenuitate nobiles; frequentiam ouium iuuat cœli quædam benignitas; terræque bonitas singularis; nam & in collibus vix arbores apparent, totáque regio à lupis est suo priuilegio immunis. Hoc vellus verè aureum est, in quo potissimum Insulanorum diuitiæ consistunt: nam magna auri atque argenti vis, à negociatoribus eiusmodi inprimis coemendæ mercis ergò, in Insulam quotannis vndique apportatur. Omni etiam pecudum genere abundat, præterquam Asinis, Mulis, Camelis & Elephantis: Mollossi nullibi gentium prestantiores, ferocioresque. Nusquam gentium maior cornicum multitudo, genus auium ibi maleficum: non enim modo maturas fruges deuorat, sed cum nascuntur, rostro semen euellit, sic vt agricolis necesse sit, per id tempus pueros locare per arua arcubus instructos (quando voce humana non deterrentur) qui eas abigant. Magna etiam miluiorum qui pullis insidiantur copia. Romani Britannię potiori parti quingentos penè annos imperarunt, à C. Cæsare scilicet ad tempora vsque Theodosij iunioris: cuius ætate Romanorum legiones & præsidia ad Galliam defendendam accersita, Britanniam insulam reliquerunt; quo factum est, vt Picti Scotique partem Australem inuaserint; quorum impetum quum diutius sustinere Britanni non possent, vocarunt è Germania Saxones, viros bello adsuetos, quorum opera initio aduersus Scotos & Pictos vsi sunt. Postea verò Saxones siue cœli illecebris capti, siue Pictorum amicitia & familiaritate ducti, siue perfidia propria impulsi fœdus aduersus Britannos cum Pictis iniuerunt, domitisque & profligatis hospitibus, ipsi illorum loca inuasere. Vnde & pars illa Britanniæ Anglia, vt supra vidimus, dicta est. Continet Anglia vrbes plurimas, inter quas maxime excellunt, *Londinum*, *Eboracum*, *Cantuaria*, *Brittolia*, *Glocestria siue Glouernia*, *Salopia*, *Vigornia*, *Bathonia*, *Cantabrigia*, *Oxonia*, *Nordvicus*, *Zandvicus* cum multis alijs quas in descriptionibus particularibus delineabimus. Flumina illustriora *Tamesis*, *Humbrus*, *Trenta*, *Ousa*, & *Sabrina*, de quibus suis locis. Oceanus autem qui Insulam alluit, omnis generis piscium copia redundat; inter quos lucius est, quem *Pike* vernacula lingua appellant, qui apud illos magno in precio habetur; eóque eum interdum ex palustri aqua in viuaria transferunt; vbi nidore illo opido purgatus, anguillis minutisque pisciculis pastus mirandum in modum pinguescit. Hic (quod mirari quis debeat) in piscariò foro viuus cum vendi debeat, si opus sit, ei cultro venter aperitur, vt illud pingue quod habet ostendatur: at si minùs vendatur eo tamen vulnere affectus haud moritur, quippe plaga filo insuitur, ac statim post in viuario tincarum glutinoso contactu sanatur. Sed Ostrea nec alibi delicatiora, nec plura. Portus verò Angliæ præcipui sunt hi: *Dauernus*, vulgo *Doure*, qui est Comitatus Cantij extremus, ac colle munitur, arcemque habet tutissimam, omni armorum genere optimé instructā: *Mountsbay* satis latus in Cornvvallia, vbi tutissima est nauium statio. Item *Volemouth* siue *Falemouth*, *Torbay*, *Southamtonensis* & alij. Angliæ *Rex* supremā potestatē & merum Imperiū habet, nec in Imperij clientela est, nec inuestiturā ab alio quouis accipit, nec præter Deum, superiorē agnoscit. Ei? subditi vel sunt laici vel Ecclesiastici: Itē sunt vel nobiles vel plebei. Nobiles sūt vel maiores: vt Duces Marchiones, Comites & Barones,

Regio.
Nomen, a quibus inditum.
Situs.
Cæli temperies.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperiū Maiorum.
Vrbiū nomina.
Flumina.
Mare.
Portus.
Ratio gubernādi.

ANGLIA
regnum
Milaria Anglicae partes
SCOTIAE PARS
HIBER
NIAE
PARS
MARE HI
BER
NICUM.
MARE VERGIVIVM
OCEA NVS
GERMANICVS
Belgij
pars
GALLIAE
CONTINA
OCEANVS BRITANNICVS
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio

qui vel hæreditario iure his titulis gaudent, vel ijsdem virtutis ergô à Rege exornantur. Ducis autem nomen soli Regis filio natu maximo hoc tempore conuenit: quamuis olim plures hoc titulo insigniti fuerint. Nobiles minores sunt Equites aurati, Armigeri, & qui vulgo Generosi & *Gentlemen* dicuntur: Generosi, vel promiscuè nobiles sunt, qui natalibus clari, aut quos virtus aut fortuna è fæce hominum extulit. *Ciues sive Burgesses* qui in sua quilibet vrbe publicis funguntur muneribus & in Parlamentarijs Angliæ Comitijs locum habent: *Ingenui* siue *Yeomen* sunt, quos Legales homines lex vocat, & ex agris, quos optimo iure tenent, quadraginta ad minimum solidos quotannis colligunt: *Opifices* autem sunt qui mercede operam locant. Diuiditur autem tota Anglia in Comitatus, XXXIX. Comitatus verò in Centurias (quæ in nonnullis regni partibus *Wapentaches* à tractu armorum nominantur) & hæ in decurias diuiduntur. In his Comitatibus, diffcilioribus temporibus, *Præfectus Regius*, quem *Lieutenant* vocant, ne quid detrimenti Respublica capiat, constituitur. Singulis verò annis nobilis aliquis ex incolis præficitur, quem *Vicecomitem* quasi vicarium Comitis & Anglicè *Shiriffe* id est Comitatus præpositum vocant; qui etiam Comitatus vel Prouinciæ Quæstor rectè dici potest. Eius enim est publicas pecunias prouinciæ suæ conquirere, mulctas irrogatas vel pignoribus ablatis, colligere, & erario inferre. Iudicibus præsto adesse, & eorum mandata exequi: duodecim viros cogere, qui in causis de facto cognoscunt, & ad iudices referunt, (Iudices enim apud Anglos iuris solum & non facti sunt iudices) condemnatos ad suplicium ducere & in minoribus litibus cognoscere. In maioribus autem ius dicunt Iustitiarij, quos *Itinerantes & Iustitiarios ad Assisas* vocant, qui quotannis hos Comitatus bis obeunt, vt de causis cognoscant, & de incarceratis sententiam ferant. Henricus secundus hos itinerantes instituit vel potius restituit, hi iurant se cuilibet ius sutm conseruaturos illæsum. Quod ad Ecclesiasticam iurisdictionem attinet, duas nunc habet Anglia prouincias. Archiepiscopos item duos: Cantuariensem totius Angliæ Primatem & Eboracensem. Qui bus subsunt XXV. Episcopi: Cantuariensi XXII. Eboracensi tres reliqui. Angliæ tribunalia siue iuris fora, quas etiam curias dicimus, in triplici sunt differentia. Alia enim sunt Ecclesiastica, alia temporalia, & vnum mixtum, quod Parlamentum vocant, & ex tribus Angliæ ordinibus constat & totius Angliæ corpus repræsentat. Hoc à principe pro arbitrio indicitur summamque & sanctam authoritatem habet in legibus ferendis, cõfirmandis, antiquandis, interpretandis, & in omnibus quæ ad Reipublicæ salutem spectant. Fora temporalia sunt duplicia, iuris scilicet aut æqui. Iuris sunt, *Bancus Regius*, *Curia cameræ stellatæ*, *Bancus communis*, *Scaccarium*, *Curia Wardorum & Liberationum*, *Admiralij*, *Assisæ*, alia quę obscura sunt, omittimus. *Bancus regius* ita dictus quod Rex ipse in eo præsidere soleat, Coronæ placita tractat. *Camera stellata*, siue potius Curia consilij regij in qua tractantur criminalia, periuria, imposturæ, dolus malus, &c. *Bancus communis*, quia communia placita inter subditos ex iure Anglico, quod commune vocant, in hoc disceptantur, nomen habet. *Scaccarium* à tabula quadrangula ad quam assidebant nomen traxit, in eo omnes causæ audiuntur quæ ad Fiscum pertinent. *Curia Wardorum*, à pupillis quorum causas tractat nomen habet. Nam cum aliquis moritur, qui possessiones à Rege tenet, tam hæredes quam eorum patrimonium redditusque in Regis potestate & tutela sunt, donec alterum & vicesimum ætatis annum compleuerint. *Admiralij Curia* res maritimas tractat. *Assisæ*, quas dicimus, in quolibet Comitatu bis anno habentur, in quibus duo Assisarum Iustitiarij ad hoc deputati cum Eirenarchis, siue pacis Iustitiarijs comitati & de ciuilibus, & criminalibus cognoscunt. Loca autem & tempora in vnoquoque Comitatu edicto publico quindecim ante Assisas diebus denuntiantur. Fora æquitatis sunt *Cancellaria*, *Curia Requestarum*, Concilia in Limitibus VValliæ ex parte Boreali. *Cancellaria à Cancellario*, qui ibi præsidet nomen traxit. In hac ex æquo & bono iudicatur, & summum ius quod summa crux videri solet, temperatur. *Requestarum Curia* pauperum & regiorum famulorum caussas audit.

Leges & institutæ.

Ecclesiastica fora præcipua sunt, *Synodus*, quæ *Conuocatio Cleri* dicitur, semperque simul cum Parlamento habetur: & *Synodi Prouinciales* in vtraque prouincia. Post hæc Archiepiscopi cantuariensis curiæ numerantur, videlicet *curia de arcubus* à loco sic dicta, cui Iudex præest *Decanus de arcubus* appellatus qui ad omnium in cantuariensi prouincia appellationes rescribit. *Curia Audientiæ*, quæ omnes Prouincialium querelas, causas & appellationes recipit. *Curia prærogatiuæ*, in qua commissarius de hereditatibus ab intestato, seu testamento delatis, ius dicit. *Curia Facultatum*, in qua prefectus constituitur, qui desideria cognoscit eorum, qui Ecclesiastici iuris quandoque rigidi atque stricti relaxationem petunt, & Registrarius, qui concessas dispensationes in scripta refert. *Curia peculiarium*, ad quasdam parochias ab Episcopali iurisdictione in nonnullis Diœcesibus separatas & Archiepiscopo Cantuariensi peculiares spectat. *Academiæ* in hoc regno duæ sunt nobiles *Cantabrigiensis* & *Oxoniensis*, quibus additur tertia *Londinensis*. Ingenia producit Anglia non infelicia neque sterilia, virosque doctos & omnium facultatum & scientiarum peritissimos plurimos habet, atque olim habuit. Gens procera statura, venusta & candida facie est, cęsijs vt plurimum oculis, & vt sono linguæ Italis persimiles, ita corporũ habitu ac moribus ab illis penè nihil discrepant. Bello sunt intrepidi, optimi sagittarij, in pugna moræ impatientissimi; itaque prælia ipsorum impetu potius quam consilio & ratione valent. Sed & nauigatione pollent. Victus maxima ex parte in carne consistit. Cereuisiam ex hordeo conficiunt, potum sapidum, gratum, iucundum. Hic in exteras etiam regiones asportatur. Vestimento non multum absimili Gallico vtuntur. Feminæ niueo candore insignique forma, quam longè decentissimo vestitu honestant. Atque hæc quidem de Anglia in genere dicta sufficient: reliqua in particularibus deinceps tabulis exponemus.

Scholæ.

Mores.

Victus.

Vestitus.

ANGLIAE
II. TABVLA.

Quæ continet
Northumbriam, Cumberlandiam Comitatus, & Dunelmensem Episcopatum.

GENERATIM quæ dicenda habuimus de Anglia absoluimus: postulat Methodus, vt speciatim & per partes eam percurramus. Britanniæ ab se debellatæ citeriorem partem in prouinciam redactam, Romani varie diuiserunt, vt supra diximus. Saxones verò pro Pentarchia Romanorum fecerunt Heptarchiam, in ea su[illegible] *Cium*, *Sussexia*, *Aea-stanglia*, *Westsexia*, *Northumbria*, *Eastsexia*, & *Mercia*. Hodie [illegible] mitatus (quos vel *Conuentus* vel *Pagos* propriè & Latinè voces) Angli peculiari vocab[illegible] *Shyres* appellant, distribuitur. Ac primum anno à Christo nato 1016 Ethelredo regnante tantum XXXII. numerabantur: deinde sub Guilielmo primo XXXVI. Postea tres in numerum additæ XXXIX Comitatuum numerum compleuerunt, qui hodie in Anglia obtinet. Quibus accedunt XIII. plures in VVallia, quorum sex fuerunt tempore Edvvardi Primi, reliquos Parlamentaria authoritate constituit Henricus Octauus. Hosce autē Comitatus seu Partes Angliæ cum nonnullis Insulis Mercator noster 6 tabulis luculenter expressas exhibet. Harum omnium tabularum, quo ordine ab authore nostro proponuntur, delineationem, quam poterim' fidelissimè proponemus. Offert se primo loco *Northumbria*, vulgò *Northumberlant*, Trianguli sed non à qui- *Northumbria.*
lateri figura quodammodo inclusa iacens. Meridionale eius latus *Derwentus* in Tinam influens, & ipse Tina *Situs.*
claudit, quà Dunelmenses spectat. Orientale latus mari Germanico pulsatur. Occidentale verò quod ab Oceasu brumali in Ortum æstiuum, primum concatenatis montibus, inde *Tweda* flu. protrahitur, Scotiæ obvertitur, regionumque limes est. Terra ipsa magna ex parte aspera est, ac cultu dura. Ad mare & *Tinam* adhibita *Soli qualitas.*
mediocri cultura satis est colono grata, alibi verò multò ingratior, & quasi horridior. Plurimisque in locis lapides illi *Lithanthraces*, quos *Sea-coales* Angli vocant, magna copia effodiuntur. Hæc autem prouincia ab *Imperiū Maiorum.*
Osca Hengisti fratre, & filio eius Iebusa in Saxonum potestatem redacta, primum suos duces clientelari iure Cantij regibus obstrictos habuit. Inde cum regnum Berniciorum constitutum esset, quod à *Tess* ad Scoticum fretum pertigit, pars eius optima fuit, paruitque Nordanhumbrorum regibus, qui cum suam periodum confecissent, quicquid vltra Tuedam erat, in Scoticum nomen cessit; hunc autem agrum Egbertus Orientalium Saxonum rex suo imperio per deditionem adiecit. Alfredus posteà Danis permisit, quos Athelstanus pauculos post annos exturbauit, Eilricum tamen Danum populus posteà in regem extulit, quem Faldredus rex statim expulit: Deinceps verò regium nomen in hac prouincia desijt, Comitesque qui præfuerunt dicti sunt. Incolæ bellicosissimi sunt & velites optimi. Cumque omnino Marti se quasi consecrârint, non est in- *Minorum virt.*
ter eos quispiam melioris notæ, qui suam turriculam, aut munimentum non habeat, & quamplurimos olim Baronum titulo honorarunt Reges etsi tenuioris fortunæ, vt militarem virtutem vel honore inter eos conseruarent. Est in Northumbria vrbs *Newcastle*, portu nobilis, quem Tina efficit sua profunditate naues val- *Vrbes.*
de magnas admittens, & ita defendens, vt nec tempestatibus facilè iactari, nec vadis afflictari possint. Quodnam olim fuerit in comperto non est. Cum Normannicum imperium inciperet, à Monachis *Monkecester* vocabatur, statimque à Nouo castro, quod Robertus Gulielmi Normanni filius extruxit, hoc nouum nomen *Newcastle* induit, magnaq; paulatim incrementa cum maritimis Germanis contrahendo, & fossiles carbones quibus regio abundat, in alias Angliæ partes subuehendo cepit. Est & vltimum Angliæ, & munitissimum totius Britanniæ oppidum *Berwick*. Quod nomen à Berengario Duce, quem somniârunt deducunt aliqui. Lelandus ab *Aber*, quod ostium Britannis sonat, vt *Aberwic* vicum ad ostium significaret. Vndecumque verò nomen habet, situ longius in mare porrigitur, ita vt mari & *Tueda* ferè circumualletur; & alia. Suntque hic multi vici, arces & castella plurima quæ breuitatis causa omittimus. Fluuij hic sunt *Tina Australis* & *Borealis* (qui sic dictus quod in arctum coeuntibus ripis constringitur, hoc enim *Tin* Britannica lingua significare affirmant nonnulli). *Australis* ex Cumbria æditus, propè *Alstenmore* vbi antiqua est fodina æraria; cum aliquandiu se in Septentriones prouoluerit, in Ortum conuersus, rectà cum muro Pictico procurrit. *Tina borealis* è limitaneis montibus, sociatus *Redo* fluuio infesto qui ad *Redsquier* præruptum montem effusus, *Rhedesdale*, 1. *vallem Redi*, laudatissimorum velitum altricem rigat. Infra *Collerford*, vterque Tina confluit, qui iam auctus, subindeque auctior, vno alueo urget ad Oceanum iter. *Tueda* Angliam à Scotia longo spatio discludit, limesque orientalis dicitur. Hic fluuius copiosa scaturigine è Scotiæ montibus erumpens inter limitaneos equites, diu tortuosus errat. Vbi verò proximè *Carram* vicum accesserit, multis aquis conualescens regnorum collimitia discriminare incipit, ac tandem *Tillo* recepto in mare Germanicum sese exonerat. Sunt & alij vt *Coqueda*, *Alaunus*, *Blithus*, & *Wansbeth*, quos omitto, ad secundam partem transitum faciens. Ea est *Cumbria* vulgò *Cumbria.*
Cumberland, Hæc VVestmorlandiæ ad Oceasum præiacet, vltima in hac parte Angliæ prouincia, vtpote quæ *Situs.*
ipsam Scotiā ab Arcto attingit, ab Austro & Occidente Hibernico Oceano pulsata, ab Ortu verò super VVestmorlandiam Northumbriæ contigua. Nomen ab incolis traxit, qui veri & germani Britanni fuerunt, & se sua lingua *Kumbri*, & *Kambri* indigitârunt. Terra autem quamuis ob septentrionalem situm frigidior, & ob *Soli qualitas.*
montes asperior videatur, sua tamen varietate perlustrantibus arridet. Post vetrucosas enim rupes, & confertos montes, quibus lacus interiacent, succedunt pabulosi colles gregibus referti, quibus rursus substernuntur porrectæ planities frugibus satis fecundę. Labente Romanorum in Britannia imperio, quamuis hæc regio à *Imperium Maiorum.*
Scotis, & Pictis grauissimè dilacerata fuerit, Britannos tamen primęuos incolas diutissimè seruauit, & serò in Saxonum potestatem deuenit. Cum autem Saxonum res Danicis bellis accisa præceps iret, suos Regulos qui Cumbrorum reges dicebantur, ad annum Domini 946. habuit, quo tempore Rex Edmundus Cumbri[illegible]m totam cunctis opibus spoliauit, ac duobus filijs *Dummaili* eiusdem prouinciæ regis oculorum luce priuatis regnū illud Malcolmo Scotorum Regi, de se tenendum concessit, vt Aquilonares Angliæ Partes terra marique ab hostium aduentantium incursione tueretur. Ex quo tempore filij Regum Scotiæ natu maximi Cumbriæ


NORTHVMBRIA, CVMBERLANDIA, ET DVNELMENSIS Episcopatus.
Milliaria mediocria Angliæ
SCOTIA
PARS
MARE
GERMA
NORTHVMBRIA
DVNELMENSIS
EPISCOPATVS
LANCASTRIA
EBORACENSIS PATVS PARS
COMB

præfecti aliquandiu dicti fuere. Normannis autem Anglia dedita, hæc etiam pars in illorum manus concessit, *Ranulphoque de Meschines* obtigit. Sed Stephanus Rex, vt Scotorum gratiam iniret, illis denuò reddidit, vt clientelari iure à se & regibus Angliæ tenerent. Henricus autem secundus qui successit cum hanc profusam Stephani liberalitatem sibi, & suo regno fraudi fuisse sensisset, Northumbriam, Cumbriam, & Westmorlandiam à Scoto repetijt. Qui prudenter considerans Regem Angliæ in hac parte cùm potentia virium, tùm merito causæ prestare, ei prænominatos fines repetenti cum integritate restituit, & ab eo vicissim Comitatum Huntedunensem prisco sibi iure competentem recepit. Est in hac Prouincia optima & opportuna positione vrbs vetustissima *Carlile*, à Septentrione profundo Itunæ alueo, ab Ortu *Peterillo*, ab Occasu *Cauda* munita, & præter hæc naturæ defendentis munimenta, firmis mœnibus è saxo quadrato, castello & *Citadella* quam vocant, armata. Romani, & Britanni hanc *Lugu-Vallum*, & *Luguballium*, siue *Luguballiam*, Saxones teste Beda *Euell*. Ptolemæus (vt nonnullis placet) *Leucopibiam*, Angli *Carlile*, & Latini *Carleolum* recentiori vocabulo dixerunt. Romanis temporibus hanc floruisse varia antiquitatis indicia subinde eruta, & celebris eius tunc temporis memoria satis affirmatè loquuntur. Sunt & alia oppida *Keswike*, *Wirkinton*, *Bulnesse*, *Perith*, vt vicos & arces silentio præteream. Atque hic ager 58 Parochiales Ecclesias numerat. Habet præterea lacus omni volatilium genere abundantes. Fluuios item inter quos *Irton* amniculus in quo conchæ cum rorem, quem veluti maritum appetunt, oscitatione quadam hauserint, fiunt grauidæ, margaritasque pariunt, quas accolæ cum resederit aqua venantur. Est & *Deruentio*, *Cokarus*, *Olenus* siue *Elenus*, *Eiden* atque alij, piscibus abundantes. Ad hæc Oceanus, qui ad littus alliditur, piscium optimorum examina alit, & negligentiam accolis quasi exprobat, quod minùs gnauiter piscaturam exerceant. Montes hic conferti metallis grauidi, inter quos montes *Dertwentfels* vocati, in quibus ad *Newlands* etis venæ opulentæ non sine auro & argento nostro tempore sunt repertæ. Cæsar si has fodinas nosset, Britannos importato ære vti, non scripsisset, cũ hæ & aliæ æratiæ non solũ vniuersæ Angliæ sufficiant, verumetiam magna vis quotannis exportetur. Hic etiam reperitur terra illa metallica, siue saxum induratum & micans, Anglis *Blacke leade* dictum, quo ad ducendas lineas, & monochromata pictores vtuntur. Superiorem huius regionis partem intersecat, qui nullo modo tacendus est, Murus ille celeberrimus, Romanæ prouinciæ limes siue Clusura, Cxxii. millium passuum longitudine, Seueri opus; qui vt ait Orosius, *partem insulæ à cæteris indomitis gentibus vallo distinguendam curauit*. Eum Beda 8 pedes latum, & duodecim altum fuisse scribit, recta ab Ortu in Occasum linea: cuius non solum vestigia sed etiam fragmenta in longa spatia porrecta & tantum pinnis nudata extant, hodieque conspiciuntur, vt testatur Camdenus. Superest in hac Tabula Episcopatus Dunelmensis, vulgò *the Bishoprick of Durham*, siue *Duresme*, qui Eboracensibus ad Septentrionem confinis in trianguli speciem efformatur, cuius apex ad Occasum coëuntibus ibi Septentrionali limite & *Tesis* fontibus figuratur. Latus quod Meridiem spectat, continuo *Tesis* decursu terminatur; alterum, quod Boream, primum breui ab apice linea ad *Derwentum* flumen, inde *Derwento* ipso, & *Tina* flu. cum *Derwentum* admiserit, describitur. Basim verò trianguli, quę Ortum respicit, ora maritima affingit, quam magno fremitu Oceanus Germanicus grauissimè pulsat. Quà in apicem coarctatur, campi sunt nudi, syluæ raræ, colles glabri, sed non sine ferri venis, conualles autem satis graminosę; Angliæ enim Apenninus, hunc angulum intersecat. Ad Orientalem autem partem, siue trianguli basim, vti etiam ad latera, culturę terra est perquam grata, redditusq; cum agricolarum labore contendunt, pratis, pascuis, aruis distincta, & carbone fossili quo pro ignis alimento passim in Anglia vtuntur, copiosa. Totam hanc regionem cum alijs etiam vicinis *S. cuthberti terrã*, siue *patrimonium* vocant in suis scriptis Monachi. Sic enim vocarunt illi, quicquid ad Dunelmensem spectauit Ecclesiam, cuius Cuthbertus quasi patronus habetur, qui in prima Saxonicæ Ecclesiæ infantia, vitam tam sanctè, & integrè peregit, vt inter Diuos relatus fuerit. Regesque Angliæ, & proceres, tutelarem illum fuisse Diuum contra Scotos arbitrati, non solum corpus eius sœpenumerò inuiserunt; sed etiam amplissima latifundia donarunt, Plurimasque immunitates irrogarunt. Egfridus Rex magnos reditus in ipsa vrbe Eboraco, *crecam* & *Luguballiam* ciuitatem ipsi Cutherto viuo dedit. Alfredus Rex, & Gutrunus Danus, quem ille Nordanhumbris prefecit, *postea totam inter* VVere *flu.* & Tinam (libri antiqui verbis vtor) *cuthberto, & in eius ecclesia ministrantibus perpetuo possessionis iure largiti sunt, ex qua illis ne inopia laborarent, vitæ subsidia procurentur* &c. Edvvardus, Athelstanus Reges, & Cnuto, siue Canutus Danus, hæc non modo confirmârunt, sed etiam auxerunt: nec minus Guilielmus Normannus, à cuius statim tempore Comitatus Palatinus iudicatus est. Et Episcopi tanquam Comites palatini sigillo insculpserunt militem cataphractarium phalerato equo insidentem altera manu gladium vibrantem, altera insignia Episcopatus prætendentem cum Inscriptione *crux veritati comes*, Iuráque sua regalia habuerunt Episcopi, adeò vt proscriptorum bona illis non Regi cederent, & ipsa plebs immunitatibus elata merere in Scotia sub rege recusarit. Verum Edvvardus primus has libertates primus precidit. Iura tamen sua posteà recuperauit Ecclesia, illæsáque tenuit vsque ad Edvvardum vi. cui dissoluto Episcopatu, omnes eius reditus, & libertates, ordines in Parlamento concesserunt. Sed statim Maria Regina eadem authoritate hanc constitutionem refixit, & omnia sarta tecta ecclesiæ restituit, quibus hodie gaudet. Sed his omissis ad reliqua stylum conuerto. Primaria huius regionis vrbs Saxonibus *Dunholm*, latinis *Dunelmum* dicta, vulgus *Durham* corruptissimè vocat. Situ quidem æditiori & sanè munitissimo, spatio tamen non magno, ouali quodammodò forma flumine ab omni parte nisi à Septentrione circumfunditur & mœnibus armatur. Ad Australem partem ferè quà flumen se reducit, cathedralis ecclesia surgit pyramidibus & sacra turre conspicua, in medio eminẽti tumulo imponitur castrum quodammodo intermedium inter duos pontes è saxo, quibus *Vedra* flu. hinc ad Ortum, illinc ad occasum coniungitur; à castro ad Septentriones patet forum & S. Nicolai cernitur templum. Sunt hic præterea oppida, *Standrope*, *Derlington*, *Hartlepole*, *Bincheſter*, & *Chester vpon the street*, cum multis vicis atque arcibus. Numeranturque in hoc agro & Northumbria Ecclesiæ Parochiales 118 præter sacella plurima. Flumina hic sunt primum *Tees* Latinis *Teisis* & *Teisa*, Polydoro *Athesis* Ptolemæo *Tuesis* appellari videtur Camdeno, apud quem librariorum ineuria exulare existimat. Hic fluuius è saxeto illo *Stanemore* erumpens, raptisque secum multis vndiq; torrentibus, per rupes fluens è quibus ad Eglestõ marmora cæduntur, ac deinde multa loca alluens, tandem amplo ostio in Oceanum se eijcit, vnde Trianguli basis ad oram maritimam inchoatur. Item *Vedra*, *Gaunlesse*, *Terwentum* Atque hęc de hisce tribus Partibus dicta sufficient, ad reliquas pergimus.

Vrbes.

Lacus.

Flumina.

Mare.

Montes.

Mur' Pictorum.

Episcopatus Dunelmensis.

Situs.

Soli qualitas.

Vrbes siue Oppida.

Flumina.

Sequentes continens Comitatus, VVestmorlandiam, Lancastriam, Cestriam, Caernaruan, Denbigh, Flint, Merionidh, Montgomery & Salopiam, cum Insulis Mannia, & Anglesey.

AD tertiam Tabulam venio in qua primum sese offert *VVestmorlandia* ab occasu & arcto Cumberlandia, ab ortu Eboracensi & Dunelmensi agro terminata: sic dicta quod magna ex parte inculta sit. Loca enim inculta, *Mores* Anglis Septentrionalibus, & *VVestmorland* nihil aliud est Anglis, quam inculta ad occasum regio. Pars Australior, angustiori spatio inter *Lonum* fl. & *VVinandermere* conclusa satis ferax in vallibus, licet suas asperas glabrasque cautes ostendat, & *Baronia de Kendal* dicitur. Deinceps supra *Loni* fontes latius se explicat regio, multisque gyris, & flexibus montes excurrunt, quibus interiacent alicubi conualles prærupta altitudine, crebris locis speluncarum in modum subruptis. VVestmorlandiæ Dominus primus quod sciam (inquit Camdenus) fuit Robertus de *Veteri Ponte*. Huic successit filius Ioannes, atque illi itidem filius Robert⁹ qui duas solummodo filias suscepit. Longo post tempore Richardus II. Radulphum de *Neuill*, Dominum de *Raby* virum summæ & vetustissimæ nobilitatis Anglicæ ab Vcthredo Northumbriæ Comite oriundum primũ VVestmorlandiæ Comitem creauit, cuius posteri eo honore floruerunt ad quintum vsque Comitem Carolũ. Oppidum hic primarium *Aballaba* nunc *Apelby*. Sola huius vetustas & positio est suspicienda. Nam ita infrequens est, & ineleganti structura, vt nisi vetustate meruisset primarium regionis censeri oppidum, & iuridicos conuentus in suo castro habere, parum admodum à vico abesset. Est etiam frequentissimum oppidum *Kandale*, Lanificij gloria & industria celeberrimum. Atque in hoc Comitatu 26. parœcię numerosæ habentur. Fluuij sunt *Lonus*, *Ituna & Eimotus*. *Lancastria* vulgò *Lankashire* & *The County Palatine of Lancaster*, quod sit Comitat⁹ Palatini titulo insignis. Sub montibus, qui per Angliam mediam procurrunt, iacet ad Occasum. Inter Eboracenses ab ortu, & Hibernicum Oceanum ab Occasu ita includitur, vt ab Austro quà Cestrenses respicit, (à quibus *Merseio* fl. dirimitur) sit latior, sensimque in Boream procedens, quà *Westmorlandiæ* confinis, coarctetur. Ibique maris sinu abrumpitur, suique partem non exiguam vltra sinum habet, quæ Cumberlandiæ adiacet. Vbi in campos æquatur, hordei & tritici satis est fertilis, ad montium radices auenæ fertilior, vbique solo tolerabili, nisi vliginosis quibusdam, & minus salubribus locis, qui tamen hæc sua incommoda commodis resarciunt vberiorib⁹. Abrasa enim superficie cespites ad ignis fomitem, & nonnunquam arbores, quę diu defossæ iacuerunt, præbent. Inferius verò margam ad stercorandos agros affatim alicubi suppeditant. Boues proceris cornib⁹ & composito corpore excellunt, nihilque quod Mago Carthaginensis apud Columellam requirit in ijs desideres. Prouincia hæc primum *Dominos*, qui *Domini de honore Lancastriæ* dicebantur, habuit: deinde Comites, tertio Duces. De quibus consule Camdenum. Ad vrbes transeo, inter quas primo loco occurrit pervetus illud oppidum *Manchester*, *Mancunium* & *Manucium* variante lectione Antonino. Hoc circumuicinis oppidis præcellit suo ornatu, frequentia, lanificio, foro, templo & Collegio. Est & *Ormeskirke* mercatorium oppidum, sepultura Stanleiorum Derbiensium Comitum insigne. Et *Lancaster* præcipuum regionis oppidũ, quod incolæ verius *Loncaster* vocant: à *Lono* enim fluuio nomen assumpsit: vt alia taceam. Atque hic parœciæ 36. sed valdè populosæ recensentur. Plurimi sunt lacus & paludes inter quas *Merton* palus, & Lacus totius Angliæ maximus, nunc *Winander mere* pisce sibi peculiari accolis *chare* dicto, fœcundus. Fluuij *Merseius*, *Irwellus*, *Douglesse*, *Ribellus*, *VVyre*, *Laccus*, & *Lonus* qui ex VVestmorlandiæ montibus scatens, in Austrum ripis impeditioribus, & inæquali alueo delapsus accolas æstiuis mensibus opima Salmonum piscatione ditat. Montes hic plurimi, ijque æditissimi, inter quos ille qui *Ingleborrow hill*, quem vasto dorso in occidentem solem gradatim quasi ascendentem, & in sui extremo alio quasi imposito colle euectum demirati sumus, inquit Camdenus. *Penigent* fortasse ab albicante, & niuoso capite, qui vasta mole, sed non perinde excelsa attollitur. Denique *Pendle hill* sublimi admodum fastigio in metæ modum erigitur, damno quod subiecto agro iampridem intulit maximam aquarum vim eructans, & certissimo pluuiæ indicio, quoties eius vertex nebula vestitur, insignis. *Cestria* sequitur vulgò *chesshire*, & *The countie Palatine* of *chester*, quod eius comites iura Palatina habuerint. Ab Austro agro Salopiensi, ab ortu Staffordiensi & Derbiensi, à Septentrione Lancastrensi, ab occasu Denbingensi & Flintensi circumscribitur, ad circium verò chersoneso longius in altum abit, quæ inter duos sinus cõclusa vtrinque insinuantem Oceanum admitit, in quos etiam sinus omnia huius agri flumina cõueniunt. Regio farris & maximè tritici ieiuna, & inops, pecoris & piscium ferax. Vrbs hic clara quam Ptolemæus *Deuanam*, Antoninus *Deuam* à flumine, Angli *chester* & *Westchester* vocant. Vrbs hæc quadrata forma, mœnibus quæ duo plus mill. pass. ambitu colligunt, includitur; ad Lybonotum, castrum eminet propè flumen à comitibus constructum, vbi fora Palatinatus bis quotannis habentur. Aedificia sunt nitida, & proiectis Mænianis porticus vtrinque per primarias plateas ducunt. Sunt præterea oppida, *Finborrow* & *condate* nunc *Congletõ*. Habetque parœcias plus minus 68. hic comitatus. Fluuij hanc regionem interluunt, *Deua* Anglicè *Dée*, salmonibus admodum ferax è duobus in VVallia fontibus enascitur, vnde denominatum credunt. Præterea *VVeuer*, *Mersey* & *Danus*. *Caernarvonshire*, Historicis Latinis *Snaudonia*, & *Aruonia*. Latus Septemtrionale & Occiduum mari obiacet, Australe claudit Merionithia, & Orientale Denbighiensis ager conouio flu. interlabente. Quà mare prospicit gleba est satis fertili, & oppidulis redimita. In hac præter alia oppida est *Bangor* sedes Episcopalis quæ 96. parochijs præsidet ad Menai freti fauces sita. Est etiam fluuius *conouius* vulgò *conwey*, qui ab Ortu huc agrum disterminat, atque conchas alit, quæ cœlesti rore grauidæ margaritas parturiunt. Interiora huius Comitatus montosa, aspera, cluiosa. Alpes Britannicas montes hosce merito appelles, inquit Camdenus. *Denbighensis ager*, Anglis *Denbighshire* interius a mari recedit, & in Ortum vsque ad Deuam flumen procurrit. A Borea aliquandiu mare, inde Flintensis regiuncula, ab Occasu Merionithia & Montgomeria, ab Ortu Cestria & Salopia circumcingunt. Pars occidua sterilis, media qua in vallem succumbit fœcundissima, Orientalis statim à valle naturam sibi iniquiorem, ad Deuam verò multò æquiorem sentit. In hoc autem agro est vallis *Cluidæ*, amœnitate, fertilitate, & salubritate verè fœlix, in qua *Ruthun* maximum est vallis emporium. Deinde territorium, Britannicè *Mailor Gimraig*, Anglis *Bromfield* lætum admodum & plumbi ferax. Primarium huius tractus oppidum *Denbigia*, vulgò *Denbigh*, & *Cluida* fluuius. *Flintensis* prouinciola Anglis *Flintshire*, Denbighensi agro ad Septemtrionem longior quam latior præiacet, Hibernico mari, seu potiùs Deua æstuario ab Arcto pulsa, ab ortu Cestriensi Comitatu, ab alijs plagis Denbighiensi finita. Hæc non quidem montana, sed

Westmorlandia. *Situs.* *Soli qualitas.* *Imperium maiorum.* *Oppida.* *Flumina.* *Lancastria.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Imperium maiorum.* *Oppida.* *Lacus.* *Flumina.* *Montes.* *Soli qualitas.* *Vrbes.* *Cestria.* *Situs.* *Carnaruonshire* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Oppida.* *Montes.* *Denbighia.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Oppida.* *Flumina.* *Situs.* *Soli qualitas.*

WYT:
MORLANDIALIS,
CASTRIA, CEITRIA,
CARNARVIAN, DENBIGH,
FLINT, MERIONION,
MONTGOMERY, SA-
LOPIA.
Cum insulis
MANIA ET AN-
GLESEY
Maiaris & Medoceni
Angliæ
HIBERNICUM
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio
CARDIGAN
RADNOR

ſed collium prominentia aliquantulum ſurgens, quæ leniter in fertiliſſimos agros reſupinatur, qui præſertim quà mare proſpiciunt, primo quoque anno nonnullis in locis hordeum, alijs triticum, in vniuerſum ſecale viceſimo & ſupra fœnore, & poſteà auenam in quatuor aut quinque annos profundunt. Eſt hic oppidum S. *Aſaph* Anglis, vbi Epiſcopalis eſt ſedes, cui paræciæ ſubſunt multæ: & *Ruthlan* caſtello egregio nitens. Hic etiam *Alen* fluuius, prope quem fons eſt qui maris æmulus ſtatis temporibus ſuas & reuomit & reſorbet aquas. *Meri-*

Merionithia. *onethshire*, Latinè *Meruinia* à Montgomerico pago ad ſinum vſque Lunatum & Oceanum pertingit, quo ab

ſitus. Occaſu ita pulſatur, vt nonnullam eius partem abripuiſſe credatur. Ad meridiem Deuo flumine à Ceretica di-

ſoli qualitas. timitur, ad Septemtriones Caernaruoniam, & Denbighiam attingit. Ipſa verò inter montium conglomera-

Oppida. tiones omnium totius VVallia terrarum hiſpida magis & horribilis. oppida hic rara, Harlech autem caſtrum eſt

Montes. munitiſſimum, atque huius regionis primarium: ſuntque æſtuaria duo celeberrima *Traith maur*, & *Traith Bo-*

Animalium *cham*, id eſt æſtuarium maius, & minus. Montes habet altiſſimos, arctos tamen & in modum arcis acutiſſimos,

varietas. nec raros quidem, ſed creberrimos, & tanta æqualitate conſertos, vt in ſummis eorum verticibus paſtores cō-

Montgomeria. fabulantes, vel conuitiantes, ſi concurrere fortè ſtatuerint à mane ad veſperam vix conuenirent. Numeroſi

ſitus. ouium greges in his montibus errant, nec eſt vllum à lupis periculum. *Montgomeryshire* ad meridiem Ceretica

ſoli fertilitas. & Radnoria, ad Ortum Salopia, ad Boream Denbighia, & ad occaſum Merionithia circumſcripta, licet mon-

Oppida. tibus plurimum emineat, conuallibus tamen grata fœcunditate, cùm aruis, tùm paſcuis vtique fœlix eſt, lau-

Sabrina. datiſſimorumque equorum fœcunda olim genitrix. Primarium huius regionis oppidum *Montgomery*, ſurgē-

ti ſaxo, cui amœna planicies ſubiacet à Balduino limitis vvallici præfecto cōſtructū. Eſt & Lanuethlin, oppidum mercatorium. Hic eſt *Sabrina* ſecundum à Tameſi Britanniæ flumen, *Seuerne* Angli indigitant. Hic ſadtiſm à fonte ita crebris incuruus flexibus agitur, vt ſæpe reuerti credatur, procurrit tamen, ſeu potius lentus per-

uagatur hunc agrum, Salopienſem, Vigornienſem, & Gloceſtrenſem, vitalemque humorem glebæ vbique

Plinlimon mōs. ſuppeditans in Sabrinianum fretum ſe tandem placidè exonerat. Hic etiam *Plinlimon* mons in eximiam ex-

salopia. urgens altitudinem, qui *Sabrinam* flumen, de quo modo diximus, effundit. *Salopia* ſiue *Comitatus Salopienſis*, An-

ſitus. glis *Shroppshire*, ad ortum Staffordienſes, ad Occaſum Montgomerienſes, ad Meridiem Vigornienſes, & ad Sep-

ſoli fertilitas. temtrionem Ceſtrenſes attingit. Ampla regio, fertilis & amœna. Oppidis & caſtris vndique ſtipata eſt frequē-

Oppida. tiſſimis, vtpote quæ limitanea fuerit. Inter quæ huius agri vrbs longè clariſſima ex antiqui Vriconij occaſu exorta, quam Angli *Shrewsbury* dicunt, Latini *Salopiam*. Collem occupat ſubrufeſcentem, Sabrinaque duob⁹ pontibus pulcherrimis peruius, ſeſerè in circulum ducens ita incingit, vt Iſthmo perexiguo debeat, quod non ſit inſula. Nec natura ſolum munita, ſed etiam arte, eximia, frequens, mercium copioſa, ciuium diligentia, pannis conficiendis, & VVallorum commercijs opulenta. A VVallis & Anglis incolitur quibus vtraque lingua in vſu. Sunt & *Biſhops caſtle*, *Ludlow*, *Bridgnorth*, aliaque oppida & caſtella ſparſim, nimirum *Newcaſtle*, *Hop-*

toncaſtle, *Skipton*, & ad *Coruum* flu. *Coruesham*, *Brancroſt*, *Holgot*, *Routon* & *Oſweſtre*. Suntque in hac Regione pa-

Plumina. rochiæ plus minus 170. Fluuij *Temdus*, *Colunus* & *Terna*. Reſtant nunc in Tabula noſtra Inſulæ duæ *Mannia* &

Mannia. *Angleſey*. *Mannia*, Cęſari *Mona*, *Monweda* Ptolemæo quaſi *Mon-eitha*, id eſt, *Mona* remotior, ad alterius Mo-

Nomina. næ differentiam, dicitur. *Monabia* Plinio, *Menauia* Oroſio & Bedę, apud quos tamen *Meuania* perperam legi-

ſitus. tur, *Eubonia* Gildæ, *Menaw* Britannis, incolis *Maning*, Anglis *The yle of Man*. Iacet autem medio libramine

ſoli fertilitas. inter Boreales Hiberniæ & Britanniæ partes, à Septemtrione in Meridiem xxx. plùs minus Italica milliaria porrecta, latitudinem verò quà maximè patet vix vltra xv. mill. quà minimè VIII. extendit. Linum & Canna-

Animalium bim abundè profert, paſcua & arua habet ſatis læta, hordei, tritici, ſed præcipuè auenæ ferax eſt, vnde auenaceo

Varietas. pane maximè veſcuntur incolæ; pecorū vbique multitudo, & numeroſi ouiū greges, ſed cùm oues, tùm pecora minora ſunt quam in Anglia. Cùm autem ſiluis ſit indiga, bituminoſo ceſpite ad ignem vtuntur, quem dum

Imperium maiorum. effodiunt, ſæpenumero in ſuffoſſas arbores incidunt. Britannos hanc inſulam vti Britanniam tenuiſſe in confeſſo eſt, ſed cùm a Septemtrione gentes tanquam infuſi nymbi, has auſtrales plagas inundarint, in Scotorū poteſtatem deuenit. Sub Honorio enim & Arcadio Augg. a Scotorum gentibus (vt eſt apud Oroſium) æque ac Hibernia ipſa culta fuit, & *Binle* Scotum quendam hanc tenuiſſe ſcripſit Nennius. Scotos hos Edvvinus Nordamhumbrorum Rex & inſulam (vt & Monam) Anglorum imperio ſubiecit, ſi vtramque Meuaniarum nomine (vt volunt ſcriptores) intelligamus. Verùm cùm ſecundò ſuos fœtus emiſiſſet Aquilo, Normannnos, Danos, & Norvvegos dico: Norvvegi, quorum latrocinijs frequentioribus mare Septemtrionale infeſtiſſimū fuit, in hanc inſulam & Hebridas inuolauerunt, & regulos conſtituerunt. Plura ſi quis requirat Camdenum adeat ex quo hæc pauca depromſi, qui hanc Hiſtoriam ex antiquo manuſcripto libro in ſua Britannia attexit.

Oppida. Inter oppida huius inſulę præcipuum cenſetur *Ruſhin* ad auſtrale latus ſitum, quod à caſtro vbi præſidium habetur, vulgò *Caſtleto⁹wn* appellatur: ſed frequentiſſimum eſt *Duglas*, quod portus ſit optimus, adituſque facilim⁹, ad quem Galli, & alij exteri cum ſale ſuo marino commeant, coria, lanam rudem, & carnem bubulam ſalitā ab inſulanis emercantes. In occiduo autem inſulæ latere ſunt *Bala-Curi* vbi Epiſcopus plerumque agit qui Eboracenſi Archiepiſcopo ſubeſt, & *The Pyle* munimentum exigua in inſula poſitum, vbi etiam non pauci ſunt milites præſidiarij. Ipſi verò auſtrali promontorio modica etiam inſula (*The calf of Man* dicta) prætenditur, marinis auibus quas *Puffins*, & anatibus illis è ligno putrefacto enatis, quas Angli *Bernacles*, Scoti *Clakes*, & *ſolād*

Montes. *Geeſſe* vocant, abundantiſſima. In medio Mannia montibus denſius attollitur, è quibus ęditiſſimus *ſceafell*,

Exio gubernādi. vnde Sudo cælo Scotia, Anglia & Hibernia proſpici poſſit. Controuerſias omnes iudices, quos è ſuis eligunt, & *peemiters* vocant, ſine ſcriptis & impenſis dirimunt. Lapidem enim tollit magiſtratus, ſignatumque querēti tradit, illo aduerſarium & teſtes citat. Si quid ambiguum, & maioris momenti, ad duodecim quos *claues inſulæ* appellant, refertur. Coronatores quos vocant *Annos* qui Vice-comitum officiō funguntur, habet. Ita Iudex eccleſiaſticus citat, definit, infra octo dies parent, aut carceri intruduntur. Iudici & formularijs nunquā

Vulgi mores. hic ne denarius à populo impenditur. Habet etiam ſuum Epiſcopum. Incolæ omnes à furandi & mendicandi oſtiatim conſuetudine ſunt alieniſſimi, mirè religioſi & ad Eccleſiæ Anglicanæ formam ad vnum vſque paratiſſimi accedunt. Gentium vicinarum tam ciuilem quam eccleſiaſticam Ataxiam deteſtantur, & cùm in duas auſtralem & boreale m partes inſula ſit diuiſa, hæc ſermone communi ad Scotos, illa ad Hibernos accedit. Superest *Angleſey* ins. de qua in 7. Angliæ Tabula agemus.

In qua hi sunt Comitatus, Cornubia, Deuonia, Somersetus, Dorcestria, Wiltonia, Glocestria, Monumetha, Glamorgan, Caermarden, Penbrock, Cardigam, Radnor, Brecknoke, Herefordia & VVigornia.

CORnubia quæ & *cornwallia* Britannicè Kernavv, quod in cornu tenuatur, & in altum promontoriolis, quasi cornibus vndiquaq ie excurrit, maximè totius Britanniię in Occasum vergit. A meridie Oceano Britannico, à Septentrione Hibernico, ab Occasu Antiuestęo prō. & Gallico Oceano clauditur; ab ortu Tamara flu. à Deuonia seiungitur. Regio gleba satis fertili, ac metallorū diuite vena abundans. Nec stannum verò hic solum reperitur, sed vna etiam autum & agentum, adamantesq; ab ipsa natura in angulos efformati, & lęuigati. Eringium autem letissimo prouentu per littora passim reperitur. Frugum quoque, licet non sine magno agricolæ labore, ita ferax, vt non solum sibi sufficiat, sed magnam vim frumenti Hispaniæ quotannis suppeditet. Nitet hæc regio & inprimis ora maritima creberrimis oppidis, quæ numerosam classem conficere possint. Ea sunt *Heilston* oppidum signandi stanni priuilegio celebre. *Peryn* celebris mercatus, *Arwenak*, *Truro*, *Grampound*, *Fowey*, *Lestuthiel*, *Lesherd*, *Bodman*, *Saltashe*, *S. Ies*, *S. Colombs*, *Padstow*, *Stow*, *Stratton*, *Tamerton*, *Lanituphadon* & *Saltash*. Suntque in hoc Comitatu parochię 161. Fluuij sunt, *Vale*, *Fawey*, *Loo*, *Liuerus*, *Haile*, *Alan* & *Tamara*. Inter portus huius regionis celeberrimus *Volemouth*, *Cenionus* ostium ptolemęo, æque nobilis, ac ipsum Italiæ Brundusium, nauium capacissimus, & tutissimus. *Deuonia* vulgò *Denshire* sequitur. Termini eius ab Occasu Tamara flu. ab Austro Oceanus, ab Ortu Dorcestria & Somersetum, à Septentrione Sabrinianum fretum. Hæc vt maiori latitudinis incremento vtrinque quam Cornvvallia excurrit, ita vtrinq; portubus accincta commodioribus, nec minus Stanni venis diues, pratis distincta lætioribus, syluis vestita frequentioribus: gleba autem alicubi perinde exili. Vrbs primaria Anglis hodie *Excester*, Latinis *Exonia*, Ptolemæo *Isca*, Antonino *Isca Dumnoniorum*, pro Danmoniorum. Vrbs ista licet solum adiacens, humidum & squallidum, vix steriles auenas, & plerumque inane folliculum sine grano producat, tamen sua magnificentia, incolarum opulentia, & conuenarum frequentia, omne ita abundat commercium, vt nihil ibi frustrá desideres, quod vsui esse existimes. Sunt & oppida plurima, vt *Plimmouth* quod superiori sæculo, ex viculo piscatorio in oppidum amplum, ciuiumque frequentia vrbis æmulum excreuit: portusque commoditas hoc effecit, qui maxima nauigia in sinum passis velis admittit, tutissimamque stationem nauibus quantumuis magnis præbet: & ad vim hostilem arcendam satis est munitus. Hinc fuit Franciscus ille Dracus Eques auratus in gloria nauali nostræ memoriæ facile princeps. Hic Anno 1577 ex Anglia soluens mare Australe per Magellanicum fretum ingressus orbem terrarum inter varias fortunæ vicissitudines biennio & decem mensibus, Deo Duce, Virtute Comite, secundissimè circumnauigauit. Item *Lidston*, *Plimpton*, *Modbery*, *Dermouth*, *Exminster* & multa alia: oppidis enim hæc regio refertissima est, ac Parochiales ecclesias 394 continet. Fluuijque sunt *Lid*, *Teauus*, *Plimus*, *Dert*, *Totnes*, *Teignus*, *Isca*, *Credenus*, *Columbus*, *Otterey*, *Ax*, *Towridge*, *Tavy*, *Ockus* & *North Eyve*. *Somersetensis* Comitatus sequitur vulgò *Somersetshire*, à *Somerton* totius conuentus olim celeberrimo oppido. Termini ab Ortu VViltonia, ab Austro Dorcestria, ab Occasu Deuonia, à Septentrione Sabrinianum fretum, & Glocestria. Aura hic lenis æstate, & amœna regio, Hyeme vliginosa, palustris tota madescit, ditis admodum soli, nusquam non ad fruges, aut pabula eximiè fertilis, atque alibi etiam admantum admodum foecunda, qui splendore quidem Indicos prouocant, duritie cedunt. Vrbs præcipua *Bristolia*, pulchertimis ædificijs, Gemino flumine & muro, portu, exterorum commercijs, ciuium frequentia illustratur. Oppida præterea multa habet, inter quæ præcipua sunt *Theodorudunum* nunc *Welles* vrbecula episcopalis, ita dicta à fontibus qui passim in ipsa scaturiunt. Et *Bathonia* vulgò *Bathe* celebris ob aquarum calidarum scaturigines, & Comitatus titulum. Atque in hoc agro Parochiæ 385 numerantur. Fluuij *Ivel*, *Frome*, *Pedred*, *Thonus*, *Auona*, *Somer*, *Brius*, *Welwe*. *Dorcestria*, *Dorsethfire*, ab Ortu *Southamptonia*, ab occasu Deuonia, ab Austro Oceano Britannico, à Borea VViltonia & Somerseto terminatur. Gleba verò est fertili, quà Septentriones spectat syluæ & saltus diffunduntur, vnde crebris & herbidis collibus, qui numerosos ouium greges pascunt, gratis pascuis, & frugiferis conuallibus ad littus vsque descendit. *Durnouaria*, quod *Durnium* & *Dunium* Ptolemæo pro exemplarium varietate dici videtur, nunc *Dorchester*, primarium totius conuentus censetur oppidum, nec magnum tamen nec speciosum, moenibus iam olim Danorum furore nudatum. Sunt & alia, *Birt-Port*, *Lime*, *VVeymouth*, *Poole*, *VVarham*, *Shiburn*, *Sturminster* & *VVinburne*, atque hic Comitatus Paræcias 248 numerat. Fluuij sunt, *Lim*, *Trentus*, *Carr*, *Iuell*, *VVey*, *Sturus*, *Alenus*, *Varia* Latinis, Frau vel Frome Saxonibus. VViltonia à primario olim oppido *VVilton* denominata, vulgò *Wilshire*, tota est mediterranea. Terminos ab Ortu Oxoniam & Southantoniam, ab Occasu Somersetum, à Septentrione Glocestriam habet. Regio pascuis & frugibus vbique admodum læta. Inprimis pars Australis ampla, & herbida planitie innumeros ouiū greges pascit, & fontium scaturigine admodum est iucunda. VVilton oppidum olim fuit totius agri caput, cui & appellationem fecit. Est & *Mabnesbury* oppidum sané elegans, & pannis laneis conficiendis celebre. Sunt etiam *Creckladé*, *Calne*, *Chippenham*, *Trubridg*, *Sarisbury* & *Marleborow*. Atque hic Comitatus Paræcias 304 complectitur. Fluuij sunt *Isis*, *Auona*, *VVilleybourn*, *Adderbourne*, *Ellan*, & *Kennet*. *Glocestria* vulgò *Glocestershire* ab Occasu VValliam, à septentrione VVigorniam, ab ortu Oxoniam à Meridie VViltoniam spectat. Regio amoena & fertilis, ab ortu æstiuo in occasum brumalem exporrecta. Habet & ferri fodinas. Primaria huius Comitatus vrbs *Glocester*, quam Antoninus *Cleuum* & *Gleuum* dixit, vulgus Latinorum *Glouerniam*, alij *Claudiocestriam*. Antiqua sanè vrbs, acà Romanis condita, Sabrinę fluuio exporrecta imminet, qua flumine non alluitur, murus firmissimus opponitur; templorum numero ædiumque descriptione satis est elegans. Sunt etiam alia oppida *Tewkesbury*, amplum & elegans oppidum, *Deorhirst*, *Campden*, VVinchelscombe, & *Circhester*, ac Paræciæ 280 hoc Comitatu comprehenduntur. Fluuij irrigant *Sabrina*, *Auen* & *Isis* vulgò *Ouse*, qui posteà recepto *Tono*, *Tamisis* composito vocabulo dicitur. *Monumethensis comitatus*, Anglicè *Monmouthshire*, Inclinditur à Septentrione *Munow flu.* qui Herefordienses, ab Ortu Vaga, qui Glocestrenses, ab occasu *Remneio*, qui Glamorgenses seiungit, & ab Austro Sabriniano æstuario, in quod illa flumina vna cum Isca mediam regionem intersecante, euoluuntur. Rebus ad victum necessarijs non solum sibi sufficit, sed etiam vicinis affatim suppeditat. Primarium regionis oppidum *Monmouth*, ad Septentriones quà fluminibus non defenditur, muro & fossa præcinctum erat, in medio proximé forum castellum prætendit. Item *chepstow*, *Abergeuenny*, Antonino *Gobannium*, *Newport*, & vrbs *Isca* Antonino, *Legio 11.* dicta, nunc *Caerleon*, & *Caer Leon ar vsc* Britannis. *Glamorgania* Anglis *Glamorganshire*, dicitur. Regio tota est maritima, minus latitudine, quam recta regione porrecta, Sabriniano freto à meridie pulsatur. Qua terram verò spectat ab ortu Monumethenses, à Borea Brechnochienies, ab Occasu Maridunenses adiacent. Pars Septentrionalis montibus est aspera, qui in Austrum descendentes paulatim mitescunt, quorum ad radices planities in meridiem extenditur, ea positione, quam optimam iudicauit Cato, & ob quam Italiam tantopere commendat Plinius. Hęc enim pars gratissima foecunditate vndiquaque nitet. In hoc agro est tenuis vrbecula *Landaff 1. fanum ad Taff*, episcopali tamen dignitate cui 163 parochiæ subsunt. *Caerdiffe*, nitida vt in hac regione vrbs, *Covvbridge* mercatorium oppidū,

Cornubia, vnde dicta. *Situs.* *Soli fertilitas.* *Oppida.* *Flumina.* *Portus.* *Deuonia. situs.* *Vrbes & oppida* *Flumina.* *Somersetensis Comitatus.* *Situs.* *Cæli temperies, & soli fertilitas* *Vrbes & oppida* *Flumina.* *Dorcestria.* *Oppida.* *Flumina.* *Wiltonia.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Oppida.* *Flumina.* *Glocestria.* *Vrbs & oppida.* *Flumina.* *Monumethensis comitatus.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Oppida.* *Glamorgania.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Vrbes & oppida.*

CORNVBIA. DEVONIA. SOMER. SETVS. DORCESTRIA. WILTONIA. GLOCESTRIA. MONVMETHA. GLAMORG. AN. CAERMARDEN. PEN. BROK. CARDIGAN. RAD. NOR. BREKNOKE. HE. REFORDIA. & WI. GORNIA.
OCEANVS BRITANICVS
Miliaria Anglica communia
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio

Flumina. *Neath, Sweynsey,* & *Loghor* Antonino *Leucarum.* Fluuij interluunt *Remnius, Taffus, Nidus* & *Loghor.* *Ager Mari-*
Caermardēshire *dunensis* Anglis *Caermardenshire* cōtinetur ab ortu Glamorgania & Brechinia, ab occasu Penbrochia, à Septem-
Situs. trione Ceretica intercurrente Tiuio flu. & à meridie Oceano. Hic frugibus satis fertilis, gregibus abundans, fos-
Soli qualitas. siliumque carbonum alicubi ferax. Vrbs primaria totius conuentus *Caermarden Ptolemæo Maridunum;* Anto-
Oppida. nino *Muridunum,* pratis & syluis amœna, antiquitate suspicienda, coctilibus muris, vt inquit Giraldus, partim adhuc extantibus egregiè clausa supra nobilem *Tonium* fluuium, qui nauigiolis subuehendis par est, licet arenarum puluinus iam ostio obtendatur. Est & oppidum *Kidwelly* vetus, quod nunc vetustate quasi desertum fatiscit. *Flumina.* Incolæ enim *Venáraeth Vehan* fluuiolum transgressi nouum *Kidwelly* substruxerunt, portus commoditate
Penbrochiensis eò allecti, quæ iam tamen tenijs obiectis, ferè nulla est. Fluuij sunt *Venáraeth Vehan, Touy Ptolemæo Tobius,* &
Comitatus. *Taf.* *Penbrochiensis Comitatus* Anglis *Penbrockshire,* vndique mari vrgetur, nisi ab ortu, quà ager Maridunensis,
Situs. & ab Aquilone quà pars Cereticæ obtenditur. Regio ex Hiberniæ confinio aeris salubritate temperata, triti-
Cæli temperies cea, vinoque venali copiose referta. Principale prouinciæ municipium Demetiæque caput, est *Pembro,* An-
et soli fertilitas glis *Penbroke,* in saxosa quadam & oblonga rupis eminentia situm. Nobilia etiam huius tractus oppida sunt
Oppida. *Tenby* nauium statione, & piscium copia admodum celebre; vndè Britannicè *Tenby y pisscoid* denominatur. *Har-*
fordwest sua elegantia & frequentia inprimis celebre & per se Comitatus, & Meneuia Anglis hodiè S. *Dauids* o-
Flumina. lim Archiepiscopi sedes, nunc verò vrbecula pertenuis. Fluuios hic non nisi duos reperio quos eodem nomi-
Portus. ne *Gledauh* Britanni vocant, id est, si interpreteris, gladij. Est hic portus quem *Milford Hauen* Angli vocant, quo
Ceretica. non alter in Europa aut nobilior aut tutior. *Ceretica* Anglis *Cardiganshire,* Campestris regio ad occasum quà
Situs, & soli mare prospicit, vti ad Meridiem, quà Tiuius fluuius Maridunenses secludit: ab ortu verò & Aquilone, quà ad
qualitas. Brechinienses & Mōtgomerienses spectat, continui montes pabulo fœcundi perpetua latera trahunt, sub qui-
Oppida. bus passim diffunduntur lacus. Præcipuum huius regionis oppidum est *Cardigan,* a Gilberto filio Richardi
Comitis Clarensis munitionibus firmatum, quod posteà proditione deditum Rhesus filius Gruffini diruit. Est
Flumina. & *Aberistwith* oppidum totius conuentus copiosissimum. *Tibius* fluuius Ptolemæo *Tuerobius* hanc regionē per-
currit, qui olim castoribus nunc Salmonibus abundat. Est quoque *Ridol* fluuius è *Plinlimon* monte præruptè
altissimo descendens, qui Aquilonarem huius agri partem claudit, & è suo gremio Sabrinam & Vagam nobi-
Radnoria. lissima flumina, effundit. Et *Ystwith* Ptolemæo *Stuocia* ad fontes plumbi venas habens. *Radnorshire* forma tri-
situs. quetra, quanto magis in Occasum protenditur, in angustum magis magisque contracta ad Occasum Hereford-
ensibus annectitur. Ad Austrum Vaga flumine Brechnochienses diseludit, ad Septemtrionem adiacent Mōt-
gomorienses. Pars eius orientalis & australis cultior, reliqua montibus asperior vix vllo cultu mitescat, sy-
soli qualitas. luis tamen satis vestita, profluentibus irrigua, stagnisque alicubi aspersa. Illustrant orientale latus, præter alia
Oppida. limitaneorum Ducum castra suis iam ruinis ferè inuoluta, *Castle Paine* à Pagano Normanno extructum deno-
minatumque, & *Radnor* pra cipuum totius pagi oppidum, pro regionis more culmeis tectis satis elegans. Mœ-
nibus autem & castro quondam tutum fuit, sed postquam *Oënus* ille *Glendowerdwy* seditiosus succendisset, sen-
Vaga flu. sim extenuatum elanguit. *Vaga* fluuius deciduum agri angulum transuersum secat, & occurrentibus saxis fra-
ctus, subito solo destitutus precipitatur. Vnde loco *Rahaider Gowy* nomen, id est Vagæ catarractæ. *Radnoriæ* sub-
Brechinia. iungitur ad Austrū Brechinia, Anglis *Brecknoshire,* à Brechanio principe sic dicta, vt existimant VValli. Hæc mul-
situs. to est Radnoria āplior, ab ortu Herefordia, ab Austro Monumuthia & Glamorgania, ab Occasu Caermardinia
soli fertilitas. terminatur. Regio in montes densius consurgit, conuallibus tamen passim fœcundis: estque (inquit Girald.)
satis abundans grano, & si quis est defectus ex Anglicanæ vicinitatis copia affatim suppletur, pascuis & syluis,
Oppida. feris & armentis terra fœcunda. Primarium huius agri oppidum *Brecknock* in eius ferè vmbilico positum, à
Brittannis *Aber-Hodney* dictum, quia *Hodneius* & *Isca* eò loci aquas commisceant. Sunt præterea duo oppida sua
antiquitate nota *Buelth* scilicet & *Hay.* *Buelth* syluis & situ amœnum, castro etiam munitum. Nunc fori frequē-
tia, olim sua dignitate celebre fuisse videtur, quod eius situm è cœlestibus obseruauit Ptolemæus, cui eodem
nomine *Bulleum* Silurum dicitur. *Hay* autem ipsa agri extremitate proximè Herefordiam Vagæ assidet, Roma-
nis, vt videtur, nota, quorum numismata sæpius effodit, mœniumque ruinas ostendit. *Vaga* Borealem agri
Flumina. partem alluit, *Isca* eximius item fluuius mediam percurrit. Vnde fluuialibus piscibus hæc regio abundat, quos
hinc Osca, inde Vaga ministrat, salmonibus enim, & trutis vterque, sed & egregijs quos vmbras vocant, Va-
Lacus. ga fœcundus est. Est etiam Lacus quem Britanni *Linsauethan,* I. Lacum stagnantem, Giraldus *Clamosum* vocat,
quod horrendo strepitu tonitrua ementitur, quoties in eo glacies resoluitur, Anglis *Brecknockmer,* II. mill.
Herefordia. passi longitudine, nec minus latitudine patet, lutris, perchijs, tincis & anguillis feracissimus. *Herefordiensis*
situs. *Comitatus* siue *Herefordshire,* forma quasi circulari, ab ortu Vigorniensibus, & Glocestriensibus, à Meridie Mo-
soli fertilitas. numethensibus, ab occasu Radnoria & Brechinia, a Septemtrione Salopia definitur. Regio est præter amœ-
nitatem, aut pascendis pecoribus, aut alendis frugibus, nusquam non mitissima, & ab omnibus ad vitam ne-
cessarijs instructissima, adeò vt secunda fertilitatis laude inter Angliæ prouincias acquiescere haud facilè sit cō-
vrbs & oppida. tenta. *Harefordia* nunc vrbs huius Comitatus prima, pratis gratissimis, & aruis vberrimis intersita, fluminib.
ferè incincta, ad Septemtrionem & occasum anonymo, ab Austro *Vaga,* qui è Wallia huc accelerat. Sunt & a-
lia oppida, *Lemster,* VVebleia, *Ledbury, Rosse.* Atque in hoc Comitatu Parœciæ 176. numerantur. Ad commo-
Flumina. ditates verò huius regionis quas supra commemorauimus flumina accedunt eximia, *Vaga, Lugus,* & *Munow.*
Mons se mo- His accedit *Dorus* qui *Munowy* augetur. Prope autem confluentes *Lugi* & *Vagæ* ad ortum collis quem *Marcley*
ueras. *hill* vocant, anno M. LXXV. quasi somno solutus consurrexit, & triduum se immanissimam molem pro-
pellens horrendo reboans mugitu, & obuia quæque prosternens in superiorem locum magna cum admirati-
vigornia. one se promouit. *vigorniensis Comitatus* vulgò *vvorcestershire* ab ortu VVarvvicenses, à Meridie Glocestrenses,
situs. ab occasu Herefordienses, & Salopienses, atque ab Aquilone Staffordienses habet. Regio hæc vt verbo dicam,
Cæli temperies, cœlo & solo adeò propitio vtitur, vt salubritate & vbertate vicinis non concedat: pyrorumq; si quæ alia inpri-
et soli fertilitas mis ferax, è quorum vinoso succo fictitium vinum *Pyrry* dictum conficiunt. Præcipua Prouinciæ huius vrbs
vrbs et oppida. *vvorcester.* Eius meminerunt Antoninus sub *Branonij* nomine, & Ptolemæus (apud quem librariorum incu-
ria suo loco exulat) sub nomine *Branogenij,* Latinis dicitur *Vigornia.* A Romanis videtur condita. Decus illi est
ab incolis, qui sunt numerosi, humani & lanificio opulenti, ab ædificiorum nitore, à templorum numero, &
sede Episcopali. Est & *Eotuesham,* Item *Bromesgraue,* & *Durtvvich.* Atque hic ager Parœcias 152. numerat. Ab
Flumina. aqua satis fœlix est hæc prouincia, gratissima enim vbique sunt flumina, quæ pisces delicatiores affatim suppe-
ditant. Vt enim quæ obscurioris sunt notæ omittam, per mediam regionem à Septemtrione in Meridiem
fœcundantem alueum intendit *Sabrina* flu. nobilissimum, plurimos fluuiatiles murænas alens, et partem Au-
stralem perfundit *Auona,* qui à Vvarvvicensibus descendit, vt Sabrinam adeat.

ANGLIAE
V. TABVLA.

Hos continet Comitatus, Eboracum, Lincolniam, Derbiam, Staffordiam, Notinghamiam, Lecestriam, Rutlandiam, & Norfolciam.

SVccedit explicanda quinta Tabula Angliæ, in qua primo loco *Ager Eboracensis* vulgò *Yorkshire*, totius Angliæ Prouincia longè maxima, occurrit. Ab Occasu, montibus, Lancastrensi agro & VVestmorlandia, ab Arcto Dunelmensi Episcopatu terminatur: ab Ortu Oceano Germanico, ab Austro primum agro Cestrensi & Derbiensi, inde Nottinghamiensi, & posteà Lincolniensi clauditur. Temperatæ hæc censetur vbertatis. Si hic saxosa vel arenosa sit sterilitas, illic lætissima aruorum foecunditas, si hic syluis sit nuda, illic densissimis nemoribus obumbrata, ita prouidè tēperante natura, vt ipsa regio etiam sua varietate gratior & lætior videatur. Repertum hic etiam alibi succinum nigrum. Gagatem aliqui esse existimant, quem inter rariores lapides, gemmasque habuerunt veteres. Enascitur verò inter cautes vbi rimis dehiscunt, & priusquam expoliatur, colore est subrufo & æruginoso, expolitum verè est, vt inquit Solinus, nigro-gemmeus. Est hic *Eboracum* vulgò *Yorke* vrbs totius Angliæ secunda, huius regionis pulcherrima, quæ vniuersæ septentrionali parti, & præsidio & ornamento est singulari. Amoena, ampla, munita, ædificijs tam priuatis, quam publicis exculta, opibus ciuibusque referta, & Archiepiscopali sede præclara. Hanc Vrus qui nunc *Ouse* inter secat, & quasi in duas vrbes diuidit, quæ lapideo ponte vastissimo coniunguntur. Est & *Kingston vpon Hull*, quæ ex viculo, & piscatorum casulis in eam dignitatem emersit, vt magnificis ædificijs, firmis propugnaculis, nauibus instructissimis, mercatorum copia, & rerum omnium affluentia sit nunc emporiū huius tractus longè celeberrimum; & oppida *Dancaster*, *Halyfax*, *Pomfreit*, *Shirborna*, *Wetherby*, *Kingston*, *Patrington* Antonino *Prætorium* aliaque oppida plurima. Oppida enim triginta nouem & paræcias 459 in hoc Comitatu numero, quibus subsunt plurima sacella magnis paræcijs incolarum multitudine comparanda. Potiora flumina sunt *Danus*, *Calderus*, *Arus*, *Werfus*, *Nidus*, & *Ousa*, quę ex limitaneis montibus exorta, locis potioribus affunduntur. Sunt & alia *Cokarus*, *Fossus*, *Deruentio*, *Fouineste*, *Hullus*, *Teyse*, *Dew*, *Rhie*, *Recal* & *Wiskus*. Est etiam *Abus* æstuarium nobile vulgò *Humber*, in quod *Vrus* plurimos fluuios suo hospitio exceptos deducit, aliaque maximi nominis flumina euoluuntur. Quod certè totius Britanniæ æstuarium est amplissimum & piscosissimum. Operæ prætium etiam videatur annotare vberrimam & quæstuosissimam hic in subiecto mari Halecum piscaturam exercerī. Incredibile enim ferè est quantam pecuniæ vim ex hac in isto littore piscatura Hollandi sibi corrogant. Sed de his satis, ad secundam partem huius Tabulæ transitum faciamus, ea' *Lincolnia* est, vulgò *Lincolnshire*, Regio amplissima, per sexaginta ferè milliaria in longitudine iacet, latitudinē alicubi super triginta extendit. Ab Ortu Oceano Germanico pulsatur, à Septētrione ad *Abū* æstuariū pertinet, ab Occasu Nottinghamiam spectat, & à Meridie VVellando flu. à Northantonia discluditur. Regio alendis frugibus, & pascendis pecoribus mitissima, frumentarijs campis, alibi, & pascuis admodum lęta. Alibi etiam fruticem odoriferum, *Galle* vocant, profundit, linumque magna copia præbet, nec non Alabastritem, qui tamen minus solidus albarijs & emplastris magis, quam alijs vsibus conuenit. Prima & præcipua hui' Comitatus ciuitas *Lincolnia*, Anglis *Lincolne*, Ptolemæo & Antonino *Lindum*. Vrbs ipsa ampla & celebris collis dorso insidet, vbi VVithama in ortum se deflectit. Sunt pręterea oppida *Stanford* è saxo structili, vnde & nomen habet ædificatum. Oppidum frequens, & varijs immunitatibus ornatum, muróque firmatum. *Grantham* oppidum non infrequens, schola à Richardo Foxo VVintoniensi Episcopo, & speciosо templo exornatum, cuius sacra pyramis admirandam in altitudinem ædita fabulis est famigerata. Item *Ancaster* Antonino *Croco-calana*, *Crowland*, *Spalding*, *Boston*, & alia. Suntque in hoc Comitatu Parochiæ plùs minùs 630. Crebris hæc regio fluuijs rigatur qui sunt, *Witham* lucijs fœcundus, *Lud*, *Trenta*, *VVellandus*, *Idel*, *Danus*. Estque hic æstuarium quod Ptolemæo *Metaris*, Anglis *the VVashes* dicitur. Aestuarium hoc est amplissimū & notissimū intumescente æstu aquis refertum, deferuescente, iter sed admodum periculosum præbet. Sequitur Prouincia *Darbiensis* vulgò *Darbishire*, quæ à Meridie agro Leicestrensi, ab Occasu Staffordiensi, à Septentrione Eboracensi, ab Ortu Nottingamensi clauditur, forma quasi triangulari, sed non æquilatera. Ab Apice enim qui ad austrum, vix sex pass. mill. patet, ita vtrinque exspatiatur, vt quá Septemtriones spectat, triginta plùs minùs mill. pass. in latitudine occupet. In duas partes Deruentione flumine intercurrente diuiditur, qui è Septemtrionali limite profusus, nigrantibus è terra aquis in Austrum deuolutus Trentam petit, qui apicem Australem intersecat. Pars Orientalis & meridionalis culta, fœcunda & viuarijs frequens. Occidentalis tota petrosa, montibus & aspretis sterilisci, plumbi tamen prouentu opulenta, & ouibus pascendis satis cōmoda. Vniuersi agri caput *Darby*, oppidum nec exiguum, nec infrequens, celebre è iuridicis conuentibus pro vniuerso agro, & ceruisia quam coquit optima Anglis *Ale* dicta. Huius oppidi opulentia ferè omnis est ex propolia, scilicet ex frumento emendo, & montanis reuendendo. Sunt etiam alia *S. Diacre*, VVorkesworth & *Bakewel*. Atque hic Comitatus Paroecias 106 includit. Fluuij *Trenta*, *Douus* & *Deruentio*. Pars occidentalis huius prouinciæ quæ tota collibus eminet *Peake* dicitur, Plumbi admodum ferax. In his enim montibus lapides plumbarij feraces, vt vocant Metallici, quotidie magna copia effodiuntur, quos in collibus Fauonio obuersis, obseruatis temporibus cùm Fauonius flare cœperit, magna lignorum vi accensa, excoquunt, & effossis canalibus quibus defluar, in massas conflant. Nec plumbum solum, sed etiam stibium (vulgò *Antimonium* vocant) hic in proprijs venis reperitur, quo in tingendis cilijs Græcæ mulieres olim vsæ leguntur. Lapides etiam molares hic excinduntur, cotes item ad ferramenta exacuenda & nonnunquam fluor quidam cādidus in fodinis reperitur, qui per omnia Chrystallo est simillimus. Sed de his satis, ad *Staffordiam* transeo nūc *Staffordshire*, quę ab Ortiua plaga VVarvvicensibus & Derbiensibus, à Meridiana Vigorniensibus, ab Occidua Salopiensibus pręcincta quasi rhombi forma ab Austro in Septentriones procurrit, Medio latior, & extremis se angustantibus. Pars septentrionalis montana & minus læta, media Trenta flumine perfusa lætior, syluis amicta, aruis & pratis variata; vti & meridionalis, quæ etiam carbones fossiles habet, & ferri venas. Totius huius agri caput olim erat & nunc est *Stafford*, cui maximum tamen decus à *Stafford* castro adiuncto, quod Barones de *Stafford* sibi in sedem construxerunt. Est hic etiam *Lichfeldia* vrbs humili situ, satis ampla & nitida, in duas partes palude siue aqua minus profunda diuisa, quæ tamen duobus aggeribus, quibus subsunt sua emissaria, coniunguntur. Hæc multis retrò ante sæculis Episcoporum sedes fuit. Et *Burton* Alabastrinis operibus, *Ferrariorum* castro, & antiquo monasterio quondam insigne oppidum, *Vtcester* Antonino *Etocetum*. *Stone* mercatorium oppidum, *Drayton*, *Bassett*, *Tameworth*, *Vulfrunshampton*, *Theotenhall* &, *Weadesbirig*. Atque in hoc comitatu Paroeciæ 130 habentur. Flumina hanc regionem irrigant *Danus*,

Ager Eboracensis. *Situs.* *Soli qualitas.* *Vrbes & oppida.* *Flumina.* *Maris commoditas.* *Lincolnia.* *Soli qualitas.* *Vrbs & oppida.* *Prouincia Darbiensis.* *Situs.* *Oppida.* *Flumina.* *Staffordia.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Oppida.* *Flumina.*

EBORACVM,
LINCOLNIA, DERBIA,
STAFFORDIA, NOTING-
HAMIA, LECESTRIA,
RVTLANDIA, ET
NORFOLCIA.
Milliaria
mediocria Angliæ
OCEA
NVS
GERMA
ICVS
WESTMORLANDIA
DVNELMENSIS
LANCASTRIA
CESTRIA
STAFFORDIA
WARWICA
NORTHAMTONIA
SVFFOLCIA PARS
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio

us, Hansus, Churnet, Tayn, Blith, & qui hos omnes capit & ad mare defert *Trenta*. Hic è duobus fontibus effluens suo quasi iure tertium sibi locum inter Britanniæ flumina vendicat. Item *Sous Tama*, & *Pankus*. Pars Septemtrionalis montibus non magnis leuiter intumescit, qui hinc exorsi, vt Apenninus Italiæ, per Angliam mediam perpetuum dorsum perpetuis iugis elatum ad Scotiam vsque, nomine sæpè mutato agunt. Hinc enim *Moreland*, inde *Peake*, deinde *Blackston edge*, posteà *Crauen*, deinceps *Steanmore*, & demum in cornua scissi *Cheuiot* vocantur. In parte huius agri media *Needvvood* sylua spaciosa, viuarijsq; repleta diffunditur, in quâ circumuicina nobilitas hilares venandi labores gnauiter assidueque exercet. *Comitatus Notinghamiensis* Anglis *Nottinghamshire* ab Ortu Lincolniensi confinis est, à Septemtrione Eboracensi, ab Occasu Derbiensi, à Meridie Leicestrensi terminatur. Partem meridionalem, & Orientalem *Trent* flumen nobilissimum, influentesque eiuuli fœcundant: Occiduam partem saltus de *Shirevvood*, longè se porrigens, totam occupat. Hanc quod arenosa sit *The sand*: illam quod argillacea *The clay* vocant incolæ, & in has duas partes regionem suam distribuêrunt. Vrbs præcipua, quæ nomen Comitatui prebuit, *Nottingham*, loci ingenio amœna ad, Hinc enim flumina spatiosa procubunt prata, illinc faciles consurgunt colles; omnibus etiã quæ ad vitã pertinent copiosa. Hinc *Shirevvood* lignum in ignis alimentum, illinc pisces *Trenta* largè suppeditat. Amplitudine, denique, structura, vno & altero eleganti templo, foro longè pulcherrimo, & munitissimo castro est sanè speciosa. Oppida præterea hic sunt *Suthvvell, Nevvarke, Mansfeld, Blith, Soreby* & *workensop* non minus lætissimo prouẽtu Glycyrizæ, quam Comitis Salopiæ ẹdibus præclarum. Atque in hoc agro 168 Parochiales Ecclesiæ visuntur. Flumina *Trenta, Linus, Snite, Idle*. In occidua huius agri parte, *Shirevvood*, quam alij *Limpidam Syluam*, alij *Præclaram syluam* interpretantur, omnia olim frondibus adoperuit, arborũmque rami complicati, ita syluas commiserunt, vt calles vix singulis peruij essent, nunc verò rarior est, infinitas tamen damas, & surgentes in cornua ceruos alit. Notthingamiæ à Meridie confinis est *prouincia Leicestrensis*, vulgò *Leicestershire*, ab Ortu Rutlandia & agrò Lincolniensi, à Septẽtrione Nottinghamiensi, & derbiensi ab Occasu VVarvvicensi, à Meridie Northantonensi præcingitur. Tota campestris, frugibus opima, sed syluis maximã partẽ indiga. Primaria totius agri vrbs *Legecestria, Leogora, Legeocester*, & *Leicester*, apud authores dicta. Hęc maiorem vetustatem quã dignitatem præ se fert. Est & *Loughborrow*, mercatorium oppidum, quod nunc secundum locum à Leicestria inter omnia huius Comitatus oppida sibi suo iure vendicat, siue amplitudinem, siue structuram, siue etiam syluarum amoenitatem spectes. Sub ipso enim saltus de *charnvvood*, siue *charley* longè expanditur, in quo *Beaumannour* viuarium cernitur, quod Domini de *Bellomonte* lapideo muro circumsepserunt. Item *Luttervvorth* emporiolum, *Hinckley* & *Bosvvorth*. Atque intra hunc agrum Parochiales Ecclesiæ 200 numerantur. Mediam hanc *Soarus* flumen Trentam petens alluit, Orientalẽ verò partem *Wrekus* fluuiolus qui *Soaro* demũ commiscetur, placidè pererrat. *Rutlandia* vulgò *Rutlandshire*, Leicestrensi agro quasi includitur, nisi à Meridie qua VVellando fluuio incumbit, & ab Ortu quà Lincolnienses attingit; Spatio est multo minori, vtpote totius Angliæ prouinciola minima. Forma enim ferè circulari circumscripta, tantum circuitu colligit, quantum expeditus eques vno die conficere possit. Traxisse appellationem videtur à rubedine, cum passim hæc terra rubeat, vsque adeò vt etiam ouium vellera rubedine inficiantur, rubrumque Saxonibus *Roet*, & *Rud* dictum fuerit, vt *Rutland* quasi terra rubra dicta sit. Non minori hæc regio soli vbertate & amoenitate, licet spatio sit minori. Cæterum hæc prouinciola serius in Comitatum instituta videatur. Nam Edvvardi Confessoris tempore Northantonensis agri pars censebatur, & Historici qui ante trecentos annos scripserunt, in Comitatuum numero non reposuerunt. Est in hoc agro *Vppingham*, non ob aliud memorandum quã quod totius agri primarium habeatur oppidum, & scholam elegantem ostendat, quam vti etiam Okehamiæ, ad puerorum ingenia bonis litteris excolenda laudabili instituto R. Ihonson verbi diuini minister non ita pridẽ posuit. Est & Okehamia cuius modo mentionem feci. Ecclesijs autem Parochialibus 47 ornatur hæc Prouinciola. *Wash*, siue *Gvvash* fluuiolus, qui hunc agrum ab Occasu in Ortum quasi medium intermeat, in duas dispescit partes. Restat in Pinace *Norfolcia* breuiter explicanda. Ea vulgo *Norilfolke*, id est si latinè interpreteris, Borealis populus. Termini eius à Meridie Soffolcia, ab Euro & Septentrione Oceanus Germanicus, à Zephyro *Ouse* flumen. Regio est ampla ferè omnis campestris, nisi quà faciles assurgunt colles, admodum opulenta, ouium gregibus refertissima, cuniculisque inprimis ferax, aquis irrigua, syluis non omnino indiga; solum pro locorum diuersitate variũ, alicubi pingue, luxurians, & succulentũ, alibi tenue, leue & sabulosũ, alibi argillosum & cretaceũ. Inter vrbes hui⁹ prouinciæ primũ occurrit vetusta illa quam memorat Antonin⁹ vrbs *Sitomagus*, nunc *Thetford*. Raris hæc nũc est habitatorib⁹, licet satis ampla, olim verò frequẽs & celebrata, & præter alia vetustatis indicia, molẽ ostendit in magnam altitudinem aggestam, duplicique vallo munitam & mœnib⁹, vt ferunt olim firmatam, quam Romanorum fuisse opus credunt nonnulli, vel poti⁹ Saxonicorum regum, vt volunt alij, sub quibus longo tempore fuit florentissima. Est etiam in hac prouincia *Norwicus* vrbs celeberrima, Anglis *Norwich*. Ea nunc suis opibus, frequentia, ædificiorum elegantia, templorum pulchritudine, ciuium sedulitate, in principem fide, in exteros humanitate, inter celeberrimas Britanniæ vrbes merito connumeranda. Et *Yarmouth* portus oppidumque elegantissimum, loci ingenio, & solerti opera permunitũ. Quamuis enim aquis penè circumualletur, ab Occasu flumine, quod versatili ponte insternitur, ab alijs partibus Oceano, nisi ad Septentriones quà continens est: mœnibus tamen satis firmis quæ cum flumine formã quadrilateram oblongiorem efficiunt, pulcherrimè includitur: in quibus prẹter turres, ad Ortum moles eminet, vnde tormentis maioribus in mare subiectum, quod vix quinquaginta passibus abest, longè latéque effulminatur. Item *Aschell-Thorp, Dis, Shetton, Skulton, Attleburgh, Wauburne, Lyne, Swaffham, Nort Elmeham, Dereham, Wimondham, Icborrow*, & alia. Oppida enim mercatoria 27. villas, & pagos sexcentos viginti quinq; hæc regio exhibet, & Parochiales ecclesias plus minus 660. Fluuij eam irrigant *Ouse, Thet, Wauency, Garienis Anglis Gerne*, & *Iere*, Russo pisce admodum fœcundus, & *Wensus*. Et vt de mari aliquid etiam addam, è regione *Yarmouth*, Halecum captura totius Orbis est vberrima & quæstuosissima. Incredibile enim videatur, quantæ & quam frequentes nundinæ hîc ad festum Michaelis habeantur, & quanta vis halecum, aliorumque piscium distrahatur. Porrò soli huius prouinciæ bonitatem de qua supra locuti sumus, vel ex eo colligas, vnde Varro colligere iubet, quod incolę optimè niteant, vt taceam ingenia versutissima, & in iure Anglico municipali acerrima: adeò vt fœcundissima Iurisconsultorum altrix & olim & nunc habeatur, atque etiam ex infima plebe non pauci reperiantur, qui vt ait ille, si nihil sit litium, lites tamen ex iuris apicibus serere calleant. Sed de his satis copiosè, ad Tabulam sextam transeo.

Montes.

Silua.

Nottinghamia. situs.

soli qualitas.

Vrbes & oppida.

Flumina.

Silua.

Leicestria. Situs.

soli fertilitas.

Vrbs et oppida.

Flumina.

Rutlandia. Situs.

soli fertilitas.

Oppida.

Norfolcia. Situs.

Soli qualitas.

Vrbes & oppida.

Flumina.

Maris commoditas.

Incolarũ mores.

In qua hi Comitatus, Warwicum, Northamtonia, Huntingdonia, Cantabrigia, Suffolcia, Oxonium, Buckingamia, Bedfordia, Hartfordia, Essexia, Berceria, Middlesexia, Southamtonia, Surria, Cantium & Southsexia, cum Insula Wight.

INVI. Angliæ Tabula primo loco ponitur *Warwicensis* pagus Anglis *Warvvickshire*, ab Ortu Leicestria & *Warvvicum.*
via militari, ab Austro Oxonia & Glocestria, ab occasu Vigornia, & à Septentrione Staffordia finitus, qui *situs.*
in duas distinguitur partes, in *Feldon* scilicet & *Woodland*, 1. in regionem campestrem & nemorosam. *Feldo* *Soli fertilitas.*
campestri iacet planicie, frugibus & virenti gramine admodum læta, *Woodland* tota nemoribus insessa, nec tamen sine pascuis, aruis, & varijs ferri venis. Præcipuum totius agri oppidum *Warwicke*, quod ædificijs speciosis exornatum, castrum & natura & opere firmissimum ad Africum prætendit. Sunt præterea *Leamington, Vchindon, Harbury, Mancester, Couentry, stradford* & alia; continenturque in hoc Comitatu Parochiales ecclesiæ *Oppida.*
158. Flumina, *Auona, Leamus, Arrovv, Alenus.* Sequitur ager *Northantonensis* vulgò *Northantonshire*, qui ab *Flumina.*
occasu brumali quà latior est, sensim se contrahendo in ortum æstiualem protenditur. Ab ortu Bedfordienses, & Huntingdonenses, ab Austro Buchinghamienses & Oxonienses, ab occasu VVarvvicenses, & à Septentrione Leicestrenses, Rotelandenses, & Lincolnienses VVellando flumine discriminati sedent. Campestris regio est, soli admodum ditis, siue arua siue pascua respicias. Vbique vt etiam alibi in Anglia ouibus oppleta & quasi obsessa. Vrbs huius agri *Northamton*, quæ tota è saxo constructa fuisse videtur, & ampla satis est, & mœnibus inclusa, é quibus spatiosa planities circumquaque oculis subijcitur. Ad occasum castrum habet vetustum. Oppida *Brakeley, Torcester, Grafton, Dauentrey, Wedon, Higham, Oundale, Peterborow, Welledon.* Atque ad hunc agrum Parochiæ 326 pertinent. Flumina *Vsa, Auona*, VVellandus. Tertium locum tenet *Huntingdonia* vulgò *Huntingdonshire* eo situ locata, vt ab Austro Bedfordienses, ab occasu Nortanthonenses, vt etiam à Septentrione, qua Auona flu. dirimitur, & ab Ortu Cantabrigienses spectet. Regio sementi satis apta, pascendo pecori, ad ortum quà palustris est, vberrima, vbique ferè collium apricitate, & nemorum opacitate amoena. Præcipuũ totius Comitatus oppidum *Huntingdonia*, cui & nomen dedit, tàm situs fulgore, quàm sui decore, tam paludum vicinitate, quam ferarum & piscium fertilitate vicinis oppidis longè præeminens. Est & *S. Iues* oppidum satis nitidum & non infrequens. Item *S. Needes* & *Cunnington*: Paræciæq; 78 in hac regiuncula numerantur. Flumen *Vsa*, quẽ sæpe dixi eam alluit, & *Auona*. Sũt & in ea lacus, inter quos, *Witlemere*, qui sex mill. pass. longitudine, tres latitudine diffunditur. Quartum in locum venit ager *Cantabrigiensis* vulgò *Cambridgeshire*, qui in aquilonem productus Norfolciæ & Suffolciæ obiacet, à meridie Orientalibus Saxonibus & Hertfordensibus, ab occasu Huntingdonensibus, à Septentrione Lincolniensibus & Ousa flumine, qui ab occasu in ortum transuersum intersecat, in duas partes dispertitus. Inferior & Australis magis culta, magis consita, ideoque lætior, non perlibrata planitie, sed exiguè plana, plurima, imò tota (nisi qua Crocum copiosè progignit) frumentarijs iacet campis, hordeumque laudatissimum affatim effundit, è quo ad regerminationem madefacto, ligulisque enatis tosto, *Byne* maxima copia conficiunt vulgò *Mout* vocamus, & ad ceruisiam coquendam vtimur; quo in vicinas regiones distrahendo maximum quæstum faciunt incolæ. Vlterior & Septentrionalis pars, pascuis vberrimis peruiridis & læta, cęterum aqua subeunte quodammodo suspensa, nonnunquam verò inundante, maximam partem adoperta. Vrbs in hoc Comitatu Cantabrigia Anglię Academia, imo sol & oculus, clarissimaque bonarum literarum & pietatis officina ad Camum sedens, qui cùm Occidentale eius latus insulis ludens perspererit, ad Ortum conuersus in partes dispertit duas, pontéque coniũgitur, vnde hoc nomen *Cambridge* enatum. Vltra pontem castellum cernitur amplum & vetustum. Cis pontem, vbi vrbis pars longè maxima iacet, platearum descriptione, templorũ frequentia & quatuordecim pulchetrimis Musarum sacrarijs, siue Collegijs omnia nitent. Sunt præterea *Roiston, Rech, Burwel, Elye.* Parochiæque 163 in hoc Comitatu continentur. Fluuij *Camus* & *Sturus* amniculus. Est & immensæ magnitudinis palus, quæ à Grontæ flu. ripis incipiens, nunc arectis, interdum nigris fusci vaporis laticibus, nec non insularum nemoribus interuenientibus, & flexuosis riparum anfractibus ab Austro in Aquilonem mare tenus ingissimo tractu protenditur. *Suffolcia* sequitur ab Occasu habens Cantabrigienses, ab Austro Sturum fluuium, qui ab Essexia diuidit, ab ortu Oceanum Germanicum, à Septemtrione duos fluuiolos *Ouse minimum*, & *Waueney* qui ex eodem quasi fonte in diuersa fluentes, à Norfolcia disterminant. Regio satis ampla, solo nisi ad Orientem, admodum pingui, vtpote ex argilla & marga composita, vnde lætissima vbique arua, & vberrima saginando pecori pascua, eiscique magno numero conficiuntur, qui in omnes Angliæ partes, magno cum incolarum commodo, distrahuntur. Imo etiam in Germaniam, Galliam & Hispaniam. Est hic *Sudbury* id est, *Australis Burgus* quem huius agri quondam præcipuum fuisse, & ratione Norvvici, id est, vicus Septentrionalis, hoc nomine signatum credunt. Nec dum vicinis inferior censeri æquo animo ferat. Est enim populosus, & pannis conficiendis opulentus. Sunt & hæc oppida *Ixning, S. Edmunsbury, Bretenham, Hadley, Ipswich, Debenhamia, Oreford*, & alia, atque in hoc agro Paræciæ 575 habentur. Fluuij autem *Sturus, Bretonus, Gipping, Deben', Orus, Onse, Waueney, Garienis.* Huic accedit *Oxoniensis* ager vulgò *Oxfordshire*, Glocestrensi, ad Occasum coniungitur, ab Austro Iside fluuio à Barkshire excluditur, ad Ortum Buckinghamiensi agro definitur, ad Septentriones hinc Northantoniensi, illinc VVarvvicensi, includitur. Regio fertilis est & opima, plana aruis & pratis sunt exculta: colles crebris syluis obsessi, nec frugibus tantùm, sed omni genere animantium, quæ venatu & aucupio ad cibum capi solent, vbique referta. In hoc Comitatu eminet *Oxonia* vulgò *Oxford*, altera Anglię academia, alter sol, oculus, & anima, literarum & sapientiæ clarissima officina, vnde religio, humanitas & doctrina in omnes regni partes vberrimè distribuuntur. Vrbs egregia & nitida, Collegijs sedecim, aulis octo instructa Sunt præterea *Blabac, Furford, Minsterlouell, Whitney, VVoodstocke, Banbury, Burcester, Tama, Dorchester, VVatlington*, ac 280 parochiæ. Fluuijs hæc regio etiam piscosis passim irrigua. *Isis* enim qui postea *Tamesis* longo decursu Australe latus subluit, & *Cherwel*, piscosus fluuiolus, placidè regionẽ intermeat, & quasi in duas dispertit partes, donec ab Iside excipiatur. Sunt & hic fluuij *VVindrushus* & *Euenlode*. *Buckinghamia* septimo loco est, sic dicta, vt & primarium eius oppidum à fagis quas Saxones *Bucken* vocant. Hic ager minori latitudine conclusus à Tamesi ad Septemtriones longitudine sua procurrit. A meridie Bercheriã, Tamesi seclusam, ab occasu agrum Oxoniensem, à Septentrione Northantonensem, ab ortu primum Bedfordiensem, inde Hertfordensem, & postea Mediosaxones prospicit. Solo est passim vberi, incolis refertissima, qui rei pecuariæ inprimis operam nauant: pabulosis pratis innumeros ouium greges pascit, quarum mollia, & tenuissima vellera ab Asiaticis vsque gentibus expetuntur. Caput totius Conuentus *Buckingham*, quod vallo & turribus anno 915. Edvvardus senior contra Danorum irruptiones communiuit. Habet & *Marlow* non contemnendum oppidum, *High Wicham* amplitudine sua & ædificiorum elegantia maximis in hoc agro oppidis adæquandum; in eo verò quod vnum ex omnibus Maiorem pro summo magistratu habeat, reliquis merito anteponendum: *Colbroke, Amersham, Crendon, Stony Stratford, Quiney, Newport, Panell.* Atque in hac regione paræciæ 185 numerantur. Fluminaque *Tamesis, Colnus, Vsa.* *Bedfordiensis* ager sequitur vulgò *Bedfordshire*, ab ortu Cantabrigiensi, ab austro Hertfordensi, ab Occasu Buchinghamiensi, à Septentrione Northantonensi, & Huntingdonensi coniunctus, Vsaque interfluente in duas partes diuisus. Quæ Septentriones spectat, fertilior est, & nemorosa: altera ad meridiem quæ multò maior, solo

Soli fertilitas.
Oppida.
Flamina.
Northantonia.
situs.
Soli fertilitas.
Vrbs & oppida.
Flumina.
Huntingdonia.
Situs.
Soli fertilitas.
Oppida.
Flumina.
Lacus.
Cantabrigia.
Situs.
Soli fertilitas.
Flumina.
Suffolcia.
Situs.
Soli fertilitas.
Oppida.
Oxonia.
Situs.
soli fertilitas.
Animalium varietas.
Vrbs & oppida.
Buckinghamia.
Vnde dicta.
situs.
Soli fertilitas.
Oppida.
Flumina.
Bedfordia
Situs.
Soli qualitas.

Warwicum
Northhamtonia
Huntingdonia Cantabrigia Suffolcia Oxonium Buckinghamia Bedfordia Hertfordia Eliensia Berceria Middlesexia Southhitonia Surria Cantii &
Southsexia
LEICESTRIA PARS
NORFOLCIA PARS
GALLIA PARS
OCEANUS BRITANNICUS

Oppida. solo est tenuiori, sed non omnino ingrato; Hordeum enim plenum, album et crassum affatim profundit. In medio sylvis nonnihil densa, sed ad ortum magis siticulosa, et arboribus nuda. Primarium oppidum *Bedfordia*, vnde et regioni nomen. Situs amœnitate, et sua vetustate, magis quam elegantia aut amplitudine (licet quinque ecclesias numeret) prædicandum. Habet et alia, *Odil, Bletnesho, Faton, Dunstable*: Paraeciasque 116. hæc prouinciola continet. Atque *Vsa* fluuio irrigatur. Agro autem Bedfordiensi à Meridie adiacet *Hertfordia* siue *Hertfordshire*, cuius occidentale latus claudunt Buchinghamienses, Australe Mediosaxones, orientale saxones Orientales, et partim Cantabrigienses. Frumentariis agris, pascuis, pratis, nemusculis, fœlix. Caput Comitatus censetur *Hertfordia*, quæ agro vniuerso nomen suum communicauit. At nunc est infrequens, et eo maxime celebratum, quod antiquum. sunt præterea *Watlingstreat*, Antonino *Verolanium* vrbs eo tempore celeberrima, Tacito *Verulamium*, Ptolemæo *Vrolanium*: sed hodie Verolamio in agros conuerso, *Fanum Albani* ex eius ruinis eductum floret, oppidum elegans et amplum. Præterea *Roiston, Ashwell, Bishops Stortford*, aliaq; multa. Parochiasq; 120 habet hic Comitatus. Fluuios *Lea. Stort, Mimeram* & *Beneficia*. Ad *Essexia* nũc venimꝰ, vulgò *Essex*. Hanc ad Septemtriones *Stourus* flumen à Southfolcia diuidit, ad ortum Oceanus se insinuat, ad Austrum Tamesis jam grandis a Cantio secludit, vti ad occasum *Ley* fluuiolus a Mediosaxonibus, & in eum influens *Stourus* minor siue *Stort* ab Hertfordensibus. Regio est lata, frugifera, croci fœcunda, nemorosa & in primis opulenta. Est hic vetusta illa Romanorum Colonia *Camalodonum, Camudolanum* Ptol. Antonino *Camoludunum*, nunc *Maldon*. Item *Colchester, Leiton, Beamsleot, Leeg, Rochford, Angre, Ralegh, Dunmouv, Plaisy, Chelmerford, Ithancester, Earles, Colne, Barklouv, Walden*. Et paroeciæ 415. Fluuij *Ley, Tamesis, Chelmer, Froshvvell, Colne*. *Bercheria* sequitur vulgò *Barkshire*. Huius Septemtrionalem partem *Isis* qui postea *Tamisis*, flexuoso, sed amœno admodum blandus alueo perfundit, & primum ab Oxoniensibus, postea à Buchinghamiensibus secludit. Australem partem irrigat *Cunetio* flu. donec Tamisi se inferat. Ad ortum quà latior est, & parte mediâ, suarum opum satis prodiga, & frumenti ferax, præcipuè, vbi in vallem subsidet. Orientalem autem partem quæ minus fertili gleba, saltus & sylvæ longe lateque occupant. Oppida hic *Farendon, Abbendonia* vulgò *Abbandune, Wantage, Wallengford* Antonino *Gallena, Caleua* Ptolemæo vtrumque corrupte pro *Gallena*, *Hungerford, Widehay, Newbury, Reading, Bistleham, Maidenhead & Windsore* sedes regia situ sane amœnissimo. Clementer enim ex ædito colle, iucundissimo in orbem fruitur prospectu. A fronte vallem despectat longe lateque procurrentem, aruis distinctam, pratis viridantem, nemoribus hinc inde vestitam, & placidissimo Tamesi irriguam. A tergo passim colles exsurgunt, nec asperi nec prælti, saltibus coronati, & venationi é natura ipsa quasi dicati. Suntque præterea in huius Comitatus complexu Parochiæ 140. Flumina eam irrigant *Isis, Tamesis, Oke, Cunetio & Lamborn*. *Midlesexia* a medijs Saxonibus nomen habens, A Buchinghamiensibus *Colno* fluuiolo ad Occasum, ab Hertfordensibus ad Septemtrionem noto limite, ab Essexia ad ortum Lea flu. à Surreia & Cantio ad Austrum Tamisi disterminatur. Angustioribus spatijs circumscripta, quà longissima, xx. mill. quà arctissima x11. mill. patet. Summa cœli temperie & soli indulgentia, ædibus & vicis magnificis vbique nitida. Oppida hic sunt *Vxbridge, Draiton, Stanes, Radcliff*, & alia. Verum inter hæc omnia *Londinum* totius Britanniæ Epitome: Tacito, Ptolemæo & Antonino *Londinium* & *Longidinium* dicitur, sub Valentiniano etiam Augusta. Itaque in notitia Imperij legas, *Præpositus Thesaurorum Augustensium in Britannia*. Est autem vere,

Vrbs animis numeroque potens & robore gentis.

Sita ad Tamisin fluuium, agro fertili & cœlo clementi. Distat ab Oceano sexaginta millibus passuum. Pontẽ habet lapideum vltra flumen, pass. ccc. xxx. vtrimque magnificis splendidisque ædificijs exornatum. Arcẽ præterea munitissimam, Angliæ totius armamentarium, in qua etiam officina est monetaria. Vicinum Londino est VVestmonasterium, templo, foro iudiciario, & Regia longe celeberrimum. Templum Regum Angliæ inauguratione & sepultura insigne est. Atque in hoc agro paroeciæ 73. plùs minùs extra vrbem numerãtur. Flumina *Lea, Colnus, Tamisis*, ex duobus confluentibus constans, qui sunt Tama & Isis connubio iunctis, alueum habet prealtum, tutum, & nauium quamlibet magnarum capacissimum, atque exæstuantis maris accessu augescit, sexaginta plùs minùs ab ostio Italicis milliaribus. Salmonibus & Sturionibus diues est, & ad eius ripas innumeri cigni visuntur. *Southantonia* vulgò *Hamshire* ab occasu Dorsettiam, & VViltoniam, ab Austro Oceanum, ab Ortu Sussexiam, & Surreiam, et a Septemtrione Bercheriam attingit. Ea frugum proventu ferax, sylvarum densitate amœna, & pascuorum fœcunditate læta. Vrbes habet duas quarum altera *South-hãton*, vibecula, ædificiorum frequentia & elegantia celebris, opulenta & munita. Altera *Wintonia* Anglis *Wintchester*, Ptolemæo & Antonino *Venta Belgarum*. Vrbs proculdubio Romanis seculis insignis, vtpote in qua textrina sua facta Imperatores Romani habuisse videntur. Nostra ætate satis est frequens, fluminis diuortijs irrigua, ab ortu in occasum porrectior, mille quingentos plùs minùs passus ambitu intra mœnia colligit, quæ sex portis patent, longioribus ad vnam quamque procurrentibus suburbijs. Sunt & oppida *Ringwood, Christ Church, Woorwell, Andover, Rumsey, Portsmouth, Cingscleare, Odiam, silcester*, & alia. Oppida enim mercatoria 18, ac Paraeciæ hic 253. habentur. Fluuij *Avena, Sturus, Test* & *Hamble*. *Surria* Bedæ *Suthriona* vulgò *Suthry*, & *surry*, ab occasu partim Bercheriæ & Southantoniæ, ab Austro Sussexiæ ab ortu Cantio contigua, a septemtrione Tamisi perfunditur & à Midlesexia diuimitur. Regio est non admodum ampla, satis tamen opulenta, quà Tamisi incumbit, quà campestris iacet planities, fruges mediocriter, & pabulum benignè producit, præsertim ad Austrum, vbi perpetua vallis, grata nemorum, & pratorum varietate nobilis decurrit. Oppida sunt *Godelminge, Ockley, Effingham, Kingstone, Merton, Croydon, Peddington, Wimbledon, VVandlesworth, The Bourrough of Southwarke*. Atque hic Comitatus Paroecias 140. habet. Flumina autem sunt, *VVey, Molis, Vandalis* & quem dixi *Tamisis*. *Cantium* vulgò *Kent* sequitur, Regio à situ sic dicta. Grandi etenim angulo Galliam prospectat, Tamisis æstuario, et Oceano omni ex parte circumfusa, nisi quà ad occasum, surreiam conterminam habet, et southsexiæ partem ad Meridiem. Inæqualis est, ad occasum planior, et sylvis vmbrosa, ad ortum surgentibus collibus excelsior. Incolæ, quà à Tamisi ad Austrum patet in tres portiones distinguunt, quarum superiorem ad Tamisim salubrem sed minus opulentam esse ferunt, mediam et salubrem, et opulentam: inferiorem verò opulentam, sed insalubrem, vtpote quæ magna ex parte est vliginosa. Pratis tamen, pascuis, arusque vbique ferè læta, pomis ad miraculum abundans, nec non cerasis. Habet & ferri venas nonnullas. Vrbs primaria huius prouinciæ *Durouernum*, Ptol. *Daruernum*, Bedæ et alijs *Doroberna*, Anglis *Canterbury*, Latinis *Cantuaria*, peruetusta Romanoque seculo illustris, olim regni Cantij caput et sedes regia, ac nunc Archiepiscopali dignitate gaudet. sunt et oppida *Douer, Hith, Rumney, Sandwich, Gravesend, Rochester, Reptacester* et alia plurima. Fluuij *Tamisis, Darentus, Medwege* et *Stoure*. *Suthsexia* hodie *Sussex* Oceano Britannico tota ad Meridiem longior quam latior recto quasi littore incumbit. Maritimus regionis tractus colles albicantes sublime elatos habet, qui cum ex creta pingui constent, fruges affatim profundunt. Medius tractus pratis, pascuis, arusque lucis distinctus admodum est spectabilis. Citerior sylvarum opacitate amœnissimus. Ferri venis passim fœcũda est hec regio. Oppida hic *Chichester, Arundel, Lewes, VVinchelsey*, et alia. Fluuiolos habet plurimos sed qui è Septemtrionali limite effusi, cursim statim Oceanum petant nauigijs onerarijs subuehedis sunt impares. De *Insula VVicht* quam etiam hæc tabula exhibet, descriptione proxima dicemus.

Hertfordia. Situs. Soli fertilitas. Oppida. Flumina. Essexia. Situs. Soli fertilitas. Oppida. Flumina. Bercheria. Situs. Oppida. Vrbs Londinũ. Flumina. Southantonia. Situs. Soli fertilitas. Vrbes & oppida. Flumina. Surria. Situs. Soli qualitas. Oppida. Flumina. Cantium. Situs. Soli qualitas. Vrbs & oppida. Flumina. Suthsexia. Situs. Soli fertilitas. Oppida.

VII. TABVLA.

Has quatuor Insulas sub Anglorum Imperio comprehensas habet : Monam, siue Anglesey, Vectam vulgo VVight, Iarsay & Garnesey.

Septima & postrema Angliæ Tabula has quatuor Insulas sub Anglorum Imperio comprehensas habet : quarum priores duæ videlicet *Mona* & *Vectis* ad littus Angliæ, posteriores verò duæ *Iarsay* & *Garnsey* iuxta Galliæ littus sitæ sunt. Prima est *Mona* Britannis etiam *Mon, Tirmon*, & *Tnis Dewyl*, id est, *Insula opaca*, Saxonibus *Monezc*, tenui fieto *Manai* a Britanniæ continente diuisa, insula nobilissima, antiqua sedes Druidum, cuius longitudo est plùs minùs 22 mill. Anglicorum, latitudo 17. ambitus verò 60. Insula hæc, *quamuis*, vt inquit Giraldus, *arida, saxosa, aspectu inamœna, & deformis*, suo tempore videretur; nunc tamen amœna, & culta est, triticiique prouentu adeò fœcunda, vt *Mater Walliæ* vulgò appelletur. Lapides etiam habet molares, & alicubi terram aluminosam, è qua alumen, & calchantum conficere non ita pridem cœperunt. Re etiam pecuaria satis est opulenta. Ea autem à Paulino Suetonio, & Iulio Agricola in Romanũ imperiũ redacta, vt ex Tacito scriptore grauissimo refert Cãdenus. Multis pòst sæculis ab Anglis deuicta in eorum nomen concessit, *Anglesey* quasi Anglorum insula dicta. Hoc etiam addit Camdenus: Romanorum in Britannia iam diuergente imperio, Scotos ex Hibernia in hanc etiam irrepsisse. Nam præter tumulos fossa circundatos, quos Hibernicorum casulas vocant, etiam locus est *Tnberiey Gwidil* ab Hibernicis denominatus, qui duce Sirigi, Britannos eo loco fuderunt, vt Triadum libro memoratur. Nec ab Anglis solum, verumetiam à Norvvegis grauiter diuexata fuit. Anno enim M. Aethelredi classis totam Insulam circumuecta hostilem in modum deuastauit. Postea Hugones duo Normannici, alter Cestriæ, alter Salopiæ Comes grauissimè afflixerunt, castrumque *Aber-Lituc* ad coercendos incolas extruxerunt, verum *Magnus* Norvvegus eo tempore ad hanc appulsus Hugonem illum Cestrensem sagitta transfixit, & insulam deprædatus discessit. Deinceps etiam Angli sæpius adorti sunt, donec Edvvardus primus in suam potestatem redegerit. Villas numerauit olim 363. hodieque incolis frequens est. Verùm primarium oppidum censetur *Bellus Mariscus*, vulgò *Beaumarish*, quod in orientali parte Edvvardus primus in loco palustri construxit, & ob situm bello hoc nomine insigniuit, cum priùs locus *Bonouer* diceretur, castroque muniuit. Ab hoc secundum habetur *Newburge*, id est, *Nouus Burgus*, Britannicè *Rossur*, quod ingestis arenis diu conflictatum. Est hic quoque *Aberfraw*, Regia olim VVallorum vrbs. Item sacrum promontorium quod Angli *Holy head*, incolæ *Caer Guby* à Kibio viro sancto Hilarij Pictauensis discipulo vocant. Incolæ ditissimi ac validissimi sunt, & Britannica vtuntur lingua Anglicæ penitus imperii, licet Angliæ regibus per annos 300 cum reliqua Cãbria paruerint.

Sequitur *Vecta* siue *Vectis*, Britannis *Guith*, vulgò *the Yse of Wiht*, & *Wight*. Tam modico autem interfluente Euripo *Solent* olim dicto, à Continente Britanniæ auulsa est, vt cohæsisse videatur, vnde Britannicum illud nomen *Guith*, quod diuortium denotat (vt Nennius habet, factum videtur : quemadmodum etiam Sicilia, ab Italia abrupta, & secta, Latino vocabulo à secando, vt eruditissimo Iulio Scaligero placet, nomen inuenit. Ex hac situs vicinitate, & nominis affinitate *Vectam* hanc *Ictam* esse opinari licet, quæ (vt habet Diodorus Siculus) maris fluxu insula videbatur, at cum refluxisset, exiccato interiecto littore, Britanni prisci curribus eò stannum deuehere solebant, quod in Galliam exportaretur. *Mictim* tamen esse Plinij, quæ arcta item cognatione *Vectam* attingit, non iudicarim, cum in ea candidum plumbum prouenirent, & in hac nullà sit, quod sciam, metalli vena, inquit Camdenus. Hæc inter ortum & occasum lenticulari siue ouali figura viginti mill. pass. longitudine exporrigitur, latitudine verò in media quà maximè patet XII. mill. pass. expanditur, altero latere ad Boream, altero ad Austrum conuerso. Terra est vberi gleba & colono admodum grata, adeò etiam vt fruges exportet, cuniculorum, leporum, perdicum & phasianorum passim ferax; saltum etiam, & varia duo habet, damis ad venationis voluptatem refertum. Per medium longo tractu procurrunt colles quibus pabula affatim profundunt. Quarum lanæ post vellus Lamsterianum, & Cottesvvoldianum optimæ habentur, & inprimis pannarijs expetuntur, vnde maximum surgit incolis lucrum & commodum. Pars Septẽtrionalis pratis, pascuis, & syluis viret, australis frumentarijs quasi tota iacet campis, vbique fossis & sepibus interclusa. In extrema vtrinque parte mare à Boreali plaga ita se insinuat & penetrat, vt duas ferè efficiat insulas, & insulæ sanè incolis vocantur, scilicet quæ ad occasum prospicit *Fresh water Yle*, quæ ad ortum *Binbrydg Yse*. In Romanorum potestatẽ primus hanc insulam redegit Vespasianus dum priuatus sub Claudio meruit, quemadmodum de eo scribit Suetonius in Vespasiano. Saxonum verò primus Cerdicius iuris sui fecit, concessitque Stuffæ & VVhitgaro, qui Britannicos incolas ad internecionem tustulerunt, inde VVolpherus Merciorum Rex Vectam in suam potestatem redegit, & Edelvvacho Australium Saxonum Regi tribuit. Postea Cædvvalla Occidentalium Saxonum Rex Edelvvacho illo occiso, & Aruando insulæ Regulo sublato, suo imperio adiunxit. Sed de his plura vide apud Camdenum. Incolæ natura bellicosissimi & promptæ audaciæ, militesque strenuissimi. Bedæ ætate mille ducentarum familiarum insulà censebatur, nunc triginta sex oppida, vicos, & castella numerat. Inter oppida, celebriora sunt *Newport* primarium insulæ emporium olim *Medena*, & *Nouus Burgus de Meden*, vnde tota regio in *Eastmeden* & *Westmeden* diuidatur, vt hinc vel ortum vel occasum respicit. *Brading* alterum oppidum mercatorium, *Newton* & *Yarmouth* quæ suos habent *Maiores*, & *Burgenses* ad Comitia Parlamentaria mittunt. *Yarmouth* hæc & *Sharpnore* castella habent, quæ cum *VVorsleys* propugnaculo littus ad occasum æstiuum defendunt. Quibus ex opposito vix duorum

Mona. *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Imperiũ Maiorũ* *Oppida.* *Vecta.* *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Mare.* *Imperium Maiorum.* *Incolarum virtus.* *Oppida.*

ANGLESEY.
Septentrio
MARE
HIBER
ICUM
Occidens
Oriens
ANGLIE PARS
MARE
BRITAN
Meridies
GARNESAY
Septentrio
MARE
Occidens
Oriens
BRITANNICUM
Meridies
Septentrio
MARE
BRI
Occidens
Oriens
TANNICUM
Meridies
IAR
SAY

milliarium interstitio obiacet *Hurst* lingulæ impositum Hantonensis Comitatus munimentum. *Quarre* vbi virginibus velatis monasteriolum anno 1132. positum, *Gods hill* vbi ad ingenia excolenda Scholam instituit *I. VVorsley*. *Westcowe & East-cowe* iam ruinosum, quæ in faucibus *Neoportus* Henricus VIII. construxit. Et ad ortum æstiuum *Sandham* castrum tormentis maioribus, vt cætera instructa. Nec naturæ defendẽtis munimenta desunt, rupibus enim abruptis continua serie præcingitur, subsuntque occulta saxa. Atque hæ duæ insulæ littori Angliæ adiacent. Magis ad occasum nonnullæ insulæ Gallicæ præsentæ, Anglici tamen iuris in alto apparent: inter quas *Gerzey* & *Garnzey* primumque Normanniæ, siue Lexobiorum littori quos Britanni nostri *Lettaw*, quasi littorales vocant, *Cæsarea* ab Antonino memorata adiacet, quam Galli nunc ita contraxerunt, vt *Cæsaris Burgum* in Normannia, & Hispani *Cæsaraugustam* in Hispania, *Gerzey* enim illi indigitant, vt *Cherburgh* pro *Cæsaris burgo*, *Saragosam* pro *Cæsaraugustá* dicunt. In hanc olim damnati relegabantur, Prætextatus enim Episcopus Rothomagensis huc relegatus erat, Papiriusque Massonius *Insulam littoris Constantini* vocat, quod Constantiæ antiquæ vrbi obiacet, quæ Ammiano *Castra Constantia* dici videantur, & superioribus seculis *Moritonium*. Insula hæc triginta plùs minùs mill. pass. ambitu colligit, cautibus, & breuibus (quæ vadosa sunt loca nauigantibus insidiosa) defensa. Terra satis fertilis, varijs frugibus & gregibus abundat, oues habet multas & ex ijs plurimas quatuor cornibus conspicuas. Multiplici hortorum viriditate, ac pomarijs ridet: vndè vinum è pomis hic conficiunt, quod *Siseram* incolæ vocant & Angli *Sidre*. Cum autem exiguum ignis alimentum ferat, pro lignis alga marina (*Vraic* vocant) vtuntur. *Quæ* fucus marinus Plinij esse iudicatur, adeóque copiosè his scopulis prouenit, vt sylvæ condensæ eminus videantur. Hæc sole siccata pro igne est; cuius etiam cinere agros veruactáque lætificant, vberrimosque faciunt. Villis frequens est, parœcijs duodecim exornata, & castro munitissimo *Montorguel* colli imposito tuta, cui pro Anglis præfectus constituitur qui vniuersæ insulæ præest. Viginti hinc milliaribus ad occasum æstiuum altera abest insula, quæ Antonino *Sarnia*, Anglis hodie *Garnsey* appellata, cytharæ quasi forma ab ortu in occasum proiecta, Cæsareæ quam dixi, nec magnitudine, nec fœcunditate adæquanda, paræcias enim tantum 10. habet. In hoc tamen præferendâ, quod nihil venenosum, vt illa, alat. Naturæ munimentis tutior, vbique præruptâ cautium corona quoque redimita, inter quas Smyris lapis durissimus, & asperrimus reperitur (Angli *Emerill* vocant) quo Gemmarij lapides expurgant, scinduntque & vitriarij vitrum diffindunt. Hæc etiam Insula sicuti prior hortos virides & pomaria varijs arboribus consita habet, vnde vino è pomis factitio plerumque vtuntur. Portus autem commoditate mercatorumque commeatu multo est celebrior quam Gerzey. In extrema enim ferè ad ortum parte, sed australi latere, lunato sinu portus admittitur, cui adsidet oppidum *S. Petri*, longa platea, & angusta productum, bellico apparatu plenum & mercatoribus cum bellum ingruit, frequentissimum. Veteri enim Regum Angliæ priuilegio perpetuæ hic sunt quasi induciæ, & Gallis alijsque quamuis bellum exardescat, vltro citroque huc sine periculo venire, & commercia securè exercere licet. Portus aditus vtrinque castris munitur, ad sinistram vetus est castellum, ad dextram alterum (*Cornett* vocant) è regione eminet in rupe satis ædita, & mari circumflua. Quod regnante Maria, Leonardus Chamberlan Eques auratus, & insulæ præfectus nouis operibus firmauit. Hic enim plerumque agit insulæ præfectus & milites præsidiarij qui Gallos & fœminas nullo modo ingredi patientur. Incolæ vtriusque insulæ sunt origine vel Normannici, vel Britones, Galliceque loquuntur. Vtrobique *Vraic* illa pro ignis est fomento, vel fossiles ex Anglia carbones, & piscium vtrobique maxima multitudo. Spectarunt olim hę insulæ cum alijs circumuicinis ad Normãniam, sed cum Henricus primus Robertum fratrem anno Christi 1108. debellasset, Normanniam & has insulas Angliæ regno adiunxit, ex quo tempore Angliæ firma fide adhæserunt, licèt Gallus (proscripto Ioanne Anglo, Normanniam occupauerit, et Henricus tertius suo in Normannia iure pacta pecuniæ summa, & Aquitaniæ possessione, cesserit. *Garnseiam* tamen regnante Edvvardo Quarto Galli occuparunt, sed opera Richardi *Harlestoni valetti de Corona* (vt eo tempore vocarunt) illi exturbati & Rex ipsi in dignitatis præmium insulæ & castri præfecturam detulit. Quod ad rem Ecclesiasticam pertinet, Episcopo Constantiensi in Normannia paruerunt, donec ille nostra memoria Pontificis Rom. in Anglia authoritatem (quod Episcopi Angli faciunt) abjurare recusarit. Iam inde VVintoniensi Episcopo subesse dignoscuntur. Atque hæc de hisce quatuor Insulis, deque Anglia tam generatim quam speciatim dicta sufficient.

Gerzey.
Nomina.

Situs.
Soli fertilitas.

Garnsey.
Situs

Soli qualitas.

Portus.
Oppidum S. Pet.

Imperium maiorum.

Plura si quis de Britannicis Insulis scire desiderat, legat Georgium Buchananum, Guilielmum Camdenum, Ioannem Lesleum, Richardum Stanihurstum, & Raphaelem Holinsheadium, qui accuratissimè has Insulas descripserunt.

NORVVEGIA ET SVECIA

primum & secundum Arctoi Orbis Regnum.

BRitannia, qua potuimus fide perlustrata, sequitur in Methodo nostra *Orbis Arctous*, quem *Scandiam & Scandinauiam* veteres, *officinam gentium, & vaginam populorum incompertæ magnitudinis* Plinius vocat, vicinus extremo ad Boream Germaniæ littori, in tria Regna Norvvegiæ, Sueciæ & Daniæ multis iam seculis distinctus. Occurrit ergo nobis *Norvvegia* primo loco lustranda. *Norvvegiæ* etymon minime obscurum est. A *Nord* enim quod Septemtrionem & *Weg* quod viam sonat dicitur, quasi Septemtrionis via vel Septemtrionalis tractus. Hæc ad Austrum habet Daniam, ad Occasum Oceanum: ad Ortum Suecia, Lappiâque ad Septemtrionem terminatur, à quibus excelsis & asperrimis separatur montibus perpetua niue obductis. Tractus omnis Occidentem versus scopulis acutisque petris auius est, atque etiam versus Meridiem saxosus, ea præcipuè parte quæ Cimbrorum Chersoneso obiacet, vnde 250 milliarium interuallo dissidet. At tractus ille omnis tam ad Occasum quam ad Meridiem cœlo mitis est; non enim mare congelatur, neque diu niues durant: sed terra ipsa non adeò sertilis est, & ad suppeditandam alimoniam incolis neutiquam par: Nam valde inops est, ac sterilis versus Boream in finibus Lappiæ, quæ ob rupes maximas, & ob frigus frumentum non fert. At abundat hæc regio pecore & feris, in quibus albi vrsi sunt inusitatæ magnitudinis: sunt & castores, & innumeræ aliæ. Habet quoque Norvvegia peculiares quasdam bestiolas, accolæ *Lemmer* vocant, certam illius regionis pestem: quadrupedes sunt, soricis magnitudine, pelle varia Hæ locustarum more omnia virentia depascuntur, flato tempore moriuntur tanto cum fœtore, vt aer infectus varios incolis morbos creet, vertiginem inprimis & icterum. Fuit Norvvegia regnum aliquandiu admodum florens, imperiumq; tenuit per Daniam latéque per insulas maris, donec domesticum imperium per hæreditariam successionem administratum fuit. Postea sub interregno consensu Procerum institutum est, vt reges per electionem susciperentur. A Suibdagero secundo autem ad Christiernum vltimum, Reges interueniunt 45. Est verò nunc sub potestate Danorum. Hi non legitimos modò reditus, & tolerabilia vectigalia imperant, sed omnia commoda conradentes in Daniam transferunt. Ad hanc difficultatē accedit locorum qualitas: Habet enim Dania in potestate omnes nauigationes Norvvegianas, neque hæc exercere mare potest, neque merces exportare. Eius regiones sunt amplissimæ ac vastissimæ, sed montibus, solitudinibus & rupibus asperæ, magnâque ex parte syluis piniferis inuiæ. Quinque in ea in vniuersum hoc tempore sunt arces Regiæ, totidemque Præfecturæ præcipuæ: quarum Prima & extrema versus meridiem est *Bahusia*. Ei sunt subiecta Opida, *Marstrand* in peninsula scopulosa situm, & halecum piscatura nobile, & eo obscuriora *Koengeef, Congel* forte prope *Bahus* & *Oddewold*, nisi sit *Odwad*. Secunda arx est *Aggerhusia*, in cuius prouincia celsissimi mali nauium, & asseres querni & abiegni, lignaque ædificijs idonea ingenti copia in Hispanias & alias regiones quotannis euehuntur. Oppida huic subijciuntur *Ansloia* Episcopi sedes: inprimis colitur ab exteris; ob curiam ad quā ex vniuersa Norvvegia causæ deferuntur. Itē *Tonsberg, seu Koningsberg, Fridrichstad, Saltzburg* & *Schin* vel *schon*, vbi fodinæ cupri & ferri sūt, itē *Hammaria* maior & minor, regiones olim Episcopo claræ, nunc Asloiensis inspectioni commissæ, & sinu Mosiano interlabente diuisę. Tertia arx est *Bergerhusia*, sub ea sunt *Bergi* vel *Berga* & *Staffanger* ciuitates. Est autem *Berga* totius Norvvegiæ Emporium celeberrimū & horreum, Præfecti Regij ac Episcopi sedes. Ibi piscis ille nobilis & delicatus venditur, qui secundum littus Norvvegiæ captus, piscis Bergensis dicitur, propterea quod inde in multas regiones à Mercatoribus distrahatur. Sunt ibi Vandalicarum & maritimarum ciuitatum famuli, qui cum ibi mercandi causa totum annum perdurent, partem vnam vrbis occuparunt, quam incolæ pontem, exteri tabularium suum vocant. Hi Mercatorum famuli magna cum incolis quotannis commercia exercent, quæ aliquot centena aureorum millia excedant. Sed tamen eorum negotiatio illic quotidie minuitur, neque hodie quanta ante annos quadraginta fuit; nam incolarum industria quotannis crescit & augmentum accipit, ita vt non solum sua negotia domi facile tractent, verum etiam foris abundè et accuratè vicinis regionibus necessaria subministrent. Portus hic est tutissimus. Staffanger ciuitas etsi eundem cum Berga Præfectum habeat, suum tamen peculiarem habet Episcopum ibidem agentem. Quarta arx est *Nidrosia* à Nidero fluuio & Rosa, quod templi nomen est sic dicta, vulgò *Trundtheim*, olim *Trondon*, Metropolis totius Norvvegiæ nunc in vici formam redacta. Sedes olim Archiepiscopi & Regni, amplissime patentem diœcesim habet, in qua plurimus piscis Bergam, postea ad Emporium diuectus, & pelles preciosæ colliguntur. Extat hodieque Templum cathedrale, argumentum pristinæ fertilitatis, cui magnitudine & cæsorum lapidum artificio vix aliud in orbe Christiano simile est Sacrū B. Olao. Crepido circum altare correpta incendio est anno M D.xxx. cuius incendij damnum æstimatum est septem millibus aureorum. Quinta & vltima versus Arctum Norvvegiæ & Orbis Christiani arx est *Wardhusia* paruæ insulæ VVardæ, ipsa quoque parua & obsoleta hoc tempore insistens. Quæ nulla singulari munitione ac ne turri quidem vel castello insignis, oppidulum tamen adiunctum habet, quod piscatorum casæ stipant. In hac arce seu potius casa Præfectus Regius estate habitat & amplissimum illius littoris Norici tractum in Zona frigida vsque ad Russiæ fines gubernat.

Norvvegia. *Vnde dicta.* *Situs.* *Cæli et soli qualitas.* *Animalium varietas.* *Imperium Maiorum.* *Vrbes et oppida.*

Est in Norvvegia lacus *Mos*, in quo serpens miræ magnitudinis interdum apparet, portendens certam rerum mutationem; visus est nouissimè Anno salutis M. D. xxii. alte eminens super aquas, convolutus in spiram, existimatus est (quantum visu conijci potuit) cubitos excedere quinquaginta: sequutáque est haud multò post regis Christierni electio. Porrò Occidentale Norvvegiæ littus (quod imperscrutabilis profunditatis passim perhibetur) verno tempore balænis admodum infestum est; aduersus harum impetum habent nautæ castoreum aqua dilutum, præsens remedium, nam simulatque illud in mare effusum est, confestim immane illud Nerei pecus dissipatum sese in profundum abdit. Copiosa hic in mari vicino captura piscium & inprimis aselli piscis, quem frigore induratum & in fustes extensum mittunt in reliquę Europæ regna; eum pisce Stockvisch vocant. Laudatissima istorum captura est mense Ianuario; tunc enim ob frigora facilius exi eantur & mare ipsum copiosiores opimioresque illos præbet. Petuntur inde præterea pelles pretiosæ, seuum, butyrum, coria, adeps balænarum, pix liquida, trabes quernæ, robora, mali, asseres magno vendentium quæstu. Incolę probi sunt, simplices, exterorum amantes, hospitales: prædones, fures, piratas non habent.

Lacus. *Mare.* *Commoditas.* *Mercimonia.* *Mores.*

SVECIA ET
NORVEGIA
cum confinijs
OCEANUS
SEPTENTRIO
NAVIS
MOSCO
MARE
BALTICUM

Regio.

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium maiorum.

Suecia regnum vetus est, meminit eius Plinius; habet ad occasum Norvvegiam; ad Boream Lappiam & Bothniam: ad ortum Finlandiam, Bothnico sinu discretam, & Liuoniam mari disiunctam, ad Austrum, Gothiam. Regio est omnium Aquilonarium fertilissima: agrum habet vberem, maria, lacus, flumina piscium variorũ proiientu fœcunda: metalla etiam plumbi, ferri, æris, & argenti, quod circa Slaburgum eruitur purum. Syluas feris refertas, & mellificio nobiles. Creditur duplo superare Norvvegiam amplitudine, fertilitate, agriq; bonitate. Quibusdam tamen locis aspera est, & salebrosa. Incolæ viribus præstantes sunt, strenui & bellicosi. Hęc per indigenas & domesticos Reges fortiter & feliciter defensa & amplificata cum aliquot seculis esset, tandem ad Daniæ Reges deuenit: sub quibus annis amplius centum, jam aliquantisper obtemperans, jam eosdem prætextu non seruatarum Legum in coronatione iuratarum excutiens, mirum in modum fluctuauit. Hodie autem ad suos indigenas iterum desciuit, & ex illis sibi Regem constituit. De eius solemni creatione, sic scribit Olaus Magnus lib. 8. cap. 1. *Gloriosa maiorum constitutio nomine municipalium, successiuis seculis & generationibus tradita, in sui exordio præcipit, vt incolæ Regem electuri in Suecia, Senatores, ac Proceres, nuntijque omnium prouinciarum, communitatum ciuitatumque Regni prædicti conuenire teneantur, in Archiepiscopali ciuitate Vpsalensi: vnde non procul est lapis campestris amplus, ab incolis Morasten appellatus, in circuitu XII. continens lapides paullo minore forma humi firmatos: in quo loco prædicti Senatores, seu regni consiliarij, ac nuntij consuere solent. Ibidem ex Senatu præcipuus Orator, circumspectè præponit, quam necessarium sit pro Regni, omniumque incolarum libertate, in vnum Regem, ac Principem consentire, prout a maioribus supra talem lapidem, qui firmitatẽ signat, prouidentius fuerat obseruatũ: ẽs exhortans vt libero, quem velint voto, quantocyus ex nomine prosequantur. Nec mora prolixa interuenit. Qui bonum publicũ, regnique gloriam, pacem & concordiam semper tueri visus est, qui priuato regimine nullum læserat: qui victor in bellis frequentius fuerat: qui totius populi iustè viuendo fauores fortitus est: qui legis & religionis amantior est: is omnium nuntiorum prouincialium vnanimi consensu Rex appellandus elevatur: eo tamen respectu, vt si filius Regis, frater, aut consanguineus, prædictas virtutes habuerit, non hæreditatis sed electionis iure ceteris omnibus anteferatur. Et cum hæc fecerit populus non tolerat aliquem alium sibi Regios honores vindicare.* Rex autem ita à populo declaratus in leges patriæ vicissim iurare cogitur. Prouinciæ huius regni variæ. Aliæ *Gothicæ*, vt *Ostgothia*, cuius *Linkopia* Metropolis: *Westgothia* Lacu Vetere ab Orientali seiuncta, cuius *Scara* Episcopi sedes. *Australis Gothia* seu *Smalandia*, *Tuiscia*, *Verendia*, cuius *Vexio* præcipuum Oppidum est. *Moringia* & Insula *Oelandia*, arce *Borgholm* munita: aliæ *Noricæ* seu *Suecicæ* sunt vt *Oplandia*, cuius *Vpsalia* ad Salam sita, in centro Sueciæ sedes Archiepiscopi & Scholæ publicæ. Multa hic videre est Regum Sueciæ sepulchra, magnificè splẽdi deq́ue exstructa. Et *Stockholmia* Emporium nobile & sedes regia, munita tùm natura tùm arte: Sita est in paludibus instar Venetiarum, nomenque ex eo habet quod palis fundata sit. Aditus ad eam ex mari Eco per angustas fauces Meleri profundissimo alueo patet: eaque capacitate mare admittit, vt naues onerariæ passis velis in portum facilè inuehantur. Verũ turris *Waxholmia* & è regione *Digna*, ita ingressum arctant, vt inuitis Regijs præfectis, ibidem excubantibus nullæ ingredi aut egredi naues possint. Meridianæ Meleri ripæ Sudermanniæ Oppida *Teigo*, *Strengenes* Episcopi sedes & arx *Griphisholmia* adiacent. *Nericia Orebo* arx præcipua est. Occasum versus *Westmannia* regio & vrbes *Arosia* (ad quam argenti metalla sunt præstantissima: adeo vt artifices ex quindecim argenti libris vnam auri extrahere dicantur) Et *Arbega* lacui incumbunt. Inde versus Occasum æstiuum *Dalia* cecidua, *Eoa* & *Solies Dalia*, à lacu *Solien* sic denominata, iacent, quæ ties prouincię vna cum maiore parte montanarum prouinciarum, sub Episcopi Sarosiensis inspectione continentur. Ibi venæ minerales, quæ ortum versus ad mare Balthicum, & sinus Helsingiæ et Gioslenses sese extendunt, occasum versus per VVermelandiam ad Oceanum occidentalẽ ferè nusquam interruptæ, quin ibi metalli aliquid, argenti, cupri, plumbi, ferri, chalybis siue sulphuris effodiatur, porrectæ sunt. Oplandiæ versus Boream finitima *Gestricia*, inde *Helsingia*, post *Middelpadia*, vlterius *Angermannia* Borea & Notia. Inde *Nort Botnia* in *Westbotniam* & *Ost Botniam* diuisa, longo terrarum tractu diffusæ prouinciæ. Tandem Boream versus *Scrickfinnia*, *Lapponia*, *Biarmia*. Has proprias Regni Suecorum prouincias antiquas, plerasque sinus *Botnicus* ex Balthico in Boream recta Toroniam, & vltra circulum Arcticum porrectus à Finlandia amplissima peninsula dirimit: cuius apicem *Alandiæ* insulę versus Meridiem & *Abo* Episcopi sedes, at versus Boream *Wiburgum* tenent. Diuiditur *Finlandia* in Notiam & Boream, quibus *Natagũdia* superior & inferior, *Sauolosia*, *Tauastia*, Finnonicæ regiones latè patentes adiunctæ sunt. Inde trans Finnicum sinum *Corelia* cuius *Hexholm*, *Kexholm* fortè metropolis est, & Meridiem versus *Wotichonia*, in qua *Louatẽ* fluminis Nouogardiam allabentis, quem *Nyaecolæ* vocant, ostium: supra Coporam *Ingria*, cuius *Iamagrod* & *Solonscia*, cuius *Iuanogrod* è regione Neruæ, arces sunt præcipuæ. His contiguæ versus Meridiem sunt *Liuonicæ Ethonum* prouinciæ, à *Nerua* ad Reualiam & Pernouiam vsque pertinentes. *Allantacia*, cuius *Nerua*: *Wiria*, cuius *Wesemberga*: *Wichia*, cuius *Habsal* Episcopi sedes & insula *Dagen*. Quæ regiones trans Finnicum sinum pleræque omnes, Ioannis tertij Regis virtute ac felicitate regno Suecorũ nostra memoria anno M.DLXXXI. primùm accreuerunt, cum Reualia sponte Erico XIIII. Suecorum Regi se subiecisset, anno M.D.LXI. Aquis gaudet Suecia, piscosis riuulis plurimis regionem perlabentibus, atque ex lacu in lacum ducentibus vt fluuij sint, an manu facti aquæ ductus, vix discerni queat. Inter fluuios autem *Lusen*, *Dalecarlia*. Terra ipsa aspera, montibus sylusque frequentissima. Subditi autem huius regni, vt in alijs, partim Ecclesiastici partim laici, eique aut nobiles aut plebei sunt. Inter nobiles summus est Eques Auratus, à Rege virtutis ergo solemniter creatus. Præfecturæ per indigenas administrantur. Est & ibi Marschallus, Cancellarius & Senatus Regni. Incolę porrò si cum Germanis conferantur, ciuilitatis minus, industriæ certè ingeniisque fortasse plus habent. Vtpote quouis eorum rustico, omnia penè opificia, artésque mechanicas callente.

Vrbes.

Flumina.

Montes & sylua.

Senatores.

Mores.

DANIAE
REGNI
Politicus ſtatus.

DANIA Regnum amplum & valde populoſum, vulgo Danemarchia quaſi tractus, ſiue regio Danorum appellatur. Quæ autem horum Danorum fuerit origo, ne Danis quidem ipſis ſatis conſtat: niſi quod quidam à Dano ipſorum Rege primo: & aliqui à Dahis Aſiæ populo eam repetant. Dudo autem de S. Quintino ſcriptor antiquus, Guilielmo Camdeno referente, eos è Scandia in Cimbrorum veteres ſedes deueniſſe aſſerit, Videntur autem ab aquis dicti: quia AHA apud illos fluuium ſignificat & ipſi ſe Daneman quaſi viros aquaticos & fluuiales vocant. Eſt ſane tota Dania pene inſularis, vt deſcriptio oſtendit.

Diſtincta autem eſt in vniuerſum Dania, in præfecturas centum octoginta quatuor, quę HAERET vocantur, & à totidem præfectis legum Danicarum peritis adminiſtrantur. Habet Regem magis ex Procerum electione, quam ex natiuitatis ſucceſſione: Eius eligendi vetus mos erat, vt cum ſuffragia ferrent, in aperto campo lapidibus inſiſterent, eo facto nempe, ſubiectorum lapidum firmitate conſtantiam electionis deſignantes. Iam vero coronantur Reges Hafniæ in Eccleſia D. Mariæ ante altare, & in Eccleſiam prædictam à ſenatoribus Regni ducuntur, inſignia Regia illis præferuntur, vt ſunt enſis, globus, corona. Neque hæc ſunt proprijs familijs attributa, vt in reliquis fere regnis, ſed vt quiſque virtute, ac dignitate præcellit, ei muneri adhibetur. Poſtea cogitur Rex iurare articulos præſcriptos, qui in vſu ante aliquot tempora fuerunt, ſe ſtricte ſeruaturum & religionem Chriſtianam, iura ac conſuetudines regni defenſurum. Deinceps vngitur ab Epiſcopo Roeſchildenſi & ab omnibus Senatoribus, primo illi corona imponitur, qui Maieſtatī. ſuæ tunc iuramentum præſtant, ſi ante coronationem non fuerit factum. Rex poſtea ex nobilitate & proceribus milites aut equites auratos leni percuſſione enſis deſignat, qui antea in bello aut pace egregiam operam præſtiterunt. Et ſic maiores Danorum optimum politiæ ſtatum & monarchiam conſtituerunt, nec vlla vnquam natio illos plane ſubegit, vel patrios ritus & priuilegia ſuſtulit. At contra populi ſeptentrionales, vt Dani, Sueci, ac Norvvagienſes totam pene Europam deuaſtarunt, in nonnulliſq; locis regna conſtituerunt. Nota eſt enim omnibus hiſtoriographis Cymbrorū in Italiam expeditio, Gothorum Hiſpaniæ ſubactio, Longebardorum regni in Italia conſtitutio, Normannorum in Gallia habitatio, Regni Neapolitani & Sicilię erectio, Gotfridi contra Carolum magnum in Friſiam eruptio, Anglorum per aliquot annos ſubiectio. Canutus etiam Magnus quinque Imperia tenuit, Rex enim Daniæ, Sueciæ, Norvvegiæ, Angliæ iac Normannię fuit, nec non Henrici 3. Imperatoris ſocer, vnde hi verſus extant.

Deſine mirari quos garrula laudibus effert
Græcia, quos iactat Roma ſuperba, Duces.
Danica non vlli veterum virtute ſecundum
Edidit, hyberno terra propinqua freto.
Facta mihi Magni pepererunt inclyta nomen:
Quinque ſub Imperio Regna fuere meo.
Me ſibi delegit ſocerum, qui tertius orbis
Arbiter, Henricus nomine ſceptra tulit.
Iuſtitia præclarus eram, regesq; potentes
Subiectos docui legibus eſſe ſuis.

Ex quib' conſtat, vt etiā ex ſequentib' bellis, quæ variè Reges ex Oldenburgenſi familia, ſūma cū fœlicitate geſſerunt, gentem eſſe bellicoſiſſimam, populoſiſſimā & terra mariq; in profligandis hoſtibus fœliciſſimam. Liberam habuerunt ſemper Proceres ac Senatores regni poteſtatem eligendi reges, vt adhuc habent, ſed plerumque filiū primogenitum Regis deſignarunt, niſi cauſis ſuffi cientibus impedirentur, nihilominus tamen à familiæ linea regum non deflexerunt. Regnum diuidi niſi coacti aliquo intertino bello non permiſerunt. Iuniores filios aut fratres in alias prouincias ablegarunt, cum participes Regni fieri non poſſent. Inde tot expeditiones ſuſceptæ cum etiam nobiles ac plebei omnes in patria honeſtum locum habere non poſſent, vel vt loca aptiora & oportuniora adipiſcerentur. Septentrionales enim populi ſunt multarum prolium, propter ſanguinis abundantiam ac caliditatem, pugnaces ac rixoſi, plurimum comedunt & bibunt (Aer enim frigidus, appetitum excitat) Optimè concoquunt, propterea etiam diu viuunt, formoſi, longæ ſtaturæ, ſagaces acfidei tenaces. Hos viuaces eſſe argumento eſt, quod Reges ipſorum valde diu regnis præfuerint, multi 30. annos, nonnulli vltra 40. aliqui adhuc diutius.

Politia

Quinque ſunt Status ſiue ordines totius Rei publicæ Daniæ.

PRIMVS, eſt Regiæ familiæ.

SECVNDVS, Nobilitatis, ſed ſciendum inter nobiles hos nullos eſſe Comites aut Barones: ſed

omnes longa serie maiorum nobilitatem demonstrare posse. Clypeos gestant simplices, quos mutare aut augere, dedecori esse antiquitati illorum putant. Viuunt adhuc nonnullæ familiæ, quæ adfuerunt tractationi inter Carolum Magnum & Hemmingum Danorum Regem super Eidoram fluuium factæ, vt VREN & alij. Hi possident sua bona cum minori ac maiori siue capitis iurisdictione, liberam etiam habent venandi aucupandique potestatem in suis bonis, quemadmodum Comites in Germania. Bona illorum non sunt feudalia in toto regno, sed hereditaria siue allodialia. Omnia castra, prædia ac bona, tam mobilia, quam immobilia, à parentibus relicta æquè diuiduntur inter fratres: Ad ea sorores etiam admittuntur ex singulari priuilegio, ita tamen vt Frater duas partes, Soror verò tantum accipiat vnam, filijsque arces ac castra cedant. Sic multa prædia ad primogenitum venire non possunt: sed diuiduntur. Et nonnulli ex bona tamen familia prognati & virtute præditi, possunt per matrimonium, Regibus aduuantibus, ad amplas possessiones promoueri. Ex hoc ordine eliguntur senatores Regni, quorum numerus 28. raro excedit. Senatoribus omnibus decreta honesta alimenta à rege & Regno, singuli enim arces habent, tantisper donec senatoriam obtinent dignitatem, de quibus nihil Regi contribuunt, sed tantum coguntur aliquot equites alere pacis & belli tempore, & quandocunque à rege vocantur proprijs sumptibus Regi in regno præsto esse. Si legati extra regnũ ablegantur, honestè illis prouidetur ex fisco, vt tanquam Regij legati principum more in itinere viuere possint. Reliqui nobiles etiam habent sustentationem honestam à Rege, siue in aula viuant siue ab ea discedant. Nam habet Rex prædia, quæ Danico Idiomate VERLEHNINGE siue beneficia vocantur, his prouidet bene de se, regnoque meritis ad vitam, aut aliquot annos. De his coguntur alere aliquot equites, & fisco certam pecuniæ summam singulis annis dependere, eo tamen modo, vt pro labore & proprijs seruitijs etiam aliquã partẽ lucri accipiant. Est etiã salutaris constitutio in regno Danię, qua Rex bona immobilia prohibetur emere à nobilibus, ob eam causam, ne aliqua dissensio inter Regem & proceres regni oriatur. Rex enim alioqui posset quædam loca cupere, quæ nobiles vendere nollent: proinde per hanc constitutionẽ huic rei à Proceribus regni optimè prouisum est, licet tamen Regi permutare bona cum nobilibus, contra nobiles nulla bona possunt emere à regijs rusticis. Nam aliqui rustici habent bona hæreditaria & ferè libera, vt antea dictum est.

Sequuntur nomina familiarum præcipuarum nobilium, quæ in regno Danico inueniuntur.

D. de Kaas, D. Guldenstern, de Munck, de Rosenkrantz, de Grubbe, de VValkendorp, de Brahe, de Schram, de Pasberg, de Hardenberg, de VIstandt, de Bing, de Belouu, de VVipfert, de Goce, de Sehefeldt, de Ranzovv, de Schelen, de Frese, de Iul, de Bilde, de Dresselberch, de Green, de Brockenhusen, de Holke, de Trolle, de Knutzen, de Biorn.

De Sehestede, de Iensen, de Stuege, de Mattiessen, de Lunge, de Banner, de Luck, de Rastorp, de Krusen, de Fassi, de Lindeman, de Suuon, de Santbeke, de Quitrouu, de Lange, de Gelschut, de Glambeke, de Krabbe, de Marizer, de Kragge, de Achsel, de Beck, de Ruthede, de Negel, de VVitfelt, de Split, de Ofren, de Appelgard, de Iuenam, de Podessen, de Reuter, de Podebussen, qui fuerũt quondã Barones ex Ducatu Pomeraniæ querũ familia adhuc ibi inuenitur. De Vren qui vixerunt Caroli Magni tempore, de Blick, de Galle, de VVogersen, de Bassi, de Solle, de Daae, de Bax, de Baselich, de VVensterman, de Hoken, de Lindovv, de Bille, de Ruten, de Hundertmarck, de Heiderstorper, de Wolde, de Papenheimb, de Spar, de Falster, de Narbu, de Worm, de Bilde, de Bockholt, de Budde, de Suuaben, de Santbarch, de Gram, de Lutken, de Vhrup, de Spegel, de Bammelberg, de Rosenspart, de Duue, de Hube, de Schauugard, de Must, de Gris, de Falcke, de Brune, de Laxmam, de Duram, de Baggen, de Norman, de Goss, de Matre, de Rosengard, de Totten, de Ronnouu, de Krumpen.

Ex hac nobilitate eligitur præfectus, siue Magister aulæ. Hoc officium fere est tale, cuiusmodi Maior domus in Gallia, Is enim plerumquè residet Haffniæ, tanquam Vicarius regius & dirigit res à Rege ad se destinatas.

Deinde Marischalcus tempore belli & pacis ea quæ ad expeditiones pertinent procurat. Admiralius naues ædificat, veteres restaurat, & singulis annis ea ordinat, quę ad tutandum Oceanum & res nauticas pertinent, habet & is sub se constitutum adhuc alium Admiralium, & in singulis nauibus præfectum ex equestri genere prognatum.

Cancellarius regni, ad hunc ex omnibus prouincijs ac insulis appellatur, à quo ad Regem & Senatum regni appellatio vicissim deuoluitur.

Singulæ prouinciæ diuisæ sunt in HAERRET vt vocant, siue in diœceses, sub quibus multæ sunt parochiæ, ibi primum de iure disputant, si rixæ fuerint inuicem ortæ. Hinc licet appellare ad Iudicem terræ istius. Deinde ad Cancellarium, postremo ad Regem ac Senatores, ibi finalis sententia promulgatur, habẽt ius scriptum, compilatum à VVoldemaro primo, Episcopis ac Senatoribus, Legi naturæ valde congruum, & non

non multum à Romanis Legibus discrepans, sed quo vigore huius multò citius lites finem assequi possint, lataque sententia paratam habeat executionem. Primi iudices si iniquam tulerint sententiam in dimidiam partem bonorum condemnantur, quorum Rex capit dimidiam, & læsus sententia iniusta, alteram partem. Senatoribus adhibuit VVoldemarus primus (ni fallor) Episcopos, quos rursum Christianus 3. propter certas causas ac rebellionem amouit.

Cancellarius Regis, qui plerumque in aula Regem sequitur, habet sibi adiunctos 7. vel 8. nobiles secretarios et scribas, et omnia negotia tractantur à Rege ipso. Si autem aliquid magni accidit, vt de pace aut bello, item de fœderibus ineundis, de finibus defendendis sit deliberandum, Concilium Senatorum à Rege indicitur. Nec licet Regi vllum tributum imponere regno ac nobilium rusticis, absque consensu Senatorum et Procerum.

Aerarij item præfectus, qui omnes totius regni reditus, tam castrorum, quam prædiorum, nec non telonia tam in mari, quam terra colligit, rationes audit, examinat, inquirit, quitantias pecuniam offerentibus reddit. Hic habet adiunctos duos ex nobilitate, et scribas multos ex Plebe, pro quo labore habet annuatim stipendium.

TERTIVS, est status Ecclesiasticus, in quo fuerunt Episcopi septem, vt Archiepiscopus Lundensis, Episcopus Roschildensis, Otthoniensis, Ripensis, VViburgensis, Arhusensis, et Slesvvicensis, ad quem cæteri etiam Canonici referuntur. Hi habent decimas in regno: quæ tamen in prouincijs diversis, diverso modo diuiduntur, dimidiam partem decimarum percipiunt Episcopi, dimidiam Rex, aliquam Canonici, pastores, pars etiam ad ædificandas ecclesias contribuitur. & quantum ad Pontificium ius attinet, semper in hoc regno, quemadmodum etiam in Gallia, nominationes & ordinationes prælaturarum, Episcopatuumque, à Regib?, ad hoc vsque tempus collatæ fuerunt, vt etiam ex responso VVoldemari primi Regis Daniæ, vt arbitror, quod hic annectere libuit, constat. Cum Pontifex Romanus à Rege hæc & similia postularet, fertur rescripsisse Rex: Regnum habemus à subditis, vitam à parentibus, religionem à Romana Ecclesia, quam si repetis, remitto per præsentes. Et quemadmodum Caroli Quinti prudens decretum laudatur, quod in posterum Ecclesiasticæ personæ nullam rem immobilem coemere possent, absque principum consensu. Sic Christianus tertius æquè prudenter constituit, ne Ecclesiastici aliquid vendant, absque Regis expresso mandato. Alioqui Religiosi sunt optimè prouisi in toto Regno à Christiano 3. piæ memoriæ, & scholæ particulares multis in locis erectæ, veluti etiam in Islandia duæ, vbi etiam habent propriam Typographiam. Vna tantum est in toto Regno Academia Hafniæ, quæ fundata est à Christierno primo, permissu sixti Pontificis, Anno Christi 1478. Quam Fridericus secundus, quanquam bello suetico septennali erat implicitus, tamen locupletauit, & eius proventus sexaginta millibus thalerorum auxit.

QVARTVS, Status est Ciuium & Mercatorum, in vrbibus ac oppidulis habitantium: Hi habent propria privilegia, quibus fruuntur, & his attributi sunt agri proprij ac syluæ limitibus circumductæ. Hi etiam mercaturam exercent in agro & mari in omnibus partibus Europæ. Ex his quemadmodum etiam ex rusticorum liberis eliguntur, Episcopi, Canonici, Pastores, & Senatores vrbium, Scribæ in castris & arcibus, magistrj ac gubernatores nauium, aliqui etiam horum præficiuntur teloniis. Iudicia omnia minora, ex his constituuntur præside interdum vno ex nobilitate.

QVINTVS, Status est rusticorum, horum duo sunt genera, primum vocatur, *Freibunden* id est liberi Coloni. Hi possident agros hæreditarios, paululum tamen inde singulis pendunt annis. Hi etiam mercaturã & piscaturam exercent. seruitijs præstandis non opprimuntur, nec tributa pendunt, nisi consentientibus regni Senatoribus. Alterum genus est eorum qui non possident bona hæreditaria, sed à Rege, nobilibus aut Ecclesiasticis personis ea conducunt, et servitia multa inde dominis præstare coguntur, prout cum domino agri conuenerunt.

Hæc fere sunt, quæ de Politia Danica exponenda mihi fuerunt, ex quibus patet monarchiam Danicam, plerumque fuisse optime constitutam, nobilitatẽque liberã electionẽ Regis sẽper habuisse, attamen ex familia Regia, vt antea etiam dictum est, vnde hoc commodi consecutum est, ne Dani intestina habuerint bella ac dissensiones, nisi quæ ortæ fuerunt inter Regiam familiam, quas tamen cito composuerunt, interuentu aliquot nobilium, præsertim cum Regum filij nullam capiant regni partem. Deinde cum omnes sint tantum nobiles in Regno, & Baronum & Comitum Ducumque nomina & titulos ignorent, nullus tantis affluit, vt ijs fisus se familiæ regum opponere audeat, eo quod inter filios & filias semper diuiditur paterna hæreditas. In Dania summa dignitas est Equitum quos ab ornamentis, quæ illis tribuuntur auratos vocant: sed illa nemini nisi tempore pacis & belli bene de republica merito confertur. Ita habent Reges Daniæ optimè florentem rempublicam: quæ facile ab externis hostibus defendi potest, cum subditi vnanimes cum Rege vt naturali suo domino terra mariqué hostibus resistere queant. Huic Regno florentissimo hoc nostro tempore præest CHRISTIANVS quartus, quem vt cum omnibus Senatoribus & nobilitate totius regni incolumem Deus optimus maximus conseruet, eique tranquillam & pacificam concedat gubernationem, ex animo precor.

II. TABVLA.

Quæ Iutiæ Septemtrionalis partem complectitur.

Occidua pars Daniç & præcipua est *Iutia* vulgo *Iutlandt*, quã Ptolemæus *Cimbricam Chersonesum*, Plinius *Cartrin* vocat. Hæc in Septemtrionẽ in modum peninsulæ à Saxonibus inter duo maria, Britãnicum & Germanicum procurrens, vt in Austrum Italia porrigitur. Eius terminus Australis est fluuius *Eydera*, patetque in longitudinem lxxx prope (mill. pass. ab Albi flu. Boream versus. Latitudo eius vbi maxima xx. mill. pass. Eam duplicem esse diximus *Septemtrionalem* & *Meridionalem*. *Iutia* siue *Cimbrica Septemtrionalis* quæ hac Tabula describitur, Norvvegiam versus se extendens, iuxta Scagam, ob syrtes & vadosum ijs in locis mare nautis celebre oppidum, in cuneum coarctata desinit. Habet autem hæc regio circa Aleburgum emporium maximam latitudinem: ibi enim sinus *Lymford* illapsus, ac totam *Iutiam*, Occidentem versus, penetrans exiguo relicto spatio, VVensussam ditionem à reliqua parte diuellens, pene insulam reddit, ac vasto tandem alueo dilatata aliquot insignes insulas suo faciens ambitu, multis sinibus seu ramis dimissis, varias prouincias suo interlapsu distinguit ac limitat. Iutia Septemtrionalis frugum, tritici, siliginis, hordei, ac similium ferax. Pascuorum etiam alicubi vbertas summa est, atque abundat tot boum armentis, tam læta vaccarum parens ac nutrix est, vt ad externas prouincias armentorum incredibilem penè copiam emittat, maximéque in Germaniam, quo quotannis prope 50 millia boum educuntur, præter caseum, butyrum, sebum, & coria. Equos etiam generosos & præstantes producit, quorum etiam vis ingens quoquouersum exportatur. Paruit olim Iutia Saxonibus, non autem reliquæ Aquilonis regiones. Ex hac Cimbri ante natum Christum annis 105 in maximum terrorem Italiæ velut procella se effuderunt. Hi enim adiunctis sibi Teutonis, Tigurinis & Ambronibus, Romanum imperium extinguere conspirauerant. Et nec primum horum imperium Silanus, nec secundum Manilius, nec tertium Cæpio sustinere potuerunt. Omnes fugati, exuti castris. Actumque erat, nisi Marius illi sæculo contigisset, ait Florus. Durauit autem hoc bellum Cimbricum à Syllani consulatu annos octo, vsque ad consulatum Marij quintum, à quo tandem ad flumen Athesin deleti sunt reliqui exercitus Cimbrorum, Teutonum, & Ambronum. Sed quoniam hoc loco in Cimbrorum mentionem incidimus quorum in historijs nomen celeberrimum, paulò fusius de his libet disserere. Cimbri dicti videntur à Gomero filio Iaperi. Sed quoniam vir eruditissimus Iunius doctissimé de his disserit, eius verba hic non grauabor apponere, Constat ex Moyse Iapeto natam esse masculam prolem, nomine Gomerum, siue cognata litera Comerum, qua voce apud Hebræos perficiens & circulum ambiens significatur. Ea verò vocis genuina significatio, scriptoribus Cimmeriæ linguæ imperitis hactenus ignorata, quod nemo eam caliginem discusserit, meridiano sole clarius elucescet me duce, si eratem dictionis molliter dissoluas. Quid enim aliud in isto idiomate sonat *Go om her* disiuncta, rursusque in compagem clausa eadem voce, *Gomer* quàm in orbem ambio, & cursum perficiendo absoluo. Hinc dicta est & Gomera orbicularis illa disciplinarum series, quam Encyclopædiam Græci, orbem doctrinæ Fabius nominauit, quod sit ἀπέιρων nullóque fine, vt & annulus, circumscribatur. Iure igitur felix istud nominis auspicium soboli Iapeti obtigit, quę in orbem circumijt, & vti præ se fert appellatio, curriculum datum præscriptumque sorte absoluit, ab ortui solis substratis terris ad vsque eius positum, terras omnes emensa. Nemo namque historicæ cognitionis tam est rudis & ignarus, quem lateat Gothorum & Vandalorum (qui Cimmeriorum progenies fuere) armis Hesperiam vtramque occupatam possessamque fuisse. Quare quum consentientibus calculis é Gomero propagatos esse Cimmerios, omnes fateantur, quiquum principio interiora Asiæ penetralia tenuissent, à Scythis pulsi, & semper ad occidua tendentes, in Scandiam, inde in Cimbricam Chersonesum traiecerunt, quod conuenientius vocabulum gentis Cimbricæ auctori Gomero, & vicissim genitoris sui nomen retinenti populo aptari potuerit, quam à circumeundi & circumquaque palandi studio, non perspicio. Quæ namque gens vna maiorem terratum circuitum confecerit, haud facile legendo didicisse quenquam arbitor: id quod apertè ac diligenter explanat Iosephus Antiquitatum Iudaicarum accuratus scriptor, qui Gomeri posteros ex Armenia profectos ad Tanain vsque amnem excurrisse, inde per Europam vniuersam extremis Gadibus tenus terras omnes multitudine inundasse scribit. Clarissimè verò propagandi & conficiendi cursus sui studium ea in gente Plutarchus in vita Marij explicauit, cuius verborum sententiam solum appendam Latinis auribus, ne citandis Græcis lectori fastidium pariam, chartásque odiosè prolixus onerem. Cimbros (inquit) prædicant, quoties loco se mouent mutatis sedibus, non vno impetu aut assiduè, sed quolibet anno vbi tempestatis fouet commoditas, prorsum semper tendendo, proximas quasque regiones bello aggredi, quumque varia inter illos populorum sint nomina, communi appellatione Celtoscythas agmen suũ vocare. Alij referunt Cimmeriorum, quos ab antiquo Græci cognouerunt, nõ magnam fuisse vniuersitatem, sed exules potius quosdam aut seditiosos à Scythis exactos, à Mæotide in Asiã transmisisse, ductore Lygdami: longè verò maximã & bellicosissimã gẽtis portionẽ in extrema maris Oceani ora consedisse, ac regionem opacam, nemorosam, & propter præcelsas spissasque sylvas ad Hercynium vsque saltum pertingentes, soli inaccessam colere. Hactenus ferè verba illius vtcunque reddidi. Vndè verò Cimbros Germanico etymo Plutarchus, aut Gallico Festus Pompeius latrones ac subiec-

Regio. Nomina. Situs

Iutia Septemtrionalis. Situs.

Soli fertilitas. Animalium varietas.

Imperium Maiorum. Maiorum virtus.

WENDSYSEE, siue
Wen:
sixe pars
Nor:
DER
LAND.
Ty
Ivt
Salling
Tyrhalm
Hibernia Occidentalis
IVTIA
SEP-
TENTRIO
NA-
LIS

sores dici probare queant, non intelligo, nisi pro latronibus milites conductitios accipiamus, quomodo Plautinus miles gloriosus dixit, *Latrones quos conduxi*; & rursus, *vt sibi latrones cogerem & conscriberem*: aut nisi videatur Plutarchus id retulisse ad peculiarem genti morem belligerandi, vt quę clandestinis latronum more insultibus finitimos opprimeret: atque ita memorat impetuoso illorum incursu perculsam Italiam timuisse, quū gentem neque de nomine neque de genitali sede notam, repentinę nubis instar suis ceruicibus ingruere intellexisset; atque eo modo dixit Fl. Vopiscus Proculum Imp. Germanos obtriuisse, nunquam aliter quam latrocinandi pugnantes modo. Hactenus Iunius. Iutia hæc in quatuor sedes Episcopales latissimè patentes diuisa est, in *Ripensem* quæ Ripæ, *Arhusiensem* quæ Arhusij, *Vandalicam* quæ *Aalburgi*, *Viburgensem* quæ *Viburgi* consistit. *Ripensis* diœcesis, Præfecturas triginta, Ciuitates septem, & Regias arces decem habet. Kolldingæ Regina Dorothea Christiani tertij vidua, scholam suis sumptibus instruxit. *Arhusiensis*, Præfecturas 31. Ciuitates septem, & arces quinque habet. *Arhusium* siue *Arhusia*, emporium est celebre, ob portum, quem ingens illud promontorium Hellenis efficit, quod ab arce regia Kalloe, per ditionem Mols, vsque ad altissimum montem, *Ellemansbergh*, ad duo milliaria protenditur, & tam suo, quam insularum aliquot obiectu, placidum nautis æquor efficit. Sub hac Diœcesi insulæ sunt *Samsoe*, *Hielm*, *Tuen*, *Hiarnoe*, *Gerno* fortè, sepultura Hiarni Regis celebris, *Hilgenes* & alię plures. *Vandalica* quę & *Burglauiensis* Diœcesis, Præfecturas tredecim, & Ciuitates sex habet. Partes eius maximè illustres sunt *Wendsyssel*, *Handharet*, *Thyland*, & *Morsoe*. *Wendsyssel* siue *Vensilia*, id est, *Vandalorum terra* & *Sedes*, Præfecturas sex, Oppida tria & arcem vnam habet. Hic est mons *Alberg* in quo gigantum monumenta conspiciuntur. Adiacent insulæ *Gryssholm*, *Hertzholm*, *Tydsholm*, & aliæ. In Hanharet est rupes visendæ altitudinis, *Skarringklint* dicta, & in oris eius Syrtes, quas *Sandores* & *Bracas* vocant. Ei subsunt insulæ *Olandt* & *Oxeholm*. Præfecturas quatuor, oppidum vnum nomine *Tlystad*, vbi Christianus tertius scholam iuuentuti primus condidit, & arcem vnam *Orumnam* habet. Sub ea sunt insulæ *Handsholm*, *Ostholm*, *Iegen*, *Cisland*, *Egholm*, *Bodum*, *Morsea*, Præfecturas tres, vnicam ciuitatem *Nicopiam*, & arcē vnicam *Lundslot* habet. Insula ei adiacet vna, *Aggeroa*. *Viburgensis* diœcesis Præfecturas sedecim, Ciuitates tres, & totidem arces complectitur. Viburgi generale concilium triumvirorum nobilissimorum & sapientissimorum de causis ciuilibus cognoscendis & dijudicandis, toto ferè anni spatio continuatur, nisi vbi inquietę functionis molestijs defatigati, se in prædijs suis paululum recreant & vires recolligunt. Huc vniuersę Cimbricę Chersonesi casus, querelę de finibus & hereditatum controversiæ, omnesque capitalium causarum animadversiones, cuiusmodi sunt cædes, adulteria, furta, & veneficij crimina deferuntur. Ad *Wensiliam* peninsulam, vbi in conum desinens, paulatim se ad Solis ortum æstiuum inflectit, est ille Iutiæ angulus, ob pericula nautis adeò formidabilis. Nam ingens dorsum & Syrtis longissimè se in mare protendit, vt, qui tutò, & citra periculi metum esse volunt, non propius, duobus miliaribus, ad littus accedant. Tale est omne Iutiæ littus occidentale, vt qui in Norvvegiam, vel ex Oceano in Orientem navigare intendunt, longo circuitu Iutiam euitare cogantur. Sunt tamen quatuor omnino montes in hoc longissimo littore, ex quibus nautæ suas habent observationes & indicia. Incolæ huius tractus piscaturā exercent. Cum autē portum, et fidam navibus stationem non habeant, naves suas ex alto venientes, conveccis in subsidium socijs & vicinis ex mari in littus pertrahunt, vsque eo, quo fluctus maris transcendere, easque levando tundendoque laedere minimè possint. Copiosissima hic in mari variorum piscium, atque inprimis alecum captura. Inter Fioniam insulam & Iutiam ad Eideræ fluminis ostia sinus est, ita piscibus frequens, vt non minus alimentorum indigenis, quam ager omnis exsolvere videatur. Sed quoniam in piscium mentionem incidimus, atque hac regio, sicut & omnes ferè Dani, tam marinis quam fluuialibus piscibus abundat, eorum nomina ex Ioanne Keldingensi adscribere placuit, qui de his hunc in modum scribit: Est autem hæc Cimbrica tellus, omnis generis piscibus abundans, quorum aliquot species hic recensere libet, vt inde Dei bonitas, qui dives est in omnes innotescat, simulque Zonæ huius occidentalis commoditas æstimetur. Notiores igitur apud nos vtriusque generis sunt *Lucius*, *Carpio*, *Cyprinus*, *Perca maior*, *Perculus*, siue *Melanurus*, *Aloca*, *Cyprinus Prasinus*, *Gobio*, vulgariter *Quappum*, *Anguilla*, *Phagros*, cuius latinum nomen non inuenio, Germanicè *Neschet*, nostra lingua *Sterling*, *Tencha*, *Fundulus*, *Salar*, *Oculata*. Item marini, *Raia*, *Cancer*, *Tinca*, *Gladius*, *Asellus mollis*, *Solea maior & minor*, *Linguliaca*, *Rhombus*, *Halec*, *Passer*, *Concha*, omnis generis, *Acipenser*, aliter *Sturio*: prægrandiores etiam beluæ *Lutra*, *Balæna*, *Canicula*, & id genus plura. Hactenus ille. His expositis non alienum duxi Coronidis loco adijcere, quod Incolæ harum Regionū Septētrionalium fuerint & adhuc sint frigidi & sicci, proceræ staturæ, faciei pulchræ, boni coloris, iucundi, læti, suspiciosi, callidi ac in negotijs providi, sani, superbi, amantes suorum, multum comedant ac bibant, benè concoquant, ideoque diu viuant, sanguine abundent, mores seueros habeant, et propter cordis calorem, sint pugnaces & rixosi, ament pericula, venationes & peregrinationes, suarum opinionum sint defensores, nihilominus iustitiæ memores, in omnibus linguis addiscendis adprimè dociles, musarum amantes, & pacta & contractus sanctè observent, multos habeant liberos, & quod fœminę ipsorum difficulter pariant, sintque formosæ, et in administratione rei familiaris tenaces & prudentes; ex Catharro autem, morbo regio, angina, pleuritide, fistulis, aqua intercute vel phthisi plerumque moriantur. Achilles Gassarus testatur hic inuenta fuisse a Monacho Chymista tormenta bellica.

Vrbes & oppida.

Mare.

Commoditas.

Mores.

Arctoi orbis tertium.

DAnia duobus tantum locis continenti iuncta est, eam à plaga mundi occidua, Oceanus Germanicus, ab ortu solis mare Balthicum lambit & littora pulsat, ad Septētrionem Norvvegia & Suecia, ad meridiem Holsatia, Megalopolis & Pomerania obtenduntur. Ea in creberrimas insulas disiunctissimas distribuitur. Cœli temperies, vna cum salubritate aeris Danos blandè, vt Ioh. Coldingensis verbis vtar, refocillat. Terræ vbertas nutrit: Volucrum suauissimus concentus recreat; Siluarum nemorumque varia materia oblectat: In quibus porci innumerabiles oberrando, nunc glandibus quercinis, nunc fructibus faginis ad voluptatem saginantur. Multiformes simul atque animalium species, & florida prata delectant. Maris affluentia, vt penu confertissimum, Danos cum magna Europæ parte alit; & quo ad vitæ vsum carere nequeunt, natura Danis minimè inuidit. De imperio autem Maiorum scribit Munsterus: Danum quendam multis ante Christum seculis in sua Dania regnum primum tenuisse, à quo, regum Danicorum stemmata ceu quodam deriuato principio, splendido successionis ordine profluxerunt. Fuit hic filius Humbli, Selandiæ, Falstriæ, Lalandiæ & Monæ Dynasta, potens ea tempestate athleta ac pugilum maximus, decursionibus, varijsque belli exercitijs: tam generosi animi dotibus excellens, quam corporis viribus heros præualidus. Dan genuit Hūblum & Lotherum: Humblus primum rerum potitus à fratre deturbatur, tyrannum magis quam regem agente, atque illi successit filius Skioldus, qui rursus Gramum regni reliquit successorem. Gramus bello Noruagico, quod in Suibdagerum gessit, oppressus interijt. Suibdagerus ergo primus omnium regum aquilonis, trium moderator factus est regnorum, & filiam regis Danorum, à patre diu negatam, sed iam bello quæsitam, cum regno accepit vxorem. Eo autem mortuo Froto filius regnum accepit paternum, multisque bellis feliciter ab eo gestis tandem in apparatu militari contra Regnerum Regem Sueciæ instituto vitam finiuit. De huius autem successoribus ac reliquis Daniæ regibus Munsterum vide fusissimè differentem. A primo verò rege ad Christiernum Reges numero 97 intercedunt. Nunc Danorum omnis regio maris faucibus intercepta constat multis partibus, quarum præcipuæ sunt *Iutia*, *Fionia*, *Zelandia*, & *Scania*, præter insulas singulis partibus adiacentes.

Regio. *Situs.* *Cœli temperies.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Imperium Maiorum.*

Iutia, quam nonnulli *Gothiam* appellari volunt, quondam Cimbrorum sedes, apud Historicos & Geographos *Cimbrica Chersonesus* dicitur, & in *Iutiam Meridionalem* & *Septemtrionalem* diuiditur. Huius Septemtrionalis Iutiæ descriptionem vide secunda tabula Daniæ. *Meridionalis Iutia* olim dicta *Nordalbingia* inclytum Ducatum Slesvicensem complectitur, cui Holsatiæ Ducatus nunc quoque subiungi potest, horum ampliorē declarationem suo loco videlicet tertia Tabula Daniæ inuenies.

Iutia.

Fionia particularior quoque descriptio sequitur, quarta Tabula Daniæ comprehensa.

Fionia.

Zelandia quę & *Sialandia* inter reliquas Daniæ insulas est maxima, *Codanonia* Melæ, vt censent Oliuarius & Ortelius. Hanc alij *Zelandiam* quasi maris terram, quod vndique mari incincta sit: alij verò quasi seminis terram, eo quod sua sponte absque annua stercoratione segetum omnis generis ferax sit, dictam volunt. Longitudinem habet hæc insula itineris bidui, atque latitudinem fere ęqualem. Quindecim ciuitatum, duodecim Arcium Regiarum capax est. Inter ciuitates autem *Hafnia* siue *Copenhagen* est præcipua totius Daniæ Metropolis magnitudine, opulentia, & maxima portus commoditate insignis, quem & incredibilis profunditas & obiectus Insulæ quam *Amagger* vocant nautis tutissimum facit. Vrbis initia fuere tenuia. *Absalon* enim *Huide* Archiepiscopus Lundensis primum hoc loco arcem condidit, aduersus piratas, quam à se vocauit *Axelhuys*: hunc locum propter commoditatem partim piscatores, partim mercatores cœperunt inhabitare, dictusque idcirco *Kiøbmans Haffen*. Hæc accidere circa annum Christi M.C.Lxv. Est hoc loco celebris Academia, cuius instituendæ facultatem Ericus Pomeranus à Martino v. Pontifice primus impetrauit, repetijt Christianus Oldenburgicus ac permissu Sixti Romani pontificis ad optatum finem deduxit, eamque multis ac continuis bellis collapsam Rex Christianus Tertius instaurauit, in eam collatis magnis reditibus, vt non solū duodecim doctores & Magistri Professores, verumetiam ingens pauperum scholasticorum numerus inde sustentetur: quos reditus Fredericus secundus insigniter auxit. Ex hac schola passim Ecclesijs ceu perpetua seges Doctorum, atque Pastorum tam in Regno Daniæ quam Norvvegiæ subministratur atque sufficitur. Supra Hafniam est *Helsingora* & prope eam Arx Regia *Croneburgum* de qua infra, cui ab altera parte vltra mare similis Arx *Helsinborch* cum opido eiusdem nominis respondet. Ibi *Zelandia* & *Scania* prominentibus vtrimque promontorijs ita prope coeunt vt vix parui milliaris inter se relinquant maris spaciū, quod *De Sundt* vocatur. Ad hunc locum omnes naues orientem versus cursum instituentes, velut ad centrum coire & Regi vectigal pendere coguntur: cumque in vtroque littore arx posita sit, Rex, si quando id necessitas postulat, suis in medio collocatis nauibus, ita has fauces occludere potest, vt quantumuis etiam numerosam classem ab ingressu, vel egressu prohibere queat. Huc sæpe vno die 200. sæpe etiam 300 naues ex varijs Europæ partibus connenire contingit. Est & hic *Roeschildia* sedes olim Episcopi, ibi multorum Regum & Ducum insignia monumenta conspiciuntur: nunc autem ad tenuitatem perducta, quod ciues vrbium confisi munitionibus soleant insolescere. Sub Zelandia autem sequentes sunt Insulæ, *Amagria*, *Huena* siue *Ween*, *Moenesland* in qua ciuitas *Stegoa*, & plures aliæ. Habet *Zelandia* vnum Episcopatum cuius Præsul *Roeschildiæ* sedem antiquitus, vti diximus, habuit.

Zelandia. *Nomina.* *Vnde dicta Zelandia.* *Situs.* *Vrbes.*

Scania inter Regni Daniæ Prouincias magnitudine & opibus admodum insignis est regio, atque cum Suecia continens. Hanc alij *Scandinauiam* pro *Scondaniam*, id est, *amœnam Daniam*, alij *Scaniam* atque alij *Sconingiam* dixere, vulgo *Sconen*. Plinius eam tum *Scandiam* tum *Scandinauiam* vocat, sed in eo fallitur, quod *Insulam* esse putat *incompertæ magnitudinis, portionem tantum eius incolente Hilleuionum gente, quingentis pagis, qui etiam alterum orbem terrarum appellat*. Sed Ortelius hanc Plinij Scandiam & Scandinauiam non Scaniam, sed eam peninsulam esse, quæ hodie tria amplissima regna Norvvegiam, Sueciam, & Gothiam, aliasque regiones comprehendit, autumat, vt supra quoque diximus. Alij beatas terras & homines macrobios atque omnium iustissimos mortalium sub hoc terrarum tractu posuerunt. Plerique ex veteribus tam Græci quam Latini ferè incognitam habuerunt, illicque esse terrarum Zonam frigidam, perpetuis damnatam niuibus omnisq; ani-

Scandia. *Nomina.*


DANI
AE
REGNV
Westergotie pars
Ocea
Germ
Vfcus
De West See
Mare Bal
Scho
zeland
Pome
Meridies
Oriens

Situs. animantis impatientem dixerunt magno consensu. Vndique cingitur hæc Scania mari, præter vnum terræ brachium quod porrigitur in boream ac deinde recuruatur in Orientem vbi Sueciæ iungitur: sed intercedunt profundi saltus, asperrimæque rupes, per quas è Scania in Gothiam Sueciæ partem iter agitur tam difficile, vt ferè leuius sit marino discrimine vitare terrestrem laborem. Regio cœli beneficio, telluris obsequio, portuum & *Cœli temperies & Soli qualitas.* emporiorum commoditate, maritimis opibus, lacuum & fluminum piscatione, venatione nobilium ferarum, auri, argenti, æris & plumbi inexhaustis venis, oppidorum frequentia, civilibus institutis nulli cedit beatæ regioni: vnde & *Schondiæ* illi nomen mansit, teste Munstero.

Hæc quondam in duos ducatus, *Hallandiam* & *Blekingiam* diuisa, nunc Præfecturas viginti tres & civitates quin-
Vrbes decim complectitur. Eius Metropolis est *Londa* siue *Lundia* vbi Regni Archiepiscopus sedem suam fixit: cuius olim tanta fuit potentia, vt etiam Regi suo bellum minari non vereretur: nunc autem in ordinem redactus, vt cæteri Episcopi qui septem sunt numero in Regno Daniæ. Quando fuerit, & à quo vel à quibus condita, nusquam in historijs legitur. Nam qui Anglos conditores agnoscunt, appellatione sola moti videntur, quæ communis est huic cum Angliæ Metropoli: Germani enim vtramque civitatem *Lunden* nominant. Dani hanc suam sua lingua *Lund*, quod nomen saltum vel sylvam Danicè significat. Est etiam hic *Malmogia*, quæ & *Ellebogen* dicitur, insigne emporium & præcipua totius regionis ciuitas propter nundinas & frequentes negotiationes, quas ibi provinciales exercent. In Hallandia est arx *Warburgum* altissimis montium iugis superstructa. Eam à Suecis anno M. D. LXV. captam & imposito præsidio munitam cum Daniel Ranzouius iussu & auspicio Regis Frederici secundi arcta obsidione premeret, vt tandem se dedere sit coacta, globo ex tormento æneo per caput traiecto peremptus est anno M. D. LXIX. vir virtutibus & laude bellica valde illustris. Nam Regis Daniæ Frederici II. summus belli dux contra suecos designatus paucis ante mortem annis in campo *Astorfheide* iuxta *Falckenberg* quatuor millibus instructus ad sex & viginti milia profligavit. Adiacent huic regioni insulæ *Landoe*, *Hannoe*, *Bornholm*, insula famosa in quatuor præfecturas diuisa, & tres civitates ac vnam arcem continens: *Gotlandia* in qua antiquum Emporium *Wisby* aliquando valde florens, nunc autem ad alias Civitates mercatura translata, viris, opibusque attenuatum iacet. Præter frumentum, caseum, butyrum, va-
Mercimonia. riasque pelles, etiam abietes procerissimas, quarum frequentes ibi sylvæ sunt, malis nauium fabricandis, & præterea lapides ad structuram vtiles, nec non calcem copiose emittit. Episcopum huic insulæ Fredericus secundus primus præfecit, & alios in sempiternum præficiendos liberali stipendio concesso ordinauit. Flumina
Flumina. Daniæ sunt *Egidora*, vulgo, *Eyder*, *Chalusus* Pto. hic Frisios à Dimarsis dirimit ac se in Oceanum Britannicum exonerat: & *Stora* piscosus & natigabilis fluuius, qui in intima Holsatia ortus, aliquot oppida & nobilem illam
Mare. Ranzouianam domum Bredenbergam alluit, posteaque se in Albim effundit, & alia. *Mare Balthicum* quod ad ortum terminum Daniæ supra constituimus, nunc accolæ *Belts* Germani *Oostzee* indigitant, à Baltheo id est militari cingulo nomen hausit, quod cinguli instar vtramque Cherronesum ambiat ac complectatur. *Pigrum* à Tacito nominari videtur, ab effectu vt putat Ortelius, quod non vt cætera maria moueatur, nam æstus eius vix deprehenditur, vt testantur illi qui illud sæpius nauigaverunt: continuóque fluxu ex oriente versus Occidentem descendit. *Helsingora* ad fretum sundæ, arcem habet Regiam *Croneburgum*, præsidium extremæ In-
Opera publica. sulæ Zelandicæ oræ. Hanc arcem Fredericus II. Daniæ rex maximis & innumerabilibus demersis saxis, interque cõpacta & fistucata robora conclusis, ac loco fundamenti stabilitis firmatisque, ex ipso maris fundo immani sumptu eduxit, tanta operis firmitate vt immanes pelagi fluctus magnis prouolutos procellis, atque ad vallum murosque horrendo boatu illisos, citra vllius periculi metum despiciat. Opus vniversum admirabili symmetria exactum est, intus magnificis conclauibus, cubiculis, porticibus exornatum: quorum tapetia Daniæ reges ordine repræsentant. Tecta cupreis sunt obducta laminis, muri lapidibus cæsis expoliti. Ad arcis mœnia quæ mare & Huenam insulam respiciunt, saxum est ingens & stupendæ molis, cum hac inscriptione, Anno M. LXXX. *FRIDERICVS II. DANIAE REX CVRAVIT HOC SAXVM A PRIMO SVO LOCO, VBI VICISSIM ALIVS SVBROGATVS EST LAPIS, AD HVNC DEVOLVI LOCVM.* Est in vrbe Lundia horologium in quo ars mira elucet, Laurentianum dictum. Situm id in inferiori templi parte, hic tabula parieti affixa visitur circulis aliquot variorum colorum distincta. In hac per certos eius rei indices, & annus, & mensis, ac septimana, dies quoque singuli, ac horæ, in quibus agunt homines liquidissimè monstrantur, eo etiam indicato si festum celebretur, seu fixum seu mobile. Item quis luminarium solis ac lunæ motus, quæque horum in Zodiaco loca diebus singulis, & inter se habitudines. Atque hæc quidem foris: intus autem, machinis quibusdam ad id fabrefactis res agitur. Quibus illud additum est, velut *parergon*, sed & id arte factum, vt quoties publicè signum datur horæ elapsæ, supra tabulam ipsam duo concurrant simulachra (equites dixeris Cataphractos) quæ tot sese ictibus petunt, quot signa dat Campana maior in turri suspensa quæ horam indicat. Quod vero magis mirandum, in huius tabulæ medio velut in throno collocatum est Simulachrũ Virginis Deiparæ sinu tenentis infantem. Ad latera huic ostia duo, ante pedes velut Theatrum semicirculi forma, arcu huius spectatoribus obverso. Intus machina cum simulachris trium Magorum, quorum singulis singuli famuli additi. Machina mota ad eius cui hoc negotium datum est, arbitrium, prodeunt simulachra. Ante alios veluti Caduceator minitabundus, gladio vibrato pulsat ostium sinistrum, eo aperto proceditur. Buccinis simul duabus sonantibus quas inflare videntur buccinatorum simulachra. Qui primus est Magorum, magnifico prodit per theatrum incessu. Ad virginis simulachrum vbi ventum est, reverenter ad hanc versus inclinat sese Magus, velut adorabundus, moxque conversus progreditur. Faciunt idem reliqui Magi, secundus & tertius. Famuli horum immoti procedunt, nulla edita reuerentiæ significatione. Horum postremus, iterum receptus ad suos, ostium dextrum claudit, ita quidem vt & clarior quidam sonus, eo cecluso ad aures spectantium perveniat. Sed de his satis. Incolæ Daniæ proprio idiomate, quemadmodum & Sueci & Norvvagij vtuntur adeo vt hi vicini populi se invicem non intelligant. Danica autem lingua non multum à veteri Saxonica differt. Saxo tamen Danum, & Saxonem Danus non intelligit, nisi aliquandiu inter se sint conuersati.

In qua Slesuicensis Ducatus, pars, & Holsatia.

Hæc de Iutia Septemtrionali; sequitur *Meridionalis*, quæ veteribus, quod à reliqua Germania per Albim fluuium ad boream diuulsa sit, atque interclusa, *Nordalbingia* est dicta. Ea duos ducatus Slesvicensem & Holsatiæ complectitur, de quibus ordine nobis est dicendum. Ducatus Slesvicensis à Metropoli & peruetusto emporio Slesvico appellationem habet. Olim hæc regio *Ducatus Iutiæ*, dicebatur, quē VValdemarus Abelis regis Daniæ pronepos primus in feudum accepit ab Erico rege circa annum 1280. Extincta autem regum ac ducum stirpe mascula, & Ducatu Slesvicensi cum regno in vnum corpus redintegrato ac consolidato, Margarita trium regnorum regina ducatum Slesuicensem permisit Gerardo Comiti Holsatiæ, hac conditione, vt à rege Daniæ collatum beneficium recognosceret. Cæterum ciuitates Ducatui Slesuicensi subiectæ quia ijsdem cum Danis gaudent priuilegijs, eodem quoque iure cum ijs vtuntur. Subditi à sententijs magistratuum cuiuscumque loci ad Principes ac eorum senatores possunt prouocare & non vltra, vt priuilegijs cautum est. Hic enim Ducatus est feudum Regni Daniæ, eiusque Princeps tot equites peditesque regno Daniæ alere tenetur, quot Holsatia Imperio Romano. Generalis autem gubernatio horum Ducatuū Regi Danię ac Adolpho Duci Holsatiæ incumbit, & per vices ab vno ad alium transfertur. Proinde cum ad Regem deuoluitur, Regiæ suæ Maiestatis nomine per Henricum Rantzouium Vicarium regis administratur. Præcipuum huius Ducatus Opidum *Slesuicum* vulgò *Schleszwick*. Germanicę originis nuncupationem habet, ob situm, quem ad Sliam, in maris Balthici sinu obtinet. *Wick*, enim & opidum, & incuruum maris recessū, siue sinum; & Vicum etiam priscis Saxonibus sonat. Quemadmodum Becanus, in suis Gotodanicis obseruauit. Crantzius & qui Saxonum conscripsere historias, aliam Slesvico appellationem atribuunt, quam etiamnum apud Danos & Frisios vsus retinere videtur. Hi enim sua lingua hoc Oppidum *Hedebui* vel *Heideba* nuncupant, eò quod à quadam Daniæ Regina, cui Hethæ nomen, dicant primitus esse conditum. Est autem peroportuno ad negotiationem situ, portum habens ad exercenda commercia, commodissimum. Olim enim ex Belgio, Britannia, Galliis & Hispanijs, ad ostia Eideræ fluuij nauibus merces transportabantur, quæ per Threanam fluuium, Hollinghstadium subuectæ, facili negotio Slesvicum, ac inde, per mare Eoum, in Daniæ, Norvvegiæ, Sueciæque regna, necnon Liuoniam, Russiam, Borussiam aliasque Germanię Prouincias, quas mare Balthicum alluit: importari poterant. Nunc autem pro fatali eius casu, non ea qua olim magnificentia & amplitudine conspiciendum. Non procul ab hoc Opido *Gotorpia* arx sita est. Telonium hic celebre, vbi compertum, fertilibus annis ex Dania. L. M. boum, in Germaniam abacta vectigal soluisse. Est & in hoc Ducatu *Flensburgum* Opidum celebre, de quo strenui ac Nobilis viri Henrici Rantzouij Camoenæ hæc Geographiæ amantibus lusere.

Ducatus Slesuicensis.
Vnde dicatur.
Imperium Maiorum.
Opida.

Me Fleno struxit vicini in littore pontis
Nota satis non est cuius origo viri.
Ante fui sedes horum, qui fallere pisces
Norunt, nunc domibus floreo magnificis.
Aptior haud Vrbs est mutandis mercibus vlla
Credita: sunt portus commoditate boni.
Arx mihi perpulchra est, sunt templa decore superba,
Regibus & Ducibus sunt data iura mihi.
Nunc me iure tenet pariter Fridericus & arcem,
In Daniæ & Regno qui modo Sceptra gerit.

Opidum hoc inter montes excelsos, littori maris orientalis adiacet, in quod eius portus se extendit, tanta commoditate, profunditate & securitate, vt singuli ferè ciues ex domibus suis naues mercibus implere, & easdem rursus exonerare possint, vt non immerito Crantzius, id Opidum terra marique rebus gerendis oportunum scribat. Sunt & *Husenum*, *Haderslebia*. Nobiles in hoc Ducatu propria possident dominia, ac ijsdem cum Danis fruuntur priuilegijs & iure. Habet vnum hic Ducatus Episcopatum Slesuicensem: Capitula duo, Monasteria tria. Castra tam Principum quam Nobilium varia. Ordo autem Senatorum cuius iam aliquoties facta est mentio plerumque constat numero XXIIII. personarum equestris ordinis, quibus adhibetur generalis Cancellarius, nec non nomine vnius euiusque Principis duo Iuris Doctores. Hi omnes causas deliberant tam belli quam pacis tempore, & in vtroque Ducatu ius pronunciant. Quorum conuentus singulis annis bis institui debet. In arduis negotijs nihil à Rege Daniæ & Duce Holsatiæ, certi concluditur nisi præcedente consensu omnium Senatorum, inter quos primarium locum obtinent Episcopus Lubecensis & Slesvicensis.

Senatores.

Holsasia Ducatus.

Holsatiam à syluarum saltuumque frequentia, quibus commune cum linguis nomen in lingua indigena est (nam & syluam & lignum promiscuè *Holt* Cymbri ac Germani inferiores dicunt) nomen obtinere arbitrantur. Est enim regio syluis saltibusque frequentissima. Nec desunt qui à Cauo lapide etymon vocis aduocent, quod Duces Holsatiæ, Comites à Cauo lapide prius dicti sint. Terminos habet ab Ortu Bilenam fluuium; ab Occasu Storam, ab Austro Albim: à Septentrione vero Eideram. Regio ipsa nemorosa ac saltibus occupata, vnde lignorum affatim, vt plus illis lignorum pereat, quam Frisijs suppetere possit, cum nihilominus focos largissimè instruant ipsi. Verum cum syluarum apud eos finis non sit, quercus tamen vix gignit robustas, sed fagis plena omnia, quarum fructu porci saginantur, maiori quam dici queat numero. Ager plerumque singulis triennijs, mutatis vicibus, piscationem vberem, ac frugum diuitem prębet messem. Tribus enim annis colitur, seritur, metiturque aruum, tribus deinde annis stagna admittuntur, vt pisces depascantur gramina ac pinguis quædam adducatur maceries, agrum fertilem reddens. Vineta non fert, nec oliueta hic locus. Ferarū frequens est venatio. Equorumque magnum hęc regio producit numerum. *Holsatia* diuisa est in partes quatuor in *Dithmarsiam*, *Holsatiam*, *Stormariam* & *Wagriam*. Hæ fuerunt olim Comitatus & postea à Friderico Imperatore tertio, Christierno primo id petente, erecti sunt in Ducatum, qui iam Sacro Romano Imperio 40. equites ac 80. pedites alere tenetur. Dithmarsia autem primo in libertate constituta fuerat per aliquot centum annos, quæ etsi à Friderico Imperatore, Christierno primo in feudum concessa, tamen eo tempore nondum subacta fuit. Eilij quidem ipsius Rex Ioannes & Dux Fridericus anno Domini 1500. expeditionem in illam susceperunt, sed istorum exercitu fuso libertatem suam Dithmarsi defenderunt, donec tandem à nepotibus Christierni I. Duce Ioanne & Adolpho, ac Friderico II. Rege Daniæ sunt victi ac superati Anno Domini 1559. In Holsatia vrbes hæ *Segeberga* in VVagria Holsatiæ regione, quarto à Lubeca milliari. *Itzohoa* situ

Holsatia.
Vnde dicta.
Situs.
Soli qualitas.
Animalium varietas.
Imperium Maiorum.
Vrbes.

locique

MARE BALTHICUM
De Belt
Oceanus Germanicus
WESTSEE
OOSTSEE
HOLSATIA
WAGRIA
Oldenborch
SAXONIAE INFERIORIS PARS
HOLSATIA ducatus

locique naturâ, navigatione que præstans oppidum. *Stora* cingitur piscoso & nauigabili flumine, quod in intima Holsatia ortum, aliquot oppida & nobilem illam Ranzouianam domum Bredenbergam alluit, posteaque se in Albim exonerat. *Chilonium* vulgò *Kile* vetus est oppidum, portumque habet capacem, in quem ex Germania, Liuonia, Dania & Suecia magno Holsatiorum quæstu merces deferuntur. Sunt in eodem Holsatiæ tractu *Crempa*, & *Reinholdsburgum*: illi nomen est à fluuio præterlabente, huic à conditore. Sunt & *Meldorpia*, *Heinincksle* & *Tellinckste* in Ditmarsia, & Stormariæ Metropolis *Hamburgum* Emporium nobile ad Albim, quod post multas calamitates bellicas à Carolo magno restauratum est, et tempore Henrici IV. Imperatoris muris cingi, portisque tribus et turribus duodecim ornari cæpit. In hac vrbe vixit sepultusque est Albertus Crantzius, historicus neque indisertus, neque mendax. Paludibus frequens regio, inprimis verò Ditmarsia, quæ paludum beneficio innixa semper obsequium Daniæ Regum respuit, superioribus annis iugum admittere coacta. Rari ac penè nulli hic montes conspiciuntur. Fluuiorum qui hanc regionem irrigant, nominatissimus est *Egidora* vel *Eidera*, sunt et alij, quorum plerique riuuli potius quam justi fluuij dicendi. Cetetum mare Balthicum, quà parte Holsatiam et Slesvicum Ducatus alluit certos habet et jucundos sinus, Isthmos Græci nuncupant, in quos magno accolarum commodo erumpit, et tritos negotiatoribus navibusque marinis fluctibus defatigatis præbet recessus. Piscatum etiam vberem et maximè Salmonum alicubi subministrat. Regio plana est, quæ raris extollitur montibus, et quem inter duos præcipuum exhibet, is minimè rarus, situ est periucundo, et belli togæque ornamentis quibus à nobilissimo viro Henrico Rantzouio decoratur, admodum celebris, inter Lubecam et Hamburgum vrbes nobiles. Arcem tam antiquitate, quam primo conditore illustrem sibi impositam, & ad radices Oppidum adiunctum habet. Sylvæ hic frequentes, quibus pene tota implicita ac referta, inprimis Dithmarsia. In his *Borcholt*, *Burgholt*, *Alverdorpenholt*, *Resenwalde*, ac complures aliæ. Habuerunt autem Holsati 48. viros totius terræ Præsides, ad hos ex singulis parochijs appellatio devolvebatur. Hi judicium exercebant. Subactis autem illis cum iam divisi sint in duas partes, in singulis præcipui eliguntur ex incolis eius terræ viri XII. vnà cum Præfecto, qui plerũque est Doctor sive Licentiatus juris. Hi omnes honesta habent salaria à Principibus, additurque illis scriba, nec non inspector sive Præses ex nobilitate Holsatica. Horum alter ex parte Regia plerumque est præfectus Steinburgensis, alter vero ex parte Ducis Adolphi, est præfectus Gottorpiensis. Hi nunc judicio præsunt in singulis partibus, omnesque discutiunt causas. Subditis tamen libera conceditur appellatio ad Principes & Senatores vtriusque Ducatus, tam Slesvicensis quam Holsatensis, sed non vlterius. Id enim in capitulatione ita transactum est. Habuerunt antea jus scriptum, quod paululum jam mutatum est, et secundum jus cõmune reformatum, compilatumque ab Henrico Rantzovio Vicario Regio, Sigefrido Rantzouio, domino quondam in Nienhus, D. Adamo Trazigero & D. Erasmo Kirslemio, secundum quod jus omnes causæ deciduntur, et pœnæ delictorum irrogantur. Nulla præstant servitia Principibus, sed de singulis terræ paludosæ jugeribus tenentur solvere florenum; de jugeribus autem terræ arenosæ dimidiam partem sementi dependunt.

Lacus. *Flumina.* *Maris commoditates.* *Montes.* *Silvæ.* *Senatores.* *Leges & institutæ.*

Holsatia habet quatuor ordines, Nobilium, Ecclesiasticorum, Ciuium, et Rusticorum, quorum duo sunt genera. Aliqui enim possident bona propria, hæreditaria ac libera. Alij vero bona conductitia censui alijsque exactionibus et servitijs obnoxia. Nobiles habent arces ac prędia sua cum pleno dominio maiore ac minore, cum venationibus, piscationibus et aucupijs, quæ maxima ex parte sunt allodialia et hæreditaria. Nõnulla sunt feudalia tam masculina quam fœminina. Holsatorum privilegijs cautum est, ne novis exactionibus aut vectigalibus à Principibus graventur, prout etiam Principibus non integrum est bella suscipere non interveniente consensu ordinis equestris. Hæc privilegia Principes confirmare tenentur, antequam illis à subditis juramentum fidelitatis præstatur. Familias non habet vltra 24. quarum nomina in Holsatica chorographia recensentur, ex qua excerpi possunt, sed in singulis multi ex eadem stirpe progeniti existunt, vt Ranzoviorum fere hoc tempore sunt centum, et quinquaginta castra ac varias possessiones obtinent. Inveniuntur etiam Aleseldiorum et Povvischiorum fere totidem. Habet Holsatia Episcopatum vnum, videlicet Lubecensem. Hamburgensis enim Episcopatus Bremensi subiectus est. Capitula tria, Lubecense, Hamburgẽse, et Outinense. Abbatias tres, videlicet Reinfeldensem, Bordesholmensem, et Scismariensem. Monasteria decem inter quæ tria sunt nobilium monialium magnique proventus, quæ adhuc florent. Cætera ferè in Scholas ac Xenodochia sunt conversa.

Familiæ nobiliores.

Nobilium lites dijudicantur à Senatu Ducatuũ judicio, præsidentibus plerumque Principibus, vt privilegijs ipsorum cautum est. Ab ordine Senatorio interposita idonea cautione appellare licet ad Cameram Imperialem. Cives gaudent proprijs privilegijs ac vtuntur Iure Romano sive etiam Lubecensi. Mulctæ inter Principes ac Civitates plerumque dividuntur. Molendina spectant ad Principes. Subditi à sententijs quas Senatus civitatum tulit, appellare possunt ad quatuor Civitates judicio peculiari exercendo destinatas. Ab his permittitur ipsis appellatio ad Principes & Senatores Holsatiæ, ac vlterius etiam ad judicium cameræ Imperialis, ita tamen vt cautio idonea præcedat. Rusticorum causæ ventilantur per eorum causidicos sub dio in patentibus campis. Adsuntque eiusdem loci viri nobiles vna cum Præfectis ac duobus accessoribus, veluti testibus. Ibi in medium prodeunt, qui contra alios litem se habere existimant, auditisque & cognitis partis vtriusque actionibus defensionibusque, conventus vniversus rusticorum è consilio exire jubetur. Expensis ibi diligenter controversijs in consessum redeunt vocatisque litigatoribus de jure pronuntiant. Si quis stare judicio non voluerit, ad duodecim constitutos iudices, vel ad aliquod parœcias, & ab his etiam ad Senatores eius Principis cui Rustici sunt subiecti provocare licet. Ab his etiam appellatio ad commune forum Holsaticum, cui Principes stipati consessu Senatorum præsunt, & deinceps ad cameram libera conceditur, modo litis gravitas excedat summam 500. florenorum Rhenensium, vigore privilegij ab Imperatore Ferdinãdo Principibus Holsatiæ dato.

IIII. TABVLA.

Fioniam cum circumiacentibus Insulis continens.

Hæc pro Methodi ratione de Ducatu Slesvicensi & Holsatia sint satis; succedit *Fionia* cum insulis circumiacentibus. *Fionia* vulgò *Fuynen* primum locum inter cæteras in sinu Codano insulas à Zelandia tenet. Nomen habet à pulchritudine. Est enim tam formæ quam situs amoenitate conspicua. Tam modico autem interfluente freto, *Middelfar Sund* dicto, à Continente Daniæ avulsa est, vt cohæsisse videatur. Hæc sicut ab Occasu Iutiam, ita ab Ortu Zelandiam prospectat, ac medium Daniæ locum obtinere putatur; ab extimæ remotionis limite pari spatiorum intercapedine disparata. Habet in longitudine milliaria duodecim & in latitudine quatuor. Terra (vt mare piscosissimum taceam) est vberi gleba & colono admodum grata. Copioso enim frumentorum prouentu ita abundat, vt ad remotissimas regiones, ea quotannis passim emittat, præsertim siliginem & hordeum. Ac cùm ager iste multis dotibus, & cerealibus bonis adeò sit fœcundus, nunquam tamen stercoratur. Vnde ante ciuitates multum fœtoris esse ob abiectos pecorum simos qui ibi nulli vsui sunt scribit Munsterus. Tot etiam regio hæc boum armentis abundat, tam fœcunda vaccarum atque equorum mater ac nutrix est, vt numerosos boum & equorum greges Germanis annuatim suppeditet. Nec desunt, ob multas per totam Insulam siluas, ceruorum, capreolorum, leporum atque vulpium venationes. In eius quasi meditullio Metropolis est *Ottonia* vel *Ottonium* vulgò *Ottensche* Vrbs Episcopalis ab Ottone primo, multorum testimonijs ædificata, circa ea tempora, quando Heraldum regem ad fidem Christianam suscipiendam impulisset. Vrbs hæc Emporium est Insulæ non vulgare, in quo circa festum Epiphaniæ Insulanorum ac præcipuè nobilium frequens conuentus, sicut Kilonij in Holsatia, celebrari solet. Discreta est autem Fionia in præfecturas viginti quatuor, Ciuitates sexdecim, & arces Regias sex. Reliquæ autem ciuitates circum Ottoniam veluti centrum æquali prope distantia, in maris littore ita sunt conditæ, vt portuum situsque oportunitate, negotiationes suas, non solum in mari Balthico, verumetiam per Sueciam, Norvvegiam, Russiam, Belgium, atque Germaniam longè latéque exercere soleant. Inter eas sunt *Niburch, Sienburch, Faborch, Assens, Bogens, Middelfart, Kettemynde.* Arces Regiæ præcipuæ *Neuburgum, Hagenschouw, Hinsgagel, Escheburg*, & curia *Rugardt*. Pagi hic complures, & Nobilium prædia non pauca. Est enim hæc insula ob cœli amœnitatem, & iugera fructuosa, Nobilibus viris gratissima. Mare incredibilem piscium foeturam & copiam subministrat: ac Sinus omnis tanta piscium frequentia repleri consueuit, vt interdum impacta nauigia vix remigij conamen eripiat; nec iam præda artis instrumento, sed simplici manus officio capiatur. Qui littora inhabitant, præter agriculturam, piscationibus etiam incumbunt, vnde non contemnenda rei domesticæ compendia sibi comparant. Sunt etiam quædam in hac Insula loca, bellicis prælijs nostra memoria nobilitata. Est enim mons quidam *Ochenberg* non procul ab arce Hagenschovv, in quo Regis Christiani tertij auspicio Ioannes Rantzouius Eques Auratus Dux belli, ingenti prælio deuicit Christophorum Comitem Oldenburgensem, Anno Christi M.D.xxxv. die xi. Iunij, quo in conflictu duo Comites, alter Hagensis, alter Tecklenburgensis interempti sunt, quorum cadauera post ea loco pugnæ effossa, Ottonium delata, & in templo Canuti sunt sepulta. Circa idem etiam tempus in monte *Fauscheburg*, qui i. milliaris interuallo dissidet ab Opido Ascens, aliquot rusticorũ millia cæsa sunt atque profligata. Multis præterea Siluis ornatur hæc regio in quibus ferarum magna copia. In urbe Ottonia duo sunt templa insignia, vnum Canuto, alterum Francisco consecratum. In hoc Ioannes Rex anno Christi M.D.xiii. & filius eius Christiernus, cum in exilio & captiuitate annos xxxvii. cõsumpsissent, anno M.D.Lix. sepulti sunt: circa illud forũ est valde amplũ & spaciosum, in quo Rex Daniæ cum Ducibus Holsatiæ & Slesuici antiquũ foedus anno M.D.lxxx. renouauit. Ferunt etiam Ottonij matrem regis Christiani secundi, mirabile & artificiosissimum opus, ingeniosa sculptura in ligno formatum super altare quoddam apud Minoritas collocasse, cuius simile in Europa non inuenitur. Atque hæc de Fionia, nunc ad insulas transeamus. Sub Fionia continentur Insulæ nonaginta ad Meridiem sitæ, pleræque habitabiles, quarum illustriores contra Vandalicas ciuitates obiectæ hæ sunt: *Langelandia, Lawlandia, Falstria, Arra, Alsa, Tosinga, Aroe. Langelandia* vulgò *Langeland* milliaria septem Germanica in longitudine habet. In hac oppidum est *Rudkepinga* dictum, & *Tranekera* arx Regia, suntque in ea complures pagi, paroeciæ & procerum ædes. *Lawlandia*, freto *Gronesund* à Zelandia & exiguo maris traiectu à Falstria separata. Hæc frumenti, & auellanarum nucum est adeò ferax, vt naues eis onustę plures in prouincias deferantur. Oppida habet quinque, quæ sunt *Nistadt, Nasco, Togrep, Rotbus*, & *Maribus*, præterea arces aliquot Regias, procerum ædes, paroecias, & pagos multos. *Falstria*, longa est quatuor milliaria Germanica, ac ciuitates habet *Stubecapen*, & *Nicopen*, quæ Daniæ Neapolis ob amoenitatem, ac præstantiam dicitur. Ex hac insula iuxta Regis prædium, frequens in Germaniam traiectus, qui septem est milliarium ad VVarnemundam, plurimũ frumenti annuo prouentu vicinis locis suppeditat. *Aria* sesquimilliari ab Elysia distans, siluis conuestita, ac proinde gratos venatoribus prębet recessus, tres habet parochias, & aliquot nobilium curias, cum Opido & arce *Keping*. Cum Elisia, ad Ducatum Slesvicensem spectat, Ducique Ioanni paret. *Elisia sive Alsa* vulgò *Alsen* mediocris magnitudinis Insula, nam quatuor milliaria in longitudinem, duo in latitudinem patens, non magno interuallo à Ducatu Slesuicensi separata, marinum recessum, ac Sinum Flenburgensem *die Flensburger Wick*, respiciens, à primis Anglorum sedibus eodem sinu disterminatur. Monet nos Ranzouianũ

Fionia.
Vnde dicta
Situs.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Vrbes.
Maris cõmoditas.
Montes.
Siluæ.
Opera publica.
Langeland.
Lawlandia.
Soli fertilitas.
Oppida.
Falstria.
Oppida.
Elisia.
Situs.

FIONIA
ALSEN
ARR
LANGE
LAND
De
Belt
Per Gerardum
Mercatorem Cum priuilegio

Musæum, Romanos, insulares hosce *Elisios* nuncupasse. Quemadmodum & eos, qui proximam colunt Insulam, *Arios*. Quam eandem hoc tempore appellationem retinent. Ptolemæus prohibet, *Anglos* antiquissimos esse terrarum Septentrionis, ad Oceanum incolas. Quibus Tacitus coniungit *Elisios*, *Arios* & *Menimos*. Quorum iam quoque nomina, ijs locis in vsu sunt, *Alsen*, *Arr*, *Moen*. Oppidum in Alsen, siue Elisia est *Sunderburgum*, & eiusdem nominis Castrum, cum alijs *Norborch*, *Osterholm*; *Die Holle*: *Gammelgardt*. Parochias habet populosas decem, & tres, vnde aliquot armatorum milia subitò dare potest. Saltuosa est, quare Ceruorum & varij generis ferarum venationem præbet. Quemadmodum & marinos, dulciumque aquarum pisces, atque siliginem. Et quia passim compascua, rei pecuariæ fouendæ idonea. *Taßinga* siue *Tosinga*, inter multas alias insulas, prope Opidum Fioniæ *Swineburgum*, præcipua, milliare in longitudine habens, inqua præter aliquot parochias, curia est *Kettorp*, ad Rosenkransios & Ranzouios spectans. Ex hac insula, ab Opido Ascens, in Iutiam duo sunt milliaria, ex Niburgo in Zelandiam quatuor milliarium per mare Balthicum traiectus, alioqui admodum periculosus, præsertim mari procellis exagitato. Nam cum Orientalis pelagi vnda, ex tot fluminibus iugiter illabentibus aucta, inter tam multas insulas exitum quærens, in modum torrentis, velocissimo cursu protrudatur, facilè contingit, vt ventis à diuersa parte obluctantibus, fluctus in immensũ attollatur. Nautęque vndarum ambiguis vorticibus, periculosè implicentur, vnde multi in hoc traiectu absorpti feruntur. Anno M. C.lxx. Episcopus Slesuicensis, in traiectu huius freti cum magno suorum familiarium numero perijt, qui longo tempore post repertus, in monasterio forensi in Zelandia sepultus est. Anno M. D.xiii. Serenissimus Daniæ Rex Ioannes, vix mensem ante obitum, profecturus in Iutiam, incolis ius dicendi, & controuersias dirimendi causa, cum Balthicum mare traijceret, tempestate subitò exorta, cùm Regia nauis variè luctantibus inter se ventis, atque fluctibus quassata esset, in tanto fuit discrimine, vt cum ad Opidum Niburgum appulisset, ascendissetque de naui in pontem, conuersus ad mare, veluti mortem suam præsagiens, dixerit: Vale Balthicum, vale, eam in nos hodie sæuitiam exercuisti, vt per te transitum nobis patere posthac te nolle ostenderis. Ac tametsi omnes naues commodissimè, inter Scaniam, Zelandiamque, per fretum *Den Sund*, nauigare soleant, tamen frequenter accidit, vt nauigia minora, quibus minus periculi est, ab insulis, ac locis vadosis, ex Holsatia, Lubeca, alijsque vicinis Regionibus soluentes, per hoc Balthicum mare nauigationes suas instituant. Ita tamen vt in Opido Nyburgo, consueta vectigalia, soluere cogantur. *Aroe*, in aditu Slesuicensis Ducatus sita, vbi in Fioniam per Arsensem, siue Ottensem sinum, ad Oppidum Ascens, traijcitur. Quatuor est distinctis habitata pagis. Sunt & insulæ *Romso*, *Endelo*, *Ebelo*, *Fenno*, *Eoko*, *Brando*, *Toroe*, *Aggernis*, *Hellenis*, *Iordo*, *Birckholm* etc. Hæc de Fionia insulisque circumiacentibus dicta sufficient. Quibus hoc loco potius quam nusquam descriptionem Insulæ *Huenæ* in celebri Porthmo Regni Daniæ quem vulgo *Oersund* vocant, sitæ, Coronidis quasi loco libet adijcere: in qua Arx *Vraniburgum* dicta, quamplurimis, varia exactáque ratione, elaboratis Machinis Astronomicis referta. Huius Insulę medium vbi Arx ipsa consistit, eleuationem Poli quinquaginta quinque, 54. cum dimidio graduum obtinet, & ab occasu remouetur partib' 37. ferè. Habet autem in circuitu 8160 passus maiores, quorum quilibet 5 pedum assumitur, vnde duo quasi milliaria Germanica mediocria in ambitu adæquat. Quæ, cum in celeberrimo totius Regni freto, per quod quã plurimę naues ab Orientali in Occidentale mare, & vice versa iucundo prospectu transeunt, constituatur, quædam etiam huius Regni præcipua Opida in propinquo circuitu prospicit. In Zelandia Hafniam versus Libonotum tribus milliaribus distantem, Helsingoram, vbi naues prætereuntes soluunt vectigalia, & Arcem Croneburgum versus Circium duobus milliaribus. Totidem etiam Helsinburgum in Septentrionem, idque in Scaniæ littore distat, in quo etiam Landiskronia, vnico saltem milliari dissita. Versus Eurum patet Lunda, quæ licet maritima non sit, tamen hinc spectatur versus Mescurum distantia 4 milliarium. Malmogia verò Vpophenicem respicit, remota milliaribus quinis. Has ciuitates Insula in circuitu videt, & vicissim ab his cum sit admodum alta prospectatur. Licet verò non admodum magna sit, nulla tamen eius pars ociosa & sterilis existit, estque ferax frugum, & iumentis abundat, alit damas, lepores, cuniculos, & perdices magna copia, ac piscaturæ apprimè opportuna est. Siluulam habet ex corylis, vbi nulla nucum vermiculis vnquam infecta visa est, vt neque glires hęc terra patitur. Olim quatuor arcibus insignis erat, cum Huenellæ gigantissæ (ex qua hęc insula nomen accepisse creditur) posteri, inter quos Hugo & Grunhilda apud Germanos in Athletarum historia celebres, memorantur, illam inhabitarent. Nomina arcium adhuc recensentur: *Synderburga*, quę versus meridionale littus sita erat, quemadmodum *Nordburga* oppositas partes circa Boream obtinebat. *Karhecidia* verò ortum hyemalem, veluti *Hamera* æstiuum respiciebat. Harum quatuor Arcium fundamenta adhuc conspiciuntur, sed rudera nulla sunt residua. Licet verò insula hæc admodum alté inter marinam salsedinem exsurgat, riuulos tamen & fontes aquæ dulcis, non paucos habet. Estque inter alios fons, qui nulla vnquam hiberni frigoris vehementia congelatur, quod aliâs in his Regionibus est rarissimum. Cęterum hæc insula Nobilissimi viri Tychonis Brahe Domini de Knuds drup Astrologicis omniumque liberalium disciplinarum studijs & Vraniburgo Arce ab eo Serenissimi Regis Daniæ Frederici II. decreto, Astronomiæ instaurandæ gratia ædificata valde famosa.

Silvæ.
Taßinga.
Situs.
Mare.
Arde.
Situs.
Huena.
Situs.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.

LIVONIA

Siue Liefland.

BOrussiam in mea Methodo sequitur *Liuonia*, siue *Leuonia*, vulgò *Liefland*, de cuius nominis ortu, nihil certi asseuerare ausim, de eo autem sic scribit Altamerus. Fieri potuit, inquit, vt à Lemouijs progressi sint Liuones seu Liuonij postremi Germanorum ad littus Venedicum, ad Parallelum Scandinauię Insulæ, quæ Gothlandia dicitur, habitantes, quos tamen ab Efluis mallem deriuare, vocabulo vulgari nonnihil suffragante, Eyflender vocantur. Leuonorum etiam mentio est apud Ptolemæum lib. II cap XI. Et paulò post vbi de Aestijs sermo fit, inquiens corruptam Taciti lectionem restituisse Beatum Rhenanum, qui reposuerit Aestiorum gentes. Apparet enim, inquit, Rhenanus, in Archetypo fuisse Æstuorum pro Æstiorum, ex quo alius fecerat Estuorum, nam v pro ij veteres librarij ponebant. Si verò Archetypus habuit (inquit Althamerus, Efluos, ausim iurare Eyflandios ab illis nuncupatos, vocabulo paullum variato. Hi populi etiam Sudini dicuntur, et eorum regio Sudina, Prussiæ cohærens. Lectunnos quoque eodem reponere placet nonnullis, à quibus fieri potest, vt nomen deriuatum sit. Liuonia autem ad Mare Balthicum siue Sinum Venedicum porrecta est longitudine CXXV. mil. Germanicorum, latitudine XL. Eam cingunt Borussia, Lithuania & Russia, cætera Liuonicus sinus lambit. Regio omnis plana, ac fertilissima est. Frumentum tanta copia profert, vt in annonæ caritate vicinis quoque regionibus opem ferat. Abundat etiam lino optimo, ac armenta alit plurima. Vrsos præterea in sylvis habet, alces, vulpes, Lynces, Martes, Zebellos, Hermelinos & Castores. Lepores pro anni tempestate colorem mutant, haud secus atque apud Heluetios in Alpibus. Hieme sunt albi, æstate cinericei. Estque ferarum tam frequens vbique venatio, vt ea ne rusticis quidem, licet crudeliter à Nobilitate habitis, vnquam sit interdicta. Breui, Liuoniæ nihil deest eorum quæ ad vitam humanam sustentandã necessaria sunt, excepto vino, oleo & quibusdam alijs quæ mitiori cœlo subiectis terris concessa diuinitus, quæ tamen ex alijs regionibus abundè aduehuntur. Liuonia ante annos CCCC opera Mercatorum Bremensium, & præcipuè militum Teutonici ordinis ad fidem Christi adducta, cum multa periculosa cum externa tum intestina bella & bellorum calamitates pertulisset, & vicinis suis Regibus & Dynastis quodammodo prædæ esset, tandem anno M.D.LIX. sub Gothardo Ketlero ordinis Teutonici vltimo magistro in fidem & clientelam à Sigismundo Augusto Rege Poloniæ tanquam membrum Regni & magni Ducatus Lithuaniæ accepta est. Cum autem die quinto Martij an. LXII. Magister ordinis Gothardus in arce Rigensi coram Poloniæ Regis Commissario Nicolao Ratzeuilo Palatino Vilnensi ordinem suum resignasset, & primum Crucem, deinde sigillum, postea literas & diplomata omnia, quæ Ordo à Cesaribus & Pontificibus acceperat: præterea claues arcis Rigensis & portæ Ciuitatis, officium Commendatoris, ius cudendæ monetę, vectigal piscium & omnia alia sua & ordinis sui Iura Poloniæ Regi cessisset ac tradidisset: statim facta resignatione Gothardus à prædicto Palatino nomine Regiæ Maiestatis, Dux Curlandiæ & Semigalliæ publicè proclamatus est, eique è vestigio nobilitas Curlandica & Semigallica velut hæriditario Domino iuramentum fidelitatis præstitit. Postridie etiam Dux Curlandiæ, summus Regiæ Maiestatis locum tenens & Gubernator Liuoniæ in curia Rigensi publicè renunciatus, & claues arcis & portæ ciuitatis recepit. Nobilitati verò & ciuibus omnia sua iura & priuilegia restituta & confirmata sunt, prout in litteris apud D. Dauidem Chytræum videre licet. Diuiditur autem Liuonia in tres partes locis & linguis distinctas, videlicet in *Ellam*, *Letteam* & *Curlandiam*. *Estorum* prouinciæ sunt *Harria*, cuius metropolis est *Reualia* Aquilonem versus ad mare Balthicum sita, nihilo Riga inferior à Voldemaro condita & portu celebris. Ciues ius habent Lubecense, monetãque cudunt quadrangularem. *Viria* in qua *Weisenburg*, *Tolsberg*, *Borcholm* Episcopi Reualiensis sedes, *Allantakia*, vbi *Nerua* ad fluuium eiusdem nominis, habetque ex aduerso arcem Moschorum *Iuanowgorod*. Fluuius hic Liuoniam à Moschorum ditione dirimit & *Nyschlot*, *Oderpoa*, in qua *Derpt* siue *Topatum* vrbs Episcopalis et mediterranea. *Wernebec*, *Helmede*, & *Ringen*, *Ieruia* vbi *Wittensteiu*, *Lais*, *Ouerpolen*, *Vellin*. *Wichia*, vbi *Abseel*, *Leal*, *Lode* & *Parnouia*. Estis adiacent insulæ *Osilia*, *Dageden*, *Mona*, *Wormse*, *Vrangen* et *Kien*, et aliæ plures, in quibus partim Estica, partim Sueuica lingua vtuntur. *Lettorum* vrbes sunt, *Riga*, *Kokenhusen*, *Wenden*, *Wolmar* et tota Diœcesis Rigensis. *Riga* Primaria totius Liuoniæ ciuitas est ad Duinam, qua se in sinum Venedicum exonerat. Colonia hæc Bremensium est, muro fortissimo, propugnaculis, turribus, et bellicis tormentis contra omnem vim instructa, fossis insuper duplicibus et acutis stipitibus munita. Arcem habet instructissimam, in qua olim Magistri Liuoniæ (ordinis fratrum Teutonicorum) sedem habuerunt: eam ante paucos annos Gothardus Ketlerus de quo supra, Regis Poloniæ feudalis nomine regio administrauit; sed in ciuitatem ipsam nihil vsurpauit iuris. Administratorem enim siue Capitaneum aliquem ciues libertatis adsertores strenui non patiuntur, tributa solum Regi Poloniæ & obedientiam fideliter præstant, in cęteris ius municipale habentes. Præterea forum hic est omnium ferè mercium Septentrionalium, picis, lini, cerę, canabis, lignorum, aliarumque rerum istiusmodi. Liui verò dicti sunt, qui tractum littoralem à Riga & ostio Duinæ versus Salin & Parnouiam flu. incoluerunt. *Curlandiæ* opida & arces sunt, *Goldingen*, *Canda*, *Winda* quæ Polonis dicitur *Kies*, nobis *Wenden*, celebris iam olim ob aulam magistri ordinis Teutonici, in qua etiam Comitia celebrari solita: sic Polonicis præsidijs obsessa est. *Durben*, *Srunda*, *Grubin*, *Pilten*, *Amboten* & *Hasenpot*. *Semigallia*, *Mitouia*, sedes aulæ Ducum Curlandiæ, *Selburg*, *Bauschenburg*, *Doblen*, & *Dalem*, vrbes sunt. Semigalliam verò & Curlandiam à Lettorum populis & reliqua Liuonia, fluuius Duna disterminat. Etsi autem Liuonia vti dictum est, nunc Regi Poloniæ subiecta est, & Moschus tamen & Rex Sueciæ & alij, multas arces & ciuitates in ea occupatunt & adhuc tenent, quisque sibi viciniores, nempe quas Polonus se restituturum suo corpori iurauit. In Liuonia permulti sunt lacus, insignior est *Peibus*, qui in longitudinem ad 45 milliaria Italica porrigitur, atque vario piscium genere abundat. Fluuij sun *Dutna*, *Winda*, & *Beca*, ac nonnulli alij. *Duna* siue *Duina* Ptolemæi *Rubo* Peucero ex Russia longissimo tractu per Lithuaniã & Liuoniã manãs duobus infra Rigã milliaribus in

Regio.
Vnde dicta.
Situs.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium Maiorum.
Vrbes.
Lacus.
Flumina.

LI-
VONIA
Sue:
tiæ
pars
Finnicus
Sinus
Mos
uiç
pars
Gotland
Ösel
Sinus
magnus
Livonie
L I E F
L A N D
CVR
LAND
len
Polocensis
pars

Sinum Liuonicum & Balthicum mare tandem infunditur. *Winda* in Balthicum itidem mare exoneratur, non longe à cuius ostio maxima est maris profunditas, ac locus periculosissimus. *Beca*, incolis *Einbeck*, vno ferturaluco in Oceanum; qui cùm de præruptis scopulis præcipiti lapsu ruat, idem vicinioribus accidit, quod vsu uenire habitantibus ad Nili cataractas accepimus (inquit Leunclauius) vti nimirum paulatim surdescant. Regio sine montibus, nemorosa, ac siluis in immensum densa. Atque hic Herciniæ ingentia brachia. Ad ostium Duuinæ mari proximum, est *Dunamunta*, arx inexpugnabilis, duobus à Riga milliaribus, præsidijs Polonicis munita; ad quam omnes naues exteræ tributum pendunt. Est & medio interuallo *Blokaus*, præsidium regium, ad quod naues iterum excutiuntur. Est & *Felinum* arx munitissima & ciuitas in Estlandiæ Ducatu; quã stipendiarij milites Germani vnà cum vltimo Liuoniæ magistro Gulielmo Furstenbergo memorabili & detestanda perfidia, Moschorum Duci prodiderunt: qui Magistrum captum in vinculis detinuit ad mortem vsq; ciuitatemque totam exussit. Ex eo tempore Felinum cum toto Palatinatu vicino Moschorum regi paruit, Liuonia verò Magistris caruit. *Tarnestum* etiam, quod alij *Taurum* vocant, arx quondam munitissima fuit: eam antè à Moschis captam Lithuani duce Nicolao Radzivvilo Palatino Vilnensi cuniculis actis & supposito puluere nitrato totam dissiparunt, anno M.D.lxi. et alię. Episcopatus in Liuonia sunt quinque, è quibus Rigensis dignitate poller. Reliqui sunt Derpt, Reuel, Oessel, Gerlandt. Cæterum in Liuonia permulti adhuc gentiliu ritu viuunt, vera Dei cognitione destituti, alij solẽ adorant, alij lapidem, sunt etiam qui serpentes & dumeta. Mortuum aliquẽ terræ mandaturi, genialiter circum cadauer epulantur, defunctumque inuitant ad bibendum, cetrabo etiam superinfuso. Postea deponunt in sepulchrũ, adduntque ei securim, cibum, potum, & nummulos aliquot pro viatico: inclamantque, Abi in alium orbem, Teutonibus imperaturus, quemadmodum tibi tuisque imperarunt. Sub Frederico Imperatore Christianam fidem primum admisere. Tanta initio simplicitate viuebant, vt expresso fauis melle ceram abijcerent, nullum eius vsum in rebus humanis rati: postea tamen docti ab exteris, pretium ei addiderunt. Labori apud eos operam dare, vitio datur. Mulieres in regione natæ, magnam præ se ferunt pompam, alias aliunde aduentantes contemptui habentes. Nolunt muliteres sed dominæ appellari, ac nullo labore muliebri occupatæ: rhedis hyeme & nauibus æstate circumvaganter. Genti potus est Medo, Cereuisia, & vinum, quo non nisi importato & exotico ditiores vtuntur, videlicet Rhenensi. Fœminæ pulchritudinem corporis dehonestant latua vestimentorum. Merces quæ ex Liuonia in Germaniam aliasque regiones deuehuntur, sunt cera, mella, cineres, pix arida & liquida, quam *Teer* vocamus, linum, variæ ferinæ pelles, & coria. Item illud frumenti genus, quod Secale Latini, nos *Rogghe* appellamus, magnâ copiâ quotannis hinc ad nos adfertur. Veniunt ad vrbem Rigensem ex multis nationibus mercatores, nempe Moschouitæ, Turcæ, Hispani, Angli, Scoti, Sueci & Germani, vt ibi commercia exerceant. His autem de Liuonia expositis, rem me Lectoribus non ingratam facturum puto: si nonnulla de Lycaonibus qui hic frequentes esse feruntur coronidis vice subiecero. Scriptores qui fide digni videri volunt, inter quos Olaus Magnus, homines quosdam in hoc tractu quotannis in lupos conuerti affirmant. Eius autem verba non grauabor hic apponere, vt narrationis inauditæ nouitate animos legentium nonnihil recreem, leuando tadium: ita autem scribit lib. xviii cap. xlv. *In Prussia, Liuonia, atque Lithuania, quamuis luporum rapacitatem per totum penè annum incolæ haud exiguo cum damno experiuntur, quia eorum pecora ingenti multitudine passim in syluis, dummodo exiguo interuallo à grege aberrant, dilaniantur, ac cõsumitur: tamen hoc dispendiũ non adeò magnũ ab illis reputatur, quam quod ab hominibus in lupos conuersis fusti inere cogũtur. In Festo enim Natiuitatis Christi sub noctem, statuto in loco, quem inter se determinatũ habent, tanta Luporum ex hominibus diuersis in locis habitantibus conuersorum copia congregatur, quæ postea eadem nocte mira ferocia cum in genus humanum, tum in cætera animalia, quæ feram naturam non habent, sæuit, vt maius detrimentum ab his, istius regionis inhabitatores, quam vnquam à veris & naturalibus lupis accipiant. Nam vti compertum habetur, ædificia hominum in siluis existentium, mira cum atrocitate oppugnant, ipsasque fores effringere conentur, quò tam homines, quã reliqua animantia ibidẽ manẽtia cõsumant. Cellaria ceruisariũ ingreduntur, aliquot ceruisiæ, aut medonis tonnas epotant, ipsaq; vasa vacua in medio cellarij vnum super aliud eleuando collocant: in quo à natiuis ac genuinis lupis discrepant.* Et paullo post: *Intra Lithuaniã, Samogeithiam, ac Curoniam est paries quidam, ex quodam castello diruto reliquus, ad hunc certo anni tempore aliquot milia eorum conueniunt, ac vniuscuiusque agilitatem in saltando explorant: qui hunc parietem transilire nequiuerint, vti pinguioribus ferè euenit, flagellis ab eorum præfectis cæduntur. Denique constanter asseritur, inter hanc multitudinem etiam istius terræ magnates, atque ex prima nobilitate viros versari.* Hactenus ille. Quomodo autem ad eam vesaniam, ac metamorphosin terribilem, quam deinde statis temporibus negligere haud possunt, plerumque perueniant, sequenti capite docet idem Olaus, sicuti xlvii aliquot in Lupos conuersorum exempla recenset. Nos tamen cum Plinio, quemadmodum & in Hibernia supra diximus, fabulosa hæc existimamus, nisi fortè illa exuberantis atræ bilis malitia, Lycanthropia medicis dicta, corripiantur, quæ eiusmodi phantasmata ciet, vt sese in lupos transformatos opinentur. Sed de Lycaonibus istis ac de ipsa Liuonia hæc sufficiant, ad Russiam pergimus.

Silua.
Operatubãca.
Ritus & mores.
Vestitus.
Mercimonia.

BORVSSIA
siue
PRVSSIA.

Regio.
Nomina, & vnde deducta.

BOrussiam vltimæ Germaniæ oram à Borussis populis nomen obtinere, Erasmus Stella author est. Hi teste Ptolemæo ad Riphæos montes, vbi in Septemtrionem fusius excurrunt, nec longè quà Tanais ex eis erumpit, consederunt: & sedium suarum pertæsi, valida manu, se in hęc loca effudere, & à suo nomine Borussiam totam regionem dixere, quæ nunc vna litera extrita & altera mollius expressa *Prussia* dicitur. Rei fidem facit, quod etiamnum populi ad Riphæos habitantes eodem parique sermone quo hi vtuntur. Gordianus Goth° tradit Hulmigerios Germanos eam tenuisse, atque ab ijs dictam *Hulmigeriam*: cuius nominis reliquiæ sunt in *Culmigeria*. Borussia à Vistula amne, quemad Occidentem terminum habet, incipiens, sinumque maris Balthici qui Septemtrionale eius latus ambit, percurrens, ad Ortum *Alanos* habet, ad Meridiem *Hamaxobios*. Aere fruitur amœno sed frigidiore. Regio omnis est fœcundissima, & finitimis prouincijs longè beatior: ager frumenti feracissimus quod Polonicum & Lithuanicum bonitate excellit. Abundat melle & apibus æquè vt ceteræ regiones Septemtrionales, quarum alueos ceu natiuos intra arbores ad hoc cauas cernere est: ex quibus tanta mellis & ceræ copia prouenit, vt Germaniæ, Britanniæque, ac ceteris adiacentibus insulis, commodè harũ rerum vsum suppediteret. Est in ea quoque pecorum ingens vis, multa ac copiosa venatio. Ingentes enim vastæque syluæ multa ferarum genera alunt. Quæ Præter vrsos, apros, ceruos, quibus abũdant, proferunt Vros excellenti vi & velocitate, vulgò *Babalos* vocant. Gignunt & Bizontes iubatos, è boum syluestrium genere. Equos etia syluestres quorum carne incolæ vescuntur. Gignunt & alces (quos falso syluestres asinos quidam autumant) specie media inter ceruinam & iumenti, nisi quantum aurium proceritas, ipsaque ceruix distinguit, magnitudine inter camelum & ceruum, hos vulgò *Elandos* vocant. Præter illa & pelles quasdam non ignobiles mittunt hæ syluæ, quæ vestium fimbrijs principum hominum subduntur. Lectorum etiam stragula ex his consuunt, pretioque ingenti vendunt. Ictides Latini ea animalia vulgò Martes vocant. Vsque ad tempora Friderici II. Imperatoris plerique Borussi idololatræ fuerunt, quo imperante anno M. CC.xv Crucigeri Ordinis Teutonici eos vicere, Religionemque Christianam docuere. Postea Prouinciæ & ciuitates Borussię anno M.CCCC.XIX. Crucigerorum moti auaritia & ferocia, ad Casimirum Poloniæ regem defecerunt. Post annos triginta octo reperita defectione Marieburgum cum alijs castellis & vrbibus regi vendiderunt 476000 florenis. Quum autem Mariani obedientiam Regi recusarent, tandiu vtrimque vario Marte dimicatum est, donec vniuersus tractus Alberto Brandeburgico vltimo Crucigerorum Magistro cessit, qui etiam Cracouiæ à Sigismundo Poloniæ Rege Princeps secularis & eques auratus factus est. Itaque nunc partim exclusis, partim conuersis Barbaris, regio omnis à Polonis & Germanis habitatur. Nisi quod reliquiæ Barbarorum ad Curlandicum lacum adhuc supersunt, qui cum Liuonibus & Lithuanis idiomate, moribus, habituque conueniunt. Diuisam autem fuisse Borussiam tradunt in duodecim Ducatus à Venedusó principe, quorum nomina hæc, *Sudauia, Sambia, Natangia, Nadrauia, Slauonia, Bartonia, Galindia, Varmia, Hogerlandia, Culmigeria, Pomesania & Michlonia. Sudauia* prorsus à Crucigeris ita vastata est, vt ex nobili Ducatu hodie vix septem pagi, & quidem viles, in Luptauiensi territorio supersint. In *Sambia* sunt ciuitates plures, *Lebenicht*, exstructa anno M.CC.LVI. *Kneyback* anno M.CCC.LXXX. *Regius mons*, M.CC.LX. *Fischusia* anno M.CC.LXIX. *Lechstet* anno M.CC.LXXXIX. *Mulmelburgia* anno M.CC.LXXIX. In *Natangia* ciuitates sunt, *Valdonia, Girania, Cenia, Greneburga, Heiligenbeil, Fridlandia, Schippenbeilia, Brandenburga*. In *Nadrouia* vix aliquot casæ & tuguriola supersunt: cætera vastata sunt. In *Slauonia* sunt *Ragneta, Tilsa, Renum, Liccouia, Salauia, Labia, Tapia, Vinburgia, Christaderder, Baytia, Cestia, Norbeitia, Vonsdorf, Angburgia, & Dringofordia*. In *Bartonia* sũt *Nordenburga, Iobansburga, Iurgburga, Inserburga, Richtenerder, Bartonia, & Rhenum*. In *Galindia* sunt *Orteleburgum, Rastenburgũ, Neyburgũ, Pasßehumia, Dreschlouia, Lucia & Lutzeburgia*. In *Warmia* sunt *Ressel, Streburg, Bischofstein, Wartẽburg, Allensteyn, Melsatia, Helsberga, Wermeditum, & Gustadia*. In *Hogerlandia* sunt *Brandenburgum, Tolkiemit, Munhusia, Scharpouia*, & omnium maxima *Elbinga*, in littore maris exstructa, splendidis ciuium opibus & mercatorum frequẽtia celebris. In *Culmigeria* sunt, *Turunia* nobile emporium exstructum ad Vistulam anno M.CC.XXXV. *Culmina, Wentslauia, Aldusia, Geandentz, Gugeleburga, Schonsa, Stesburga, Bartonia, Neumarcht, Rogosna, Papania, Fridech, Lipno, Lesna, Golba, Luben, Reden, Bergelauia, Lantergurgia*. In *Pomesania* est *Marieburgum*, ciuitas ampla & munitissima, exstructa anno M.CCC.II. *Mentcha, Stum, Christburga, Prensmart, Salfeld, Merinec, Holand, Luhstadia, Osterrada, Rosenburga, Marienwerder, Garnesia, Eulonia Germanica, Lebmulia, Hohensteyn, Schonenberga, Culenburga, Neunburga, Salauia*. In *Milchlouia* omnia destructa & vastata sunt, præter vnam *Straburgam*. Regio omnis importationibus exportationibusque variarum mercium apta, propter frequentiam fluminum, sinuum, portuum. Fluuij præcipui sunt, *Vistula, Nemeni, Cronon, Nogat, Elbinga, Vasera, Passaria, Alla, Pregol, Ossa, Vrbnicz, Lica & Lauia*. In quibus vt & in lacubus diues piscatio. Mare etiam incredibilem piscium fœturam & copiam subministrat. Porrò in littoribus Borussiæ ad mare Balthicum, succinum colligitur quod incolæ vocant *Bernsteyn* ab vrendo & *Augsteyn* quod oculis prosit, Græci Electrum vocarunt, quoniam sol vocitatus sit Elector, respicientes nimirum ad fabulam Phaethontis. Seruius in octauam Eneida dicit tria esse Electri genera, vnum ex arboribus quod succinum dicitur: aliud quod in terra inuenitur: tertium quod fit de tribus partibus auri & vna argenti. Latini succino dederunt nomen à succo, quod & Solinus indicat. Plinius scribit à Germanis appellari glessum à vitro, cui non dissimile est, quum vtrumque sit pellucidum. Atque inde Glessaria regio ipsa à Romanis dicta. Eius genera plura sunt. Candidi odor est præstantissimus; pretium initio vilius; sequuntur fulua & cerea. Fuluis maior autoritas, & quidem transluecentibus modico fulgore; imaginem enim igneam non i-

Situs.
Cæli qualitas, et Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium Maiorum.
Vrbiũ nomina.
Flumina.
Maris commoditates.

PRVSSIA
Ost
See
Curisch haff
Samaites
PARS
Pontzker wick
Frisch
CVLMI
LOPOVIA
Mezania
Desertum Mazouiæ
PODLACHIAE
PARS

non ignem ineſſe placet. Sunt in quibus decocti mellis lenitas probatur, quæ etiam ex eo mellea vocantur. Vis ſuccini vſuſque in multis. Attritu caleſactum paleas & folia arida attrahit, vt magnes ferrum. Propterea Arabes ſuccinum vocant *Carabe*, quod Aboali interpretatur rapiens ferrum. Cardanus ab humo folia ad duos pedes in ſublime rapta fuiſſe ſcribit, ſuccini vi. Ramentorum eius vſus apud quoſdam in ſacris eſt loco thuris: quidam ea oleo addunt, quod ſic dilucidius diutiuſque flagret quam lini medulla; Quis autem eius in medicina vſus ſit, plenius ex c. Plinio peti poteſt, qui de hac re diſſerit lib. xxxvii. Hiſtor. naturalis cap. ii. & iii.

ſilvæ. Habet & Boruſſia ſiluas incæduas, vnde vis ingens lignorum & ad naualem vſum & ad domeſticum conuehitur; teretumque arborum ad malos nauium accommoda, quæ inde in remotiſſimas oras deferuntur: habent & ſiluę præter id ſuas diuitias, vnde quaſi ſponte compendium non mediocre incolis prouenit, apum ſcilicet, de quibus ſupra diximus, & ferarum. Diuiditur hac noſtra ætate in Regiam & Ducalem. Poloniæ Rex, vtramque Viſtulæ ripam, vſque ad illius oſtia hoc tempore immediatè poſſidet. Inſula quoque Viſtula & Nogato concluſa, & omnia ad Recentem ſinum oppida & arces *Elbinga*, *Tolkemit*, *Frawenberga* & *Brunsberga*, vſque ad

Ratio gubernãdi. Paſſariæ oſtium: & tota *Warmienſis* Diœceſis ditio, ad meridiem ampla, & oppidis agriſque cultiſſima, veſicæ inſtar, media in Ducali Boruſſia pendens, in Regis ſolius ſunt poteſtate. Etſi autem hæc Boruſſia Regi immediatè ſubiecta, eodem cum Polonis regno continetur: tamen peculiare Conſilium publicum, leges, iudicia (à

Senatores & eorum frequentia. quibus tamen ad Regem prouocatio eſt) ærarij & belli gerendi rationem habet. Conſiliarij Huius Boruſſiæ quatuordecim ſunt. Duo Epiſcopi, *Warmienſis* qui ſedem ſuam habet in Braunsberg, & *Culmenſis*. Tres Palatini, *Culmenſis*, *Marieburgenſis*, & *Pomeranicus*. Tres Caſtellani *Culmenſis*, *Elbingenſis* & *Gedanenſis*, *Dantzick* vulgo; totidemque Succamerarij, & tres primariæ ciuitates, *Torunia*, *Elbinga*, *Dantiſcum*. Hi bis quotannis ad deliberationes & iudicia conueniunt, menſe Maio Marieburgi *Margenburg*: ad Michaelis, Grudenti. Capitanei, ſeu præfecti arcium & redituum regiorum octodecim ſunt: *Marieburgicus*, & in Palatinatu, *Stumæ*, *Gneuæ*, *Meuæ*, *Stargardiæ*. In Pomeranico, *Slochouiæ* ſupra Tucholã iuxta Bro flu. *Suezæ*, *Tucholæ*, *Derſaniæ* & *Puſci* in Culmenſi, *Brodnicæ*, *Grudenti*, *Radine*, *Reden* forte, niſi ſit *G. Raden*, *Golbæ*, *Rogeſnæ*, *Rogenhauſen*, & alij tres.

Ducalis autem Boruſſię olim fratrum Crucigerorum Teutonici ordinis propria, ſub Alberto Brandeburgico Ordinis Magiſtro in hæreditarium Ducatum conuerſa, & ab Imperio Germanico auulſa, in Polonię Regis fidem & clientelam anno M. D. xxv. conceſſit. Eius princeps primum ac proximum Regi locum, in Con-

Leges et inſtituta. ſilijs, Comitijs & alijs conuentibus apud Regem Poloniæ tenet. Si lites inter Regem & Ducem exoriantur, à Conſiliarijs Regis iuramento nouo ad iuſtè iudicandum obligatis, Marieburgi aut Elbingæ dirimuntur. Nobiles autem ſeu alij contra Ducẽ actionem habentes, coram Ducis Vaſallis à Duce ad iudicium deputatis, eam inſtituunt, à quibus prouocatio ad Conſiliarios Regis & Ducis Marieburgi cõſtitutos libera permittitur. Cæterum vnuſquiſque in iudicium vbi bona ſita ſunt vel domicilium Reus habet, vocari debet, nec ad extranea iudicia trahi, aut à recto detineri poteſt. Iudicium aulicum quinque originarij nobiles & tres Iuriſconſulti adminiſtrant. Iudices in prouincijs ita conſtituuntur, vt ex tribus à qualibet prouincia nominatis, Princeps vnum eligat: ſecundum ius Culmenſe & conſtitutiones Prouinciæ iudicet. Si contra priuilegia, libertates, iura, aut conſuetudines Princeps faciat, nec ad preces ſubditorum factum ſuum emendet; Liberum eſt Ordinibus prouinciæ abſque vlla rebellionis aut ſeditionis culpa ad Regiæ Maieſtatis Poloniæ patrocinium confugere, & vi pactorum inter Regem & Ducem initorũ, defenſionem ſuorum priuilegiorum ab eo poſtulare.

Sunt etiam in Ducatu Boruſſiæ duo Epiſcopi, *Sambienſis* qui Regiomonte, vulgò *Konigsperg*, & *Pomeſanienſis* qui in Marienvverder ſedet, quibus iuriſdicto Eccleſiaſtica integra & non impedita in Academiam, Conſiſtorium, Eccleſias, Paſtores, Scholas & omnes cauſas Eccleſiaſticas & matrimoniales, etiam facultas ſingulis annis viſitandi & ſynodos particulares ad conſenſum in doctrina, in ritibus & in diſciplina retinendum, permittitur. Delicta eorum Epiſcoporum Politica, per Ducem: Eccleſiaſtica verò, ſi in doctrina vel ritibus deliquerint, per generalem Synodum cognoſcuntur & puniuntur. Huius Ducalis Boruſſię prouinciæ ſunt *Natangia*, *Sambia*, Regiomonte vrbe magna ornata, aulæ Ducalis ſede, Academiaque & emporio celeberrimo inſignis, *Nadrauia*, *Sclauonia*, *Sudouia*, *Galindia*, *Bartouia*, *Pogeſania*, *Pomeſania* ampliſſima prouincia, & *Soſſauia*.

Mores. De Religione & ritibus veterum Boruſſorum mira narrat Meletius epiſtola 10 ad Georgium Sabinum. Coluerunt Dæmonia pro Dijs, atque etiam nunc multis in locis occultè colunt. Immunda quæque animalia, vt Serpentes, colubros perinde ac Deorum famulos nuntioſque religioſè venerati ſunt, quos intra Domos nutriebant, ijſque vt Dijs penatibus litabant. Deos in ſiluis ac lucis habitare dixerunt, illis victimis ibidem vt placarentur, immolandum eſſe: ab his ſolem pluuiaſque expetendas. Feras omnes, alcem præcipue, has ſiluas incolentes, vt Deorum ſeruos venerandas eſſe ſenſerunt, ideoque ab eis abſtinendum. Solem & Lunam Deos omnium primos crediderunt. Tonitrua ac fulmina ex conſenſu gentium adorabant, tempeſtates auertendas citandaſque precationibus dixerunt. Hirco in ſacrificijs vſi ſunt, ob fœcundam animalis iſtius naturã. Præcellentes arbores, vt robora, quercus, deos inhabitare dixerunt. Quare nec eiuſmodi arbores cædebant, ſed religioſè vt numinum domos colebant. In eo numero & Sambucum & pleraſque alias habuere. Dies etiam natalitios & funera pari modo celebrarunt, mutuis, ſcilicet, commeſſationibus & compotationibus, cum luſu & cantu, abſq; moerore cũ ſumma hilaritate & gaudio. Barbari & literarum rudes olim fuere, adeò vt nec credibile putarent, ſi quis diceret homines inter ſe poſſe aperire quæ ſentiant & velint beneficio literarum; hi idiomate proprio, & à Liuonico nõ abſimili vtebantur, valdeq; liberales & hoſpitales ſeſe aduenis exhibebãt, quorum potus aqua melle miſta, & lac equinum erat. Sed de his ſatis. Plura qui volet petat ex Eraſmi Stellæ de Boruſſiæ antiquitatibus libro ſecundo.

Regio.

Nomina.

Etymon Moschouiæ.

Situs.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium.

Vrbes.

RVssia quæ etiam *Roxolania* dicitur, gemina est, *Nigra & Alba*. Illa Poloniæ contermina est, hæc Moscouiæ pars. Porrò *Moschouia* à Moscho amne haud dubiè sic dicta, qui & regiæ vrbi, quam interfluit, suũ quoque nomen indidit. Eius imperium longè latéque extenditur, ac mari glaciali à Septemtrione terminatur, ab Oriente Tartaros, à Meridie Turcas & Polonos, ab Occidente verò Liuones & Sueciæ regem, vicinos habet. Quo omni tractu amplæditiones continentur; itaque Moschouiæ Dux hoc titulo ferè vtitur: *Magnus Dominus Basilius, Dei gratia imperator ac Dominator totius Russiæ, nec non magnus Dux Volodimeriæ, Moschouiæ, Nouogrodiæ, Pleschouiæ, Smolentiæ, Isseriæ, Iugoriæ, Permiæ, Vetchæ, Bolgariæ, etc. Dominator & magnus Princeps Nouogrodiæ, inferioris terræ, Cernigouiæ, Razaniæ, Volotchiæ, Rezeuiæ, Beschiæ, Rostouiæ, Iaroslauiæ, Belozeriæ, Vdoriæ, Obdoriæ, Condiniæque, etc.* Immoderata in Moscouia & aspera aëris temperies, adeò tamen salubris, vt ibi vltra Tanais fontes Septemtrionem & Orientem versus nulla vnquam pestis sæuiat, etsi morbum haud dissimilẽ habeant quem *Calorem* vocant, qui intestina & caput adeò infestat, vt paucis diebus pereant. Regio in vniuersum neque vitem neque oleam, neque paullo suauioris pomi frugiferam arborem præter melopepones & cerasa producit: quum reneriora quæque gelidissimis Boreæ flatibus exurantur: campi tamen tritici, siliginis, milij, panicique, & omnis generis leguminum segetes ferunt, sed certissima messis in cera & melle consistit. Regio enim omnis fœcundissimis apibus plena est, quæ non in manu factis agrestium aluearibus, sed in ipsis arborum cauis probatissima mella conficiunt. Hinc per syluas & opacissimos saltus magna apum examina de ramis arborum pendentia vuarum instar videre licet. Reperiuntur sæpè fauorum ingentes massę arboribus conditæ, veteràque mella deserta ab apibus, quum singulas arbores agricolis scrutari & euacuare molestum sit. Iouius in libello quem scripsit de Legatione Moschouitarum, refert, Demetrium Legatum narrare solitum cum multo omnium risu; Agricolam quendam quærendi mellis caussa in prægrandem cauam arborem supernè desilijsse, eumque profundo mellis gurgite pectore tenus fuisse haustum, ac biduo vitam solo melle sustinuisse, quum vox opem implorantis in ea syluarum solitudine ad viatorum aures penetrare nequiuisset. Ad extremum verò desperata salute mirabili casu ingentis vrsæ beneficio, inde extractum euasisse; cum fortè eius beluæ ad edenda mella more humano se demittentis, auersos renes manibus comprehendisset, & eam subito timore extetriam ad exsiliendum tum tractu ipso, tùm multo clamore concitasset. Lini & canabis regio fertilissima est. Nulla auri argentiúe vel ignobilioris metalli, ferro excepto, apud eos vena, secturàue reperitur, nullumque est tota regione vel gemmarum vel pretiosi lapilli vestigium. Sylua hic Hercynia immanibus feris plenissima. Ea in parte quæ vergit ad Prussiam vri ingentes & ferocissimi taurorum specie reperiuntur, quos bisontes vocant. Itemque alces ceruina effigie, & cum carnea proboscide altisque cruribus, & nullo suffraginũm flexu, Iozzi à Moschouitis, à Germanis verò Helenes appellati. Præterea vrsi inusitatæ magnitudinis, & prægrandes lupi atro colore formidabiles. Venatio atque etiam auium captura nusquam gentium felicior. Nam venaticis canibus & plagis omnis generis feras capiunt, & asturibus atque falconibus, quos mirificos regio Pecerra præbet, non modo phasianos & anates, sed cygnos & grues consectantur. Capitur quoque auis subnigra, puniceis supercilijs, magnitudine anseris, quæ pulparum sapore phasianorum superat dignitatem, Moschouitica lingua Tetrao nuncupata, quæ Plinio Erythratao vocatur. Cæterum *Russiæ* seu *Moscouiæ* regiones amplissimæ sunt. Eius omnia, ciuitates, oppida, arces, pagi, siluæ, agri, lacus, flumina, vnius Principis, quem incolæ magnum *Czar*, id est Regem seu Imperatorem vocant, imperio & nutui subsunt, & quidquid singula commodi ferunt, in vnius Principis fiscum congerunt. Duces ac Comites, qui dominiũ vtile in bonis feudalibus liberum possideant, & ad hæredes eadem transmittant, nulli sunt. Addicit quidem pagos & agros nonnullis, sed rusticorum operis nihilominus vtitur, & rursus cum libet adimit: adeò vt absolutũ in subditos omniũ rerum imperiũ habeat, & vicissim tanquam Deus à subditis colatur, eique obedientia omnibus in rebus, absque vlla recusatione præstetur. Caput totius regni & metropolis est vrbs *Moschouia*, vulgò *Moschua*, tum situ suo opportuna, qui regionis medius esse existimatur; tum insigni fluminum frequentia celebris, & domorum amplitudine numeroque & munitissimæ arcis robore. Oblongo enim ædificiorum tractu secundum Moschi fluminis ripam ad spatium quinque milliarium extenditur. Domus in vniuersum sunt ligneę, distinctæ in triclinia, coquinas & cubilia, numerus earum est supra 41500. Hæ ferè omnes & ad vsũ olerũ, & ad voluptatẽ priuatos habent hortos. Singulæ regiones singula habẽt sacella, sed conspicuo in loco est templũ B. Virgini dicatum, nobili structura et amplitudine. Arces præterea duas habet quarum vna *Kitaigorod*, altera *Bolsigorod* appellatur, quas hinc Mosch', illinc Neglinna alluunt. Porrò in vniuersa hac Russiæ parte sunt plures alij tractus. *Volodimiria* Ducatus, cuius titulum magnus Dux sibi vendicat, nomen habet ab vrbe primaria, fuitq; ad Ioannis vsque tempora, qui filius Danielis fuit, perpetua Ducũ Moschouiæ sedes: distat ad ortum solis ducentis amplius milliaribus à Moscha; sita est in ripis Clesmæ amnis, qui in Volgam euoluitur. Prouinciæ autem huius ager adeò fertilis est, vt ex vno tritici modio sæpè viginti modij proueniant. *Nouogrodia* inferior illi pastione, agrorum fœcunditate nihilo cedit. Vrbem habet ligneam, dictam communi cum vniuerso Ducatu nomine *Nouogrod*, sitam ad Volgæ et Occæ confluentes. Hæc summam semper obtinuit dignitatem propter incredibilem ædificiorum numerum, latissimiúe et piscosi lacus opportunitatem, & vetustissimi ac venerablis apud illam gentem templi famam, quod ante quingentos pené annos Byzantiorum Cæsarum æmulatione, S. Sophiæ dicatum fuit. Arx hoc loco memorabilis, summis impensis à Basilio Duce ex lapide in scopulo exstructa. Distat omnino vrbs à Moschouia c. milliaribus Polonicis ad Rigam verò proximum littoris portum, paullo minus quingentorum milliarium iter est. *Rhezan* Prouincia est inter Occam fluuium & Tanaim, tritici, mellis, piscium, auium fertilissima: vrbes habet ligneas, *Rhezan* ad ripam Occæ sitam, & *Confiram*, & *Colluganm* & *Tullam*, iuxta quam Tanais fontes conspiciuntur. *Worotinensis* ducatus tribus à Colluga miliaribus ciuitatem habet & castrum eiusdem nominis. *Seueria*, Ducatus est ingens & rebus omnibus ad fluens; vastos habet & desertos campos: Oppida complura, inter quæ præcipua hæc sunt, *Starodub*, *Nouogrod Siuerski*, & *Czeruigow*. Siluæ Hermellis, aspreolis, & martibus abundant, mellis quoque copiam ingentem ex apibus subministrant. Regionem præterlabitur fluuius Sera qui in Desnam influit. Gens propter assidua cum Tartaris bella, armis adsueta est & manu prompta. *Smolenski* Ducatus ad Borysthenem situs vrbem habet cognominem, quam parte vna Borysthenes alluit, parte altera cingunt altæ fossarum indagines acutis stipitibus armatæ. Sunt & Ducatus Prouinciæque *Mosaiskia*, *Ruschouia*, *Tuuerda*, *Plescouia*, *Volzka*, *Corella*, *Biolizero*, *Wolochda*, *Vltyng*, *Iaroslauia*, *Rostouu*, *Duuina*, *Susdali*, *Wiathka*, *Permia*, *Iugra*, *Petzora*, & *Nouogardia magna*, quam illi vocant *Nouogrod Wieiki*, in qua vrbs eiusdem nominis amplissima, ipsam Romam magnitudine superans. *Pezora* nomen habet à fluuio quem vtrimque montes & inuiæ rupes muniunt, dicunturque Cingulum vel Zona terræ. Sunt & aliæ regiones Magno Duci vectigales ad Septemtrionem longo tractu terrarũ porrectæ, vt *Obdora*, in qua est idolum *Slata Baba*, hoc est aurea anus, *Condora*, *Culomeria*, & *Lappia*. Sunt in

RVSSIA
cum confinijs.
OCEANVS
SEPTENTRIONALIS
MYRMANSKI MORE
PETZORES MARE
NOVA ZEMBLA
BALTICVM
GERMANIAE PARS
POLONIA
HVNGARIA
TARTARI
PARS
ASIAE
Pontus Euxinus
Milliaria Germanica Communia
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio
Ob
do
Lucomoria
Iougboria
Tumen
PARS
Volocemia
Dueja
RVSSIAE PARS Amplior.

Lacus. *Flumina.*

Moschovia multi & magni lacus; *Ilmen* Ruthenis *Ilmer*, supra Nouogardiam, longitudinem habet xii. milliar. Germ. latitud. octo. *Ladoga* Longus est C. latus lx. milliaria. Lacus albus incolis *Bieloyeserro*, longus xii. milliar. latus totidem: fluuios recipit ccc. lx. Flumina etiam ampla & multa sunt. *Borysthenes* vulgò *Nieper* & *Nesser*, vel cum adiectione litteræ *Dnieper* & *Dnester* appellatur; eius fontes Herodoto ignoti, sunt ad pagum Moschouiæ *Dnieperke* in sylua *Vuolkonski*, vnde per Lithuaniam & Russiam defluens, Smolensko oppidum & Kiouiam præterlabitur: posteà circa Chmielnicko recipit fluuium Bog, ac tandem in Euxinum pontũ exoneratur: longitudo eius est plus quam ccc. milliarium Germanicorum. *Turuntus* is est Ptolemæo qui Herbersteinio est *Rubo*, incolis *Duina*. Hic haud procul à fontibus Borysthenis ortus, ad Rigam Liuoniæ se in mare Balthicum exonerat. *Rha* Ptolemæi nunc est *Volga* & *Edil*, ortum habet è lacu cognomine, qui xxv. milliaribus à Moschouia abest versus Lithuaniam. Hic cornuti serrans flexibus, multisque receptis fluminibus, in mare Caspium ostijs lxx. influit. *Tanais* Italis *Tana*, accolis *Don*, à Septemtrione ruens magno impetu, Nilo opponitur. Eius fontes Herodotus ponit in paludibus; Mela in Rhiphæis montibus, à quo non dissentit Lucanus libro 3.

--Qua vertice lapsus *Imposuit ripis, Asiaque & terminus idem*
Rhiphæo Tanais diuersi nomina mundi *Europæ, & media dirimens confinia terræ.*

Fuere qui per mare Caspium eum labi arbitrati sunt, quos etiam sequutus est in sua periegesi Dionysius. Sed errant: nullus enim fluuius ex mari Caspio in Meotim paludem aut in Pontum Euxinum decurrit. Oritur autẽ Tanais nõ in Rhiphæis iugis, sed in sylua cuiusdã ingẽti lacu nõ longè à Tulla vrbe, ex quo etiã lacu *Scat* amnis in Occidentẽ fluens nascitur. *Occæ* fluuij caput est in Prouincia Mnesech, is multa præterlapsus oppida, infra Nouogardiã inferiorẽ Volgã ingreditur. Ingentes etiã sapidissimosque pisces, & ante alios sturiones, quos Siluros antiquit' fuisse putam', *Volga* præbet, & hi quidẽ hyeme multa inclusi glacie, recentes pluribus diebus asservantur. Aliorum verò piscium multitudinem fermè incredibilem ex fluminibus & lacubus, inprimis ex albo, quẽ diximus, lacu expiscantur.

Montes. *Montes Riphæos*, de quibus Plin. lib. 4. cap. 12. Mela etiam lib. 3. Baro ab Herberstein in sua Moschouia scribit, in sola Moscouia videri, qui, quia perpetuis niuibus & glacie rigeant, transiri facilè non possint. Ac sortiri alibi alia nomina, tametsi communi & vulgari nomine cingulum mundi dicantur, decemq; & septem in ascendendo dies consumi porrò memorat, neque tamen montis verticem qui *Stolp*, hoc est, columna nuncupatur, eo dierum numero posse superari.

Silua. Hercynia sylua magnam Moschouiæ partem occupat, ipsaque passim positis vbique ædificijs incolitur, iamque longo labore hominum rarior facta, non eam sicuti plerique existimant, horridam densissimorum nemorũ impenetrabiliumque saltuum faciem ostendit. Cæterum ea immanibus feris refertissima per Moschouiam perpetuo tractu inter ortum solis & Boream ad Scythicum Oceanum excurrere traditur, ita vt spes hominum eius finem curiosè scrutantium, infinita magnitudine sua semper eluserit.

Ratio administrandi. *Senatores.* Habet Moscouia templa innumera & sumptuosa, ac monasteria valde multa. Gubernationis negotia & iustitiæ administrationem Dux, per duodecim Consiliarios assiduè in aula præsentes obit. In hos, præfecturæ arciũ, & ciuitatum in toto Moschi imperio distributæ sunt: qui literas & libellos supplices Principi inscriptos accipiunt, eiusdemque nomine respondent. Princeps enim ipse nullas epistolas accipit, nec vllis ad subditos suos, vel alios etiam Principes ferè literis manu sua subscribit.

Episcopi ex monachis quorum monasteria frequẽtissima in Moschi imperio, omnia tamen eiusdem vestitus & ordinis, (cuius D. Basilium autorem referunt) velut sanctioris vitæ hominibus, deliguntur, & sunt in vniuerso Moschorum imperio vndecim, quos *Vladiccas* illi, id est, oeconomos & dispensatores sua lingua nominant. Sacerdotes verò seu Presbyteros, *Poppos* & *Archipoppos*. Horum Metropolita (qui à Constantinopolitano Patriarcha olim confirmabatur, nunc à solo magno Duce delectus per duos aut tres Episcopos consecratur, ac cum libet Principi remouetur) Mosquæ sedem habet. Huic metropolitæ subiecti duo sunt Archiepiscopi, alter Nouogardiæ magnæ ad Lovvtam flu. alter Rostouij. Reliquorum octo Episcoporum sedes sunt *Smolenka* in finibus Lithuaniæ, *Casanum* ad Volgam, *Tweria* Volgæ adiacet, *Rezan*, *Susdalia*, *Wologda*, *Columna*, *Tortiza* ad Mosquam. Hi, diœceses suas ratò aut nunquam ipsi inuisunt, ne quam conspirationis cum subditis suspicionem Principi præbeant, sed in monasterijs ἡγουμένους seu præpositos, & in opidis quibusdam lautos, vitam sacerdotum obseruantes, habent. Nec academiæ vel collegia in toto Moschi imperio vlla existũt.

Ritus & mores. Religio Moschouitis Græca: quam anno Domini CM. lxxxvii. admiserunt. Itaque Sp. Sanctum tertiam sanctæ Trinitatis personam à solo patre procedere arbitrantur. Sacramentum Eucharistiæ celebrant pane fermentato, calicis vsum vniuerso populo concedunt. Nullis sacerdotum suffragijs, nullaque propinquorum aut amicorum pietate iuuari mortuorum manes putant, fabulosumque credunt Purgatorij locum. Libros sacros suo idiomate legunt, eorumque vsum populo non denegant. Ambrosium, Augustinum, Hieronymum atq; Gregorium in linguam Illyricam traductos habent; ex his, aut etiam ex Chrysostomo, Basilio, Nazianzeno homilias publice pro concione sacerdotes legunt; neque enim oratores cucullatos, (verba sunt Iouij) qui advocato populo concionari & ambitiosè nimis atque subtiliter de diuinis disserere soliti sint, admittere fas putant, quoniam rudes imperitorum animos simplici potius doctrina, quam altissimis arcanorum interpretationibus disputationibusque ad sanctiorum morum frugem euadere arbitrantur. Matrimonia contrahunt; Bigamiam concedunt, sed vix legitimum matrimoniũ esse putant. Diuortia admittunt. Adulterium non appellant, nisi quis alterius vxorem habuerit. Mulierum conditio miserrima est. Nullam enim honestam credunt, nisi domi conclusa viuat, adeoque custodiatur, vt nusquam prodeat. Gens astuta & fallax, magis seruitute quam libertate gaudens. Omnes se Principis seruos fatentur, Iuuentus omnis varijs ludis, sed militiæ proximis se exercet, in stadio cursu contendit, in palæstra colluctatur, pernicitati equorum studet, omnibusque præmia, & præsertim Sagittariorũ peritissimis proponũtur. In vniuersũ & Moschouitæ statura sunt mediocri, sed quadrata & valde torosa, cęsij omnibus oculi, prolixæ barbæ, crura breuia, & ventres extenti. Domi opiparè potius quam lautè viuunt; namq; omniũ ferè cibariorum genere quæ vel à luxuriosissimis desiderari possunt mensæ eorum & paruo quidem pretio passim instruuntur.

Victus. Gallinę siquidem, & anates singulis sæpe argenteolis tenuibus nummis veneunt. Venatione & aucupio vti apud nos nobiliora obsonia parantur. Vino nariuo penitus carent: itaque vtuntur aduectitio, sed in festis conuiuijs duntaxat, aut in medicinæ vsu, aut in principalis magnificentiæ ostentatione: populus medonem bibit ex melle lupulisque decoctum, qui picatis vasis conseruatus, ex antiquitate nobilitatem assequitur. Habent & cereuisiam, quam æstate iniectis glaciei crustis infrigidant. Sunt et qui in delitijs habeant succum ex subausteris cerasis expressum, qui perspicui et purissimi vini colorem iucundissimum et saporem non ingratum refert.

Vestitus. Tunicas oblongas, sine plicis, manicis strictioribus, Hungarorum ferè more gestant: ocreas ferè rubeas easque breuiores, vt quæ genua non attingant, soleasque ferreis clauiculis munitas habent: ventrem nequaquam sed fœmora cingunt; atque adeò pubetenus, quo magis promineat venter, cingulum demittunt.

Mercimonia. Nobile linum, & cannabum in restes multaq; boum tergora et malas ceræ ingentes, Moscouitæ in omnem Europæ partem mittunt: nec non pelles nobiles ac pretiosissimas, quibus regio abundat.

Ducatus:
Samogitia, Russia, & Volhinia.

Lithuaniam à lituo, id est cornu & tuba venatorum, eò quod regio illa frequentes venationes exerceat appellari voluerunt. Quam sententiã Mathias à Michou reijciens, aliam de Lithuaniæ Etymo sententiam ponit: tradens Quoidam Italicos ob Romanorum dissensiones deserta Italia Lithuaniam ingressos, regionem Italiam, gentem Italos dixisse: eam verò per pastores Litaliam & gentem Litalos, litera præposita cœpisse nuncupari. Ruthenos autẽ & Polonos eorum vicinos maiore immutatione facta, vsq; in hodiernum diem regionem Lithuaniam, gẽtes verò Lithuanos appellare. Regio amplissima est, Moschouiæ proxima, habetque ad Ortum illam partem Russiæ quę magno Duci Moscouiæ paret: ab Occasu Podlassiam, Masouiam, Poloniam, & aliquantum deflectens ad Septemtrionem Borussiæ fit contermina: respicit verò à Septemtrione Liuoniam & Samogitiam: à Meridie Podoliam & Volhiniã. Cœlum hic inclemens, hyems asperior. Multum ceræ ac mellis quod sylueſtres in sylvis apes conficiunt, atque etiam picis. Frumentum quoque abundè præbet hec regio, seges verò raro ad maturitatem peruenit. Vino non nisi importato vtitur & exotico, eius enim prouentu caret, vt & sale, quod ex Britannia venale accipit. Animalia omnis generis, sed parua producit: in sylvis etiam quibus regio operta est, Vri, Alces, Bisontes, equi silueſtres, Onagri, cerui, Damæ, capreæ, apri, vrsi, martes, & reliqua genera ferarum magno numero stabulantur. Et vt Auium & inprimis Ficedularum copiam taceam: est in Lithuania & Moschouia animal voracissimum *Rossomaka* dictum, magnitudine canem, facie felem, corpore & cauda vulpem referens, colore nigrum. Cadaueribus vescitur, inuentoque cadauere, adeò se ingurgitat, vt extendatur & inflectur in morem tympani: atque ijs quæ vorauit identidem egestis non prius vorare desinit quam totum cadauer absumpserit. Fuit gens Lithuanorum annis superioribus adeo obscura & contempta apud Ruthenos, vt principes Kiouienses ab ea sola perizomata & subera ob egestatem & soli sterilitatem in signum subiectionis exigerent, donec Vithenes dux Lithuanorum sumptis virũ incrementis, negaret tributum, quin & iugo principibus Russiæ iniecto, eos adegerit ad tributa pendenda. Huius Posteri hostilibus & subitis incursionibus finitimas gentes inuadebãt & diripiebant: donec Cruciferi Teutonici ordinis eos debellare & opprimere coperunt, quoad Lithuani Olgerdum & Ceystutum duces lithuaniæ successiuè peruenerunt. Post verò Iaggello dux magnus Lithuaniæ factus est, qui postea & Vladislaus appellat. Hic à Cruciferis & Christianorum exercitibus sæpenumero pressus, Deo Miserante ad Polonos declinauit, & Christianam religionem amplexus baptismatis sacramento initiatus, ducta in matrimonium Heduuigi regina Poloniæ, rex Poloniæ factus est. Terram verò Lithuaniæ germano suo Skirgelloni tamquam supremo duci Lithuaniæ regendã commisit. Ante Iagellonis tempora paganismus per omnem Lithuaniam vigebat, quo in regem Poloniæ adscito baptisatoque anno M. CCC LXXXVI. missã idololatria, sanctam Christi fidem recepit. Lithuaniæ magnus Ducatus nunc in decem Palatinatus seu prouincias præcipuas est diuisus, quarum metropolis, & caput hoc tempore est *Vilna* indigenis *Vilenzki* Germanis autem vulgo, *Die Wilde*: quæ ad Viliæ & Vilnæ confluentes anno M. CCCV à Gedemino Duce condita, nunc est sedes Palatini inter Lithuanos primi, & Episcopi Romanæ obedientiæ Leopolienſi Archiepiscopi subditi, & Metropolitani Russiæ: qui septem sub se Episcopos Græci ritus habet, *Polotia*, *Volodomiria*, *Lucæ* in Volhinia *Luczko*, *Pinscæ* ad Pripetium flu. *Kyouia*, *Præmissia* & *Leopoli*. Est autem Vilna vrbs copiosa, ampla & celebertimi nominis, muro cincta & portis, quæ nunquam clauduntur. Domus in vniuersum sunt ligneæ, depressæ ac humiles, nec cubilibus nec coquinis, imo nec stabulis, licet iumenta & bestias complures alant, distinctæ, nec optimo etiam delectu collocatæ, certis quibusdam plateis exceptis, in quibus ab exteris nationibus, quæ commerciorum gratia, hanc vrbem frequentant, lapideæ & elegantes constructæ sunt ædes, quibus Germanorum, & palatij vicus condecorantur. Regium est Vilnæ palatium, alterum admodum amplum, plana cænaculorum structurã celebre. Alterum turribus in monte conspicuum, ad radices armamentarium habens, in quo machinæ bellicæ omnis generis non paucæ conspiciuntur, cum tamen in vniuersa passim Lithuania, nulla vllius metalli sectura, venaue reperiatur. Templa sunt pleraquę lapidea, quædam etiam lignea. Elegans est Bernardinorum coenobiũ, secto ex lapide, venusta structura elatum. Quemadmodum & Ruthenorum aula, in qua ipsi merces suas ex Moschouia allatas distrahunt. Nullæ in ampla hac vrbe sunt Xenodochia, nulla paupertate afflictis assignata loca, vbi misericordiæ refocillentur operibus. Oppidani autem omnes, Magistratu tantum excepto, caupones sunt, cereuisiam, medonem, aut vinum igni eliquatum propinantes: & liberum cuique permittunt, ædes suas tuto intrare, assidere foco, & vnum de quocunque liquore velit haustum gratis bibere, ac deinde exire. Verùm vltrà si bibat, si prandium aut cœnam cum hospite sumat, tum pretium quoque soluat necesse est, sed pertinguum. Secundus Palatinatus est *Trocensis*, cuius Opida sunt *Grodno* ad Gronium flu. vbi Stephanus Rex Poloniæ obijt. *Launa* ad Croni & Viliæ confluentes *Kowno*, *Lida* & *Vpita*. Tertius Palatinatus est *Minscensis*, ibi *Minsco* ciuitas & arx, *Keidanou*, *Radiskou*, *Borissou*, *Loboisco*, *Swisloez*, *Bodreisko* & *Odruczko*. Quartus palatinatus est *Nouogrodensis*, in quo *Nouogrodezk* ciuitas ampla & lignea, *Slonim*, *Wolkouiisko*, & alia Opida complura. Quintus Palatinatus est *Brestiensis* à Brestia ciuitate ampla & lignea sic denominatus, & in hoc ciuitas *Pinsko*. Sextus Palatinatus est *Volhiniæ* in qua *Luca* Episcopi sedes, *Volodomiria*, *Cremenesia*. Septimus Palatinatus est *Kioniæ*, quæ vrbs quondam amplissima & vetustissima, vt ruinæ quæ ad sex milliaria se extendunt, facile indicant, fuit & ad Borysthenem sita. Ibi & *Carcas*, *Kanion* & *Moser* Opida. Octauus Palatinatus est *Miecissiauiensis* ad Sosã & Borysthenem in finibus Moschouiæ, ibi *Miecissiauia*, *Dambrouna*, *Copycz*, *Sklou* comitatus, *Mohilou*, *Bychou*, *Reczycza*, *Strisin* Opida cum arcibus sita sunt. Nonus Palatinatus est *Vitebsiensis* in quo *Vitebsk* ciuitas ad Dunã fluuium sita, & *Orsha* ad Borysthenem. Decimus Palatinatus est *Polocensis*, qui à *Poloczko*, ad Polotæ, & Dunæ confluentes inter Vitebsam & Liuoniam interiecta nomẽ sortitur: ibi *Disna*, *Drissa*, & *Druha* Opida cum arcib.

Regio.
Vnde dicta.
Situs.
Cæli qualitas.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium maiorum.
Vrbes.

LITHVA-
NIA.
LIVONIAE PARS
CVELAND
Semigalen
Mare
Baltici
pars
MAG
DVCA
LI
TH
A
NI
AE
NVS
S
CATV
COLHINIA
Po
DO
LI
A
Vilnia Lithuaniæ conuentus
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio

Flumina. visuntur. Hisce expositis demus Lithuaniæ suos amnes. Lithuaniam á parte orientali terminant *Oscol, Iugra,* minor *Tanais*, hi & plurimi alij in Tanaim defluunt. Est & in dominio Lithuanorũ Borysthenes qui ex terra plana & palustri ortus, per Russiam delatus in Pontum Euxinum tandem exit. De illo multa Herodotus lib. 4. Habet etiam perpulchra quædam Marcellinus lib 22. Meminit eius præter Strabonem etiam Mela, & Solinus. Sunt & *Vilia*, & *Niemen*, hic valde flexuosè decurrit: nauesque deferens & merces: tandem in mare Prutenicum suas aquas exonerat. *Duuina*, & alij, quibus vt & lacubus & stagnis irrigua est. Omnes autem isti fluuij & lacus maximam piscium copiam subministrant, suntque pisces optimi ac gratissimi saporis. Est præterea regio syluis operta, quæ admodũm magnę sunt, decem aliquando quindecim milliarium. Prouinciarũ autem Lithuaniæ Palatinos & Castellanos Sigismundus Augustus Poloniæ Rex in comitijs Lublinensibus in vnum Reipublicæ corpus, cum Polonis vniuit, & certum singulis Proceribus, Episcopis, Palatinis & Castellanis Lithuanis locũ ac ordinem in Senatu regni attribuit, ita vt ex vniuerso Regnó Poloniæ omnibusque prouincijs illi cõiunctis, sint in Senatu Episcopi quindecim, Palatini tringinta vnus, Castellani maiores trigintа, minores quinquaginta, et qui officiales Regni nominãtur, Marschalci regni & curiæ Cãcellarij ac vice Cancellarij ac Thesaurarij 2: de quib⁹ in Polonia latius. Colebant olim Lithuani numina ignem, syluas, aspides & serpẽtes: ignẽ qui per sacerdotẽ lingua ipsorum *Zincz* nuncupatum, subiectis lignis adolebatur, syluas autem & lucos sacrosanctos & habitacula deorum putabant: aspides verò atq; serpentes in singulis domibus velut Deos penates nutriebant & venerabantur. Soluuntur apud Lithuanos facilè matrimonia mutuo consensu, & iterũ atq; iterũ nubunt, & inter se matronæ palam concubinos habent maritorum permissu, quos connubij vocant adiutores: cõtra pellicatus viris probro datur. Cũ quis fortè capite damnatus fuerit, de seipso iubente Domino supplicium sumere, suisque manibus se suspendere cogitur, quod si recusauerit, tantisper minis & verberibus exagitatur, donec mortem sibi inferat. Armenta victum præbent, multo lacte vrentibus. Panis vulgi nigerrimus est, ex siligine aut hordeo vna cum furfuribus. Diuitum autem albissimus, ex puro tritico pinsitur. Vini apud eos rarissimus vsus, Cereali poculo multi vtuntur, plebeium vulgus aqua. Ceruisiam coquunt diuersimodè & ex varijs granis, puta frumento, siligine, hordeo, auena, milio, sed insipidam. Medone & spisso & tenui & vario modo cocto abundant, & illo reficiuntur & inebriantur. Lithuania difficilis aditu ac quodammodo inaccessa, aquis omnia obtinentibus: hyeme commercia cum Lithuanis habiliora paludibus & stagnis alta glacie concretis, niueque superinfusa fiunt omnia mercatoribus peruia. Opes apud eos pręcipuæ animalium pelles, mustelinæ, vulpinæ, & pretiosiores, vt ictidibus (quas Martes vocant) & Scythicis mustelis detractæ, quibus Sebellinis nomen est. Ex his magnum quæstum faciunt, vt ex cera, melle, cinere & pice. Omnis item roborea illa materia quæ *Wagenschot* nostratibus dicitur, & ex qua in Germaniæ inferioris & Belgicæ maritimis regionibus vniuersa ferè lignea opera Architectonica tàm publica quam priuata, domorumq; magna ex parte supellex & vtensilia parantur, his partibus caditur, illincque ad nos per Balthicum & Germanicum mare aduehitur. Sed de Lithuania satis. De reliquis nunc paucula subiungamus. Sequitur in titulo nostro *Samogitia* (quod eorum lingua terram inferiorem sonat) Russis *Samotzkasemla*: regio Septemtrionalis & satis ampla, Lithuaniæ proxima, syluis & fluminibus circumsepta, quinquaginta milliarium longitudine. A Septemtrione Liuoniam habet, ab Occasu mari Balthico siue Germanico, qui sinus Balthicus propriè nuncupatur, nonnihil versus Septemtrionem reflectendo, alluitur, vicina est etiam Borussia. Abundat nobilissimo, candidissimo ac purissimo melle, quod in omni arbore excauato inuenitur. Oppidum nullum habet, nõ arcem: nobiles in tugurijs viuunt, rustici in casis. Gens huius regionis procera & pulchræ staturæ, agrestis tamen & incultis moribus, parco victu viuens, sitim aqua sedare solita, raro cereuisia aut medone, auri, argenti, æris, ferri, vini ante nostra tẽpora expers & ignara: apud hos licitũ erat vni viro plures habere vxores, & patre mortuo nouercã fratreq; fratriam in vxorem accipere. Gens præterea ad diuinationes & auguria procliuis. Præcipuum numen Samogiticum erat ignis, quem sacrosanctum & perpetuũ putabant, qui in montis altissimi iugo assidua lignorum appositione a sacrorum sacerdote alebatur. Vladislaus autem rex turrim in qua is consistebat, incendit, ignemque diffecit & extinxit. Succidit deinde per milites suos Polonicos syluas, quas tanquam sacras & Deorum habitacula Samogitæ iuxta illud poetæ, *Habitarunt Dij quoque syluas*, venerabantur. Anno itaque MÆ CCI XXXVI Christianam religionem profiteri coeperunt. Tertium locum tenet *Russia*, quo nomine hoc loco *Russiam* meridionalẽ siue *Nigrã* intelligimus, cuius vrbs primaria Leopolis emporio & Archiepiscopali sede celebris. Districtus præter Leopoliensem sunt, *Halicensis, Velzensis, Chelmẽsis, & Præmisliensis.* Restat deniq; *Volhinia* quæ inter Lithuaniã, Podoliã & Russiam sita, frugibus abundat propter agri fertilitatem. Incolæ strenui & bellicosi sunt, Ruthenicoque idiomate, moribusque & religione vtuntur, qui quidem à Volga fluuio amplissimo Volgari dicti in hanc regionem venerunt, quam á suo nomine Volgariam, postea successu temporis *Vuoloniam* seu *Volhintam* nuncupauerunt. Regio hæc ad magnum Lithuaniæ Ducatum pertinebat, sed nunc regno Poloniæ adiuncta est. Districtus habet tres, *Lucensem, Volodimiriensem, & Cremenecensẽ:* suntque tres ciuitates prouinciales *Leuczko, Vuolodomiria, & Kyzemenec*, quæ complura oppida & munitiones subiectas habent. Lacus hic & stagna plurima piscibus referta, ac syluæ feris. Est & in hac Tabula *Podolia* sita ad Tyram fluuium qui *Nyster* dicitur, ab ortu habet vastissimos campos & inhabitatos, vsq; ad paludem Mæotidem: regio est fertilissima, semel seritur, ter metitur: pratis ita luxuriat, vt sæpe boum cornua vix é gramine appareant: ager tamen durus est nec potest proscindi nisi sex bubus robustissimis aratro iunctis. Vibes pręcipuæ sunt *Camieniec, Bar, Myedzibosz, Brasslovv, Bar* condita est à Bona Regina Ioannis Sfortiæ Ducis Mediolani filia, Sigismundi Regis vxore. Sed de hac Tabula quæ dicta sunt hactenus, sufficiant, ad Transsyluaniam pergimus.

Silua.

Senatores.

Victus.

Merchimonia.

Samogitia.
Nomina.
Situs.
Soli fertilitas.

Mores.
Victus.

Russia.
Vrbs Leopolis.
Volhinia.
Situs.
Soli fertilitas.

Vrbes.
Lacus.
Silua.
Podolia.
Situs.
Soli fertilitas.
Vrbes.

Siebenburgen.

TRanssyluania Daciæ veteris pars est Mediterranea, quam Ripensem Romani dixere, nomen nunc habet à syluarum montiumque ambitu; sylua est Hercynia; mons Carpathus. Dicitur & Septemcastrensis vulgò, nomine à voce Germanica *Siebenburgen* mutuato, ac *Erdeli* Hungaris. Terminant eam ab Occidente Pannonia, à Septemtrione Polonia, ab Austro Valachia, ab Oriente Moldauia. Est autem Transsyluania rerum omnium feracissima. Ac frumēti per vniuersam hanc regionem magna est vbertas: Præter experientiam quotidianam testatur id Traiani numus in quo Ceres erecta, dextera tenens cornu Amaltheæ, læua tabellam: cum hac epigraphe *Abundantia Daciæ.* Vinum fert præstantissimum ad Albam Iuliam, Deuam, Egmedinum, Birthelbinum, Fenuscium. Fructuū item magna copia est, inter quos vt reliquos omittā præstātissima pruna Damascena vulgò dicta, mala Cotonea, Cerasa duleia, quę cū marostiganis Italicis conferri possūt, Melopepones vulgò Melones, præstātissimi. Herbæ etiā nobiliores passim crescunt. Rha Ponticum, Centaurium maius, Gentiana maxima flore flauo & purpureo, Rhodia radix, Absinthium Ponticum, Libanotis prima Theophrasti, Crocus aliæque sexcentæ. Metallorum fodinæ nobiles permultæ. Auri etiam ad Sculattin, quæ Zulakna dicitur Hungaris, & ad *Rimili Dominurdz*, quod sonat Riuulum dominorum. His locis exscinduntur glebæ auri purissimi, cuius effossi statim vsus esse possit sine vlla accurata separatione. Auri hanc vbertatem testantur frequentes Romanorum numi aurei qui his locis sæpè effodiuntur: quorum parte altera viri est effigies cum petaso, & hac inscriptione C.CATO. parte altera Dacia forma Diuæ, libellam dextera tenens cum inscriptione AVR: PVR. Argenti fodinæ sunt ad *Offera* & *Radna.* Cuprum ijsdem montibus effoditur quibus aurum & argentum. Chalybs ad *Cyk*; ferrum ad *Thorosco* & *Vaidahuniade*: Sulphur & antimonium in cupri fodinis. Salis autem fossilis tanta copia est, vt vicinis regionibus abundè subministret. Boum præterea tanta multitudo, vt etiā prægrandes singuli singulis sæpè florenis vendantur. Quid dicam de equis, quos generosos & præstantes producit, quēis per se mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Quid auium varia genera commemorem? Aquilas, Falcones, Phasianos, Perdices, Pauones sylueſtres, Gallinagines Scolopaces Olympio, *Rusticulas* Plinio, vulgò *Sneppas*, & Gallos? Quid aquatiles? Cygnos, Tardas, & Onocrotalos. Et vt ab auibus ad feras transeam. Habet hæc regio saltus prægrandes ac nemora ingentia, in quibus Vri, Bubali, Alces, Cerui immanis magnitudinis, Lynces, Martes, Mures Pontici, Vrsi, Damę, & Lepores albi. Coluere hāc regionem iam olim variæ gentes *Iazyges*, quorum etiam hodie reliquię sunt in Hungaria: tum Metanastæ etiam Plino nominati, & Getæ, Bastarnæ, Sarmatæ, Græci, Romani, Scythæ, Saxones, Hungari. Romani eam serò debellarunt: Nam Traianus Imperator victo Decebalo Dacorum Regē, primum eam in prouinciæ formam redegit, vrbemque Zarmizegethusā vocauit de suo nomine Vlpiam Traianam. Vlpianus lib. 1. de Censibus. *In Dacia quoque Zermensium colonia à Diuo Traiano deducta, iuris Italici est: Zarmizegethusa quoque eiusdem iuris est.* Exstat autem hic Vlpiani locus Digestor. lib. 1. Tit. xv. Eam Galienus ducentos post annos amisit, exque eo tempore humanitate sermoneque & elegantijs Romanorum depositis, cœperunt incolæ ferociam Barbariemque pristinam repetere, Valachorum etiam nomine adsumpto. Post Romanos Scythæ Attila duce hæc loca insedere, septemque sedes liberas sibi exstruxere. Scythis Saxones successerunt Caroli Magni tempore, qui patria deserta hæc loca insedere, exstructis septem ad Scytharum exemplum vrbibus liberis. Postremo etiam *Hungari* alios subsequuti, partim loci vicinitate allecti se Dacis miscuere: partim iniurijs prouocati, sub Stephano Pannoniæ rege quem sanctum indigitant, totam istam regionem expugnauere. Ab his structa sunt etiam aliquot oppida. Pars Transsyluaniæ montosa, sero deuicta est à Mathia Huniade qui Coruini cognomentum habuit, posteaque à Stephano Hungariæ rege. Mathias ille Draculam quendam Transsyluaniæ montosæ Voiuodam hominem inauditæ crudelitatis viuum cepit, & post decennij carcerem pristino loco restituit. Ferunt hunc Draculam Turcis legatis quod honorem depositis tiaris (quas *Turbant* vocamus) non præstitisset, tres clauos per diademata illa in caput vsque adegisse, vt si vellent cidarim deponere non possent. Turcas plures captos palis confixit, & inter eos de more cænauit. Alijs plantas pedum excoriauit, easque sale conspersas capris lingēdas exhibuit. Transsyluania nunc in tres diuiditur nationes suis inter se moribus & legibus dissidētes & distinctis terrarum locis prouinciam incolentes, videlicet in Saxones, Ciculos & Hungaros. Transsyluani Saxones sicut cæteræ omnes nationes Germanicæ, habēt peculiarem linguæ dialectum. Vrbes & arces incolunt munitissimas, & cæteris nationibus præstant. Sedes eorum sunt septem, nempe *Zarwariensis*, *Zabesiensis*, *Millenbach*, *Reusmarck*, *Segesburgensis Schesburg* forte, *Ollczna*, *Schenkerstul*, & *Rupensis*, sed *Reps* forte, quæ singulæ pagos aliquot subiectos habent. *Ciculi* Moldauiæ finitimi à Scythis oriundi suis legibus & moribus viuunt, suaque officia sorte distribuunt. Nemo apud illos ignobilis esse censetur, etiamsi manu aratrum tractet, aut

Regio. *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Imperium Maiorum.*

TRAN
SYLVA
NIA
Sed Maxcon
Nösner land
Com:
Dobacen
Land
nor dem
Wald
Sed Kyr
di Sic
Com:
Sic
Hunyadi
Hunyadi
Meteris Germanica com:

caprino gregi præſit. Hi in ſeptem ſunt diuiſi regiones quas ipſi ſedes vocant, quarum nomina ſunt: *Scpſi*, *Orbai*, *Kyſdi*, *Czyk*, *Gyrgio*, *Marcus Zeek*, *Aranyas Zeek*. *Hungari* & Nobiles Transſyluani paſſim intermixti Saxonibus cum Ciculis, propemodum tam ſermone, quam veſtitu & armis conueniunt. Omnes ſimul Transſyluani ad nonaginta & amplius armatorum millia ſuppeditant. Sunt autem in Transſyluania ſeptem vrbes celebriores locorum interuallis diſtantes, inter quas *Cibinium* eſt Metropolis & *Hermanſtat* dicitur. Sita in planitie, nullis prope montibus impeditur, quin ſe in admirabilem latitudinem aperiat. Non multo minor eſt Vienna Auſtriæ; arte & natura multo eſt munitior: nam propter frequentes piſcinas & ſtagna non patet exercitui ad eam aditus. Parochiam etiam cathedralem habet. *Braſſouia* ſiue *Corona* Germanis *Cronſtat*, quæ & *Stephanopolis*, intra montes amoeniſſimos ſita, moenibus, foſſis & propugnaculis ſatis munita eſt. Hic Academia & Bibliotheca inſignis. *Biſtricia Noeſenſtat* in ampliſſimæ vallis planitie ſita, vtrinque vitiferos colles habet. *Segeſwaria Scheſpurg* partim in ædito colle, partim infra ad radices habitata. *Megies Mydwiſch*, in meditullio Transſyluaniæ ſita, ferax vini, ac rebus alijs omnibus ad quæſtum & victum pertinentibus ſatis referta. *Zabeſus* ſiue *Zaaz* in planitie, valle profundiſſima, aquis piſcium foecundiſſimis munita iacet. Hanc primariã Saxonum ſedem fuiſſe dicunt. Et *Coloſwaria Clauſenburg* itidem in planitie ſuauiter admodum ſita, tam murorum ambitu foris, quam ædificiorum ſtructuris intus ſplendida. Eſt & hic *Alba Iulia* vrbs vetuſtiſſima, ac ſede Epiſcopali celebris. Hæc in colle decliui ſita, circumfuſa vndique ad duo fere millia paſſuum planitie. Ab ortu fluuium Maruſium, & ex altero latere amnem *Ompay* Hungaricè vocatum, ex alpibus deſcendẽtem habet. Olim *Tarmis* dicta, ac Regis Decebali Regia tempore Traiani fuit. Numerantur etiam in Transſyluania quo ad penſiones taxarum octo parochialia Capitula præcipua, quæ ſimul Vniuerſitatem appellant. *Biſtricienſe* Capitulum habet Briſticiam cum 23. pagis regijs. *Regnenſe* Capitulum *Regen* forte habet pagos plus quam triginta. *Barcenſe* Capitulum, *Barzazarg* habet Coronam ciuitatem cum tredecim pagis regijs. *Kiſdenſe* Capitulum habet Segeſburgam, & pagos quadraginta octo. Duarum ſedium Capitulum complectitur ciuitatem Megienſem cum pagis triginta ſex. *Cibinienſium* Capitula duo, quorum vnum habet *Cibinium* & pagos viginti tres, alterum Capitulum Cibinienſe, quod vocant *Surrogatiua*, continet pagos circiter 22. *Zabeſienſe* Capitulum habet Zabeſium cum pagis ſeptemdecim. Non deſunt huic regioni ſtagna atque paludes, quæ piſcibus præſtantiſſimis affluunt. Fluuij nauigabiles tres ſunt, *Aluta*, *Moroſſus*, *Samus*: quorum duo priores è montibus Scythicis originem ſuam trahentes, hic in Tibiſcum, ille verò rectà in Danubium tendens, delabuntur; tertius *Samus* (*Thimes*, Germanis & Hungaris) ex Alpibus, Calota dictis, oriens, qui itidem in Tibiſcum delabitur. Sunt præterea & alij amnes, vt *Chicel* maior & minor, *Sabeſus*, *Chryſus*, *Chryſolores*, *Strygius*, quorum tres vltimi aurea ramenta ferunt, aurique fragmenta quandoque ſeſquilibralia trahunt. Piſces in ijs & ſupra dictis optimi, ac varij reperiuntur; Acipenſer nimirum magnus & paruus, Cyprinus trium generum, Salmo, Lampetra fluuiatilis & lacuſtris, Silurus, Mulus barbatus dictus, Murenæ genus rarum, Truta alba, & nigra, Gobij ſquammati, ac ſine ſquammis alijs penitus incogniti. De lupis, Percis, Tincis, Murena vulgo dicta nihil memoro; qui piſces inauditæ ferè magnitudinis inueniuntur. Montes item ſunt Valachiæ Ciſalpinæ, & Moldauiæ vicini, qui Agaricum, ac Terebinthum ſtillant. Siluæ frequentes inter quas Hercynia, in quibus præter feras ſupra memoratas iubati boues, & ſylueſtres equi, quibus iuba ad terram vſque demiſſa. Sunt præterea in hac regione arces plurimæ eæque munitiſſimæ. Inter quas primum occurrit Rubea turris arx fortiſſima, ſita in Alpibus iuxta decurrentem amnem, vbi anguſtus inter montes introitus pater in regionem, eſtque ceu propugnaculum totius terræ, vt ab illa parte nemo ingredi queat, ſi arcis præfectus repagula obijciat. Eſt & alia arx munita infra opidum Millembach iuxta Bros oppidum, vbi quoque iuxta fluuium inter conualles & niuoſas alpes iter eſt in Transſyluaniam ducens, & aliæ. Nunc ſequitur vt de moribus aliquid ſubiungamus, qui varij ſunt, quia à varijs gentibus, (vt ſupra vidimus) & olim occupata fuit, atque etiam hodie tenetur. Valachorum gens eſt aſpera, bonarum artium atque diſciplinarum expers, Religionis Græcæ, moribus Paganiſmum redolentibus, quum & diuinaculos in pretio habeant, & per Iouem, Venerem (quam ſanctam vocant) iurent, & multis alijs rebus ad Gentilium ritus accedant; quinetiam neque opida habeant, neque domos lateritias, ſed in ſaltibus degentes arundine duntaxat aduerſus inuriã cœli muniantur. Reliqua pars Trãſſyluaniẽ, multis partibus eſt vt ſolo cultior, ita & hominibus moratior. Scytharum in Transſyluania lingua exigua dialecto ab Hungarica hodie differt; quondam tamen maximum idiomatis diſcrimen fuit, vt & ſcriptionis, quam illi Hebræorum more à dextera orſi læuam vorſum exarabant. Ciculi, genus hominum ferox, & bellicoſum: inter quos nullus neq; nobilis neque ruſticus, omnes eodem iure cenſentur, Heluetiorum inſtar, vt ſupra quoq; diximus. Hungarorũ magna præ alijs potentia, & authoritas eſt. Nam & Principes, & alij ferme in regno Magiſtratus ex ipſis creantur. Neque tamen creatio ab ipſis ſolum, ſed etiam ab alijs duobus Transſyluaniæ populis Saxonibus nimirum & Ciculis dependet. Horum dignitas perennis eſt, merumque Imperiũ. Et hæc hactenus de Transſyluania breuiter dicta ſufficiant.

Vrbes.

Lacus.
Flumina.

Montes.
Siluæ.
Opera publica.

Mores.

Cherſoneſus.

CHerſoneſus à Tauris Scythiæ Europeæ populis *Taurica* cognominata Ptolemæo, Scytharum regio eſt, quæ & *Scythica* Straboni dicitur. Hanc *Taurorum Peninſulam* Latinè dixit Plinius lib. 2 cap. 96. *Cherroneſum Ponticam* Appianus in Mithridaticis, *Cherſenam* Paulus Diaconus. Hodie *Perocopſka* & *Geſara* Antonio Pineto, alijs *Præcop* & *Tartaria minor* dicitur. Ampla eſt Peninſula, inter Pontum Euxinum & Męotidem paludem vſque ad Boſphorum Cimmerium, qui Europam ab Aſia diſcernit, verſus Ortum porrecta. Longa eſt xxiiii milliaria. Lata xv. Peninſula quæ ab Oriente & Meridie à Perecopia media eſt, hyemem placidiſſimam, & aerem temperatiſſimum habet. Nam in fine decembris hyemis initium, in medio verò Februario hyemis aſperitas, quæ magis niuoſa, nec tamen integro triduo illa magis durat, quàm frigida & gelu conſtans eſt: Nec diutius quam ad initium Martij illa durat: Sub initium itaque veris, & in autumno ferè calidiore aer peſtilens plerumque efficitur. Vniuerſa autem ipſa Regio frugum feracißima eſt, ac paſcendis gregibus atque armentis valdè idonea. Sed quamuis ſolum fertile incolæ habeant, plurimi tamen agros non colunt, nec ſerunt. Equis, camelis, bobus, vaccis, pecoribus & ouibus abundant, ac inde victitant. Eſt præterea auium delicatiſſimarum ibi copia, quas aliquando Chriſtiani vel Turcæ, rarius tamen peregrini Poloni capere ſolent. Venationes ceruorum, caprarum, aprorum & leporũ in ditione Tartarica & Turcica mari vicina, ſunt plurimæ. Cherſoneſum autem hanc mediam horridi & ardui montes velut Apenninus Italiam in boream & Auſtralem dirimunt. Auſtralem, cuius Metropolis eſt *Capha* Mahometes anno M.cccclxxv. occupauit, & ſibi tributariam fecit. In boreali vero parte Tartari, Crimæi vulgo appellati latiſſimos inter Boryſthenem & Tanaim campos, paſcuis ſubinde mutatis peruagantes, ſedem Regiam annos iam fere quadringentos habuerunt oppidum Crimæum, vnde & Crimæi Tartari appellati fuerunt. Hi poſtea perfoſſo Tauricæ ad inſulæ formã Iſthmo, circa foſſam eã quam Præcop appellant, ciuitatem eiuſdem nominis & Regiam ſedem cum condidiſſent, Præcopenſes Tartari inde dicti ſunt. Horum Rex Turcis fœdere & ſocietate coniunctus cũ proprios fratres (inſtigantibus Turcis) à quibus bello petebatur, ſubmouiſſet, & Capham obſidione premeret, à ſuis Conſiliarijs ad hoc amplis muneribus corruptis, cũm duobus filiolis in fruſta conciſus, Ottomanniæ amicitiæ infoelix exemplum præbuit: Eo enim occiſo Tartari, qui hactenus liberi & indomiti, ex ſocijs & fratribus Ottomannorum facti ſunt ſerui, & more aliarum Turcicarum Prouinciarum non Regem, ſed Beglerbegum, id eſt Vice-Regem accipere ſunt coacti. Quale autem ſit Turcicum imperiũ ex Walachiæ, Gręcię & Imperij Turcici deſcriptionibus facile poteſt cognoſci, eò Lectorem breuitatis cauſa remittimus. Præter Caſan autem & Aſtrachan regna Tartarorum, qui agros colunt domoſque inhabitant & nunc Moſcho ſubijciuntur, præterque dictos Præcopenſes, ſunt & alij Tartari campeſtres, qui cateruatim in campis nullis finibus obſeruatis degunt & in hordas veluti in quaſdam prouincias, à quibus & cognominantur, diuiſi ſunt, de his ſuo loco Aſiaticis videlicet Tabulis, dicemus. In Auſtrali Metropolis eſt *Capha* olim dicta *Theodoſia*, emporium celeberrimum, vetus Genuenſium colonia. Sita eſt ad mare. Portum copioſum illa ſemper habuit. Genuenſium tempore apparet eam diuitem & frequentem admodum fuiſſe. Poſtquam verò à Turcis ab annis plus centũ Genuenſibus erepta fuerat, Chriſtiani Itali in anguſtum ita redacti ſunt, vt exiguæ & obſcuræ admodum eorum reliquiæ in ea ſuperſint: ciuitas priſtinum ſplendorem magna ex parte amiſit. Templa chriſtianorum Romana proſtrata, ædes dirutæ, muri & turres, in quibus Genuenſium plurima inſignia & inſcriptiones Latinæ viſuntur, collapſa iacent. Turcis, Armenis, Iudæis, Italis, & Græcis chriſtianis pauciſſimis habitatoribus referta, negotiationibus, portuque vniuerſæ eius Tauricæ nunc etiam nobilis eſt, vineas, pomaria & hortos ferè infinitos habet. Capham non rarò nauigatur, ex vniuerſis uicinioribus & remotioribus Græciæ inſulis, ſæpius verò ex vrbe Conſtantinopoli, nam ſecundo vento duorum tantũ dierum ſpatio, vel paulo amplius nauibus eò veniũt. Ac præter hanc ſunt *Perecopia* à veteribus Græcis *Eupatoria*, *Pompeiopolis*, *Sacer Lucus*, *Dromon vel curſus Achillis* ſeu *Græcida*, *Heracleum* vel *Heraclea* appellata: *Coſtouia*, Emporium non ignobile: Eſt & *Ingermenum*, Quod Arcem lapideã, templum & ſpecus ſub arce, & ex aduerſo arcis miro opere ex petra exciſos habet, nam in mõte maximo & altiſſimo ſitum eſt, ac inde à ſpecubus Turcis cognomen retinet. Oppidum quondam non ignobile opibus refertum, celeberrimum, & natura loci maximè admirandum, copioſiſſimumque extitit. *Cherſonneſus* ſeu *Corſunum* vrbs Tauricę antiquiſſima. Hanc *Sari Germenum* quaſi *flauam arcem* Turcæ vocarunt, nam ſolum quaſi flauum ille tractus habet. Quæ, quod ſuperba, diues, delicata, & clara quondam Gręcæ gentis colonia fuerit, vniuerſæque peninſulæ vrbs antiquiſſima, frequẽs, magnifica, portuq; nobiliſſima extiterit, admirandæ illius ruinę manifeſtè teſtantur. *Iambolis* ſeu *Balacheium* arx & ciuitas: *Mancopia* ſeu *Mangutum*, (vt Turcæ vocant) arx & oppidũ: *Cercum* oppidũ cũ arce. *Cremũ*, ſeu vt à Tartaris *Crimum* dicitur, ciuitas & arx muro antiquiſſimo, maximo ac præalto, magnitudine ac celebritate reliquis ciuitatibus Tauricæ Cherſonneſi Mediterraneæ, nã eã Ptolemæus ita nominat, admodum diſſimilis eſt, Ptolemæo fortaſſe *Taphros*, Plinio verò *Taphræ*. Ac in extrema huius regionis parte *Tanas* ciuitas, ad oſtia Tanais fluuij, Rutheni vocant *Azac*, eſtque nobile emporium, ad quod mercatores ex diuerſis Orbis partibus commeant, vbi cuique liber patet acceſſus, ac libera emendi & vẽ-

Regio.
Nomina.
Situs.
Cæli temperies.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium Mabiorum.
Vrbes.

TAVRICA CHERSONESVS
Nostra ætate Perecopsca et Gazara dicitur
LITHVANIAE
RVSSIAE
PARS
Smolenia
PODOLIA
MOLDAVIAE
PARS
TARTARIAE
PARS
Tartaria
ASIAE
PARS
Auogasia
MARE
MAGGIORE
seu
Pontus Euxinus quondam Axenos
Danubius
Sveria

Flumina. dendi facultas:& aliæ. Fluuij in hac regione plurimi, non parui ad modum ex montibus decurrentes. Pisciculos etiamsi non magnos, nam aqua non est profunda, sapidissimos tamen & delicatos plurimos habet. Sed quoniam Tartaris piscium rarus est vsus, Christiani tantum & peregrini cum eò veniunt, in ijs capiendis operam nauant. Inter fluuios autem præcipui *Borysthenes* vulgò *Nieper* altissimus rapidissimus & latissimus fluuius qui à Septẽtrione labitur in Carcinitum sinum seu fluuium atq; in Pontum Euxinum penes Oczacouiam *Maria.* influit *Don*, *Ariel*, *Samara* cum multis alijs. *Bosphorus Cimmerius* ad quem vsque hanc Chersonesum protendi diximus, fretum est quod Europam ab Asia disterminat, duorum millium passuum latitudine, per quod palus Mæotica in Pontum defluit. Hic Cimmerius à Cimmerijs qui partem eius frigidissimam incolunt, dicitur: vel ab oppido Cimmerio, vt vult Volaterranus. *Mæotis* palus est propè Phasidis ostium, recipiens Tanaim. Hæc *Ponti mater* dicitur Scythis, teste Dionysio, ob id maximè quod multa inde in eum effluat aqua, distracta potissimum ex Cimmerio Bosphoro atque ex multis aliunde locis, quæ adeò ex omni parte paludem replet, vt non possit intra sua labra contineri. Hæc quia plurima recipit flumina, piscibus valde abundat. Pontus *Euxinus* itidem, cuius superior aqua dulcis est, inferior salsa. Hic cum prius *Axenus* imo secundũ Sophoclem *Apoxinus*, vel quod nauium eò non fieret adpulsus, vel propter barbaros Scythas adcolas, qui aduenas trucidabant, diceretur, postea *Euxinum* figura quam vocant εὐφημισμὸν dixere. Alij hoc ad Herculem, alij ad Ionas retulere. Pontum verò dixere tanquam alterum Oceanum, putabant enim eos qui illum nauigassẽt, eximium quid & memorabile præstitisse, & cb id, inquit Strabo, per excellentiam proprié Pontum appellarsit, quemadmodum Homerum poetam. *Montes.* Montes horridi atque ardui, inprimis illi qui Chersonnesum mediam secant. Sunt & alij maximi & celebres. Maximus verò omnium, altissimus est, & in summitate Lacum sanè nõ *Ratio gubernandi.* exiguum habet. Sed hæc hactenus: Deinceps reliqua videamus. Ius vel iustitia Mahometica lege apud Tartaros administratur in ciuitatibus vel oppidis Chani, & reliquorum Sultanorum. Presbyteri Cadij vel Iudices in pagis, Begi vel præfecti, qui iniurias particulares audiunt & decidunt, perpetui habentur. Veruntamen capitis, sanguinis, furti, quas criminales, fundi, quas ciuiles causas nos dicimus, Chanus ipse cum Consiliarijs suis decernit. *Senatores.* In quibus exponendis causidico non egent, subtilitatibus iuris, calumnijs, excusationibus, nec dilationibus vtuntur. Extremæ enim conditionis Tartari vel peregrini coram iudicibus & Chano ipso, à quo semper audiuntur, & celeriter expediuntur, iniurias suas ipsi per se liberè admodum exponunt, *Scholæ & educandæ iuuentutis modus.* omnibus enim semper ad illum aditus patet. Filios à primis annis Arabicis literis instituendos, filias verò non domi alunt, verum propinquioribus sanguine curandas tradunt. Filios adultos Chano vel Sultanis in ministerium, filias nubiles insignioribus ac nobilioribus Tartaris vel Turcis dant in matrimonium. In aula Principis insigniores Tartari & nobiliores non ad fastum vel superbum luxum, verum pro necessitate & honestate *Mores.* satis splendidi & ciuiles sunt. Feminas Mahometica lege quot possunt & volunt, alunt, & vxores à Petigorensibus plerumque emunt, quas etsi non superbe, tamen satis pro gentis more cultè & ciuiliter, ex quibus verò prolem suscipiunt, quam honorificè & spendidè sustentant & curant. Antequam in Tauricam seu peninsulam venerunt, moribus multò agrestioribus gens ea fera & campestris (quod nunc etiam ex agrestioribꝰ manifestè apparet) fuisse videtur: nam illis Mahometicis legibus, iure, literis & moribus illa tùm prorsus caruit. Enimuero à Turcis humanitatem, & falsum illum cultum Tartari edocti maiori nunc ex parte nobiliores hospitalitatem colunt. Cum in publicum exit Chanus, miserrimę sortis homines non excluduntur, à Chano verò conspecti examinantur, videlicet vt siquid opus habeant, referant. Legibus obedientiam magnam Tartari præstant: Principes suos Deorum loco ipsi adorant & venerantur. Iudices, pro lege Mahumetana perpetui & spirituales pro diuis, indubitatæq; omnis æquitatis & integritatis fidei & opinionis viri inter illos habentur. A controuersijs, criminationibus iuridicis, iurgijs minus necessarijs & particularibus, inuidia, odio, tetris excessibus, omni luxu & ambitione, in victu & amictu prorsus alieni sunt. In aula principis nec inter suos, gladios, arcus, nec alia vlla arma illi gestant, exceptis viatoribus, vel peregrinis iter facientibus, in quos admodũ humani & hospitales sũt. Illi à prædonibus semper securi: Verũ à latronibus vel furibus (qui nihil quicquã *Victus.* aliud præter equos illis furantur, nisi perpetuas excubias agant) noctu minus tuti esse solent. Nobiliores panem, carnes, cibum, vinum igni eliquatum & mulsum potum habent, agrestiores pane carent, verum milio concusso, lacte & aqua diluto, quem cassa vulgò nominant, & caseo pro cibo, pro potu lacte equino vtũtur. Camelos, equos & boues oneri inutiles, vel iam moribundos iugulant, ac ouium carnibus non raro vesuntur. *Opificia.* Mechanicas artes rarissimi exercẽt, & in ciuitatibus vel oppidis pauci admodum mercaturam exercent, & qui- *Mercimonia.* cunque artifices vel mercatores ibi reperiuntur, vel Christianorum mancipia, vel Turcæ, Armeni, Iudæi, Cercesij, Perigorenses qui Christiani sunt, Phylistini vel Cyngani obscurę & extremæ conditionis homines sunt. Sed de Taurica Chersoneso ac regionibus Septemtrionalibus quæ dicta sunt hactenus, sufficiant. Ad Hispaniam, cui in nostra distributione princeps locus deinceps tribuitur, quod felix faustumq; sit, eam lustraturi transeamus.

Regio.

Nomin. de deducta.

HIspania nobilis Europæ Regio, primaque Continentis Terræ Pars, ab Hispano Rege, vt notat Iustinus, dicta est. Alij sic nominatam volunt ab *Hispali* vrbe nobilissima, quam hodie *Seuilliam* appellant. Abrahamus verò Ortelius, Vir in Palæstra Geographica valde operosus, quum Iberiam Asiæ Regionē olim *Paniam* à Pane, quem Iberis Dionysius, victoria potitus, præfecerat, inde vero *Spaniam* ab Iunioribus vocatam fuisse, legisset apud Auctorem de Fluminibus & Montibus, fidem sequutum Sosthenis lib. III. rerum Ibericarum; Scriptoresque fere omnes animaduertisset primos Hispaniæ Incolas ex Iberia vsque deriuare; adductus est, vt ab *Spania* potius illa, quam ab *Hispano* uel *Hispali* nomen Regioni inditum, crederet. Sane σπανίαν nominat D. Paulus Epistola ad Roma. cap. XV. *Spaniam* etiam vocat alibi D. Hieronymus, ac multi alij. Quā autem *Hispaniam* Latini Scriptores, Ptolemæus, Stephanus & alij ἱσπανίαν vocant, reiecta adspiratione, temporibus antiquissimis *Iberiam* & *Hesperiam* nominatam memoriæ produnt Strabo, Plinius, alijque. *Iberia* quidē ab *Iberia* Asiæ regione, vnde primos Hispaniæ Incolas non pauci deducunt. Alij Iberiam ab Ibero Rege trahunt; alij ab Iberio flumine; Auienus ab Ibera Bæticæ opido. *Hesperiam* verò, ab Hespero, vt quidam memorant, Atlantis fratre, vel vt Horatius putat, ab Hesperia Hesperi filia, vel potius ab Hespero stella Occidētali: quia in Europę Continente nihil est hac Regione Occidentalius. Quumque & Italiæ nomen idem esset, Horatius hanc *Vltimam* canit. *Celtiberiam* quondam fuisse nominatam tradit Appianus: quæ tamen pars Hispaniæ (quā Celticam olim dixerunt teste Varrone) potius censenda. *Sepharad* Hebræis dici notant Gulielmus Postellus & Benedictus Arias Montanus in Abdiam. Atque hæc de nomine: sequitur Quantitas & Qualitas. Quātitas cōsistit in Finibus & circuitu, quæq; inde quasi nascitur, Forma vel Figura. Quod igitur ad fines: adluit Hispaniæ duo quidem latera Oceanus; Aquilonare cantabricus; Occidentale, Atlanticus; Tertium, quod ad Meridiem, vbi Fretum Herculeum, mare pulsat Ibericum, quod & Balearicum: Versus Orientem Pyrenęos habet Montes, perpetuis iugis ab Oceano, vbi Flauiobriga, hodie *Fuentarabia*, tendentes ad Mare Mediterraneum; duobus insignes Promontorijs, vno, quod *Olarso* cognominatum, in Oceanum proiecto, altero, quondam ab *Veneris Templo*, nunc vero, ab *S. Cruce* denominato, in Mediterraneum. Hispaniæ longitudo maxima milliarium Hispanicorum cc. Latitudo qua maxima CXL., qua minima LX. Ioannes Vasæus in Hispaniæ chronico memoriæ prodit, Hispaniam ad Pyrenæos tam angustam esse, vt quum per eos iter faceret, in Monte D. Hadriani, Ferdinando colone rerum istarum peritissimo commonstrante, nisi fefellerit adspectus, vtrumque viderit mare; Oceanum scilicet, cui perigrinantes erant proximi, atque eminus, quousque oculorum acies ferre poterat, albicantes maris Mediterranei fluctus. circumitū autē Dc. mill. statuunt, & amplius. Strabo, Ptol. & alij Hispaniam comparant corio Bubulo humi protenso: cuius partes ad collum pertinentes in adhærentem ipsi Galliam porriguntur. collum inquam, quantum protenditur Mons Pyrenæus ab Mediterraneo Mari ad Oceanum Britannicum: inde dilatatur ad Brachia, ab Noua Carthagine vsq; ad Cantabros: Crura à Freto Herculeo vsque in Gallæciam & Mare Britannicum: vltimum Corij ad modum Caudæ, Promontorium Sacrum, hodie *S. Vincentij*, quod extenditur in Oceanum Atlanticum, longe vltra omnem Hispaniā.

Situs.

Cæli temperies.

Exposita Quantitate, in medium prodit qualitas, cuius caussa plurimum in Climate, Situque Cælesti. Subest Hispania medio Quarti, totique Quinto, parti etam Sexti Climatis; vbi optima ad res omnes Temperies. Nam neque vt Africa violento Sole torretur: neque, vt Gallia, ventis adsiduis fatigatur: sed inter vtramque media, hyeme & estate temperato Sole perfruitur. Hinc magna Coeli salubritas per Hispaniam, teste Iustino, æqualisque Aeris spiritus nulla Paludum graui nebula inficitur. Huc accedunt marinæ auræ vndique adsidui flatus, quibus omnem prouinciam penetrantibus, euentilato terrestri spiritu, præcipua omnibus sanitas redditur. Non eadem tamen Hispaniæ passim qualitas. Qua enim Arcton spectat, plerisque scribentibus, frigidior est, nonnulliusque asperitatis; Oceano semper obnoxia, interiorum aquarum indiga, malignæque inde habitationis; quum etiam Rupibus, Saltibus, Locisque Siluestribus pleraque obsessa. Qua, Montibus fere perpetuum intercurrentibus, in Austrum declinat, tota felix, tota beata, vt multis magnisque Fluminibus irrigari, sic tempestiuis pluuijs, quantum sufficit, recreari solita, & hinc omne genus, ea præcipue parte, Frugū, Animaliumque non benigna solum Mater, sed & Nutrix solicita. Memoriæ mandat Philostratus; hic Cæli temperiem esse talem, qualis Autumni tempore solet esse in Attica. Admirandam eorum, cum quæ ex terra proueniunt, tum quæ in terræ visceribus generantur & latent, fertilitatem; Animantium item, quæ Terra Marique nascuntur prestantiam, quis digne vtque singula flagitant, commemorabit? Incredibilis per omnē Hispaniam Frugum Vbertas; & plerique Agri tantæ sunt liberalitatis, vt pro accepto vno Tritici Modio triginta plurimum Colonis reddant; sæpe etiam quadraginta, in Bætica præsertim, quæ quidem Frugibus cunctisque rebus admodum felix. Herbarum cum Satiuarum, tū Voluntariarum, quę citra sementem erumpūt, quibusque insignes sunt & peculiares vires passim, cumprimis in montosis locis est feracissima: vbi sui dissimilis, inquit Pomponius, Linum aut spartum alit. Fructus etiam arborum numero plures, formaque grandiores habet. Quid Mala referam? Inter ea melioris notę sunt duo, *Canusium* & *Regium*. Quid Pyra? In ijs supremæ classis quatuor, quæ odore gustuque suauissima: *Apianum*, quod *Muscatum* vocant omnium Pyrorum minimum, *Vinosum*, *Pinum*, Quartumque, quod Hispanis *Sine Regula* nominatur. Quid Oliuas? In harum numero primas obtinent Hispalenses, quæ magnitudine iuglandes excedunt. Quid de reliquis dicam Fructibus? Plene decantata sunt non paucis Mala Hesperia vel Citrea; Cydonia, quæ vulgo *Mēbrillos*, Granata, suis etiam Corijs medicinam facientia. Quid vina commemorabo, optimi saporis odoris? Passim quidem generosa admodum leguntur, alijs tamen & alijs locis præstantiora, quæ Marineus Siculus indicat lib. I. de Rebus Hispaniæ. Hispania etiam Diues quondam vniuersim, vt nunc quoque varijs in locis, preciosissimis Auri, Argenti, Aeris, Ferri, Plumbi, aliorūq; Metallorum Thesauris; de quibus videnda, quæ multis adfert cum ex Posidonio, tum ex alijs Strabo Lib. III; quæ item traduntur ab Diodoro Siculo, Solino in Polihistor. Iustino libro vltimo, Panegyrista Theodosij & alijs. Quid iam dicam de Salinis? Sal in Hispania non modo coqui, verum etiam plurimum effodi, hoc est & fieri & gigni, tradit Solinus. Fit in multis Hispaniæ locis ex Aquis puteanis, vt apud *Seguntiam* & alibi: vnde Regibus magnum exigitur vectigal. Gignitur in in extremis Maris littoribus, cætetis candidior. Sunt & Montes Hispaniæ, si fides Marineo Siculo, na-

Soli fertilitas.

tiui Salis, vt apud *Riuagorciam*; in quibus lapidicinarum modo Sal cæditur, & arborum modo poſtea pullulat acrenaſcitur. Apud opidum *Antiqueram* Vallis eſt amœniſſima, cuius longitudo paſſ. mille quingentorũ, ex omni parte montium clauſa iugis, quæ hieme pluuialibus aquis impletur, & in formam magni lacus efficitur, cuius aquæ calore Solis, adjuvante Soli genio, in Salem candidum convertuntur. Alias ſilentio prætereo ſalinas. Eſt Hiſpania præterea & pecoris omnis generis dives, gregibus & armentis plena, adeo vt mugitu, balatuque Nemora, Silvæ, Montes, Prata, Campi, Saltus vbique reſonent. Equos alit optimos: Ceteris Bætica plures: Aſturia fortiores: *Aſturcones* inde dictos. Leones autem, Camelos & Elephantos non novit, niſi cicures & aliunde advectos. Ad venationes extimulant cum alia, tùm in montibus, vallibus, Silviſque Damæ, Cervi, Apri, Vrſi, Lepores, Cuniculi. His ſane abundantem docet Hiſpaniam verſiculus Catulli:

Animalium varietas.

Cuniculoſæ Celtiberiæ Fili.

Ad Aucupia invitant cum aves aliæ, tum Aquilæ, Ardeæ, Accipitres, Atagines eò nuper ex Sicilia allati. Item Grues, Anſeres, Perdices, Palumbi Torquati dicti, Anates ſilveſtres & Cicures. Sed de his ſatis, ad Imperiũ Majorum venio, quod caput in Methodo noſtra proxime ſequitur. Non animus hic mihi recenſendis cum ex alijs, tum Iuſtino, Diodoro, Ioſepho, Euſebio, Hieronymo, ſuppoſititioque Beroſo, & Interprete eius Annio Viterbienſi, Antiquis Hiſpaniæ Regibus, rebuſque ab ijs domi militiæque geſtis, Lectorem morari. Morari hoc eſſet & ineptire cum multis. Tubal non in Hiſpania neque in Europa, ſed in Aſia fuit. Huic qui ſufficiuntur, Iberus, Iubalda, Brygus, Tagus, Batus & alij, Regeſne cenſendi? Abſit: niſi quis fluvijs alijſque rebus Inanimatis naſci tunc temporis ſolitos Reges concedat. Qui fictum illud agmen ſequuti, non melioris ſunt conditionis. Incerta omnia: vt & vix certiora, quæ ſucceſſione quidam geſſiſſe ſcribuntur in Hiſpania, Regibus quaſi exactis, varia fortuna, multiſque & Populis à ſe ſeminatis & Opidis conditis, Lydi, Thraces, Rhodij, Phryges, cyprij, Phœnices, Egyptij, Mileſij, cares, Leſbij & chaldæi. Exploratiora cenſeri ſolent, quæ ab carthaginienſibus, Romanis, multoque poſt Gothis, Vandalis, Alanis, Suevis, Hunnis, eorumque Regibus patrata memoriæ produnt Scriptores, qui partim rebus gerendis adſtiterunt, partim ex fideliſſima aliorum cognoverunt relatione. Ea, paucis dicam, ſic habent. Quum in Hiſpania longe lateque dominarentur & pleraque ſub ditione ſua haberent Pœni, alijque Africæ populi, contra eos primi omnium cum armatis exercitibus ab *S. P. Q. R.* miſſi ſunt *Cn.* & P. cornelij Scipiones, belli Punici II. initio: qui ſeptimo eius belli anno ſunt cæſi, Q. Fulvio Flacco & Ap. Claudio Polcro *Coſſ.* Sub miſſus anno ſequenti Patri Patruoque *P.* Cornelius Scipio Africanus Major multa proſpere geſſit, primuſque ibidem Provinciam fecit, Q. Cæcilio Metello & L. Veturio Philone *Coſſ.* anno *V.C.* ⅋ *XLII.* Hic Aſdrubale & Magone, Carthaginenſium Ducibus, acie ad Bætulam vrbem (quæ quo loco hodie in Andaluſia viſuntur *Baca* & *Vbeda*, fuiſſe creditur) fugatis, atque inde ex tota Hiſpania pulſis vindicatiſque armis Hiſpanijs, amicitiam cum Syphace Maſſylorum (hodie *Bileduldgerid*) Rege, icto fœdere, firmavit. Paulo poſt rebellantes Hiſpaniæ populos ad deditionem compulit, Fœdereque cum Maſſaniſſa Maſæſulorum (fuerunt vbi nunc *Regnum Tremiſſenum*) Rege & Gaditanis facto, Provincia L. Lentulo & L. Manlio Acidino tradita, Romam reverſus eſt. Poſt Scipionem Hiſpaniam L. Cornelius Lentulus Proconſule obtinuit: qui rebus bene feliciterque geſtis, ovans vrbem ingreſſus eſt, anno *V. C.* ⅋ *LIV.* Triennio poſt *C.* Cornelio Cethego, Minucio Rufo *Coſſ.* Hiſpaniæ primum ſunt terminatæ, atque in eas duo noui Prætores miſſi *C.* Sempronius Tuditanus in *Citeriorem*, *M.* Helvius Blaſio in *Vlteriorem*. Vix duobus elapſis annis, quum tantum gliſceret in Hiſpania bellum, vt iam Conſulari & Duce & exercitu opus eſſet, *M.* Porcius Cato Conſul Citeriorem ſortitus, bello ab Emporiis (retinetur hodieque nomen in *Ampurijs*) cœpto, rebellantem ita pacavit, vt Proconſule ex ea triumpharet, anno ⅋ *LX.* Hic eſt ille Cato, qui miro ſtrategemate multarum Hiſpaniæ vrbium muros vno die diruit, ſcribente Livio, & aliis. Poſt Catonis victoriam Hiſpaniæ varie poſſeſſæ ſæpeque nunc hic nunc ibi amiſſæ: ita vt ſupra xxx. Triumphi poſtea ex his relati memorentur. Stipendium pendere non prius cœperunt, quam Auguſto Principe: qui quum Hiſpaniam omnem, debellatis Cantabris & Aſturibus, qui omnium diutiſſime reſtiterant, multo varioque Marte perdomuiſſet, vniverſam in tres provincias diviſit, *Baticam*, *Luſitanicam*, & *Tarraconenſem*. Singulis inde ſui ſunt adtributi Conventus: Baticæ IV., *Gaditanus*, *Cordubenſis*, *Aſtigitanus*, & *Hiſpalenſis*. *Luſitania* tres habuit *Emeritenſem*, *Pacenſem*, & *Scalabitanum*. *Tarraconenſis* denique *VII.* *Carthaginenſem*, *Tarraconenſem*, *Cæſar-Auguſtanum*, *Clunienſem*, *Aſturum*, *Lucenſem*, & *Bracarenſem*. Videndi Plin. lib. III. Strabo. lib. III. & alii. Sic Rebus ſubinde paullum mutantibus, Provinciæ nobiliſſimæ Romanis paruerunt vſque ad Imperatoris Honorii VIII & Theodoſii III Conſulatum, qui incidit in annum CCCC.XCIV: quo tempore Vandali, Suevi & Alani, ab Stilicone in Gallias evocati, quum eas, Rheno trajecto, omnes pene occupaſſent, & in ijs jam immanium Barbarorum more debacchatentur: ab Gothis, Adolpho & Vallia Regibus, quos ad liberandas Gallias Honorius Imperator miſerat, exacti, tranſgreſſi Pyrenæos montes, Hiſpaniam Romanis ereptam multos annos obtinuerunt. Poſt aliquot annos Gothi, Galliam incolentes, ab Francis bello petiti in Vandalos vice verſa arma movent. Franci Gothos ex Galliis, Gothi Vandalos & Alanos ex Hiſpaniis ejiciunt: Suevis ad internecionem cœſis. Quo tempore Vandali & Alani à Bonifacio in Africam, cui pro Imperatore præerat, evocati Hiſpanias Gothis poſſidendas reliquerunt. Gothi Hiſpaniam, Romanis Præſidijs omnino expulſis, quum ſui juris feciſſent, eaque ſub ſuis Regibus longo jam tempore fuiſſent potiti: tandem ingenti bello ab Sarracenis Arabibus profligati, Rege Roderico cecifo, Hiſpaniam fere omnem amiſerunt. Bello ſuperſtites quum in Aſturum, Cantabrorum & Gallæcorum montibus ſeſe muniiſſẽt, paullatim amiſſas Regiones, Vibes & Caſtella recuperare cœperũt: & poſtremo, quũ Sarracenorũ res in Bætica Hiſpania ſe cõtraxiſſẽt, omnẽq; Hiſpaniã Gothi recuperaſſẽt, iis etiam ab Ferdinãdo Aragoniæ Rege cognomine Catholico (quod hæreditariũ deinceps eſſe cœpit Succeſſorib⁹) victis atq; omni Hiſpania cũ Mele, qui ſe Granatę Regẽ ſcribebat, exturbatis, vniuerſa Regio Dominis antiquis eſt reſtituta. Quũ autẽ Maurorũ tẽporib⁹ à quinq; Regib⁹ Caſtellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, Granatæ, & Nauarræ, Hiſpania fuerit poſſeſſa, Solus hodie Imperium in eam exercet *Philippus* III, Philippi Magni F. Caroli Imperatoris ter-Maximi N. Diuiſa olim varie fuit. Romani primo diviſerunt in *Citeriorem* & *Vlteriorem*. *Citeriorem* dicebãt, quæ Principi Vrbi Imperijque terris proximior erat, inter Iberum ſita fluuium & Pyrenæos montes: *Vlteriorem* vocabant, quæ remotior,

Imperium maiorum.

motiot, vltra Iberum, ad Oceanum vſq; extenſa. Poſtea in tres partiti ſũt partes *Citeriorem*, multo amplioribus dotatã vltra Iberũ finibus, appellantes *Tarraconenſem*: *Vlteriorem* autem in *Bæticam* & *Luſitaniam* diſtinguentes. *Tarraconenſis*, cui nomen ab nobiliſſima Vrbe Tarracone, potiorẽ complexa Hiſpaniã, à Pyrenæis, vbi Ortum ſpectabat, incipiens Montibus, Septemtrionaliorem partem inter Britannicum vel Cantabricum Oceanum Duriumque fluuium ad Nerium vſque promontorium, & Mare Atlanticum vel Externum; Auſtraliorem vero ab ijſdem Pyrenæis, ad Caſtalonem, vltimam Oretanorum Vrbem, milliaribus aliquot infra Bætis fontem, vbi initium erat Bæticæ, inter hanc & Borealius ſui procurſus brachium Luſitaniam relinquens, protendebat; cui ſpacio Plinius IↃCVII millia paſſuum adſignat: Latera vtrimque Mari obijciebat, quã quidem Meridiei obuerſa, Mediterraneo; qua vero Septemtrionibus, Oceano. *Bæica*, quam *Bætis* (vnde nomen) mediam fere ſecabat, ad Septemtrionem & Occaſum Anam habebat fluuium, quo ab Luſitania ſeparabatur; ad Meridiem Mare ſpectabat, extra Columnas quidem Gaditanum, intra Columnas Ibericum, quod pars Mediterranei, vt illud Oceani: ad Ortum à Tarraconenſi diſiungebatur Caſtalonis fine, vel Saltu Caſtulonenſi, fluvioque qui hodie *Guadelentin*, Veteribus *Tader* fuit appellatus. Plinius huic ſpacio tribuit CCI millia paſſuum. *Luſitania* ad Septemtrionem Durio fluuio terminabatur à Tarraconenſi; ad Occidentem & Meridiem Oceano adluebatur; ad Ortum limitem habebat, contra Bęticam, Anam fluuium, Lineamque ductam ab Caſtris Vicellanis Septemtrionem verſus per Auguſtobrigam ad Manlianum Saltum, vbi Fons erat Tormeſis in cuius ripa ſiniſtra viſitur Salamantica; vel, vt alij, ad Albocellam Vaccæorum opidum & Ocellum Amnem; cuius aluei veſtigia conſpiciuntur hodie ad Durij ripas iuxta Fermoſelium. Sequentibus temporibus Hiſpaniam in ſex fuiſſe diſtributam Prouincias legimus, *Tarraconenſem*, *Carthaginienſem*, *Luſitaniam*, *Galiciam*, *Bæticam*, & trans fretum in regione Africæ, *Tingitanam*. Maurorum tempore regna fuerunt in Hiſpania plurima, quę poſteriores in quinque diuiſere, Caſtellæ, Aragonum, Portugalliæ, Granatæ & Nauarræ. Partiuntur autem noua diſtributione totum Imperium in tria regna, Aragoniæ ſcilicet, Caſtiliæ & Portugalliæ. Sub Aragonẽſi regno comprehenditur, præter Aragoniam, *Catalonia*, *Valentia*, *Maiorica*, *Minorica*. Sub regno caſtiliæ comprehenditur *Biſcaia*, *Leon*, *Aſturia*, *Galæcia*, *Eſtremadura*, *Andaluſia*, *Granata*, *Murcia*, *Vtraque Caſtilia*, cum acceſſione canariarum inſularum. Sub regno Portugalliæ comprehenditur pręter Portugalliam, *Algarbia*. Vrbes in toto regno pene ſunt innumeræ. Inter eas præcipuæ, *Hiſpalis*, *Madritum*, *Tarraco*, *Liſbona*, *Granata*, *Pampilona*, *Valentia*, *Barcino*, vulgo *Barzelona*, *Legio* VII. *Germanica* nunc *Leon S. Lucar*, *Corduba*, *Nebriſſa*, *Compoſtella*, *Toletum*, *Salamantica*, *Compluitum*, *Pintia*, *Cæſar-Auguſta* nunc *Saragoſſa*, *Aſturica Auguſta*, aliæq; plurimæ. Sunt Hic Lacus admirabiles. Prope opidum *Beiaram* Lacus eſt non vtilis minus quam admirabilis; qui & Turtures, Piſces ſubnigros & excellentes, gignit, & futuram pluuiam turbinemque, teſte Marinæo Siculo, magno aeris ſonitu prænunciat; adeo vt eius murmur quaſi Tauri mugitus ſæpenumero ad duodecimginti millia paſſ. fuerit auditum. In ſummo *Montis Stellæ* cacumine Lacus quidam eſt, ſcribente Vaſæo, in quo fragmenta nauium ſubinde reperiuntur, quum tamen à mari plus XII. Leucis abſit: quin quod exæſtuet & Tempeſtates ibi audiantur, adfirmare Incolas, quoties intumeſcit Mare, idem notat. In cantabriæ Lacum fulmen decidiſſe, & repertas duodecim Secures, ait in Galbę vita diligentiſſimus Scriptor Suetonius. *Amoenam Stagnum* eſt apud Plinium lib. III. natur. hiſtor. cap. III, haud procul Valentia: hodie *Albufera*. Sequuntur Flumina. Hiſpania multis irrigatur paſſim Fluuijs. Sunt qui centum & quinquaginta numerant, & in ijs Pontes vltra ſeptingentos, inter quos nobiliſſimi Segouię & Alcantaræ. Alij alijs ſunt nobiliores. *Iberus* Ptolemæo Ἴβηρος, *Ebro* hodie, erumpit apud cantabros ex Idubeda Monte, duobus Fontibus quorum dexter in ſaltu Aucenſi (*Monte d'Oca*) ſiniſter ad Opidum, quod Incolis *Fuentibre*. Inde magnis creſcens Amnibus, primo Calagurritanis exceptus atuis (*Calahorra*) Iuliobrigam & Tubellam petit, Nauarræ opida; Iuliamque & Celſam, inde cæſar-Auguſtam adluit. Illinc digreſſus in Auſtrum, & mox verſus Euronotum labitur per Laletaniæ populos qui nunc catalani, & Dertuſam opulentam vrbem præterlabitur. Poſtremo plurimis fluuijs auctus, peracto quadringentorum ſexaginta mill. paſſ. curſu, in Mediterraneum, cognomine ipſi, Pelagus tam violenter duobus Oſtijs ingreditur, vt Lapaſſus in mare profuſus dulcis hauriatur. *Durius* maximus (concurrẽtibꝰ, in eũ tot Amnibꝰ quos enumerare longũ eſſet) Hiſpaniæ fluuius ex Idubeda, vbi nomen illi *Sierra de Coçollo* ſcaturiens, Vectones ab Aſturibus, Luſitanos ab Gallæcis Veteribus diſterminat. Turrem Sullanam (*Tordeſillas*) Sarabrim, Mirãdam, & alia opida contemplatus, decimoquinto fere infra Lamecam milliari, apud opidum Portugalliæ, quod *Portus* dicitur, rapidiſſimo curſu, Occidentali ſe miſcet Oceano Δουρίου, Ptolemæo; Δουρίας, Straboni; Δόριος, Appiano Alexandrino; *Duero* hodie. *Tagus* Τάγος Ptolemæo ceteriſque) naſcitur in altiſſimis Oroſpedæ iugis, ſtadijs quinquaginta ab Opido paruo, cui nomen *Tragacet*, haud procul ab Vrbe Concia nunc *Cuenca*. Per Carpetanos lapſus Toletum, regalẽ Vrbem, petit, Ponteque accepto, Talaueram, Auguſtobrigam, Alcantaram aliaſque Vrbes non ignobiles adluens, mediam fere ſecans Portugalliã, vltra Oliſipponam in Occiduũ ſe exonerat Oceanum; Oſtio bis millium, vt quidam notant, quinquaginta paſſ. latitudine. Adcolis hic fluuius hodieq; *Taio*, Luſitanis *Teio*. *Tagus* auriferis Arenis copioſus reliquis Hiſpaniarũ fluminibus, vti teſtantur Solinꝰ in Polyhiſtore & Iſidorus lib. XIII. Etymolog. cap. XXI, præferebatur. Auriferum hodieque, vt & alios multos Luſitanię fluuios eſſe adfirmat apud Ortelium, vir fide dignus Emanuel Enricus. Piſcium item Oſtreorũque feraciſſimum, Gemmaſque generantem memoriæ prodit Pomponius Mela. *Anas*, Ἄνας, Latinis Græciſque Scriptoribus ſatis notus, Originem habet ex vaſtis ſtagnis, in Laminitano Agro, vt ſcribit Plinius lib. III. Naturalis Hiſtor. cap. I. hodie *Campo de Montiel*, circa Opidum, Hiſpanis *Lagnamares* dictum. Oretanos præterlapſus ad Metallinam, vbi Caſtra fuiſſe Vicelliana docent Antiquæ eius loci Inſcriptiones, Terræ ſe penetralibus condere putatur (Nam ex Vulgi opinione magis quam ex veritate hæc eſſe teſtis eſt apud Orteilium oculatus Georgius ab Auſtria, Præpoſitus Harlebecenſis) mox poſt aliquot leucas, quaſi ſæpius naſci gaudens, inquit Plinius, ad Villartam eruptione facta, Auguſtam Emeritam, vbi longiſſimo Ponte lapideo tranſitur, Pacem Iuliam, & Auſtrum verſus alias Vrbes prætergreſſus ad caſtrum Marinum in Oceanum euoluitur. Hiſpanis hodie *Rio Guadiana*, recepta ab Arabibus voce. Iis enim *Guad* fluuius. *Batis* (Βαῖτις Ptolemæo) oritur prope caſtaonem ex Oroſpeda Monte, vt ſcribunt Strabo & Stephanus, qua parte *Sierra*

Vrbiũ nomina.

Lacus.

Flumina.

d'Alcaraz

d'Alcaraz nominatur. Ab Fonte in Occaſum vergens Cordubam, aliaque Opida præterlapſus, ad Hiſpalim in Auſtrum declinans, oſtio ſatis amplo (vnius enim Leucæ eſt) ſed quod Vadoſius haud procul Gadibus in Atlanticum Mare ſe exonerat. Hic fluuius nobilis Auro Veteribus eſt, & Oliuetis. Straboni etiam & Pauſaniæ Tarteſſus nominatur. Stephano Πίρκνι. Liuius *Circen* ab incolis nominari notat: quam appellationē aliquamdiu retinuerunt, ſcribente Mario Nigro, Hiſpania potiti Afri; quibus tandem *Guadalquiuir*, vel, vt alij ſcribunt *Guadalchebir*, tamquam fluuius *Magnus*, fuit dictus. *Minius* Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, ortum habens ſexto ſupra Aras Sextianas, quibus hodie *Lugo* nomen, milliari ad opidum vulgo *Caſtel-Verde*, Portū marinum ſecans, Pontemque Belſarium & Orenſem Ciuitatem perlapſus, facto ad Valentiam cum Auia cōgreſſu, ſex milliaria procurrens in Oceanum ſe præcipitat. Sunt & alij *Lethe*, *Turius*, *Limæa*, *Sicoris*, *Chalybs*, *Aſtura*, atque alij minorum gentium fluuij, quos alijs explicandos, ne prolixiores ſimus, relinquimus. Mare nos vocat & quæ cum eo cenſeri ſolita, *Sinus* & *Portus*. Oceano vndique Hiſpania & mari Mediterraneo conclu-

Maris.

Commoditates.

ditur, præter eam partem quæ Montibus Pyreneis & Aquitaniæ coniungitur. Quorum beneficio patentibus gremijs vniuerſi orbis tam Noui quam Veteris commercio opportuna, tanquam ad iuuandos mortales ipſa auida in maria procurrit. Quæ & marinorum piſcium genus omne abunde ſubminiſtrant. Inter quos Cete, Balenæ, Congri, Murenæ, Thynni, Sauali, Lampetræ, & alij, tum Oſtrea, Conchyliaque. Memoriæ prodit Marinæus Siculus Valentiæ ſe piſcem vidiſſe, quem Piſcatores mari captum portauerant, & Torculari magno locauerant Aquæ pleno, craſſitudine & longitudine magnæ Mulæ, cuius Caput, Os, Nares, Oculi Bouis eſſe videbantur; præter Cornua, quibus carebat; Mammas habebat muliebres, & Manus Mamillis adpoſitas, Vuluam quoq; mulieris: addit poſtero die peperiſſe Piſciculū ipſi perſimilē, longitudine triū pedū, craſſitudine Colli Canis Gallici, Matremq; eum quatriduo poſt fame forteā coactā, deuoraſſe. *Sinus* Hiſpaniæ celeberrimi ſunt tres, omnes ad Mare Mediterraneum, *Sucronenſis*, *Illicitanus*, *Virgitanus*. Omniū vaſtiſſimus eſt *Sucronenſis*, magno ſatis ore Pelagus, inquit Mela, accipiens, & quo magis penetratur anguſtior. Mediæ magnitudinis eſt *Illicitanus* nunc *Puerto d'Alicante*. Minimus eſt *Virgitanus*, ab Opido, vt ſcribit Mela, *Virgi*, hodie *Vera* vel *Bera*. Corrupte apud Ptol. *Vrce* vel *Virge*: nec emendatius apud Antoninum *Vrci*, vt nec apud Pli-

Portuum nomina.

nium *Vrgi*. Nominatur & *Gaditanus* Sinus Melæ lib. III. ab Gadibus. Hodie *Baia de Cadiz*. Inter Portus, quos Hiſpania habet, primi eſt loci qui *Magnus* Veteribus, μέγας λιμὴν Ptol. inter Nerium gar- & Scythicum Promontoria; *Corunna* hodie. Sunt & *Annibalis Portus*, apud Pomponium, *Albor* hodie in Alb iæ regno: *Amanum*, Plinio; nunc *Fuentarabie*, vt Villanouanus, vel *Bermeo*, vt Moralis cenſet: *Gaditanus*, Melæ & Antonino, circa Gades: *Tarraconenſis*, de quo Silius Italicus lib. XV.

Tunc hoſpita Tarraco Baccho
Conſidunt portu, & ſecuræ gurgite cluſo
Stant puppes, poſituſque labor, terrorque profundi.

Montes.

Veneris denique Melæ nominatus ad radices Montis Pyrenæi. Sed de Sinibus Portubusque eorumque latitudine & profunditate multis feliciſſime ſcribit Lucas Aurigarius in ſuo Nauigationis Speculo, Chartis, quod ad Hiſpaniam, decima nouemque ſequentibus. Succedunt Montes inter quos *Pyrenæus* principem obtinet locum, Hiſpanos ab Gallis diuidens πυρήνη Ptole. & reliquis; Stephano Πυρήνη, Tibullo *Pyrene*: Liuio & alijs *Saltus Pyrenæus*: Hiſpanis *Los Pireneos* vniuerſim; nam pro ratione locorum varia ſortitur nomina. Dictum volunt plerique ἀπὸ τοῦ πυρὸς ab Igne: vel quod crebris fulminum ictibus feriatur; vel quod eius ſiluæ (ſcribente Diodoro lib. VI) iniecto à Paſtoribus igne, quomdam vniuerſę conflagarint. Silius Italicus denominationis honorem tribuit Pyrene puellæ, Bebrycis filię, in eo monte ab Hercule compreſſę; ibique quū ab feris laniata eſſet, ſepultæ. Pyrenæus, vt ab Ortu in Occaſum ad Promontorium vſque Celticum prolatatus Hiſpanos diuidit in Ciſmontanos & Vltramontanos, alium ad Iberi fontes Montem protrudit verſus Meridiem per Hiſpaniæ latitudinem. Nomen illi *Idubeda* apud Strabonem & Ptolemæum: *Saltus Aucenſis*, vulgo *Monte d'Oca* hodie vocatur, ab *Auca* Vrbe vetere, cuius ad *Villam-Francam*, vigeſimo ſupra *Burgos* milliari, veſtigia monſtrantur. *Oroſpeda* Idubedæ proles; *Oroſpeda* Strab, *Ortoſpeda* Ptol. Toti hodie certū nō eſt nomē: nam quod Aluaro Gomecio cenſentur *Sierra Vermigia*, Floriano *Sierra Molina*, Cluſio *Sierra Morena*; Partes eius ſunt. Oroſpedæ adcenſeri ſolet *Calpe*. Sic Ptolemæo alijſque Mons vocatur ad Fretum Herculeum; qui *Gibraltar* vulgo. Oroſpedæ item pars Rupes præcelſa, quæ ex Hiſpalenſi vrbe Granatam euntibus prope Archidonā ſe conſpiciendam offert. Nomen habet famamque meretur ex memorabili, quod in omne æuum eſt duraturum, Amoris exemplo. Hiſpanis dicitur, *La Penna de los Enamorados*, *Amantium Rupes*. Res, vt paucis dicam, ita habet: Quum Regnum Granatenſe Mauris adhuc pateret, graueque inter ipſos & Chriſtianos bellum ſiagaret, quodam in conflictu inter alios captus eſt Chriſtianus, quem Maurorum Rex obformæ venuſtatem facilitatemque morum libertate donauit, eumdem apud ſe in palatio retinens. Inter hunc porro Filiamque Regis tanta tamque caſta coaluit familiaritas; vt Articulis hæc Chriſtianæ fidei præcipuis imbuta, Chriſtianiſque commorari deinceps auens & commori, Torum Coniugalem pollicita, fugam cum captiuo fuerit molita. Quum autem Rex diligenter illos perſequeretur; in Rupem quam dixi, vt ibi delitescerent fugerunt: videntes autem ſe detectos, & Rupem ab Mauris vndique circumſeptam animadvertentes, cacumen conſcēderunt, ſeque, ſupplicio, quod ab Rege expectabant, territi, mutuo complexu præcipites inde dederunt. Ad cuius rei memoriam in eiuſdem Rupis dorſo, inque via publica Cruces erectæ videntur. Paullinus *Bimarem* nominat. Reſpicit enim duo Maria, Internum & Externum. Strabo Calpen montem eſſe, ait, Circuitu quidē non magnum admodum, altitudine autem ingentem & arrectum, vt remotioribus Inſulæ formā præferat. Vnam Herculis Columnarum ſunt qui fabulantur, alteramque ex aduerſo Abylam in Africa, Laborum Herculis metas: Addunt vnum fuiſſe quondam Montem, ſed ab Hercule perfoſſum, atque ita mutatam rerum faciem. Ex Oroſpeda prope Alcaraſſum *Mariani* Montes ſurgunt. Sic nominat Plinius, qui ſingulariter *Marianus* Ptol. & *Mons Mariorum* Antonino; hodie *Sierra Morena*. Radices horum montium adluit ad læuā perpetuo fere ad Oceanum vſque nobiliſſimus fluuius Bætis. Iuxta Barcinonem Mons eſt quem *Mon-Iui* vocāt adcolæ; ſunt qui interpretantur *Montem Ionis*; alij melius *Montem Iudæorum*, qui quondam illic ſepeliebantur, quorumque plura adhuc ibi ſepulcreta & Signa. In vertice Turris eſt; vnde Speculator die quidem Linteo Vel, noctu vero Facibus Nauigiorum aduentum Barcinonæ Ciuibus oſtendit. *Siluis*, Nemoribus, Arboribuſ-

que

que ſingulares ferentibus fructus, vbique eſt plena Hiſpania. Longum eſſet omnia commemorare. Nem' eſt apud Opidum, cui ab *Monte Maiore* nomen, in quo Quercus, Caſtaneas, Ilices, Nuces, Corylos, Ceraſos, Prunos, Pyros, Ficus, Labruſcas, & omne genus Arborum fructiferarum ſola natura plantavit, altitudinis ingentis & latitudinis. Haud procul Opido Beierano Nemus eſt amœniſſimum, vbi Caſtaneæ Arboris ambitum ſe menſum ſcribit Lucius Marineus Siculus pedum circiter quadraginta. Silvas etiam cæduas cõplures habet. Quare & materia abunde præbetur ſtruendis Navibus. Quid iam de operibus Publicis tam Sacris quam Prophanis, quid de privatis dicam? Plurima hic magnifica Templa, plurimæ Abbatiæ, Cœnobia, Monaſteria, Xenodochia, & Noſocomia. Multa Regum conſpicua Palatia, multæ Magnatum et Equitum magnificæ & pulcherrimę Ædes, innumera denique alia & publica et privata ædificia. *Opera publica et & Privata.*

Rex vero *Hiſpaniarum* naſcitur non eligitur: inauguratur tamen, populoque Sacramentum dicit & ab eo accipit. Liberi Regis *Infantes* Hiſpaniarum appellantur. Inter eos Primogenitus, qui omnium Procerum, civitatum & populorum iureiurando Rex vivo Patre deſignatus eſt, *Hiſpaniarum Princeps* dicitur. Quamvis autem Regi ſuprema ſit in omnes & omnia poteſtas liberumque arbitrium: nihil tamen fere decernit, niſi ex XII-VIRORVM (qui, totius Regni primores *Senatum Regium* conſtituũt) conſilio. Ibi graviora, quæque magni momenti, plene ventilata terminantur: quæ celanda, in *Secretiore Conſeſſu* diſcutiuntur, quem faciunt ipſe Rex, Dictator Legionenſis, Præſes, tertiaque Conſilii Regii portio. Quæ ad Indias earumq; gubernationem pertinent, tractantur in Senatu, quem *Indicum* vocant, ab vno Præſide, XII vero Conſiliariis. Bellica in *Senatu Militari* peraguntur: quem ſtatuunt XII-VIRI Senatus Regii, Dictatores item Legionenſis & caſtellanus, cum aliis. Præter hos etiam tres in Hiſpania ſunt *Iuris Præfecturæ*, quas *Audientias* vel *Cancellarias* appellant, vna quidem in Caſtilia, altera vero in Granata, tertia in Galecia: vnicuique Præſes eſt, & XII. Senatores: ab his, ſi Litigantes ſibi minus ſatisfactum arbitrentur, Controverſiæ ad Senatum deferuntur Regium. Quum vero multa variaque ſint Regna, ſingulis præficitur vir primæ Nobilitatis, quem *Vice Regem* nominant. Eſt denique *Theſaurarius Caſtellanus* ſub ſe quatuor habens *Quæſtores*; quorum omniũ eſt Pecunias Regni tractare, earumque habere reddereque rationem. Ducum in Hiſpania, Marchionum, Comitumque ingens numerus. Præter Principem *Aſturiarum* & alios, Duces inveniõ circiter XXIII. Sũt illi *Friaenſis, Medinæ-Rivi-Sicci, Alvæ, Aſtale, Albuquerquæ, Eſcalonæ, Oſunæ, Avoßi, Beiari, Candiæ, Seſſæ, Infantagi, Medinæ-Cœli, Medinæ-Sidoniæ, Maquedæ, Najaræ, Feriæ, Segorbiæ, Sonnæ, Villæ-Formoſ, Verraguæ, Paſtranæ, Francæ-villæ*. Sunt et alii, quorum nomina non occurrunt. Quibus omnibus annuus Cenſus eſt a XL. ad C. Ducatorum millia: Ducibus *Infantaſgi* & *Medinæ-Sidoniæ* ſummam ſuperantibus: quorum hic CXXX, ille CXX habet millia. Marchiones hi fere, *Villae-Novae, Aſtorgiae, Aguilaris, Deniae, Mondeiaris, Navareſi, Pliegi, Saviae, Vellezae, Comares, Aymontis, Altaminae, Veladrae, Viarinae, Carpij, Camaraſſæ, Corteſij, Montiſ-Maioris, Guardiae, Montiſ-Clari, De las Navas, Pocae, Steppae, Tavarae, Villae-Francae, Dradae, Caviciis, Falcis, Fomeſtae, Molinae, Ceralvae, Valeſis, Vallis, Certae, Ardalis, Alvae, Alcalae*, & alii: potiore parte Reditũ percipiente ab x ad LX millia Ducatorum. Comites recenſentur plus minus LXXX, quibus annuus Reditus eſt ab X ad XXV. Ducatorum millia: inter quos Principem obtinet locum *Bonavenſae, Alvae, Mirandae* & *Orapeſae*. Longum eſſet Lectorique tædioſum, quærere hic Vicecomitum, Baronumque numerum: longum Viceregum, Gubernatorum, Provinciis Marique Præfectorum: longum denique Magnorum Magiſtrorum, Equitumque variorum Ordinum, in Caſtella quidem *S. Iacobi, Alcantarae, Calatravae*, & *Rhodienſium Ordinis S. Ioannis*: in Aragonia Cataloniaque ordinis *Monteſae*: in Portugallia Ordinum, *Militum Ieſu Chriſti* (cuius Magiſter ipſe Rex eſt amplissimi ſane, vt qui adnexas habet Provincias omnes in Africa, Aſia, Americaque inventas) S. *Iacobi*, eius qui de *Avis* dicitur, itemque *Rhodienſium D. Ioannis*. Inter familias vero Hiſpaniæ, vt hoc obiter addam, antiquitate prima eſt *Pacieca*, quum Hirtius in Commentariis nominet *L. Iunium Paciecum*, vbi de Corduba agit: eiuſque etiam mentio fiat apud Ciceronem lib. VI. Epiſt. ad Familiares Epiſtola ad Leptam. Non minus illuſtres ſunt *Meridona, Toletana, Cerdea, Cardonea, Larenſis, Velaſcea, Pimentella, Stunica, Henritica, Oroſia, Cordubenſis, Limenſis, Guſmanea, Mondragonea*, alias alii addant: & parcat nobis Senatus illi, ſi ordinem violauerimus. De Adminiſtratione Statuque Politico diximus: ſequitur Eccleſiaſticus. Primatus Hiſpaniæ antiquiſſimis temporibus in Hiſpalenſi fuit Eccleſia, inde vero Toletana, vſque ad excidium illud Hiſpaniæ funeſtiſſimum. Toleto enim in Barbarorum poteſtatem redacto, Bracarenſis Archiepiſcopus ea dignitate eſt functus, docentibus illud Eccleſiæ Bracarenſis Archivis. Recuperato Chriſtianis Toleto quum Toletanus amiſſam dignitatem repeteret, Bracarenſis autem ſemel adquiſitam retineret, Contentio orta eſt, quemadmodum legere eſt lib. I. Decretal., adeo vt adhuc ſub Iudice lis eſſe ſcribatur. Qui porro à temporibus Romanorum & Gothorum in Hiſpania fuerint Præſules docet in Chronico ſuo I. Vaſæus cap. XX. Poſt ereptas rurſum Barbarorum manibus Hiſpanias, Epiſcopatus cum Antiquis ſuis Ciuitatibus ſunt reſtituti, tum quidam in nonnullis recens inſtituti. Septem hodie Archiepiſcopos Hiſpaniam habere legimus, ijſque ſubeſſe Epiſcopos circiter XL. Suffraganeos. Primus eſt *Toletanus*, Caſtellæ Cancellarius, cui poſt Reges Regiamque Prolem nullus vel dignitate vel fortunæ amplitudinæ ſecundus. Parent illi Epiſcopi, *Burgenſis* (cui ſedes olim fuerat Auræ, vnde *Auritanus*, & corrupte in quibuſdam Concilijs alijſque Actis publicis *Auxitanus* dicebatur, trãſlatus inde *Burgos*, Caſtellæ Veteris Metropolĩ, ab Alphonſo VI, eo, qui Toletum Chriſtianis reſtituit, auctoritate Vrbani II P.M. anno CIↃ XCVII) *Cuenæ* vel *Cunquenſis, Cinqueneæ* vel *Ciguntenſis: Oſmæ* vel *Oxomenſis* (perperam in Concilijs *Oxovienſis*) *Cordubenſis*, (Epiſcopatus hic antiquiſſimus & propter Oſium Epiſcopum celebratiſſimus) *Iaenenſis: Palentinenſis*, vel *Palentinus: Segovienſis*. Secundus *Hiſpalenſis*. Sub eo quondam XI, hodie III, ſunt Epiſcopatus: *Malacitanus, Gaditanus* & *Canarienſis*. Tertius *Compoſtellanus* eſt. Epiſcopatus huius ſedes olim fuerat *Iria Flavia*, vnde *Irienſis*, opidum Galeciæ maritimum, *Padron* vulgo. Tranſlatus autem poſtea Compoſtellam, dici deinceps cœpit *Compoſtellanus*, vel *S. Iacobi*. Eius auſpicia ſequuntur: *Corienſis, Placentinus, Aſturicenſis, Gamorenſis, Salmanticenſis, Orecenſis* (qui & *Aurienſis* & *Auriſinus, Orenſis* item) *Tuienſis* (vel *Tudenſis*, à *Tude* ſive *Tyde*, opido Galeciæ ad Minium amnem ſito, *Tuij* vulgo) *Badaiocenſis* (hodie quoque *Pacenſis*) *Mindonienſis* (cuius ſedes olim Ribadeum Galeciæ Civitas tranſlata inde in Mindonienſem, vulgo *Mondonnedo*) *Lugenſis* & *Civitatis Rodrigenſis*. Quartus *Granatenſis*.

Ratio gubernandi.

Senatores eoque rũq; frequẽtia.

CANTABRICVS OCEANVS
GALLIA
GALLICVM MARE
GALICIA
ARAGONIA
OCEANVS
OCCIDENTALIS
CASTILIA
Vera de Hasenda
Campo de Arcos
Alcudia
Cartagena
Balearides seu Gymnesiae insulae
BALEARICVM MARE
MEDITERRANEVM
IBERICVM
MARE
AFRICAE
PARS
HISPANIAE NOVA DESCRIBTIO, DE INTEGRO MULTIS IN LOCIS, SECVNDVM HYDROGRAPHICAS, DESC. EMENDATA.

Ad eius nutum sunt Præsules *Almeriae & Guadicensis* vel *Guaditanus*, olim etiam *Aecitanus*; nam quæ olim *Aecitana Colonia*, hodie *Guadix* nuncupatur. Quintus *Valentinus*: cui suffragantur *Carthaginensis*, *Origuellae*, *Segorbiensis* (vel *Segobricensis* à *Segobrica*, quæ nunc *Segorbia*, & *Balearium Maioris*. Sextus est *Taraconensis*. Obtemperāt illi Præsules *Ilerdensis* (vulgo Leridæ) *Dertosanus* vel *Tortosae*, *Herluae*, *Barcinonensis*, *Gerundensis*, *Vrgellensis* & *Vicquensis*. Septimus denique *Cæsaraugustanus*. Eum in sacris agnoscunt *Pampilonensis*, *Calagurritanus*, *Osicensis* & *Balbastiensis*. Nulli subsunt *Leonensis* & *Oueiensis*. Habet & tres Archiepiscopos Portugallia, *Bracarensem*, *Olisiponensem* & *Funchalensem*: subque ijs Episcopos *Eborensem*, *Viscensem*, *Guardensem*, *Conimbricensem*, *Portugallensem*, *Lamecensem*, *Silnensem*, *Ceppetensem*, *Lerienseim*. De reliquis Episcopatibus consulendus Vasæus, loco quem indicaui. His omnibus, vt & Abbatibus, Monasterijsque quanti sint annuatim Reditus, notant curiose L. Marinæus Siculus, Damianus à Goes, & alij. Ad statum Ecclesiasticum pertinent etiam Fidei Inquisitores, in Sarracenos, Maranos & Iudæos primum creati, qui lapsu temporis vires suas & auctoritatem extendere cœperunt in omnes quibus alieniores ab Ecclesia Romana mētes. Habeat & locum hic Notatio Academiarum; quæ in Hispania circiter viginti duæ numerantur; interque eas primi loci *Salmantiensis*, *Complutensis*, *Conimbricensis*, *Pericianensis*, *Saguntina*, *Ossensis* & *Ilerdensis*. Hispani felices Ingenio, infeliciter discunt; semidocti Doctos se censent. Sophistarum Astus plus satis amant. In Academijs Hispanice magis quam Latine loqui gaudent; voces etiam Maurorum non paucas admiscentes. Suos foetus Ingenijque monimenta ad posteritatem raro, rarius ad Exteros, ob linguæ defectum, producunt. Fuerunt tamen, suntque hodie non vulgariter docti, qui præclara eruditione lectissimisque Scriptis patriam inlustrarunt, varijsque Operibus apud remotissimos etiam clariorem fecerunt. Si Theologi postulantur: prodibunt Vigilantius, Presbyter Barcinonensis; Aquilius Seuerus; Prudentius, Episcopus Armentiæ; Osius Cordubensis; Auitus Presbyter; Marcianus, Episcopus item Barcinonensis; Paulus Orosius; Pacianus, eiusque filius Dexter; Audentius; Isidorus, Apocalypseos Interpres; Iustinianus, Valentinæ Ecclesiæ Antistes; Leander Hispalensis Episcopus; Martinus, Præsul Mādouēsis; Fulgentius, Episcopus Carthaginensis; Eladius, Archiepiscopus Toletanus; Isidorus, Episcopus Hispalensis; Ioannes, Gerundensis Præsul; Eutropius, Valentinus Antistes, Franciscus Ximenes, Cardinalis & Archiepiscopus Toletanus, Academiæ Complutensis pater, qui varijs Linguis sacra Biblia, Complutensium appellatione notissima curauit imprimenda; & alij. Si Canonici Iuris periti; Bernardus Compostellanus; Raymundus de Pennya Forti; Hugo Barcinonensis. Si Iurisconsulti; Calixtus III Pontifex M., Fortunius Garcia, Gomessius, Didacus Covarruuias, si lentioque minime prætereundus Antonius Augustinus, domo Cæsar-augustanus, XII vir Romæ Stlit. Iudicandis, inde vero ex Allisano & Ilerdensi Episcopo, Tarraconēsis Archiepiscopus, Vir Romanarum Antiquitatum & melioris litteraturæ peritissimus. Si Medici licet non patrij, sed insititij: aderunt Abincenna, Auerrois, Rasis Almancor, Messahallah. Si Historici: Trogus Pompeius, Iustinus, & alij. Si Philosophi, L. Annæus Seneca, eiusque filij, Seneca Nouatus, & Mela, L. Iunius Moderatus Columella; C. Iulius Hyginus Sotion; Ioannes Viues Valentinus. Si Mathematici: Pomponius Mela; Abrahamus, Cacutius, Alphonsus Rex Castellæ, Henricus, Infans Portugalliæ, Henricus, Marchio Villenensis, Arnoldus Villanouanus, eiusque Discipulus Raimundus Lullius. Si Oratores: præter Senecam, Portius Latro & M. Fabius Quintilianus. Si denique Poetæ in medium producendi: sistent se Sextilius Hena, *LL.* Annæi Seneca & Lucanus, Patrueles, M. Valerius Martialis, Rufus Festus Auienus, Aurelius Prudentius, Damasus, Pontifex M., Iuuencus, Arator, Cælius Sedulius. Iuniores, ne tædium pariam, omitto. Hispanis Natura calida est & sicca: Color subobscurus, cui iuuando Feminæ Collyrio plurimum ex Cerussa Minioque vtuntur: duriora & bene compacta Membra. Magna Mortales omnes Superstitione superant, ad Cerimonias, Adulationes, amplos Titulos Populis alijs duces. Animi concepta dexteritate singulari tacendo, simulando, dissimulandoque celare norunt. Grauitatem seruant cum adfectata quadam Seueritate: quæ facit vt odium sustineant Nationum omnium, grauissimum, quemadmodum ipse Mariana prædicat, atque indiuiduum magnorum Imperiorum adseclam. Mulieres non admodum fœcundæ paucos pariunt: priscas Romanas æmulantes Vino plurimum abstinent: raro se conspiciendas præbent. Advenas inhumaniter excipiunt. Apud Exteros alter alterum colit, veneratur, laudat, extollit: Nobilitatem, Plebeio etiam, si quo potest modo, concilians. Iustitiæ cultores maximi: Summis, Medijs, Imis æquale Ius administratur. Facit Magistratuum industria, vt pauca, imo nulla ibi sint Latrocinia. Plerorum manus purę ab cædibus, alijsque flagitijs. Nemini impune est, qui vel Sacrosanctas Leges, vel quemcumque, etiam minimi loci, violare fuerit ausus. Inquieti Magna semper moliuntur. Pulsis intestinis Hostibus, profligatisque Saracenis, potissimas Orbis Terrarum partes suis Regibus adquirere student. Vbi duo tresue conuenerint, cuiuscumque loci & conditionis, de Rep. grauissimisque Rebus differunt, ad eneruandas Hostium vires vias quærunt, Strategemata excogitant, mille Machinas fabricant, suisque Ducibus, siquid vtiliter inuentum, aperiunt. In Castris Famis, Sitis, Laborum patientissimi. In acie conflictuque maior illis Ars quam Ferocitas. Leui corpore, Leuibusque armis induti Hostem facile sequuntur, facileque, quum opus, fuga sibi consulunt, nusquam non, numquam non militatibus operam dantes Meditationibus. In Conuiuijs domi quidem frugales, sobrij, paucisque contenti, foris Ciborum, præsertim delicatiorum, adpetentiores. Scitis & commodis vtuntur vestibus nec male formatis.

Academiæ.

Pomarium artium studijs celebres viri.

Mores.

Victus.

Hispania autem Larga manu Confinalibus suis alijsque remotioribus Populis infinita cum apud se nata, tum etiam aliunde advecta subministrat, Sericum, Lanas, Pannos omnis generis, Sal, Saccharum, Mel, Mala, Medica, citrea, Granata, cydonea Oliuas conditas, Cappares, Vuas, Ficus, Pruna passa, Amygdala, Castaneas, Glycyrrhizam, Anisum, Cuminum, Coriandrum, Oryzam, Crocum, Oleum, Ceram, Alumen, Smegma, Minium, Purpuram, Thynnos, Balenasque salitas, Baccas Laurinas, fructus diuersorum generum, Saccharo adspersos, Alabastrum, Coralium, Aurum, Argentum, Ferrum, Chalybem, Stannum, Cuprum, Plumbum, Rubiam Tinctorum, Argentum Viuum, Gossipium, Gemmas item preciososque Lapides & Aromata cum ab alijs, tum ab Indis accepta. Pro ijs autem omnibus grata quadam commutatione certatim ab Europæis, Africanis, Asiaticis, Americanis accipiunt eas Hispani merces, quas Natura Cœlique & soli genius ipsis negare solet.

Merimonia.

Hactenus in genere Hispaniam descripsimus: nunc postulat Methodus, vt speciatim et per partes eam perambulemus. Varia varijs fuisse divisam in Generali descriptione diximus. Nos vero Partium Hispaniæ, quo ordine methodoque ab Houdio delineantur, descriptionem, quam poterimus fidelissime, proponemus. Eam sex Tabulis absoluit, hoc ordine. In prima describitur *Portugallia*, in Secunda *Biscaia, Guipuscoa* & *Legio*. In tertia *Castella Vetus* & *Nova*. In quarta *Andaluzia*, vbi et *Conventus Hispalensis* & *Gades*. In quinta *Valentia*; In sexta *Aragonia* & *Catalonia*. *Portugalliam*, quæ primo loco se offert, *Lusitaniam* Veteres dixere. *Lusitaniæ* autem (Λυσιτανία Ptol. & alijs; Appiano autem Λουσιτανία) nomen impositum tradunt M. Varro & Plin. ab *Luso* Liberi filio, *Lysaque* cum eo bacchante: Lusitaniam enim dici, tanquam *Lusi* regionem, quum Τανία nihil aliud quam Regio. Marcianus putat *Lusitaniam* appellari ab fluuio cognomine, qui nūc forte *Tagus*. *Portugalliam* quidam sic nuncupatam volunt a *Portu Gallorum*. Andreas Resendius, cuius sentētiam sequuntur alij docti, *Portugalliæ* appellationem manasse notata *Portu Cale*, quod Opidulum Durij fluminis ostio adpositum Piscationis gratia frequentari quomdam solitum: vnde tanta hominum multitudo confluxit, vt in civitatem opulentissimam evaserit, & *Portogalo* (quasi *Portus Cale*) nominari cœperit; inde vero totum Regnum nomen postea obtinuisse. ceterum *Portugallia* hodie, si Terræ latitudinem ab Meridie Septemtrionem versus spectemus, maior est quam *Vetus Lusitania*; sin ab Occasu in Ortum, Longitudinem, Minor. *Lusitania* olim ad Boream terminabatur Durio Flumine, & alio minore, quod hodie *Thormis*, in ripa dextra Vrbem gestans Salamanticam; ductaque ad faciendum Limitem Orientalem ab huius fonte per Solerium montem Saltumque Manlianum ad Anam (vbi castra quondam Vicelliana) Linea: Anæque porro progressu per Emeritam Augustam ad Mare. Paullo sequiores Lusitaniæ terminos tribuit Strabo lib. III. *Portugallia* vero hoc ævo versus Boream excurrit supra Confluentes Minium Aviamque ad Opidum vsque Ribadaniam, in Aviæ ripa positum; qua Parte Galeciam spectat; ductaque hinc in ortum Linea ad Mirandum vsque ad Durium collocatam; inde vero Meridiem versus recto fere progressu facto ad ostia Anæ fluuij, quo latere Castellæ, Extremaduræ et Andaluziæ est confinalis: ad notum et Occidentem Atlanticum respicit Oceanum, adeo vt ambitus eius censeatur esse IↃCCCXXC milliarium. Optima in hac Regione Aeris Temperies, ac Cœli serenitate atque vbertate præstat. Abundat Vino, Oleo, Malis aureis, Citreis, Amygdalis, melle, cera Ac fructus quos hęc Regio producit bonitate antecellunt fere omnibus qui in locis finitimis nascuntur. Et quamuis Incolæ non tantum frumenti ex Agris suis colligant, vt ipsis ad victum sufficiat: tamen ex Gallia et Germania quantum opus habent, advehitur. plurima alit hęc Regio Animalia, Equos inprimis magno numero, tantæ velocitatis agilitatisque, vt vento conceptos fabularetur, imo crederet Antiquitas. De his scribit Varro Cap. I lib. II. de R. R. *In Lusitania, inquit, res est incredibilis in Hispania, sed vera: quod in Lusitania ad Oceanum, in ea Regione vbi est opidum Olisippo, monte Sacro quædam e vento certo tempore concipiunt Equæ, Vt hic gallinæ quoque solent, quarum ova hypenemia appellant: sed ex his equis nati pulli, non plus triennium viuunt*. Eadem scribunt Columella, Plinius et alij. In Lusitania *Sus quum esset occisus*, inquit idem Varro Cap. IV. eiusdem libri, de R. R. *Attilius Hispaniensis, minime mendax, et multarū rerū peritus in Doctrina dicebat L. Volumnio Senatori Missam esse Offiam cum duabus costis, quæ penderet. III & XX pondo: eiusque Suis a cute ad os pedem & tres digitos fuisse. Portugalliæ Regnum* primum circa annum CIↃ C initium habuit. Ad jd enim vsque tempus sub Hispaniæ nomine censebatur. Legendus præter alios Ioannes Bar. cap. I. Asiati. Dec. Primum Regum Lusitanorum Progenitorem Fasti commemorant *Henricum* Ducē Lotharingiæ, Comitem Limburgium, Virtū Animo Magnū Manuque promptum: qui Laribus in Hispaniam translatis, *Tyresiam* duxit *Alphonsi* VI Castellæ Legioniisque Regis Filiam, accepta in dotem ea Galeciæ Lusitaniæque parte, quæ nunc *Portugallia*: quam non ita pridem ipsemet sua virtute ex Saracenorū & Maurorū servitute vindicarat. Defūcto circa annum CIↃ CXII Patri successit *Alphonsus* I, qui Portugalliæ se Ducem appellans, Regis titulum ab exercitu accepit anno CIↃ CXXXIX, victoriam consequutus in Agro Orichiensi contra Ismarium, & alios quatuor Saracenorum Maurorumque Reges: quinque Scutorum Insignia facti monimentum posteris relinquens. Successerunt huic recta fere linea *Sanctius*, *Alphonsus II*, *Sanctius II*, *Alphonsus III*, *Dionysius*, qui primus Algarbiorum Regis Titulum vsurpare cœpit, *Alphonsus IV*, *Petrus*, *Ferdinandus*, *Ioannes*, *Eduardus*, *Alphonsus V Africanus* cognomine, *Ioannes II*, *Emanuel*, *Ioannes III*, *Sebastianus* in Africa interfectus, *Henricus* primo Cardinalis, & *Antonius*: quo, quod Nothus diceretur, pulso, vt proximus heres Regnum occupavit *Philippus II* Hispaniarum Rex, Emanuelis per Isabellam primogenitam Nepos: cuius hodie Filius *Philippus III* feliciter Hispaniæ quanta quanta est, imperat. De Portugalliæ Regibus eorumque ortu & Genealogia, rebusque gestis adeundi Rodericus Toletanus lib. VII. de rebus Hispaniæ cap. V. Rodericus Sanctius, Matineus Siculus, & alii. Portugalliæ Metropolis est *Olisippo*, vt ea dicitur in antiquis & probatæ fidei M. Varronis, Plinii, Antonini, Melæ exemplaribus. In vulgatis enim nunc *Olysipo*, nunc *Olisippo*, item *Vlysippo*, aliisque modis scribitur: ολυσσεια Strab. ὀλυσσοτίς Stephano: hodie *Lisbona*, vel, vt Incolæ proferunt, *Lisboa*. Vrbis nomen ab Vlysse derivare, absurdissimum: quum is extra fretum Herculeum numquam navigarit. Præit nonhil ad verum Etymon Ptol., apud quem divisim & vitiose legitur ὅλισοι ἵππῶν. *Olisippo* enim, dici videtur, ὅλισοι ἵππῶν quo innuitur totum illum Hispanię tractum, vbi antiquis Lusitania, tanquam Equorum quoddam fuisse Stabulum, ob incredibilem Equarum ijs in locis fœcunditatem. Apud Plinium etiam *Felicitas Iulia* nuncupatur. Emporium est, reliquis Orbis terrarum nobilissimis concensendum: Divitiis supra modum adfluens: Mercium peregrinarum, quæ ex Asia, Africa, America adferuntur, Promptuarium celebre: Situs ad Tagi fere Ostium amœnissimi commodissimiq; amplum, quodque sua magnitudine Montes quinque, totidēq; Valles (nam olim multo erat minus, vnumque tantum, vt quidam tradunt, Collem occupabat) complectitur. Ex parte, qua mari adluitur, Portis distinguitur XXII, qua Continentem respicit XVI: Turribus per Murorum gyrum LXXVIII munitur. Tēpla, quę Græcis Parochiæ XXV. numerantur: præter hæc plurima sunt quæ Monachis, Anachoretis, Vestalibusque sunt attributa. *Olisipponem*, vt Matrem agnoscunt Transi-Taganæ: *Ebora* Plin. & alijs Ἔβορα Ptol. quæ vulgo hodieque *Evora*. *Liberalitas Iulia* cognominatur Plinio ad differentiam aliorum Hispaniæ Opidorum, quæ Eboræ dicebantur. *Begia* vulgo *Beia*, vel *Bexa*: olim *Pax Iulia*, Antonino: πᾶξ ἰουλία Ptol. *Setubal*, olim, vt opinatur Clusius, *Salacia*: quæ tamen Varrerio Moralique putatur *Alcasar de sal* in Algarbiæ regione. *Almada*, Ptol. καιτοβριξ: Antonino *Catobriga*: Iacobus tamen Delgadus scribit hodie vulgo *Troiam* vocari. Cis Tagum haud procul Olisippone Aquilonem versus *Cascale* Opidum est situm, vbi naves onerariæ, jactis Anchoris, venum Æstumque, vt flumen ascendant, operiuntur. Propius ad vrbem accedenti *Bethleem* occurrit, Opidulum. Sunt ibidem *Leiria*, *Tomar*, *Guarda*, non ignobilia, neque obscuri nominis Opida. Prope *Leiriam* vrbs fuit Pl. *Colippo*, eius ruinæ *S. Sebastiani* Varrerio. Haud procul Tomare visitur *Ceice*, *Celium* Antonini eidem. *Alanqueram* ad Flu. Tagum, Patriam suam Damianus Goesius, sic dictam putat tanquam *Alankercke*, *Alanorum Fanum*: ingeniose, & vere. Hæc olim *Ierabrica* Antonino. Inter Mondam & Durum *Conimbrica* hodie *Coimbra*, olim caput Regni Portugalliæ. *Viseum*, vulgo *Visco*, *Visensū Civitas* in Conciliorum

Regio.
Nomina vnde deducta.
Situs.
Cœli temperies, et soli fertilitas.

OCEANUS OCCIDENTALIS
PORTUGALLIAE
quæ olim Lusitania, novissima et exactissima descriptio, Auctore Vernando Alvaro Secco, et de integro emendata, anno 1560.
GUIDONI ASCANIO SFORTIAE S.R.E. CARD. CAMER. Achilles Statius Sal.
CONDADO
ANDALUZIAE PARS
REGNI LEGIONIS PARS
REGNI CASTELLAE PARS
C. Scvilla

Quod opidũ hodie *Ponte Vouga*, Pl. putatur *Vacca*. *Lameca* vulgo *Lamego* meminit Cõciliũ Toletanũ III. Inter Duriũ deniq; & Miniũ *Braga* superbit: sic hodie dicitur, quæ Βρακαραύγουστα Ptol. *Braccara Augusta* Anton. *Augusta Bracarum* Plin. Ab Gallis *Braccatis* conditã fama refert, anno ante christum natũ CCXC. Augustæ cognomen addiderunt Romani Victores. Tam olim celebris, vt conuentus hic fuerit ex septem citerioris Hispaniæ vnus, vnde Vrbes XXIV, auctore Plinio, ius petere consueuerant. Ausonius hanc vrbem tali nobilitat Elogio:

Quæque sinu pelagi iactat se Bracara diues.

Sita est ad Alestem flu. cuius fontes in Spino monte quatũor ab Vrbe milliaribus distant. Vallem amoenissimam Vrbi adiacentem irrigat; multis hortis, pomarijs, pratis & viridarijs excultam: Vrbem adluit, atque in Auum maioris famæ fluuium prope antiquum opidum Villam comitis influit. Quidam falso *Sethen* vocant. Totius Hispaniæ Primatum antiquissimo iure sibi vindicat: qua de re cum Toletana Sede verus ei Lis est & contentio. Quod porro *Calem* Antonino, nunc *Gaia* censetur: quod φέρος Λιμικῶν Ptol., Hodie *Lima*: quod Κολλιβρηγα eidem, hoc ævo putatur *Bergança*. Sex milliaribus à Bracara Augusta versus Euronotum locus est, *Sitania* Incolis, habitore carens, vbi olim *Cinnimia* fuisse perhibetur, nobilis Lusitaniæ Vrbs. Ad Tammagum flumen Vicus est, non vltimi tamen nominis, *Chanes* vulgo appellatus, olim *Aquiflauia*, nobilis Lusitaniæ Ciuitas & alia opida.

Flumina. Fluuij sunt *Anas* siue *Guadiana*, *Tagus*, *Mondeg*, *Durius* & *Minius*: Horum duo celeberrimi, *Tagus* & *Durius*: ille moenia Olisipponis alluit & VI aut VII inde Milliaribus in Mare influit: Hic prope vrbẽ *Portum* præterfluẽs II infra eandẽ Milliaribus itidem in Oceanũ se exonerat. Hi duo fluuij ab Ostijs suis ad Vrbes quas præterlabuntur, non sunt amplius fluuij; sed potius maris Sinus, & tutissimi, multarumque & magnarum nauium capaces Portus, per quos aduerso flumine, longissimo spatio nauigari potest. Portugallia ab Occasu & Meridie Atlanticum respicit Oceanum, qui præter Pisces quos abunde suppeditat, plurimas easque maximas commoditates præbet. Huic copias suas omnes, vt debet, ita & acceptas fert, ac grata memorque beneficia immortalia agnoscit, illum meliore ratione aurifluum, quam Nilum suum vetustas, dignatur, quod huius ope & merito merces vndecunque terrarum importatas accipiat, eo pacto nullius indiga, rursusque quibus ipsa copijs abundat, per nauigia exportet, commercij causa terras quasecunque non accessas petens: quo dum peruio vti licebit, (licebit autem dum rerum vniuersi ordo suis constabit legibus) non defuturas sibi opes sed perennaturas confidit. Præter Portus autem quos supra recensuimus est Portus *Setubal* XX Milliarib. Olisippone Austrum versus distans. Montes hic pauci, ijque non magni, vt sunt quos Incolæ vocant *Sierra de Monchiquo*; *de Chaldecatao*, *de Sordedàs*, olim dicti *Montes Lunæ* etc. Sunt & hi plerique Lucis Nemoribusque consiti. Sunt etiam Siluæ & densa Nemora, in quibus Hispaniæ Principes venari solent. Ad Meridionalem Vrbis Bragæ partem *Silua* est *Primatialis*, Perdicum ac Leporum abundantia celebris; in cuius fere medio Fons est amoenissimus. In Opidulo Bethleem, templum est D. Virgini dicatum, sumptuque incredibili exstructum: Emanuelis Lusitaniæ Regis Monimentum, quod dum viueret, sibi ipse designauit. Magna tamen Operi accessio facta ab Ioanne III Emanuelis Filio; quod indicat inscriptum Arcui Tetrastichon; litteris bessalibus:

Vasta moles sacrum diuinæ in littore Matri
Rex posuit, Regum maximus, Emmanuel:
Auxit opus hæres Regni & pietatis; vterque
Structura certant Religione pares.

Commoditates. *Portus.* *Montes.* *Siluæ.* *Opera publica Sacra.*

Suntque in Interamni Portugallia, vt scribit Vasæus, præter Ecclesiam Bracarensem Metropolitanam, & Portugallensem Cathedralem, atque alias quinque Collegiatas, plusquam centum triginta Monasteria, quorum pleraque reditus habẽt amplissimos; præterea plus minus M. CCCCLX. Paro chiales, vt scribit quidam. Certe in parte quæ Bracarensem agnoscit Ecclesiam octingentæ recensentur. Ex qua re fertilitatem & Religionem antiquam Gentis facile agnoscas. Sunt & Põtes quadrato lapide elegantissime constructi, eodem teste, prope ducẽti. Taceo xenodochia, Nosocomia, Orphanotrophia, Turres editiores, pulcherrimas ẽdes, hortos amœnissimos & eiusmodi.

Academias habent in hoc Regno *Ebora* & *Coimbra*. Prior ab Henrico Cardinale Lusitaniæ, eiusdemque Civitatis Præsule, nuper instituta. De ea Iacobus *Payus*, *Quod si Academiarum*, inquit, *gloria magis litterarum & virtutum splendore, quam antiquitate constat; hæc, certe paulo ante constituta cum antiquissimis & toto orbe celeberrimis iure certare poterit. Satis enim illa præ se fert specimen integritatis, Prudentiæ, Pietatis, Fidei & Religionis, quibus mirum in modum excellit Henricus Princeps clarissimus; qui illam egregie fundatam, mirifice auctam, omnibus necessarijs rebus munitam, nobis & posteritati exædificauit.* Altera etiam instituta nuper à Ioanne II. Portugalliæ Rege.

Academiæ.

Sunt Lusitani omnium Hispanorum fortissimi, veloces, agiles, mobili corpore leuique, vt facile & fugiant hostem & insequantur: prompti, laboris patientissimi. Sunt & eo ingenio, vt magnifice de se & rebus suis sẽtiant: atque ipsi dictitant se viuere ex opinione, hoc est se sustentari potius eo, quod se esse putant, quam eo quod reuera sunt. Rei Naualis sunt peritissimi, ac Nauigationibus ad incompertas Regiones toto Orbe notissimi; Mercatorum commercijs ditissimi. Maxime autem Mercaturæ Lusitani student, ad quam loci commoditas ipsos non parum inuitat. Nam facie versus Occidentem conuersa, habet à dextra hoc Regnum Galeciam, Biscaiam, Galliam, Angliam, Germaniam, & reliqua Regna Septemtrionalia: à fronte Insulas Accipitrum, quæ alias Terceræ nominantur; Insulas Fortunatas, vna cum Indijs Occidentalibus. A sinistra Andaluziam & Fretum Herculeum, per quod in Mare Mediterraneũ, & inde in Italiam & Græciam nauigatur. Rejicto vero Freto, si à sinistra Africam circumnauiges plurimẽ inueniuntur Regiones, & plurimi populi vt cõstat, Antiquitati incogniti.

Mores. *Mercimonia.*

Algarbia.

Sub Portugallia hoc tempore *Algarbiæ* regnum pertinet. Hæc ab Arabibus nomen accepit, significatque Campum Arumque felix & vber, in quo omnia ad commutationem necessaria. Linea autem cuius initium ab Ana fluuio inter Amnes qui vulgo *Vataon* & *Careì-vas*: finis autem ad Opidulum *Odeseixa*, id est ab Oriente versus Occidentem protracta, separat *Algarbiæ* regnum ab ipsa Portugallia, omnium Hispaniæ Regnorum minimum & ignobilissimum. Comportantur eo ex varijs Hispaniæ partibus secundo Anę decursu Vina omnis generis, Sicca, Bastarda, Romana, & eius classis alia; quæ porro nauibus imposita in Galliam, Inferiorem Germaniam, alioque auehuntur. Opida habet *Balsam* Ptolemæo, Plinio, Antonino & Pomponio Melæ, quæ hodie *Tauila*, vt Coquusopinatur: *Ossonobam* Plinio & Antonino; quorum ille *Lusturiam* cognominat, Οσσόνοβα est Ptolemæo, putaturque quæ nunc *Silus*. Fuit etiam ibidem ad Sacrum Promontorium Vrbs *Lacobriga* Pomponio, cuius etiamnum ruinæ ruderaque visuntur prope *Lagos* opidum maritimum, in Vico, qui Lusitanica Lingua *Lagoa* vocatur, vti scribit Vasæus: Eius Incolæ Λαγγοβρῖται Plutarcho, Sertorium depingenti. *Algarbia*, Comitatus initio in dotem ab Alphonso X, Legionis Rege, vt prisci referunt Annales, datus fuit Alphonso III Portugalliæ Regi, quum filiam ipsius Patricem, quam ex Pellice genuerat, vxorem duceret. Natus ex eo coniugio *Dionysius*, qui primus Algarbiorum Regis titulum vsurpare cœpit. Sed de Portugallia ac de Algarbia hæc sufficiant, ad reliquas Hispaniæ partes transeo.

Ferio. *Vnde dicta.* *Situs.* *Opida.* *Imperium Maiorum.*

Regio.
Vnde dicta.

Biſcaia Ioanni Gerundenſi Epiſcopo à Baſtulis Bæticæ antiquis cultoribus nomen trahit. Hi enim cum primum ex Libya in Hiſpaniam Bæticam conceſſiſſent, à Mauris loco pulſi in Galeciæ montes confugerunt, ibique domicilia ſtatuentes nomen gentis retinuerunt, vt *Baſtulia* ab eo tempore dicta ſit, quæ nunc *Biſcaia* nominatur. Hi proprium Idioma Barbaricum à Latino non admodum diſtans effecerunt, quo etiamnum vtuntur. *Biſcaia* à nonnullis *Viſcaia* appellatur, quæ vox ad Vaſconum nomen proxime accedit.

Situs.
Cæli temperies.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.

Hiſpaniæ Regio eſt ad Oceanum Montibus obſita. Temperatius in ea clementiuſque Cœlum, quam in reliqua Hiſpania. Magnis enim Montibus circumdata nec frigore nimio infeſtatur, nec calore nimio torretur. Regio Arboribus, quæ Nauibus fabricandis idoneæ, referta. Nouit hoc præter alias Prouincias tota Hiſpania, qui integræ nonnumquam Claſſes hinc ſubuehuntur. Caſtanearum, Nucum, Pomorum, quæ *Aurea* cognominantur, Reſinæ, Metallorum omnis generis, præcipue Ferri, Nigrique Plumbi, & aliarum rerum feraciſſima. Vino carenti potum ſubminiſtrant Poma ſaporis optimi, preſſa. Animalium hic Terreſtrium, Marinorum, Volatilium, Fructuum, omniumque, quæ vitæ hominum commodius agendæ neceſſaria, ingens copia. Quam *Biſcaiam* hodie dicimus, habitarunt olim *Cantabri*; latius tamen quam ipſa Biſcaia patet, occupatis etiam locis ijs, vbi nunc *Guipuſcoa* & *Nauarra*. Populi celeberrimi multorumque ſcriptis decantati. Hi vitam nullam ſine Armis eſſe exiſtimabant. Omnibus Hiſpaniæ Populis ſubactis, & in Populi Romani poteſtatem adductis, ſoli cum Aſturibus alijſque Conregionalibus vinci non potuerunt, vnde Horat. lib. II Od. VI:

Imperium Maiorum.

Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.

Vltra Montes enim, qui à Pyrenæis perpetuo procurrunt ad Nerium vſque Promontorium, habitabant, neque, niſi cum maxima difficultate ſummoque periculo adiri poterant. Debellauit tandem ferociſſimam gentem, bello fere quinquennali fractam & defatigatam, Caſar Octauianus Auguſtus; ipſe contra eos, reliquoſque Romanis nondum parentes profectus. Subiugauit autem Cantabros Vipſanij Agrippæ, ceterorumque Legatorum quos ſecum duxerat, induſtria & fortitudine.

Opida.

Eſt in Biſcaia, præter alia, opidum nobile *Bilbao*, quod quomdam vti cenſent Villanouanus & Henricus Coquus, φλεβοτομεῖα, vt quidem in Græcis Ptolemæi Codicibus legitur. *Bilbao* dictum, vt quidam opinantur, quaſi, commutatione litterarum Hiſpanis familiari *Biluao*, id eſt *Bellum vadum* Condidit Didacus Lopeus de Hazo, Cantabrorum Princeps anno ab Chriſto nato CIↃCCC, aut circiter. Tria cum primis hoc opidum commendant, Situs oportunitas, Annonæ copia, mirabiliſque Negociorum Hominumque varietas & multitudo. Situm eſt in loco plano duobus ab Mari milliaribus. Panis habet genus, ſingularis excellentiæ & bonitatis, quod Incolis *Pan del Fuego*, vel *de Arregoriaga* vocitatur. Per hoc Opidum in reliquam Hiſpaniam importatur, quidquid Anglia, Gallia, Belgica mittunt; per idem ipſum exportatur quidquid cum ijſdem alijſque Regionibus communicandum cenſet Hiſpania. Reperire hic eſt Ciues, qui ſoli quotannis ſua pecunia tres quatuorque naues ædificari curant. Ab altera parte, opidulum habet in ora maritima, *Portugallette*, vulgo nuncupatum, à quo riuus quidam, maris ingens brachium, non ſolum in hanc Vrbem vſque ſed in ipſas etiam domos influit. Hoc importari atq; exportari paruo negocio, viliquе precio, varia Mercium, aliarumque Rerum genera indies videre eſt.

Maris commoditates.

Sunt etiam in Biſcaia portus nobiliſſimi. Nec eſt cur piſcium vllum genus requirat, cum & optimos habeat, & quantos fere velit, eoſque recentes. Margaritas item marinæ non negant conchæ, ſed quæ ignobiliores. Inter Montes quibus cingitur, Mons eſt *S. Adriani*, in quo antrum apparet, via qua in Galliam renditur, per quod viatores vltro, citroque commeant. Hic enim in Biſcaia via lapidea per antrum huius *S. Hadriani* Montis recta ducit, incipiendo à pago *Galerota*, vbi ob aſperrimam itineris difficultatem, incommodus equorum vſus, qui proinde manu ducendi ſunt, & quia ſumma montium iuga abrupta & imperuia, glacies niueſque perennes nulla profectione ſuperari poſſunt: neceſſitas, & quam hæc excitare ſolet induſtria, artem modumque inuenit, quo montem peruium faceret, & in eo antrum ſeu Cryptam perfoderet, mediocriter quidem latam, longam vero, in quantum ſagittæ iactus extendere ſe queat. In ingreſſu, ab Hiſpaniæ latere, ſubobſcura eſt, aliquantulum deorſum ducit, & in medio ad ſiniſtram vergit, vbi deinde, ad exitum veluti ſtella, gratum lucis beneficium affulgere incipit, &, qua parte Galliam reſpicit, muro & porta clauditur.

Mores.

Gens affabilis, hilaris) elegans. Virginibus Biſcainis mos, quamdiu innuptæ ſunt, nec Capillos alere, nec velari. Statim vbi nupſerint, caput velant, & vitta tegunt in modum galeæ compoſita ex linteo coloris aurei, quam eum in modum inuoluunt, vt in fronte, veluti cornu aliquantulum extet.

Commercia.

Magna fit Hiſpanis, cum Gallis, Belgis, Anglis, alijſque Populis commercia. Lana præcipue facit, vt omnia Fora Locaque ab Emtore Venditoreque ferucant.

Guipuſcoa.

Regio.
Nomina.
Situs.
Cæli temperies.
Soli qualitas.

Guipuſcoa Cantabrorum etiam olim erat regio. Nonnulli *Lipuſcoam* & *Lipuſcam* vocant: corrupte, vt notat Stephanus Garybayus eius Incola. Vnde autem hæc appellationem habeat, non facile dixerim, niſi forte ab *Opuſcua* antiqua ciuitate nomen trahat. Concluditur ad Ortum Amne *Vidoſone* (qui & *Vidorſo*, *Alduida*, *Huria*, & *Beeyria*, medius inter Galliam & Hiſpaniam) Pyrenæiſque Montibus; ad Meridiem Nauarræ Regno, ad Oceanum Biſcaia, de qua modo dixi, ad Septemtrionem Mari Cantabrico. Circumitus eius triginta ſex milliarium. Temperata autem maxime hæc regio eſt; neque enim ſentit frigoris moleſtias, neque Solis vehementes ardores, cœlo autem vtitur humido & inconſtanti. Cum vero omnis ſit montoſa & aſpera, non eſt vſque adeo culta, quę tamen in ea loca coluntur, valde ſunt fertilia. Vineta non habet niſi pauca in parte maritima. Cæterum regio vbique Ferri & Chalybis ferax, adeo vt nuſquam terrarum ferri maior ſit abundantia aut præſtantia: tantumque eius materiæ hic effoditur, vt multis regionibus ſufficiat. Vulcani officina, Martiſque Armamentarium ab Natura videntur hic conlocata: tantam ibi videre eſt non ſolum Ferri, & Chalybis, ſed & factorum inde Armorum copiam, vt non immerito *Murus* ſiue *Propugnaculum Regnorum Caſtellæ* & *Legionis* in quibuſdam regionis Archiuis cognominetur. Scribit Nauagierus hoc tractu tantum Ferri Chalybiſque effodi, vt ſingulis annis XXC millium Ducatorum inde quæſtus fiat.

SEPTENTRIO
MERIDIES
ORIENS
OCCIDENS
CANTABRICUS OCEANUS
Scythicum prom.
C. de Pinas
C. de Mathafuenes
Baiona
Bilbao
Vitoria
Santillana
Lanes
Riba de Sella
Oviedo
Metropolis Asturie
ASTURES
Asturias
Villa Viciosa
Avilles
Gijon
Leon
LEONIS
Astorga
ASTURICA
Palencia
PALANTIA
Miranda
Conora
SENTICA
Zamora
Salamanca
Ciudad Rodrigo
Coimbra
Porto
Braga
Tuy
Tortosa
Zaragoza
Burgos
Soria
Segovia
Madrid
Toledo
Cuenca
Valencia
Alicante
Murcia
Cartagena
Granada
Malaga
Cordoba
Sevilla
Jaen
Ecija
Ronda
Tarifa
Cadiz
Gibraltar
Tangier
Ceuta
Tetuan
Fez
Tlemcen
Oran
Algiers
Tunis
Bona
Cagliari
Palermo
Messina
Naples
Rome
Venice
Milan
Genoa
Marseilles
Toulouse
Bordeaux
Nantes
Rouen
Paris
Calais
Dover
London
Canterbury
Southampton
Plymouth
Exeter
Bristol
Chester
Liverpool
Manchester
Norwich
Ipswich
Cambridge
Oxford
Worcester
Gloucester
Hereford
Shrewsbury
Lincoln
York
Durham
Newcastle
Carlisle
Edinburgh
Glasgow
Stirling
Perth
Aberdeen
Inverness
Dublin
Cork
Galway
Limerick
Belfast
Derry
Dublin
Cork
Galway
Limerick
Belfast
Derry
Dublin
Cork
Galway
Limerick
Belfast
Derry

Non igitur sine causa Montem ibi scribit Plinius lib. XXXIV. cap. XIV., totum ex ferro: *Cantabria*, inquit, *maritima parte, Mons præcipite altus, incredibile dictu, totus ex ea materie est.* Conlocantur hic a Ptolemæo, Pomponio, Plinio, alijsque Populi *Oregevionei*, *Autrigones* & *Varduli*. Primorum memoria videtur etiamnum servari in Opidis *Orendain*, *Oreſa* & *Orio*, cuius appellationis ibidem etiam fluuius est non ignobilis. Metropolis est *Tolosa* ad Confluentes sita Araxin & Oriam. Sunt & alia Opida; *Placentia*, vbi fabrorum ferrariorum incredibilis copia: *Motrico*, vel vt alii scribendum censent *Monte de Trico*, ab scopulo cognomine, qui opido immine: *Fuentarabia*, Ptolemæo φλαουϑόϑγα: *Fanum D. Sebastiani*, olim *Hiçuru*, postea *Don Bastia*, & corrupte hodie *Donastien*, idem sonans quod *Diuus Sebastianus*. Don enim Cantabris nihil aliud, quam quod Latinis *SANCTVS*, Castellanis *SANTO*. Loca namque in Cantabrorum agris varia plerumq; habent nomina, ob Linguarum differentias. Aliter ipsi Cantabri, aliter Hispani reliqui, aliter Galli, qui ipsis Confinales, vocant. Situm est hoc opidum ad ostium fluminis, quod *Menascus* Pomponio Melæ, Ptolemæo

Fluuij Chalybi. μινόσκα, hodie *Rio Garumea*, vel *Vramea*. *Chalybs* fluvius in Iris regionibus oritur, Cuius Aqua ad ferri temperamentum plurimum valet; adeo vt Hispani non alia Arma, nisi quæ huius liquore temperata, adprobent. Ab hoc flumine Populos *Chalybes* Iustinus Lib. XLIV. ait appellatos. *Fanum D. Sebastiani* Portum habet amplissimũ, non arte humana, sed sagacis naturæ providentia factum, in quo Naves ab sævientibus vndis Ventisque parum faventibus securam et tutissimam inveniunt Stationem. Ingressus patet inter duo Casiella; quorum quod ad Orientem, in edito Monte exstructum, Occidentaliore, quod in Rupe est, eminentius; et alios. Incolæ ijdem cum Biscainis sunt moribus eademque vtuntur lingua. Natura sunt ingeniosi, politici, satis exculti, ad alliciendum faciles, et qui difficulter cogi possunt, honoris cupidi, suorum privilegiorum defensores acerrimi, agiles, animosi, ad tractanda omnis generis arma dexterrimi, et ad militiam proclives. Sunt et mulieres admodum robustæ, planeque viragines, corpore bene habito, forma bona: Licet laboribus assuetæ, ac idcirco minus arrogantes. Matris Adcolę Navigationi piscibusque, cum alijs: tum quos *Baccalaos* appellant, capiundis, magno lucro, dant operam.

Portus.

Mores.

Legio.

Regio. Nomina. Sequitur *Legio*, cui nomen ab *Legione* VII *Germanica*, quæ hic olim (Nervæ Imperatoris principatu, vt quidam autumant) stativa habuit. Ioannes Gerundensis Paralipom. Hispaniæ Lib. III, initio *Eleonam* dictam scribit ab *Eleona* Provincia Libyæ propinqua Syriæ et Æthiopiæ, in qua, ne scilicet appellationis causam ignoremus, maxima Leonum copia invenitur. Inde Leonis huic Regno vt et vrbi figuram pro armis et insignibus esse vsque in hodiernum diem. Hanc Hispaniæ partem qui hodie habitant, eos plerique volunt fuisse, qui *Vettones* Plinio; Ptolemæo, Straboni, Appiano βέττωνες, *Vergones* male in Latinis Exemplaribus. *Vettonia* etiam mentio apud Prudentium. Hi populi, quo tempore primum in Romanorum venerant potestatem, quum quosdam Centuriones viderent deambulandi causa hac illac se flectere, opinati eos (magnum hoc simplicitatis indicium) insanire, Duces se, vt refert Aelianus Lib. II Variarũ Cap. V, ad Tabernacula eis præbuere: putabant enim aut in Tabernaculo quiete sedendum, aut pugnandum esse.

Vrbs Legio Gemina. Metropolis, Vrbs illa clarissima Regioni cognominis, quæ λεγιὼν γεμανικὴ Ptolemæo: *Legio Gemina*, Antonino: *Leon* hodie vulgo: quod nomen, quur ab Leonogildo Gothorum Rege malit, quam ab Legione ipsa Franciscus Tarapha derivare, non video. Moralis tradit etiam *Sublanciam* olim dictam, adscribens eius nominis vestigia etiamnum exstare in loco, qui sesquimiliari distans Legione, dicitur *Sollanco*. Consulendus hac de re Thesaurus Ortelij. Illud præterea minime omittendũ suggerit Hieronymus Surita Cæsaraugustan' Commentario in Antonini Augusti Itinerarium, exstare Auctores, qui ante CCCC annos id prodiderint, huic Vrbi quondam *Floris* nomẽ fuisse inditum. Præfectum Legionis VII Geminæ *Legione* constituit Scotus, Auctor Notitiæ Provinciarum. De Templo Legionensi sic scribit L. Marinæus Siculus Lib. III. de rebus Hispaniæ: *Et si Templum quod ætate nostra Civitas Hispalensis ædificat, alia omnia magnitudine præstat: etsi Toletanum cunctis alijs divitijs, ornamentis & specularibus fenestris est illustrius: etsi denique Compostellanum fortioribus ædificijs, & rebus alijs memorabilius est: Legionense tamen artificio mirabili, meo quidem iudicio, omnibus est anteponendum; in cuius claustro Sacellum est, in quo iacent Reges septem & triginta, & vnus Hispaniæ Imperator.*

Illud autem memoria dignissimum est, quod ab hac Vrbe cœperit circa annum Ɔ CCXVI Recuperatio Hispaniæ quã totam fere Maurorum et Saracenorum gens occuparat. Pelagius enim, vt cum alijs referunt Rodericus Toletanus Libro de rebus Hispaniæ VI per multa capita, et Rodericus Sanctius parte I. Hist. Hisp. Cap. XI, ex regio Gothorum sanguine, Fafilæ Cantabriæ Ducis filius, ad Christianorum, qui in Montes Asturiæ confugerant, reliquijs Rex consalutatus, magna strage Maurorum edita, vix Regnum orsus, hosti Legionem eripuit: ibique sedem sui Principatus figens, novum Castellum, quasi propugnaculum adversus Barbarorum vim et incursiones, exstruxit: vnde *Comites* deinceps *Castellæ* dicti, de quibus postea; reiectis autem Gothorum Regum Insignibus Leonem sumsit Rubrum in albo Campo ferocientem, quo hodieque Reges Legionenses vtuntur. Pelagium in Regno sequutus est Fafila filius; hunc autem Improlem Alphõsus Catholicus, Petri Cantabriæ Ducis filius, ex genere Ricaredi Catholici Gothorum Regis oriundus: qui vxorẽ Duxerat Ormisendã Fafilæ Sororem vnicam et hæredem. In Alphõsi familia posterisque Legionis principatus mansit vsque ad Veremundum, Regem Legionis XXIV; quo, anno Cl Ɔ XX sine successore defũcto, Sanctia Soror, Ferdinando Navarreo, Castellæ Regi nupta Legionense Regnum ad Castellanum transtulit. Hic tres habens filios, *Sanctium* quidem Testamento Castellæ Regem; *Alphonsum* Legionis et Asturum: *Garciam* denique Galleciæ (quæ ab Conjugis Maioribus adquisita Comitatus ad illud vsque tempus fuerat) et Portugalliæ nominavit. *Sanctius*, divisionis paternæ impatiens, fratres, *Alphonsum* quidem Regno deturbauit, *Garciam* autẽ occidit. Quum jam *Sanctius* circiter sex annos regnasset, & ab Vellido per fraudem esset obtruncatus *Alphõsus*, qui Toleti apud Maurorum Regem exsul vixerat, non solum Legionis, quod ex Patris voluntate obtinebat, recuperavit: sed & Castellæ, Galleciæ Portugaliæque regna est consequutus. Huic successit Alphonsus *VII* omnium qui ante ipsum fuerant potentissimus, Hispaniæque Imperator nuncupari meritus. Ab eo tempore *Legio* vnum semper habuit cum Galecia Castellaque Regem & Principem. Sed de his satis, ad Castellam accedamus.

Imperium Maiorum.

Regio vnde dicta.

Veteris Situs.

Soli fertilitas.

Imperium maiorum.

Vrbes.

Fluminia.

CAstilia siue *Castella* (cui nomen ab Castello, quod Pelagius Rex, Legione ab Mauris recuperata, vt Propugnaculum, contra hostes exstruxerat) quondã *Bardulia* dicta fuit. Hanc duplicem faciunt Hispaniarũ Delineatores, *Veterem* et *Nouam*. *Veterem* circumdant ad Boream Asturia et Biscaia; ad Occasum Portugallia: ad Meridiem Castella Noua, Montibus qui fere per Longitudinem Hispaniæ incedunt, intercurrẽtibus ad Ortum Aragonia et Navarra. Regio fertilis Frugum, Vini, omnis generis fructuum, Croci, & Animalium. Castellæ autem Regno tale legitur fuisse initium. Pelagius erepta rursum Mauris Legione, Castellum quasi propugnaculum adversus Barbarorum vim exstruxerat, cui qui Præfecti *Comites Castellæ* nuncupati, Regem Legionensem, vt Principem diu agnoverunt vsque ad Ordonium II, decimum quartum Asturum, Legionisque Regem: qui quũ Comites Proceresque *Castellæ* per speciem Colloquij ad se evocatos obtrũcasset: Castellani pessimo scelere indignati, projecto Regum Legionis iugo, ex suo corpore duos elegerũt Iudices Nunium Rasuram et Lainum Calvum: vnum, qui Iuridicundo, alterum qui rebus Bellicis præesset: quorum Liberi horũque Posteri *Comites Castellæ* sunt appellati vsque ad Sãctium Majorem Navarræ Regẽ, qui quum bello fortis Cordubam et Toletum Saracenis eripuisset, Mauros omnes Navarra, Arragonia, Castella, Legione, Portugallia, alijsque Hispaniæ locis exturbasset, totamque Hispaniam Christiano nomini restituisset, ducta Elvira Sanctij Castellæ Comitis filia, Garsiæque postremi Comitis Sorore et ex Asse herede, Se doris nomine non Comitem, sed Regem Castellæ scripsit, Regnumque ad Ferdinandum filium, Legionis etiã Regno per Coniugem Sanctiam locupletatum, transmisit. Ferdinando successit filius Sanctius; huic Frater Alphonsus: cujus filia Vraca (nam Stirps mascula objerat) quum, post Raimundũ Berengarium Tolosæ Comitem, Alphonso Regi Aragoniæ nupsisset, Aragoniæ, Castellæ et Legionis Regna fuerunt vnita. Metropolis Veteris Castellæ *Civitas Burgensis*, vulgo *Burgos*: *Bravum* putatur Ptolemæi. Vrbs antiquissima, multisque rebus insignis, et inter primarias Hispaniæ merito referenda, CL. sub se habens minorũ gentium opida; magnis, pulchris commodisque ædificijs passim adornata; Foris venalibus, Plateis, Vicis, Pontibus; Templis, Coenobijs, Amnibus exculta; ob incredibilem Incolarum cujuscũque ætatis, sexus, conditionis, industriam et diligentiam memoranda. Circumdant suam Metropolin iucundissimo commodissimoque situ: *Palentia*, ad Carrionis marginem sita: *Palantia* Plinio. Melæ. Ptol. et Appiano, *Pallantia* Straboni; *Peralantia* corrupte apud Antoninum. Hãc ab Rege Hispaniæ Palatuo conditam quidam fabulantur. Hic olim Academiã fuisse volũt, quæ nunc Salamanticæ. *Valdoledum*, Sedes olim Regia; locus in amoenissima Pisuergæ ripa, non Hispaniæ solum sed Europæ totius pulcherrimus; cui quæ Vrbs anteponatur, non invenitur: agro beatus fertili: Forũ ibi pulcherrimum amplissimumque; cujus ambitus ↃCCC, passuum: quumq; multis alijs de caussis hoc opidũ valde sit nobilitatum, multo tamen magnificentius illud reddidit inlustrissimus Philippi Regis Hispaniarum ortus. Vulgo *Valladolid*; quod *Vallem Oleti* sunt qui interpretantur. *Pintia* Ptolemæo, *Pincia* Antonino, vt censet Carolus Clusius. *Simanca*, Antoniuo *Septimanca*. *Camora*, Ptol *Sarabris*, vt Clusio videtur: quæ vitiose *Sabaria* apud Antoninum: *Sarabrim* tamen esse putant Forianus del Campo et Gomerius opidum illud, quod vulgo vocatur *Toro*, Latinis *Taurus*, ad Durium fluvium Non autem postremi hic visitur loci *Salmantica* Antonino, & Ptolemæo, *Salmatis* Polyæno: *Salmanca* vulgo. Hanc a Salaminis et Atticis, Græciæ Populis cõditam notant Ioannes Gerundensis Paralip. Hisp. lib II, & Ioannes Vasæus Hispaniæ Chronico ad annum post diluvium CIↃCXXXIX. Haud procul hinc ad fluuium, qui vulgo *Gada*, *Civitas Roderici* Comitis, *Cuidad Rodrigo*, quæ vt putant Vasæus & Clusius, ἀνωφέγα Ptol., Celticorum opidum in Lusitania. Tendẽtibus hinc versus Meridiem occurrit *Coria*, *Caurita* quondam, vt scribit Clusius: *Cauriam* ab Latinis Iuniorib* appellari tradit Andr. Schottus. Cauriæ versus Ortum ad nonam circiter Leucam est *Placentia*, vrbs pulcherrima: cuius Citria, ceterique Arborum fructus, nec non Panis candidissimus maxime solent commendari & expeti: *Plazencia* vulgo. Habet Placentia sub sua ditione Opida amœnissima, in quis est *Xavahicium* Nemoribus superbiens, & *Pisaro* in Convalle jacens, velut altare, vt Marineus notat, in Testudine templi. Montes Placentiæ adjacentes, ab ipsa vrbe *Vera de Plazencia* cognominãtur. Quæ *Avila* hodie, Ptol. ἄβελα nuncupatur, vt vult Clusius. Haud procul fontibus *Areva*, *Segobia* jacet, quæ Plin. & Antonino *Segovia*, vt hodieque, Ptol. ϛεγοβία. Vrbs est Lanificio & Aquæ ductu visendo Romani operis nobilis: in qua, vt Vasæus scribit, illud memorabile, quod illic nemo conspiciatur ociosus, nemo mendicus, nisi qui per ætatem aut morbũ opus facere non possit: quũ nulli desit, vnde victũ quærat, aut in quo se exerceat. Quæ nũc *Aranda* ad Durium flumen, *Rhauda* Vaccæorũ vrbs est Ptol. in Hispania Tarraconensi: *Rauda* Antonino ex emendatione Hieronymi Suritæ: nam antea *Raudaclunia* cum altera mansione mista legebatur. Quæ incerto Scriptori *Exoma*, *Vxoma* Plin. est, qui addit nomen hoc crebro alijs in locis vsurpari, *Vxsama* per S. in antiquo marmore legitur: *Osma* hodie dicitur. Reliquas nominatis à nobis adponendas Curiosioribus relinquimus. Fuerunt olim hic etiam aliæ Vrbes nobilissimæ: sed quæ vel dirutæ, vel tantam passæ calamitatem, vt de loco certo parum constet. Inter eas principem facile locum tuebatur *Numantia*, totius quomdam Hispaniæ robur, fortiumque Militum genitrix, *quantum*, inquit Florus lib. II. Hist. Rom. cap. XVIII, *Carthaginis*, *Capuæ*, *Corinthi opibus inferior*, *ita virtutis nomine & honore par omnibus*, *summumque*, *si viros æstimes*, *Hispaniæ decus*: *quippe quæ sine Muro*, *sine Turribus*, *modice edito in tumulo apud Fiumen Durium sita*, *quatuor millibus Celtiberorum xl millium exercitum*, *per annos XIII. sola sustinuit*: *nec sustinuit modo*, *sed saevius aliquanto perculit*, *pudendumque fœderibus adfecit*. *Novissime quum invictam esse constaret*, *opus quoque eo fuit*, *qui Carthaginem everterat*. Numantiam quasi coronabant præsignes aliæ vrbes. *Graccuris*, *Turiaso*, *Augustobriga*, *Clunia*, *Segisamunculum*, *Segisama Iulia*, *Intercatia*. Sed hæc de vrbibus & opidis sufficiant. *Durius* fluuius hanc interfluit, in quem tot Amnes & Riuuli concurrunt, vt maximus Hispaniæ censeatur, licet parum sit navigabilis ob rapidum cursum, obque angustiam; magnis attamen navigijs permeabilis est ad centum milliaria et amplius. Hic cæteris Amnibus Minio excepto, grandiores fert Alosas, Lampetras & Troctas quas jure præferunt delicatioris gulæ æstimatores, Salmonum parcior & Sturionum. Habet Castella Vetus Clarissimam Academiam in vrbe *Salmantica*, variis Pontificum Regumque Privilegiis ornatam, Disciplinarum omnium genitricem, à qua omnes ferè Hispaniæ Vrbes & populi tanquam a Domina, Leges petunt & Iura. Hinc Consiliarii, Theologi, Iurisconsulti, Medici, reliquarũque scientiarum Magistri in varias Hispaniarum Provincias & Regna peti proficiscique cõsueverunt. Iura ibi sunt professi Didacus & Antonius Covarruviæ, vti ipse Didacus in variis Resolutionibus testatur, non vno loco. Dominicus a Soto lib. I. de Iustitia & Iure suam vocat Academiam. Hæc de Castella Veteri dicta sufficiant, ad Novam transeamus.

CASTILIÆ VETERIS ET NOVÆ DESCRIPTIO
Anno 1606
Septentrio
Occidens
Oriens
Meridies
NAVARRA
PAGO
NIAE
PARS
VASCONIÆ
PARS
PORTUGALLIAE
PARS
CASTILIA VETERA
CASTILIA NOVA
LUSITANIA
Vera de Placencia
Campo de
Leuca Hispanica
Milliaria Germanica

Terio. *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes.*

Castella Noua, ad Septemtrionē adhærens Veteri, reliquis lateribus clauditur Portugallia, Extremadura, Andaluzia, Granada, & Valentia. Abundat Tritico alijsq; Segetibus, ad vtramq; Tagi ripā sita. Nobilitarunt quōdā hanc Hispaniæ partē Καρπηταοι Ptolemæo, Καρπητανοι Strabo: quos etiā Villanouanus & Moralis *Regnum Toletanum* interpretantur: Καρπητες vocat passim Polybius, vt & Liuius: apud quē etiā, vt itē apud Pliniū *Carpetania* legitur *Regio*. Metropolis Castellæ Novæ *Toletum*, vt Latini vocant: Τόλετον Ptolemæo: hodie *Toledo*. *Toletanos* nominat Pliniūs: *Colonja Toletana* est in Numinis Augusti apud H. Goltzium: Serezolam etiam scribit appellatā fuisse Villanouanus ad Ptolemęum. De Conditoribus, nunc Hercule, nunc alijs quæ adferuntur, fabulosa magis sunt, quam vera. Centrum est & quasi vmbilicus Hispaniē: Situs cliuosi, inequalis, & asperioris, ascensus ambulationisque difficilis. Maiorem partem adluit & contra hostes tuetur Tagus: qua Arcticum spectat Polum, muris munitum est validissimis Turribusque Cl; quarū auctorem memorant circa annum 10 cclxxiii Bambam Regem, quem etiam hos Versus in Turri quadam, nitido, lucidoque marmore, insculpendos curasse, scribunt Rodericus Toletanus Achiepiscopus lib. iii. de reb Hispaniæ cap. xi, & in Chronico Ioannes Vasæus:

EREXIT, FAVTORE DEO REX INCLYTVS VRBEM
BAMBA, SVAE CELEBREM PROTENDENS GENTIS HONOREM.

Nobilium ingens in hac Vrbe numerus: Cives admodum sunt industrij. *Vrbis Regiæ* cognomen adeptum est Toletum post adventum Gothorum, qui sedem Regni illuc transtulerunt, quum antea, vt Rodericus Toletanus tradit, ab Vandalis, alijsque Germaniæ populis, qui vna in Hispaniam commigrarant, Hispalis Vrbs Regia & vocata fuerit & habita. Cum alijs amplissimis ædificijs, tum templo nobilitatur augustissimo, pulcherrimo, ditissimo. Multa Toleti Concilia leguntur celebrata; certe vltra xvii numerantur, quot alibi nusquam. Describunt *Toletum* Gomecius lib. vi de rebus Iacobi Aragoniæ Regis, Nauagierus in Itinerario, Petrus Medinensis, L. Marineus Siculus lib. ii. de Rebus Hispaniæ. Toletum, vt Matrem Reginamque suam venerantur *Madritum*, vulgo *Madrid*; Aeris situsque salubberrimi; vbi Carolus v. Imperator dies paucos commoratus, Morbo Quartanæ, quo diu laborauerat, est liberatus. Rebus omnibus abundans gratum nunc est Hispaniæ Regibus Domicilium; Incolis hinc plenum, multisque primæ nobilitatis & equestris dignitatis viris, illustribusque familijs nobilitatum. Silicum illi sunt in circuitu Lapidicinæ: vnde *Cinctum Igne* cecinit Hispanus Poeta Ioannes Mena. Terminos habet latissimos, camposque fertilissimos, quos *Matricios Lumbos* appellant. Non procul hinc *Villamanta* est; quæ vt volunt B. A. Montanus, Tarapha & Villano. Μάντα est Ptol., carpetanorum in Tarraconensi Hispania opidum. Quæ vulgo, voce Arabica, Hispanis hodie *Alcala de Henares*, tam certo creditur Κόμπλετον Ptol, vt Latine etiam non aliter in publicis Actis & Monimētis audiat. Situm est in loco plano, ad Fluuium, quem *Henarem* vocant; rerum omnium quibus humanus vsus indiget, copia, suisque prouentibus adeo abundans; vt nullis aliunde bonis opus habeat. Ecclesia ibi, cujus omnes canonici sunt Theologi. *Segoncia* Antonino inter complutum & cæsaraugustam medio fere itinere; *Siguença* nunc appellatur Varrerio & Morali iudicibus. *Alcantaram* in ripa Tagi scribunt Varrerius & alij esse quæ Νωρῶα Κοντόρια Ptol.; *Noroensis Colonia* Plin. Opidum est insigni conspicuum Ponte, venerandæ & antiquitatis & maiestatis. Quæ *Talauera* nunc, Liuio *Æburam* nominari opinantur Beuserus & Moralis. Sunt hic etiam *Cuença, Cauenses* Plin. *Lebuzuça*, Antonino *Libisosa*, *Castona Laveia*, castulo eidem Antonino. *Tagus* flu. castellam nouam irrigat cum alijs Amnibus ac riuulis in eum concurrentibus; & in ea suos fontes habet *Anas* fl. nunc *Guadiana*. Sed de his satis, ad Opera publica venio. Quinta Madrito leuca versus Occidentem conspicitur magnificum illud & sumtuosum Monasterium S. Laurentij *in Escuriali* vulgo Ordinis D. Hieronymi: Philippi Hispaniarum Regis opus; quod merito certare potest cum Aegyptiorum Pyramidibus, cum Veterum Græcorum Romanorumque Templis, Theatris, Amphitheatris, Ludis, Circis; Thermis item, Balneis, Sepulchris; cum alijs denique variorum Regum & Principum Monimentis. Operi tanto vix quid est par, vix quid secundum. Frontispicium eius, Occasum spectans, tribus superbit portis: quarum quæ Media primariaque in Templum augustissimum, Cœnobium, Collegiumque ducit, quæ ad dextram, in Officinas Monasterio consecratas; quæ ad sinistram in Domos Scholæ destinatas. Quatuor Angulos totidem exornant mirabiles arte sua Turres; quas etiam duæ superant ad ipsius Templi pedem hinc inde fastu quodam consurgentes. Supra Ostium Templi magnificæ Stylobatæ Statuas sustinent ex Marmore Tophoque sex Israehelis Regum, pedes altas xviii. Ad Septemtrionem Palatium Templo adsitum visitur, Regi Regioque Comitatui commodissime excipiendo paratum. Ad Meridiem varię sunt Porticus; Hortus omnis generis instructus Herbis Floribusque, & plurimis ornamentis; Pomarium gratissimis consitum fructibus: item Nosocomium, Pharmacopolium, & alia. Videre ibi est inter alia depictum artificiose Conflictum inter Ioannem ii Legionis Regem & Mauros Granatenses; extractum ex Linteo cxxx pedum, quod totam Historiam continens repertum fertur Segouiæ in pervetusta Turre. Quid superest? quidquid ibi occurit, stuporem inijcit spectanti: ideoque de ijs, quæ dicenda restant, silere cum modestia præstat, quam ieiune pauca in medium proferre. Est etiam Toleti celeberrimum Palatium ab Carolo v. restauratum, nouisque structuris regio adparatu exornatum: in quo, præter alia multa singularia, Machina visitur hydraulica, miro Italorum ingenio fabricata, quæ ex Tago flumine, opera magnæ versatilis & excauatæ rotæ, Aquas in Fistulas & Tubos per Canales in summitatem Arcis & Montis artificioso impetu cogit & impellit; vbi vnum in locū & amplum receptaculum collectæ in varios Arcis Vrbisque totius vsus dilapsæ distribuuntur; quæ riuulos deinde & fontes Hortis, Magnatum ædibus, Balneis, Fullonibus, Ciuiumque necessitatibus abunde suppeditant. Est in Castellanoua Episcopus Toletanus quem Vrbanus ii. Pont. Max. Hispaniæ totius instituit Primatem. Est idē secundus ab Rege, Maximusq; Regni Cancellarius: quo inconsulto, nihil fieri solitū nihil decerni. Sēntiam statim dicit post Regem: tantæq; est non solum dignitatis & auctoritatis, verum etiam potentiæ, vt sub se præter pagos infinitos opida celebria habeat septemdecim, exque ijs alijsque Vectigalibus Reditum annuum ducentorum millium Ducatorum. Academiæ hic duæ sunt Complutensis omnium Disciplinarum Academia celeberrima, qua nobilitatum est Complutum ab Francisco Ximenio Cardinali, Archiepiscopo Toletano, cuius & auspicijs sūtibusq; (qui superasse dicuntur lx. millia Ducatorū) Biblia ibi edita, anno cbloxv, quæ ab loco *Computensia*. Altera Toletana Academia florens, literarum & sapientiæ clarissima officina. Disciplinis omnibus Artibusque Mechanicis in vrbe Toleto magnus honos: Lanificio Sericoque vitam quærunt hominum millia fere decem. Castellani semper strenui animoque præstantes aduersus hostes habiti sunt. Fœminæ quoque robustæ planeque viragines sunt, laboris atque algoris patientes, supra quam cuiquā credibile est.

Flumina. *Opera publica.* *Scholæ.* *Opificia.*

ANDALVZIA,

in qua Conuentus Hiſpalenſis, Gades.

ANdaluzia Hiſpaniæ Bæticæ pars, nomen adepta dictaque quondam *Vandalia* putatur ab *Vandalis*, Germaniæ populis, quos olim ad hæc vſque Loca deueniſſe, multi memoriæ produnt. Videndi præter alios Rodericus Sanctius parte I. Hiſpaniæ cap. VII, Antonius Nebriſſenſis in Decadum Prolegomenis, Ioannes Vaſæus Hiſp. Chronico cap. VIII. Sic igitur, vt nonnullis nomen penitius rimatis placet, *Andaluzia* appellatur quaſi *Wendenluys*, *Vandalorum Domus*. Marius Aretius *Andaluziam* vocatam auguratur, quaſi *ante Luſitaniam*, mutatis nonnihil litteris. Ad Ortum habet Granatam, ad Septemtrionem Caſtellam Nouam, ad Occaſum Pacenſi Siluenſique Diœceſibus & Ana Flumine terminatur, ad Meridiem Atlanticum ſpectat Mare. Huius præcipua pars *Conuentus Hiſpalenſis*. Hic ab Ortu Cordubenſe territorium, ab Occaſu Algarbiorum fines habet; qua Septemtrionem ſpectat, eam Luſitaniæ ditionem attingit, quæ Magiſtratus S. Iacobi vocatur. Cætera vero Meridiem verſus Gaditano Conuentu, & Oceano clauduntur. Cælum hic indulgens & felici quadam hilaritate & temperie ridens. Terraque in vniuerſo hoc tractu ad miraculum vſque frumenti, vini, olei, & omnis generis frugum feraciſſima eſt, quibus longinquas & tranſmarinas prouincias replet. Secundũ Plinium Hiſpania, quacumq; ambitur mari Italiæ laudib' proxima: quod de ea Bæticæ parte potiſſimum intelligendum putamus, quæ ad Hiſpalenſem conuentum ſpectat, eſt enim Oceano & Zephyri lenibus flabris expoſita. Hæc igitur Regio inſigni rerum omnium fertilitate luxuriat, eo nomine vniuerſi orbis prouincias longe ſuperans: eamque merito Plinius ante Italiæ laudes poſuiſſet, niſi Homo Italus patriam anteferre voluiſſet. Poetæ quo felicitatem atque inſignem huius regionis vbertatem denotarent, campos Elyſios in ea conſtituerunt: quo figmento excellentem præ omnibus alijs terræ fertilitatem efferre voluerunt, ac indicare, ei nihil deeſſe quod ad vitam laute beateq; tranſigendam optari poſſit, cum aliæ vel fertiliſſimæ prouinciæ, alicuius tamen rei plerumque laborent inopia. Hic etiam pecorum omnis generis magna copia, ſed præcipue cuniculorum, quos plerique lepuſculos vocant, quorum frequens exercetur venatio ne malum latius ſerpat, plantis enim vaſtitatem inferunt, & ſata depopulantur. *Andaluziam* nomen à Vandalis habere ſupra diximus, quod hi à Gothis pulſi hoc loco ſedes ſuas fixerint: quibus poſtea etiam eiecti, in Africam conceſſerunt. Res ita ſeſe habet. Rodericus viceſimus quintus Gothorum Rex, in quo etiam Regium Gothorum nomen defecit, Comitem quendam Iulianum præfectum conſtituerat Mauritaniæ Tingitanæ: eiuſque abſentis interea Filiæ ſtuprum intulit. Quo pater audito, Saracenos ex Africa euocauit, iuſtiſſimum dolorem ſuum Regis vindicta ſatiaturus. Hi Anno ſalutis DCCXIV. Duce Muzamiſſo per anguſtias freti Herculei ingreſſi, biennij ſpatio totam fere Hiſpaniam occuparunt, præter Aſtures natura loci munitos. Periere tantillo tempore vtrimque ſeptingenta hominum millia. Saraceni potiti Imperio, Chriſtianorumque (quantum fieri potuit) Religione extirpata, regna inter ſe varie partiti ſunt. Primum fecere Cordubæ, quod ipſi vocauere *Abenalibeticum*. Alterum apud Hiſpalim. Tertium apud Cathaginem nouam: donec à Ferdinando III his locis pulſi Granatam conceſſerunt Anno M.CCC.XVI. & à Ferdinando VI penitus eiecti ſunt Anno M.CCCC.XCIV. Metropolis eſt quæ Hiſpalis Plin., Ἰσπαλὶς Ptol. *Hiſpal* Silio, *Spalis* Gratiano, Hodie *Seuilla*. Arias Montanus putat *Hiſpalim* nomen eſſe Pœnicum, ex *Spila* vel *Spala* deflexum, quod planiciem ſeu virentem regionem ſignificat. Alij, inter quos F. Tarapha ad *Hiſpalim* Herculis Libyci filium, nomen conditionemque referunt. Ridiculus hic vt in multis Iſidorus, qui, quum ab Iulio Cæſare conditam, exque ipſius & Romæ Vrbis vocabulo *Iuliam Romulam* notaſſet appellatam, à *Palis ſuffixis* in loco paluſtri ſic dictam memorat. Io. Gerunden. Epiſco. non improbans Iſidori Etymon adſcribit videri vocatam Hiſpalim à *Palude* quæ maxima Vrbem circundat. Vrbs ad Bœtim Situ amœniſſimo excellens, Ambitu magna, Forma fere rotunda, Viſu pulcra, Tempſis celebris, ædium pulcherrimarum frequentia exculta. Tam multa de hac Vrbe præclara commemorari poſſent, vt natum ſit inde & tritum vetuſtate Prouerbium, *Quino ha viſto Sevilla, no ha viſto Maravilla*. Cum alijs felicis ingenij alumnis gaudet, tum Benedicto Ario Montano, nobiliſſimo & ſummo Theologo, plurimarum Linguarum cognitione ſtupendo. Teſtantur id Opera ab ipſo edita, quæ ſummam eius admirationem apud omnes excitant. Metropoli viſa, reliquarum Vrbium nonnullas indicabo, Ordinis incurioſior; ſic tamen, vt quaſque Metropoli ſuæ proximas primo loco. Offert ſe quinta ab Hiſpali leuca *Palatium* vel *Palantia*, quod vulgo *Palacios*, ſic dictum ab Arce petantiqua, quam lateri habet adhærentem. Via ſitum, quæ ad S. Lucæ Fanum Fretumque Gaditanum ducit. Huic ſuccedunt *Cabeça*, opidulum in Montium, qui in Meridiem Malagam verſus ſe extendunt aditu ſitum: & Cabecis verſus Libonotum ad tertiam leucam Opidum, quod vulgo *Lebrixa*; Νέβρισσα Ptol. Plinius *Veneriam* cognominat. Situm fuit olim inter Bætis Æſtuaria, hodie octo paſſ. M. ab flumine, oblimato ſiniſteriore Alveo. Conditor perhibetur Liber Pater. Opidulum eſt peramœnum & pulcrum cum Arce peruetera, Agro vndique beatiſſimo cinctum. Cive nobilitatum eſt Ælio Antonio, Hiſpaniæ totius Ornamento. Quæ *Carmona* vulgo, Κάρμον Straboni eſt, *Carmo* Antonino, Χαρμονία Ptol. *Marchena* hodie, *Colonia* quondam, inquit Onuphrius ex antiqua baſi, *Marcia*. Situm eſt hoc Opidum in Colliculo quodam, vbique planicies ſpectante. Sunt & Andaluziæ Opida *Lora* ad dextram Bætis ripam: *Axalita* vetuſtis lapidibus, teſte Cluſio, *Flauium Axalitanum* Ambroſio Morali ex antiqua item Inſcriptione, Inter Hiſpalim eſt & Cordubam, *Moron*, Olim Cluſio *Arucci*, notantibus Plinio, Antonino & priſco Lapide. *Oſſuna*, Ὀσσώνα Appiano, Ὀυρσὼν Strab., *Vrſo* Plin., cui & *Genua* (forte *Gemina*) *Vrbanorum*, *Vrſaon* in antiquis huius loci Inſcriptionibus. *Vrſao* Hirtio. *Eceia* ad Singulim fluuium hodie *Xenil* vel *Chenil*, Ptolemæo eluit Ἀστιγὶς: *Auguſta Firma* cognominatur à Plinio. Quod Opidum non adeo magnum, hodie tredecim ab Hiſpali leucis viſitur, inter eandem Hiſpalim & Cordubam medio fere itinere, ad dexterã Bætis oram *Penaflor*, Ptol. putatur Ἀλπιστλα μεγάλα, in mediterraneis Turdulorũ, *Ilipa* cognomine *Italica* Plin., qui Hiſpalenſi Conuentui attribuit. Decimo hinc Miliari ad eiuſdem Fluuij ripam eſt *Corduba* Κορδοῦβα Ptol., *Cordoua* vulgo: plinius *Cohoniam Patriciam* tradit cognominatam, quod etiam ex antiquis Marmoribus probat Moralis. *Corduba* tanquam *Cor Bætis* dicitur Ioanni Gerundenſi. Alumnos habuit rei militaris gloria doctrina que ſtudijs præcellentes. Beata hodie eſt *Corduba*, præter alia multa bona, fertiliſſimis Agris, Hortis amœniſſimis, Aquis ſalubriſimis. Solum Cordubæ vocat aureum Silius Italicus lib. III:

Nec deſit auriferæ ceſſauit Corduba terræ.

Regio.
Nomen, & vnde deductum.
Situs.
Imperium Maiorum.
Vrbes.

ANDALUZIÆ NOVA DESCRIPT
SEPTENTRIO
OCCIDENS
ORIENS
MERIDIES
PORTUGAL
CASTILIA
ESTREMADURA
ALCUDIA
ANDALUZIA
GRANADA
Campo de Alcocer
PARS
Olivenca
Hispalensis Conventus
El Condado
Condado
Cordubensis
Dioecesis
Malacitana
Dioecesis
Beturia
Gaditani Diœcesis
Turdetani
Almeria
Adera
Sierra Morena
Sierra de Alpujarra
IBERICUM MARE
MARE MEDITERRANEUM
FRETUM HERCULEUM SIVE GADITANUM
nunc Estrecho de Gibraltar

Quinque Leucis ab Corduba versus Meridiem *Mons* est *Maior*, vulgo *Monte Maior*, *Qulia* existimatur Ptol., Turdulorum in Hispania Bætica Vrbs: *Vlia* Antonini: *Villa* vitiose est apud auctorem Belli tam Alexandrini, quam Hispaniensis. Decem ab Corduba Miliaribus *Mons Aureus* est, *Montoro* vocatur vulgo: *Epora* creditur Antonini. Male apud Ptolemæum *Ebura* pro *Epora*, quum illa sit non Baeticæ, sed Lusitaniæ; peius autem *Eipepora* in vulgatis Plinij Codicibus, vbi *Fœderatorum* cognominatur. Hispalim recurro, hincque per Palatiũ, Alcantarillæ Pontem, Opidaque Cabecas & Nebrissam, *Lucifert* peto *Fanum*. Sic Latini videntur nominasse, quod Str. lib. III. φωσφόρον ἱερόν interpretatur: quodq; appellatũ etiã addit, *Lucem Dubiã*: hodie est *S. Lucar de Barrameda*. Haud procul hinc quarta fere Leuca versus Vulturnum, Opidum est, quod Hispanis *Xeres de la Frontera* dicitur, quasi Hispaniae ex hac ora vel Initiũ vel terminus. Hoc Navagierus in Itin. putat esse quod *Asta* Liv. & alijs: *Hasta* Ant. per adspirationẽ. *Astam* tamen Mor. scribit adhuc nomẽ retinere, vel locũ illũ esse, circa Guadaleten Amnem, qui vulgo *Masa de Asta*. Abrahamus Ortel. haud multum abest, quin submersam putet cum iusula Tartesso jn Bætis ostio. Centum stadijs a Bætis ostio distat *Chipiona* opidum, Strab. Lib. III, *Capionis Turris*. Ad ostium Lethes fluminis, quod hodie *Guadelete*, vel Arabice *Bedalac*, Opidum est, cui nomen *Portus S. Mariæ*, vulgo *El puerto de S. Maria*: Lethen transgressis occurrit cũ alijs *Medina Sidonia*. Meridionaliora versus Fretum petentibus offert se *Conilium*, non ignobile Hispaniæ opidum, sex Leucis distans ab Gadium Vrbe: inlustrissimo S. Lucæ, qui et Medinæ Sidoniæ, duci parens. *Coniliũ* habetur ab Georgio Austriaco apud Ort. *Carteia* Pto. *Carteia* nõsemel meminit M. Tul. cũ alijs locis, tũin Epist. ad Atticũ, cãq; ab Corduba ab esse M.P. CLXX perhibet Auctor Commentarij Hispaniensis, cuius verba si sint vera, satis arguunt, non bene Clusium adserere *Carteiam* hodie esse *Carthagenam*: quod videtur et hãc ab illa non prorsus abludere. *Tariffam*, quam *Carteiã* quidã opinantur, ex Tartesso corruptam si quis dixerit, non admodum pugnandũ videtur. Non procul inde *Vegeliũ* est, vulgo *Vegel*: opidum exiguum quidem, sed situ opereque clarum: Colli quẽ Latissima vndique planicies cingit, impositum: adeo vt inde circumquaque prospectus pateat, quo vsque oculorum acies extendere se potest, tam in Lætam laxamque planiciem locaque compascua, versus Solis exortum; quam in Africæ Montes et orã circa Meridiem: nec non in vastum et tumultuosum Oceanum versus Septemtrionem et Occidentem. Hic in Caurum iter flectentes obuiam habent *Mundam*. Sic nominant Opidum Plinius, alijq; Latini Scriptores, quod hodie vulgo *Monda*. Putãt tamen alij antiquam Mundam esse, quæ hodie *Ronda Veia*: *Mondam* autem, cuius antea memini, duobus inde Milliaribus exstructam fuisse ab Arabibus, prisco retento nomine, vti mos illis. Videndus Didacus Mendosius de bello vltimo Granatensi. Ioannes Gerundensis Episcopus Lib. I et IX Paralip. Hispaniẽ procul hinc amotam Mundam, eandem, scribit esse cum *Coimbra* Portugalliæ Opido. de Conflictu porro ad Mundam inter C. Iulium Cæsarem et Cn. Pompei Magni Liberos Cn. Sextumque, consulendi Plutarchus in Cæsare, Appianus lib. II Bellorum Civil. Auctor Commentarij de Bello Hispaniensi, Strabo lib. III, Suetonius in Cæsare cap. XXXVI et in Octaviano Augusto cap. XCIV, Valerius Maximus Lib. VII cap. VI, et alij. Lucanus lib. I:

Vltima funesta concurrant prælia Munda. Silius Ital. Lib. III Belli Pænici: *Et Munda Emathiis Italis paritura Labores*. Inter fluvios quibus hæc regio irrigatur Bætis est Isidoro dictus quasi Βαθύ, quod humili solo decurrat. Hic nobilis Auro Veteribus est, et Olivetis. De Auro Aristoteles in Admirãd. Audit. et Stephanus de Vrbibus, vbi de Ἴουλλαι. de Oliuetis Martialis in Epigrammat.

Flumina.

Bætis olivifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis Vellera tingis aquis.

Piscosum mare illis est, vnde quæstus haud exiguus, et præter alios pisces frequens est thynnus, qui quercea glande saginatur, quẽ ad mare isthic abunde nascitur. Portus etiam commodissimos et opportunissimos habet. Sunt autem in diœcesi Hispalensi innumera monachorum et virginum vestalium Monasteria. Multa ex his sena aureorum millia ãnui reditus ferunt. Vnum certe Carthusianorũ quod ad Bætim in ipso Hispalis prospectu magnificentissime exstructũ est, supra viginti quinque millia refert. Longum sit etiam xenodochia recensere, cum in vna Hispali tantum vltra centum viginti numerentur egregie dotata, vt multa octo millibus aureorum, nonnulla quindecim millibus annuis locupletata sint. Est vero Hispalis ædificijs sacris et templis omnium Hispaniæ vrbium ornatissima; inter quæ templum Mariæ sactum, quo nullum habet Christianus orbis excellẽtius, si operis amplitudinem et maiestatem sacra quadam hilaritate et pulchritudine venerabilem, et turrim summæ celsitudinis, e qua ad statas horas signum datur, editissimo et operosissimo fastigio admirabilem spectes, vnde in vniversam vrbem & latissimẽ circumjacentes campos iucundissimus prospectus est. Quid Regiæ areis ornamenta vere Regia describam? qua nullam elegantioris structuræ, aut gratioris voluptatis Hispani Reges habent. Quid sumptuosa Ducum, Comitum & illustrium procerum palatia: quid amœnissimis fontibus & viretis ornatas civium ædes memorem? Prætereo antiquos aquarum rivos longè per arcus in varias vrbis regiones derivatos, & recentiores S. P. Q. H. ingenti sumptu & industria ad Herculanas vulgo dictas columnas deductos, & publicæ voluptati dicatos, palustri & vliginosa vastissimæ amplitudinis area, consitis arboribus, in pulcherrimum viridarium reformata, & latissimis spatiis in circi speciem ad decursiones & voluptarias inambulationes relictis. Iam vero suburbanos hortos omnibus delitiis & amœnitatibus refertissimos, totque per agros & ad Bætis ripas magnificentissime extructa prætoria quis dignis laudibus prosequatur? e quibus naves commeantes, & ex vtroque orbe redeuntes quotidie spectare licet. Bonarum artium in ea studia, & nobilitatis exercitamenta apprimè florent. Et vt nihil de artibus mechanicis quibus adornata est, dicam, mercatorum commerciis opulentissima est. Huc enim ex variis mundi plagis, potissimum verò ex India Occidentali mercimonia adferuntur. Nulla enim in Indiam navis ex Hispania transmittitur, quae non hic mercibus oneretur, machinis tormentisque bellicis, reliquoque idoneo apparatu nautico instruatur: ac naves reversae hic exonerantur. Estque in eam rem ampla & magnifica Domus, quae gubernatores & consules habet duodecim & a mercimoniis Indicis vocatur *La casa de la contraction de las Indias*. Vnde fit vt haec vrbs omnes totius orbis civitates, sola vetere Roma excepta, divitiis superet.

Montes. Opera publica.

VALENTIA appellationem a sua Metropoli assũpsit, Emporio Nobilissimo, venerandæque Antiquitatis. Ad Meridiem Murciam respicit; ad Occasum vtramque Castellam: ad Septemtrionem Aragoniam: ad Ortum littora eius pulsat Mare Internum. Fruitur Aere temperatiore, ac clementiore cœlo, atque beatiore quam vlla alia Hispaniæ pars: imo tanta Cœli temperie ac Zephyri lenitate Regnũ Valentiæ gaudere tradunt, vt quocunque tempore; etiam Nativitatis Iesu Christi festo, et Ianuario florum manipulos incolæ manibus gestent, sicut alijs in locis Aprili et Maio fieri videmus. Magna hujus regionis præstantia, omniumque Rerum vt Sacchari, Vini, Olei: item Tritici, Orizæ variorumque fructuum fertilitas, et copia. Habet et Argenti fodinas, in loco quem *Buriel* dicunt, inter Valentiam et Dertosam. Reperiũtur et Lapides aureis venis lineolisque interstincti, in loco, qui *Aioder* nominatur. Ad Promontorium *Finistratum* sunt ferri Mineræ: circa Segorbiam Lapidicinæ vestigia, e quibus Romam devecta olim marmora. In *Piacẽto* Alabastrũ effoditur. Passim Alumẽ, Rubia calx, Gypsũ. Valẽtiã Vrbẽ diu Mauri tenuere longa ducũ serie: oppugnata sæpe ab Aragonũ regibus, donec Rex Iames post lõgã obsidionẽ tandẽ eius potitus est, ducẽq; *Zaen Maure* cũ quinquaginta Maurorũ millibus coegit vrbe cedere et *Deniam* confugere, auro, argẽto, armis aliaque supellectile eodem asportata. Desertam hoc modo Valentiam rex Iacobus colonia missa colere iterum cœpit. Coloni fuere Cataloni et Arragones, ductoribus *D. Berengario Palatiol* Episcopo Barcelonensi. D. *Vidalo Cavelia* Episcopo Huescano. *D. Petro Ferdinandes d'Acagra & D. Simone d'Vrrea Equitibus*. Hi totam vrbem inter colonos novos distribuerunt habita dignitatis cuiusque ratione. Legibus etiam novis Rempublicam ornarunt. Inscripta eo tempore trecenta octoginta quatuor capita familiarum. Cæterum Regni titulum hæc egio accepit circa annum salutis septingentesimum & octuagesimum octauum, vt Ortelius ex Petro Metinensi, & Petro Antonio Beutero scribit. Historia sic habet: Hisen Rege Cordubæ mortuo ei filius Alca nomine sub annum Christi DCCLXXXVIII successit, cuius patruus Aodala Valentiæ Dominus ex Tavinar ad se vocavit alium suum fratrem, cui nomen Culema exhæredatusque fuerat. Hi duo fratres magnis copiis adunatis profecti Cordubam, nepotem Regno expellere conati sunt, prælio autem victi, Aodala fuga sibi consuluit, Valentiamque reversus est. Maurorum autem præcipui sese inter patruos nepotemque interponentes, eò rem deduxerunt vt inter ipsos convenerit, vt Aodala se Valentiæ Regem inscriberet: Culemæ autem quolibet mense, ex reditibus Valentiæ, mille Moradini (pecuniæ genus erat) instruendæ mensæ, & adhuc quinque Moradinorum millia ad res necessarias parandas deciderentur. Quibus pactis cum Aodala assensisset, primus se Valentiæ Regem compellavit. *Valentiam* habitasse quondam præter alios deprehẽdunrur *Hedetani* Ptolemæo forte non alii ab *Sedentanis*. *Biscargitani*: sic ex membranis legitur apud Plinium: Metropolis ipsorum *Biscargis*, cuius mentio in Nummo Germanici Cæsaris, teste H. Goltzio: videntur pars fuisse Heditanorum, quum in iis *Biscargin* nominet Ptolemæus. *Leonicenses* Plinio: quorum Metropolis *Leonica* etiam a Ptolemæo in Heditanis collocatur. Mentio eius in Huberti Goltzii Thesauro fit. *Contestani* Ptol, a quibus *Contestania* Hispaniæ Tarraconensis Regio apud Plinium: horum memoria servatur hodieque in Opido *Contayna*, vel vt alijs effertur *Contentaina* ad fontem eius amnis, cuius ostio adpositum videtur opidum *Olivæ* contra Pytiusas Insulas. *Lusones*, quos ad Iberum fluuium ponit Appianus in Ibericis, Numantinis vicinos: ad Tagi fontes pertingere scribit Strabo. *Lobetani*, quorum Metropolis *Lobetum* ptolemæo: quã Beute rus scribit antea *Turiam*, postea *Averazin*, tandemque, vt hodieque, *Albarrazin* dictam. *Tormboletæ* Appiano in Ibericis, Saguntinis vicini, a quibus *Turbula* Ptolemæo, *Torres* hodie fortean. *Celtiberos*, vt eos appellant Plinius III Cap. III, Pomponius Mela lib. *III*, cap. I ceteriq; Latini; qui *Celtiberes* Ptolemæo quidam Castellæ Veteri ad scribunt, plerique Valentiæ. Illud satis constat Celtiberorum Pomeria huc illuc longe lateque se extendisse. *Clunia Celtiberiæ* finis Plinio vocatur. Posidonius apud Strabonem lib. *III* auctor est M. Glaudium Marcellum Tributum ex Celtiberia exegisse Talentum IoC: ex quo coniecturam facere licet, inquit, quod Celtiberorum natio frequentissima fuerit, et auri atque argenti copia excellens, tametsi agrum incolerent sterilem. Nomen compositum ex *Celtis* et *Iberis*. Lucanus lib. IV:

Regio vnde dicta.
Situs.
Cæli tẽperies.
Soli fertilitas.
Imperium maiorum.

Profugique a gente vetusta
Gallorum Celtæ, miscentes nomen Iberis.

Sic Silius Italicus lib. III Belli Pænici I I:

Venere et Celtæ, sociati nomen Iberis,
His pugna cecidisse decus, corpusque cremari.
Tale nefas cælo credunt Superisque referri,
Impastus carpat si membra iacentia vultur.

Celtiberi, apud eumdem Strabonem, et confinales ipsis versus Boream habitantes Deo cuipiam, cujus nomẽ ignoratur, plena Luna, tempore nocturno Pervigilium celebrant, choreas ducendo. In Celtiberis vicinos vrbi Segedæ, ponit Appianus in Ibericis *Titthos* populos. Inter regni huius vrbes *Valentia*, *Valencia* vulgo, primaria est, ac sedes Episcopalis, Regi Romo primordia sua fert accepta, vt scribit Vasæus atq; alij, quã ab eo Romã appellatam, Romani multo posterius amplificatam et nobilitatam Valentiam appellauerunt, vocabulo idem significante. At Resẽdio hæc fabula videtur, qui eam a Lusitanis cæterisq; Viriati militibus conditã et nominatam tradit: Sita est in intimo Sinus Sucronensis recessu ad dextram fluuij Turiæ ripam. Hæc Moribus et Institutis clara; Disciplinis liberalib' exculta; Mechanicis Artib' nobilis; magnis Ingenijs felix: Pacis Cõcordiæq; Ciues, inter seruandæ studiosissima: Multorum Equitum splendore illustris: Mercatorum commercijs diues. Silentio non prætereundum quod de Valentinis notat I. Marineus Siculus; ijs in more positum esse singulis annis, festo D. Matthiæ, fusis precibus factisque obtestationibus, ad locum Supplicijs destinatum ire, ibique Damnatorum Corpora, siue suspensa sint, siue humi iaceant, suscipere, ossaque sparsa colligere; mox autem omnia ferretris imposita ad commune Ciuibus omnibus sepulchretum deuecta honorifice, Sacrificijs

Vrbes.

MURCIÆ PARS
CASTELLÆ PARS
ARRAGONIAE PARS
Illicitanus Sinus
Sinus
REGNI VALENTIÆ TYPUS
MARE MEDITERRANEUM

Orationibusque peractis, Terræ mandare. Memoriæ prodit Petrus Medinensis esse in hac Vrbe supra decem millia Puteorum Aquæ Vivæ. Exacta eius descriptio Lausque apud Ioannem Marianam lib. XII cap. XIX & Marineum Siculum lib. III extremo. Stetit olim ad ripam Turiæ sinistram, haud procul Valentia (Strabo lib. III. Pliniusque III. cap. III, mille passibus ab Mari separant) *Saguntum* Heditanorum vrbs : ζάγεντον Ptolemæo; ζάγυντος Straboni; ζάκυνθος & ζάκανθα Stephano: *Secundum* & *Secuntum* vitiose apud Antoninum. Hodie putatur à plerisque *Moruedre*, sic dictum, vt quidam censent, ab *Muris Veteribus*. *Zacynthorum Coloniam* facit Appianus; ζάγυντα, κτίσμα, inquit Strabo lib. III, ζακυνθίων; quidam *Saguntum* Herculis filium conditorem opinantur: sunt & qui ab *Sagis Ibericis* nomen accepisse volunt. Situm describit Silius Italicus lib. I. Sagunti Muris Cæmenta tribuit Liuius lib. XXX; quæ calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquę genere. Constat ex Plinio Saguntinos olim coluisse Dianam, eodem ab Zacynthijs ipsorum Progenitoribus, advectam; annis ducentis ante excidium Troiæ. *Saguntus*, Fide & armis incluta, Pomponio Melæ. De expugnatione vrbis nobilissimæ Cladeque, quę ob admirabilem constantiam, & egregiam in Romanos fidem incidit in annum ab v. c. 1XXXV. M. Liuio Salinatore, L. Aimilio Paullo COSS. consulendi Liuius lib. XXI, Polybius lib. III, Orosius lib. 4. cap. 14, Eutropius lib. 3, Florus lib. 2. Histor. Rom. cap. 6, Silius Ital. lib. I, Valerius Maximus lib. 6, cap. 6. Augustinus lib. 3 de Ciuit. Dei, cap. XX, Auctor de VV. Inlustr. cap. 42, Aemilius Probus in Annibale, Cicero in Philippicis, & qui non? Superest memoria *Senatus Populique Saguntini*, quo loco Vrbs fuit, in Muro Veteri; his verbis:

SENATVS. ET. POPVLVS. SAGVNTINORVM
CLAVDIO. INVICTO. PIO. FELICI. IMP. CAES
PONT. MAX. TRIB. PTOL. P. P. PROCOS

Non ignobilis in Valentia loci sunt hodieque *Segerbia*, *Segobriga* Ptolemæo & Straboni, vti placet Vasæo, Clusio, Taraphæ, Emanueli Enrico, & alijs: *Segobrigam* habent Nummi Augusti. Incolæ Plinio *Segobricenses*; eos in capite Celtiberiæ ponenti. *Segobriga* tamen Morali censetur *Inießa*, vel *Cabeça el Griego*: cuius sententiæ est & Ioannes Mariana. Hieronymus Surita, vbi fuerit *Segorbia*, dicit se ignorare. *Segobricæ* meminit antiquum Marmor, quod Tarracone. *Denia*, *Dianium* (vt volunt Florianus, Moralis, Clusius) apud Ciceronem & Plinium, qui *Stipendarium* cognominat: δεκτεμίλιον & δεκαρσκοπιον est Straboni, haud procul *Ferraria* Promontorio *Castrum Altum*, arx Hispaniæ Citerioris valida, Amilcaris Pœni cæde insignis apud Liuium, hodie, vt vult Beuterus, *Castralla* vocatur: Floriano est, *castel-Seras*. *Incibilis Liuij*; quæ *Indibilis* Frontino, vbi Annonē Carthaginiensium Ducem ab Scipione fugatum narrat, *Chelua* censetur Floriano subdubitanti tamen. *Illici* Plinio, ιλλικις Ptolemæo, *Ilice* Pomponio, *Ilce Colonia* nummis, ιλλικιτάνοι etiā Ptol. (vnde *Illicitanus Sinus*) hodie alijs *Alicanta*, alijs *Elche*, quod propius accedit. *Eelgida* Celiberiæ Vrbs nomen adhuc retinet. λίγεια, quæ & ἐδήνη Ptol. (vnde *Heditani populi*) *Liria* hodie est Clusio & Morali. *Oliete* ὀρκαλίς Ptolemæi Floriano, *Horiuela* & *Oriola* Gomecio est & Clusio; *Zamera* Nebrissensi. *Bigerra* Liuij βίγερρα Ptol.; hodie *Beiar* Beutero & Vasæo; Clusio *Villena* est. Quæ *Setabis*. Strab., vel *Satabis* antiquis Lapidibus, teste Clusio; hodie Floriano iudice, *Xatiua* cluit. Fluuios habet hæc regio multos, inprimis verò *Turiā* quē Pomponius *Duriā*, *Doriā* Ptolemæus nominat. Incolę Arabicam vocem *Guetalabiar* seruarunt, quę vox aquā puram significat. Magnas hic fluuius commoditates, locis per quæ fluit adfert. Non est admodum profundus, nec eius ripæ multum attolluntur, sed terræ ferè æqualis fluit: omnes alios huius regni fluuios pulchritudine excellit, vltra modum, ob semper virentes ripas, rosis varioque genere florum coloratas, amœnus. Nemoribus hic a fonte (qui in Aragonia haud procul Opido *Teruelo*) vsque ad ostia vtrimque à natura pulcerrimo adspectu vestitur: vbique vitex, platanus, pinus, alięque nunquam fronde carentes arbores: ita vt verè de eo Claudianus, *Floribus & roseis formosus Duria ripis*. Est & *Sucro* fluuius, *Xucar* nouo nomine dictus. E montibus hic oritur Orospedanis. Habet Valentia duos Montes, quibus nomen *Mariola* & *Penna golosa* (Rupem cupedinariam Latine diceres) in quos, quum Stirpibus rarioribus Herbisque varijs abundent, quotidie magnus Medicorum & Herbariorum numerus ex diuersis Hispaniæ partibus confluit. Nunquam non rari quid ibi se offert. Valentia vrbs antiquitate venerabilis est, ibique ad nostram ætatem multa perdurant antiqua marmora, Romanis inscriptionibus insculpta, quarum quædā videri apud Beuterum, Ambrosium Moralem, Hotomannum in Cæsaris Ephemerides, & alios, possunt. In vrbe Sagunto nunc *Moruedre* Theatrum & Scena, aliaque multa Antiquitatis vestigia, vt Sepulchra Sergiorum L. Galbæ, Sergij Galbæ & aliorum eius gentis, ex quorum Lapidibus constructum est cœnobium fratrum Trinitatis. Academiam habet Valentia celebrem, in qua S. Dominicus, Ordinis Prædicatorum auctor, bonis artibus Sacræque Theologiæ operam dedisse scribitur. Præter hanc in regno Valentiæ est & Academia *Gandiana*, quam non ita pridem erexit Illustrissimus Gandiæ Dux, vt ibi præcipue Patres Societatis Iesu, ad quā seipsum quoque contulisse fertur, philosopharentur. Valentia quod ad administrationem Reipublicæ attinet, facile omnes antecedit Hispaniæ Ciuitates. Ager huius vrbis maxima ex parte à Gente è Mauris oriūda, & paternum siue auitum sermonem ac ferē vitæ morem adhuc retinente, colitur. Illud autem non omittendum, quod M. Tullius in Valentiæ laudem protulit oratione in Verrem vltima: *Valentinorum* (inquit) *hominum honestissimorum testimonio*. Multum Byssi hoc in Regno paratur: & (vt de lanificio & pannis ceteris totius Hispaniæ melioribus taceam) vasculaetiā Porcellana conficiuntur emula Italicorum. *Valet & Valentia commercio* (vt scribit Oliuari? Valentinus) *mercatorum maximo. Nam inde exportantur variæ & multæ merces, inprimis holosericæ telæ ex omnium colorum & fila serica ex vermibus, panni optimi in Insulis Balearicis, & Siciliam & Sardiniam, & ij panni vocantur contracti, exportantur inde Oriza, Saccharum albedine admirabili, ficus, passa & Ficus, necnon & fructus Saccharo conditi: tum oleum dulcissimum, si videres diceres aquam esse alicuius fontis, tam est clarum: adhæc cocta sunt ibi omnium colorum à Valentinis hominibus, & his quidem præclaris artificib* parata.*

Fluuina.

Montes.

Opera publica.

Schola.

Mores.

Opificia.

Mercimonia.

Aragonia vel ab *Autrigonibus*, Hiſpaniæ populis teſte Laurentio Valla; vel à *Tarracone* antiqua ciuitate, vt Antonio Nebriſſenſi & Vaſæo placet, nomen accepit. Alij ab *Aragone* fluuio, qui illic ortus Iberum influere perhibetur. Nonnulli ab Herculis *Ara Agonalibuſque Ludis* peruiant: quod ſi verum, mirum tam altum obſtinatumque apud Veteres Scriptores de *Aragonia* eſſe ſilentiũ. Huic Regno adhærent ad Caurum Navarra; ad Vulturnum Catalonia; qua Africo expoſita, Caſtiliam ſpectat, qua Aquiloni, Pyrenæos habet montes. Regio vt plurimum aſpera & ſicca eſt, maxime verſus Pyrenæum, vnde ad multum itineris ſpatiũ nullæ habitationes reperiuntur: ſunt tamen hic Valles nonnullæ feraciſſimæ optimi frumenti, & fructuum, quæ mirum in modum ab aquis adiuuantur. Huius Regni primum Regem omnium Scriptorum Calculi *Ranimirum* faciunt. Hic factus eſt Rex Aragoniæ anno Chriſti CIↃXVI. Huic ſucceſſit Filius Sanctius: Sanctio Petrus qui nonnulla Opida Aragonenſi adiecit imperio: Mortuo autem eo & fratre Alphonſo ſine Prole Maſcula, tertiũ fratrẽ Ranimirũ Monachum in cœnobio agentem Regem conſtituunt, qui vnicam filiam in Regno ſuſceptam Viracam nomine Raimundo Barcinonis Comiti locauit. Hic poſtea Socero in Regno ſucceſſit, adiecitque ei ciuitatem Barcinonenſem. Deinde ex ſucceſſione Iacobus circiter annum CIↃCCL. annis XL. id regnum tenuit, qui Alfonſi X. Caſtellæ regis ſocer fuit, & Baleares Inſulas expugnauit, ac Valentiam ciuitatem regno ſuo adiecit. Petrus huic filius deinde ſucceſſit, cui Nicolaus III Pontifex conceſſit regnum Neapolitanum: quique nauali prælio cum Gallis decertans: ex vulnere occubuit. Cui multi ex ordine Reges ſucceſſerunt. Sed de Origine Regni Regumq; Aragoniæ, Valẽtiæ & Cataloniæ, à quibus & quomodo initium habuerint, deque vnione eorum, legendi Rodericus Sanctius Hiſtoriæ Hiſpaniæ Parte I. cap. XIII, Lucius Marineus Siculus lib. VIII de regibus Hiſpan. & alij. Metropolis & Regni caput *Cæſaraugſta* Plinio alijſque *Cæſarea Auguſta* Ptol. Nominatur ſæpe in Nummis Veterum. Hodie *Carragoça*, Academia nobilis. Conditorem eius ferunt Iubam Mauritaniæ Regem, & ab eo *Saldybam* appellatam, quaſi *Iubæ domum*: poſtea vero, priore repudiato nomine *Cæſaris Auguſti* nomen illi fuiſſe inditum. Sita eſt in ripa Flumiuis Iberi, loco plano, ex quo Iberus inſigni Ponte lapideo longoque (cuius etiam Strabo facit mentionem lib. III) traijcitur. Vrbis autem ſitus Soleæ Calcei formam refert. Portas habet quatuor ad totidem Mundi partes ſpectantes. Validiſſimis muris cincta, crebriſque Turribus probe munita. In hac Vrbe Reges Aragoniæ ab eius Archiepiſcopo, qui Primus Regni, Diadema ſoliti accipere. Ciuitates reliquæ: *Oſca* Latinis Οσκα Ptol. & Plutarcho in Sertorio; hodie *Hueſca*: Ciues eius *Oſcenſes* Cæſari nominantur: *Oſcenſis Argenti* meminit Liuius lib XXIV: Plutarchus auctor, Sertorium hanc Vrbem delegiſſe, in quam Filij Principum Virorum, Hiſpaniarum Obſides, ſtudiorum ſpecie, accitis Diſciplinarum Magiſtris, mitterentur. Eſt ibi hodieque non ignobilis Academia: *Eteoſca* mendoſe vocatur Velleio Paterculo, vbi Sertorium interemtum ſcribit: in Vetuſtis Nũmis *Vrbs Victrix* videtur cognominari, ſi ita notas V V. *OSCA* liceat cum Antonio Auguſtino interpretari. *Tyriaſſona* Ciuitas apud montem Caci, quam à Tyrijs & Auſonijs conditam fuiſſe nonnulli opinantur. *Iacca*, iacens in conuallibus, Iaccetanorum quondam ſedes. *Calaiuta*, in campeſtri loco, ex ruinis nata Bilbilitanis, quæ cum multis aljs Antiquitatum monimentis, medio Miliari Hiſpanico ab hoc opido hodie viſuntur, in Colle, qui vulgo *Bambola* vel *Baubola*: Cingitur Mons ille in orbem fere ab *Salone* flumine, quem ſitum *Bilbili* tribuit alumnus eius & Ciuis (vide lib. I Epigr. lx II.) Valerius Martialis lib. X Epigram. CIII.

Municipes Auguſta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.

Sic Paullinus ad Auſonium, *Bilbilim* acutis ſcopulis pendentem, prodit. Quod autem in Monte, altam vocat idem Martialis ſcribens ad Licinianum lib. I. Epigram. I.

Vir Celtiberis non tacende Gentibus, *Videbis altam Liciniane Bilbilim,*
Noſtræque laus Hiſpaniæ, *Equis & Armis nobilem.*

Inter Bilbilim & Segobrigam (quæ hode *Segorbia* putatur) Sertorius & Metellus memorabili prælio conflixerunt, vt apud Appianum & alios eſt legere. Βιλβίς Ptol. corrupte. *Auguſta Bilbilis* cognominatur Martiali, quemadmodum & in multis Veterum Numiſmatum Inſcriptionibus. Sunt & alia Aragonię Opida: *Barbatrum*, Arcubus ferreis nobile: Βαρβάτρα Ptol. *Bortina* Antonino, vt nonnulli cenſent. *Monſonium* in Regni ſitum vmbilico, ad Cingæ ripam, cui Collis imminet, a quo nomen Opido: Conuentibus Regnorum Aragoniæ, Valentięque & Principatus Cataloniæ celebris ſedes: Vulgo *Monçon*, fertilis agri & aprici ſitus. *Fraga*, inter Ilerdam & Cæſaraugſtam; Γάλλικα φλαυία Ptol., *Gallicum* Antonino, vt Varrerius cenſet: Alij *Gallicum* locãt, vbi nunc *Zuera*, in cuius agro vetuſtorum Pauimentorum veſtigia viſuntur. *Gurrea* olim *Forum Gallorum*, Antonino inter *Cæſaraugſtam* & Pyrenæos. *Aierbium*, in cuius ſolo quondam ſtetiſſe creditur *Ebellinum*, Antonino cum alijs nominatum. *Vrgella*, *Orgellum* Aimonio, Ωργλα forte Ptol., opidum haud procul Sicoris fonte. Fuerunt & alia opida, ſed quæ diruta, quorumque nulla hodie Veſtigia. Inter illa non ignobilis *Calagurris Naſſica*, alia ab ea quæ in Nauarra. Ciues eius *Calagurritani* nominantur ab Cæſare I belli Ciuilis Commentario: eoſque corporis ſui Cuſtodes habuiſſe Auguſtum notat Suetonius in eius vita cap. XLIX. Plinius *Naſſicos* cognominat. Fluuij hic ſunt *Iberus* de quo in Generali Deſcriptione diximus: Item Fluuius qui *Gallego* nominatur cui: iure vetuſtas *Gallici* nomen tribuit; quod, ſummo tranſcenſo Pyrenæo ſupra opidum, cui *Salientis* nomen impoſitum, in ipſa terra Gallia oriatur: Et alij. Eſtque hic fons Sicoris qui ſe Ibero commiſcet. Aureas defert arenas. Potus valde ſalubris. Σίκορις Græcis. Notat Beuterus Catalonica lingua vocari *Aguanaual*. Extra Muros priores Cæſaraugſtæ quamplurimæ ſunt Domus, & quaſi altera Ciuitas, quas Cæſar Auguſtani *Populationes* appellant. Duo ſunt ibi memoratu digniſſima: *Xenodochium* inter alia Chriſtiani orbis opera loci non poſtremi; alia item *Domus* prope Vrbem in Campo amoeniſſimo ſatis grandis & inſignis, quæ vulgo *Aliapharia* nuncupatur, de qua conſulendus Marineus Siculus.

Regio. *Vnde dicta.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Imperium Maiorum.* *Vrbes.* *Fluuius.* *Opera publica.*


GVIPUSCOÆ PARS
VASCONES
NAVARRA
Auitrigones
Iulioburga
Idiberis M.
PELENDONES
ARA
GO
NIA
SIITTA
AUSETANI
ILER
ACETANI
TES.
GALLIÆ PARS
MARE GALLICUM
MARIS EDITER RANEI
occidens
oriens
ARRAGONIA et Catalonia
Leuca Hispanica
Milaria Germanica

Regio vnde dicta.

Situs. Soli qualitas. Vrbes.

Catalonia vulgo *Catalũna* ſequitur. Nomen illi impoſitum putat Volaterranus ab Gothis et Alanis, ſcribendamq; eſſe *Gothalaniam*. Beatus Rhenanus Lib. 1 Rer. Germanic. *Cattalaniam* arbitratur appellatã ab Cattis et Alanis, qui iunctim in eam Hiſpaniæ portionẽ proruperunt. Alii ab Caſtellanis, antiquis Hiſpaniæ populis, qui hiſce locis ſua habuerunt domicilia, denominatam judicant. Sunt etiam, qui nuncupatam *Cathaloniam* tradunt ab Othogerio Cathalone; de quo multa præter alios, Marineus Siculus Lib. IX. de Reb. Hiſpan. et L. Valla de Ferdinando Aragon. Rege Lib. 1. Hæc Pyrenæis Montibus, Mari Mediterraneo, fluminibuſq; Ibero et Cinga terminatur. Regio ipſa vt plurimum ſterilis eſt, ac magis fructuum quã frugum abundans et ſilveſtrium quam domeſticorum. Metropolin habet hodie *Barcelonam*, Vrbem pulcherrimam, quæ in Maris Mediterranei littore ſita meram redolet Antiquitatem, cõplures ſervans rei probandæ lapides veteſtos. Conditor eius fertur a pleriſque Hiſpaniarum Inluſtratorib? Amilcar Barcha cognomine, Filius Annibalis Carthaginienſium Ducis; qui victa claſſe, a militibus in crucẽ fuit ſublatus; pater autẽ Annibalis, Magni iſtius Imperatoris: Βαρκίνων Ptol., *Barcinus* Paullino; *Barcilona* Iornandi. Fauentia etiam quõdã, teſte Plinio. Laudat hanc Vrbem multis verbis Marineus Siculus Rer. Hiſp. lib. XIII, qui et Situm eius deſcribit lib. XV. Fuit olim multo minor, quã hodie conſpicitur, ab Littore maris vno fere ſtadio remota. Habebat Portas quatuor, quę totidem Mundi plagas, ſpectabant, æquo fere omnes ſpacio inter ſe diſtantes, quæ adhuc in ipſo pene vmbilico Vrbis viſuntur: cælata gerentes Capita Bubula, altæ pacis, vt nonnulli volunt, et quietæ Agriculturæ Symbola. Lapſu temporis bis prævalidis Muris ſuperbiſque Turribus eſt cincta, inque tantam paullatim magnificentiam excreuit, vt multo merito Caput hodie cenſeatur Cataloniæ. De Barcinonis Comitibus, eorumque origine conſulendi Rodericus Toletanus lib. VI de Reb. Hiſp. cap. III, et L. Marineus lib. IX. Sequuntur hanc *Tarraco*; Ταῤῥακὼν Ptol. et Strab. *Tarragona* hodie; *Colonia Tarraconenſis* apud Tacitum, Lib. 1 Annal. Vrbs olim tam celebris, vt potiori Hiſpanię parti nomen dederit. Maritimarum opulentiſſima Melæ lib. II. *Viqua, Vicque* vulgo, vel *Vich*; Αὔσα Ptol., Authetanorum Vrbs. *Girona, Gerunda* Plin. et Antonino: Γερόυνδα Ptol. *Gerundenſes* etiã Plinio noti. *Tortoſa*, quę Δέρτωσα Ptol. *Dertoſa* vetuſto Lapidi, qui ibi extat; *Derdoſa* Antonino, Δέρτοσσα Strab. *Dertoſani* (ſic enim legendum) Populi ſunt apud Plin. *Lerida*, quæ Ptolemæo, Stephano et alijs Γ'λερδα, Ilergetũ Vrbs. Situs ita delineatur ab Lucano lib. IV Belli Pharſalici:

Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue Solum tumulo: ſuper hunc fundata vetuſta
Surgit Ilerda manu: placidis prælabitur vndis
Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes:
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,
Hibernas paſſurus aquas:

et quæ alia ibi de devictis ad Ilerdã ab C. Cęſare Cn. Pompei legatis, M. Petreio et L. Afranio: qua de re plene Cæſar lib. I. Belli Civilis, qui etiam Opidum in Monte poſitum notat, Pontis item faciens mentionem. *Emporiæ* Silio Lib. III, Polybio lib. III, et Ptol.: Εμπόριον Stephano; *Empurias* vel *Ampurias* vulgo. *Blanda* Pomponio et Ptolemæo; *Blanes* vulgo, vt volunt Beuterus, Florianus et Navagierus *Manreſa*, quam Florianus, *Athanagiam* ab Livio vocari cenſet. *Roſe*, *Roſes* vulgo; *Rhoda* Livio; ῥόδη Stephano, ῥοδόεσσα Strab. ῥοδόπολις Ptol. *Colibra*, Λίβερις Ptol. *Iliberis* Livio et Plin. Ιλυβέρις Strab *Eliberri* Põponio, Vicus magnæ quõdam Vrbis, et tenue magnarum opum, addenti, veſtigium: *Cliberre* Tabulę Peutingerianæ. Alij tamen *Iliberi* non *Colibram*, ſed aliud opidum volunt: *Salſulas* Poldus: *Eunam* Olivarius; *Illam* Mercator. Fuit et, vbi nunc Catalonia, quondam *Iulia Libyca*; *Cinniana* Antonino; *Deciana* Ptol. Hiſpaniæ ſub Catalonia adcenſeri *Terram Ruſcilionis* in Pyrenæis montibus diſputat varie Io. Gerundenſis Lib. I. Paralipom, Hiſp. ſic dictam ab opido quod Plin. *Ruſcino*, Strab. ῥουσκινών Ptol. ῥουσκινών: *Ruſcinus* Avieno. Vrbis veſtigia exſtant haud procul opido Perpigniano juxta Turrim, quæ nomen eius retinet. Vocant enim *Turrim Roſcilionis*. Academiam habet Catalonia *Ilerdæ* celebrem et inſignis antiquitatis, quam Horatius putatur intellexiſſe lib. I Epiſt. vlt.

Aut fugies Vticam aut vnctus mitteris Ilerdam

Hic Calixtus III. Pont. M. publice Iuris prudentiam docuit teſte Platina.

Sed de Hiſpania quæ dicta ſunt hactenus, ſufficiant. Nefas ſit autem non adſcribere, Coronidis quaſi loco, præclarum hominis Galli de Hiſpania Teſtimonium: quo quidquid in eius laudẽ et cõmendationẽ hucuſque a nobis Variorum indicio prolatum, tamquam per ἀνακεφαλαίωσιν ſuccincte nervoſeque repetitur. Gallus cuj⁹ meminim⁹, Latin⁹ eſt Pacat⁹, qui Panegyricũ doctiſſimũ ſcripſit Theodoſio Imperatori, Hiſpano. In eo ſic inter alia loquitur: *Iam profecto conſtabit, eum Principem declaratum qui et ab omnibus legi debuerit, et ex omnibus. Nam primum tibi mater Hiſpania eſt: Terris omnibus Terra felicior: cui excolendæ atque adeo ditandæ impenſius, quam ceteris Gentibus ſupremus ille Fabricator Rerum indulſit, quæ nec Auſtrinis obnoxia æſtibus, nec Arctois ſubiecta frigoribus. medi a fovetur Axis vtriuſque temperie: quæ hinc Pyrenæis Montibus, illinc Oceani æſtibus, inde Tyrrheni Maris littoribus coronata, Naturæ ſolertis ingenio, velut alter Orbis includitur. Adde tot egregias Civitates; adde culta incultaque omnia, vel Fructibus plena, vel Gregibus: adde auriferorum opes Fluminum; adde radiantium Metalla Gemmarum. Scio Fabulas Poetarum, auribus mulcendis repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuiſſe miracula, quæ dum ſint vera, ſint ſingula: nec iam excutio veritatem: Sint (vt ſcribitur) Gargara proventu læta tritici; Menavia memoretur Armento: Campania ce^n ſcatur Monte Gaurano: Lydia prædicetur Amne Pactolo: dum Hiſpaniæ vni quidquid laudatur, adſurgat. Hæc duriſſimos Milites, Hæc expertiſſimos Duces, Hæc facundiſſimos oratores, Hæc clariſimos Vates parit: Hæc Iudicum Mater, Hæc Principum eſt: Hæc Traianũ illum, Hæc deinceps Hadrianum miſit Imperio: Huic te debet Imperium. Cedat his Terris Terra Cretenſis, parvi Iovis gloriata cunabulis; et geminis Delos reputata Numinibus; et alumno Hercule nobiles Thebæ. Fidem conſtare neſcimus auditis, Deum dedit Hiſpania, quem videmus.* Plura de Hiſpania qui volet, conſulat Ioannem Vaſæum, Marineum Siculum, Marium Aretium, Damianum a Goes, Franciſcum Taraſſam, Epiſcopum Gerundenſem, Annium Viterbienſem: et Hiſpanica Lingua Florianum a Campo, et qui eũ ſequitur, Ambroſium Moralem, et alios. Ex veteribus quoque conſulendi Cæſar, Strabo et cęteri, quos Damianus a Goes, in libello Hiſpania inſcripto: indicat.


GALLIAE
tabulę geogra-
phicæ
Per
Gerardum Mercatorem
Illustrißimi Ducis Julię
Cliuię Montis
&c
Cosmographum
Cum gratia & priuilegio.

STVDIOSO ET BENEVOLO LECTORI.

QVANDOQVIDEM nobis solis nati non sumus, sed quantum quisque potest ad cõmune bonum, tantum à beneficentissimo generis humani conditore & parente ab illo exigitur, iustum existimaui opus hoc Geographicum, cuius hic partẽ damus, ad Reipublicę vtilitatem quàm possum maximè accommodare. Est autem Geographiæ in legendis historijs ijsq; retinendis facilior notiorque vsus & vtilitas, quàm vt meo documento aut commonefactione sit opus, sed alia est eius & multo præclarior dignitas, si rectè quo valet dirigatur, nimirum ad politici regiminis cognitionem plurimum conferet, si locorum non situs tantum, sed & natura siue legitima conditio describatur, quod alioqui etiam Geographi officium postulat. Nam vt suę professioni non satisfacit Pictor, qui hominem aliquem iuxta membrorum proportionem delineat, verùm neglectis coloribus & Physionomicis signis eius naturam & affectus non prosequitur, ita veluti mortuum cadauer geographicum figurabit, qui locis tãtùm iuxta suam symmetriam positis, nullam eorum ad inuicem rationem politicam assignauerit. Quapropter hoc summopere curandum duxi, vt quæ in singulis regionibus est dominiorum locis appendentiũ natura & ordo, eam conuenienti distributione ipsis tabulis præfigam, quo politicæ distributionis & rerum publicarum studiosis aliquid nostra conferre possint. Quòd si in multis sit imperfecta & deficiens, aut etiam alicubi erronea conscriptio nostra, non mireris lector: non enim Rerump. formæ per singulas ditiones scriptæ extant, neque mihi eas passim perueſtigare est integrum, sed quatenus ex historiarum inspectione deprehendere potui, saltem formam aliquam & rudimentum politici status collegi, vnde rei propositę, rationem & ordinem intelligas, ac quod in tua regione deerit supplere possis, & castigare, quod si facere non grauaberis, ac mihi communicare placuerit, tuo id nomini atque honori in castigato tabulę frontispicio acceptum referam. Idem si quisque in sua patria præstiterit, nemo credat quantum emolumenti studiosis omnibus ex Geographia sit accessurum.

Itaque cùm tria præcipuè sint in administratione regnorum, principatuũ, & prouinciarum cõsideranda capita, videlicet, Status Ecclesiastic' Politic' & iustitię iurisq; administratio, primũ sub regionis in tabula descriptæ titulo, quot in ea regione sint status politici membra recensebo iuxta earum dignitatis ordinem ibi obseruatum. Deinde in nobilium locorum distinctione (quando penes nobilitatem præcipuum est regimen) eos locos primũ enumerabo qui Principi sunt feudales, deinde & liberos, idque ordine à summo nobilitatis gradu descendendo veluti Ducatus, Comitatus, Baronias, Dominia. Tertio in quas Præfecturas regio sit diuisa. Atque his tribus Politicum statum sufficienter declaratum iri existimo. In iustitiæ administratione notandæ erunt diœceses iuridicæ, superioresque Senatus ad quos fit appellatio. Denique in Ecclesiastico statu primum Archiepiscopi, si qui sunt, tum eorum suffraganei Episcopi, & qui præterea alijs suffragantur ordine ponendi erunt. Hæc omnia enumerare studium quidem est, verùm cùm deficiente materia in paucis id detur, præstabo, quod potero, vt saltem patriæ cultores ad meliora perfectioraque prouocem. Singula autem loca numeris designabuntur, vt in subsequenti tabula continuo inueniri possint, prior numerus gradus & minuta longitudinis continebit, qui in latere boreo aut meridiano, tabulę quærentur, posterior latitudinis numeros habebit, in occiduo aut orientali latere quærendos. Ab horum terminis, hinc meridiani, inde paralleli latitudinis ductu ad communem eorum sectionem & locum propositum peruenies. Quæ verò in generalium Tabularum indicibus sunt, eorum situm inde petere oportet. Quod si quæ nomina in subiecta tabula non reperiantur, id choroghaphi qui eam prior delineauit factum est vitio, propter quod principatuum & dominiorum designatio omittenda non erat.

Quoniam autem penes nobilitatem est regionum dominium & regimen, vtile & iucundum est eius gradus ordine, & proprias cuiusque conditiones internoscere. Summus eius gradus est Imperatorius aut Regius quem ordine subsequuntur Dux, Comes, Baro, Tribunus militaris, quem Banderheer vocant Belgæ, quasi Bendæ hoc est Turmæ, quam sub suo baniere, hoc est signo equestri ductat, Dominum. Post hunc est Eques auratus, siue equestris ordinis dignitatem adeptus, quem Galli Cheualier, Belgæ Ridder vocant. Postremo loco est vn Escuyer, id est nobilis scutatus, qui insignia quidem nobilitatis gestat, verum otdinis dignitatem publicam necdum assecutus. Iam Comitum tres sunt gradus, qui in primo est à Gallis Viconte dicitur, hoc est, vt opinor, Procomes, aut Princeps Comes, qui cæteris apud ducem suum dignitate & priuilegijs præstat, quem Lodouicus Guicciardinus Burgrauium hodie dici vult. Et fieri potest hunc Comitum ordinem eo diminutionis dilapsum esse, sed principio excellentior fuit eius dignitas, vt mox eius descriptio indicabit. In secundo gradu est Prouincialis Comes, Landgraue Belgicè. In tertio Marchio, Maregraue. Hi sunt præcipui nobilitatis gradus atque ordo, iuxta quem regionis cuiusque dominium distribuitur. Sunt & aliæ quædam nobilitatis gradus atque ordo, iuxta quem regionis cuiusque dominium distribuitur. Sunt & aliæ quædam in his gradibus subdiuisionis differentiæ, sed quæ priuilegijs magis quàm regiminis forma distinguuntur. Eius porrò ordinis quem recitaui legitimas differentias & conditiones, quemadmodum in Gallico quodam libello, inscripto: La diuision du monde: inueni tradam, ab ima nobilitate aliorum graduum creationem deducens, vnde illorum proprietates & regiminis ordo elegantissimè elucescunt.

Eques auratus, inquit ille, siue Cheualier ex scutato nobili, ex Escuyer, sic creabitur. Si diu hic bella secutus arma exercuerit, pluribus conflictibus interfuerit, atque vnde ordinis statum honestè sustinere possit habeat, sitque ex magna insigni ac diuite familia, tum in aliquo conflictu duci exercitus aut strenuo & genero'o equiti petitionem suam significabit, & finito conflictu ipse ducem aut equitem dictum accedet, præsensque

nomine Dei ac S. Georgij orabit, vt sibi ordinis insignia donet. Quo ille audito gladium suum educet, terque supplicantem feriet, dicendo: Ego te facio equitem (Chevalier) in nomine Dei & S. Georgij ad fideliter conseruandam fidem, iustitiam, Ecclesiam, viduas & pupillos. Quod si verò supplex, etiamsi strenuus, sit tamen pauper, admittendus non erit, nisi tot illi reditus annui assignentur ac donentur, quot ad ordinis honorem & dignitatem conservandam opus est habere. Atque hic primus est ab imo nobilitatis gradus.

Tribunus militaris, ein Banderher, ex equite aurato fiet, si diu secutus bella satis terrarum ac redituum possideat, ad tenendum & stipendijs alendum 50 nobiles, hoc est vnam bendam, quæ ipsius signum equestre in militiâ sequatur. Nemo enim signum sive vexillum erigere potest, nisi qui turmam hoc est bendam 50 vt minimum nobilium stipendiariorum suo sumptu adducere potest.

Baro ex equite aurato, aut etiam Scutato nobili creari potest, quando ille in suo Dominio quatuor Castellanias habentes iurisdictionem altam, mediam, & bassam (vt vocant) possidet, tum enim Rex illi conferre potest vexillum Baronatus. Cæterum hoc illi conferri non potest, nisi rebus in bello fortiter gestis. Itaque ex primo conflictu equestris fit ordinis, ex secundo Tribunus militaris, ex tertio Baro.

Comes ascendendo sequitur, & quidem primo limitaneus, quem Marchionem hoc est Maregraue vocamus. Is autem talis creari potest, qui duas aut tres Baronias in vno Ducatu conclusas possidet; Creari autem potest à suo Duce in cujus ditione eas possidet.

Comes prouincialis deinde, id est Landgraue, fieri potest, qui quatuor Baronias vni ducatui inclusas habet, quem Dux in Comitem creat, aut etiam Rex per Ducis instantiam aut permissionem.

Viconte, Princeps, Comes, fieri potest qui tenet quinque Comitatus aut plures in vno Ducatu comprehensos aut iunctim sitos. Et potest à Duce in magna solennitate permissu Regis creari. Quod si Rex ipse præsens adsit honorabilior fit principatus.

Dux eo Comite qui futurus est in primis in Regno in quo coronandus est, possidea t quatuor Comitatus Principales, & in quolibet horum habeat alios quatuor Comitatus, siue Baronias illis quatuor Comitatibus fide & clientela obstrictos, sic ius Ducalis dignitatis consequendæ liberum habebit. Coronandus est autem à Rege vel Imperatore cui subiectus est, galero margaritis & gemmis preciosissimis exornato, in florentissima suarum ditionum vrbe, idque in magno conuentu Principum virorum, Ducum, Comitum, ac Baronum solenni etiam festo celebrato, quemadmodum in coronatione Regum consuetum est.

Qui Rex futurus est, necesse est, vt quatuor Ducatus inter se cohærentes & continuos sibi subiectos habeat, & in quolibet Ducatu ciuitates quatuor, in quas ipse solus Dominium habeat. In qualibet etiam harum ciuitatum Archiepiscopum vnum, sub vnoquoque rursus horum decem Prouincias Episcopales. His dotatus exorna tusque Dominijs & dignitatibus Imperatoriam Maiestatem tanquam suum superiorem adibit, aut ad se vt veniat honorifica legatione inuitabit, & efficiet quo ab illo coronetur.

Recentior autem hæc eligendi Regis cæterorumque Principum lex esse videtur, quamdiu enim vagæ nationes, Goti, VVandali, Longobardi, aliæque plures suos secum Reges adducebant, non ex ampla terrarum possessione regiam dignitatem metiebantur, sed ex viribus populique adducti multitudine. Nec Ducum etiam qui primum à Longino Exarcho Rauennatensi anno Domini 569. & mox à Longobardis institui cœperunt, alius fuit delectus, quàm pro fortitudine, & rerum gerendarum prudentia. Adde quòd Paulus Aemilius testatur: Duces Comitesque principio ab Regibus ea lege gentibus ciuitatibusque præfectos fuisse, vt quoties ex vsu esset dimitterentur aut mutarentur. Neque verò dictæ creandorum Principum leges, cùm hereditarias terrarum possessiones emetiantur & postulent, condi potuerunt, quamdiu temporario tantùm beneficio Ducatus Comitatusque à Regibus & Imperatoribus cōferebantur. Quapropter licet præcisè eius instituti tempus indicari nequeat (nullam enim eius notam adfert Gallicus ille libellus) tamē sub Ottone II. Imperatore, aut circa annum Domini millesimum, vel paulò post eam constituendarum confirmandarumque dignitatum rationem à Monarchis ordinatam fuisse omnino est verisimile. Enimuero vsque ad Ottonem secundum pro sua quisque Princeps potentiâ & ambitione, ad maiorem dignitatem, regiamque Maiestatem aspirabat. Sic ex vno Lotharingiæ regno, quod à Rheno ad Schaldim vsque extensum, mari Frisico terminabatur, & vnius Lotharij Lodouici Pij filij erat, post plura sunt nata, videlicet transiuranæ Burgundiæ, quod à Iura monte ad Alpes vsque extensum totam Heluetiam, Rauracos, Allobroges, & Burgundos transiuranos complectebatur: & Prouinciæ regnum quod simul partem aliquam Burgundiæ ac Sabaudiæ comprehendebat, & postea appellatum est Arelatense, cuius etiam hodie Treuirensis Elector Archicancellarius appellatur, Regnum item Lotharingiæ, quod Lotharingiam nunc dictam, & deinceps reliqua inter Rhenum & Schaldim vsque ad mare Frisicum continebat, & olim Austrasiæ regnum vocabatur. Rursus hoc ipsum Lotharingiæ regnum Carolus Caluus, & eius frater Lodouicus inter se partiti sunt, vtrobique Regis titulo seruato. Omitto alia eodem sæculo pro imperandi libidine orta regna. At verò Otto II. Imperator Lotharingiam ablato regni nomine in nouos Ducatus, Comitatusque distinxit, veluti membris è corpore diuulsis & distinctis, vt habet Cuspinianus, factaque diuisione anno 981. primum eius quæ nunc est Lotharingiæ Ducem constituit Carolum Lotharij Regis Franciæ fratrem, vt latius tractat Richardus VVassenburgius. Ab eo tempore videtur arbitraria illa regnorum & Principatuum erectio defecisse, Monarchis nunc omnia ad stabile imperium componere cogitantibus, quod in iusta partium imperij, quemadmodum in homine membrorum ad caput proportione & harmonia maximè situm est. Vt ergo in Principatibus & rerum administratione ordo aliquis perpetuo seruaretur, tandem eo ferè quo dixi tempore has leges dictas excogitatas fuisse arbitror.

Habes lector totius nobilitatis distinctos gradus, & dignitatum differentias. Iam obserua in vnoquoque regno quo modo prouinciæ pro illorum ratione sint diuisę, quomodo regimen & vniuersitatis gubernatio, & qua portione in hos gradus sint distributa, quod cuique sit proprium officium, quæ cuiusque ad alterum & præcipué ad caput sit habitudo & necessitas, videbis insignem harmoniam ad pacem & tranquilitatem, ad

robur

robur & potentiam, ad diuitias & fastum, ad virtutem & sapientiam, ad regni maiestatem, ad limitum extensionem, ad instabilitatem, ad declinationem & interitum, aut quocunque alio tendentem, vt sint administrationum rationes variæ. Quæ minus rectè succedere videris, aut iudicaueris, vnde id procedat contemplare, quæ ita bona & successu fœlicia inuenis causam illorum disquire, sic optimam politiam in regnorum administratione speculaberis & vtilissimè Geographica tractaueris. Quò autem meliore methodo in hanc speculationem ingrediaris, hic subiungam tanquam fundamentum vniuersi huius negotij: De Politico statu regni Gallię compendium, quod meo rogatu vir nobilitate & eruditione clarissimus D. Dominicus à Burmannia in ornamentum huius operis, & studiosorum gratiam scripsit & communicauit, cuius exemplum in alijs quoque regnis & Rebus publicis viros doctos sequi maximè optandum esset, quo omnes administrationum Reip. varietates in contemplationem duci possint.

DE POLITICO STATV REGNI GALLIÆ.

GALLI omnium scriptorum iudicio populi sagacissimi ac bellicosissimi optimum sibi politię statum constituere conantes Monarchiam Regalem elegerunt. Natura enim ita cõparatum videbant, vt vnum aliquem excellenti dignitate plus reuereantur & metuant homines, quàm coactum aliquem numerum delectorum, qui tempore commutãtur. Ratio quoque ipsa præscribit in omnibus rebus ad vnum aliquem velut ad caput atque fontem necessario confugiendum, & rem esse plenam incommodi atque periculi cùm plures simul imperium obtinent. Quinetiam exempla testantur monarchias, etiam si vel interitu Principum, vel alio quoquam humano casu fuerint immutatæ, diuturniores fuisse & tranquilliores, quàm vel optimatum vel popularem statum, vt in Assyrijs & Aegyptijs & Parthis, imò vt propioribus exemplis vidimur, in Britannia, Hispania, Galliaq; nostra videmus, quibus sanè prouincijs nullæ aliæ Respublicæ temporis longinquitate conferri possunt. Fit verò plerumque, vt optimatum status, qui Aristocratia dicitur commutetur in Oligarchiam, quę paucorum est dominatus, quando ex optimatibus & primis ciuitatis pauci quidam, velut coniuratione facta, honores & emolumenta omnia inter se partiuntur, & suas priuatim fortunas amplificare student, neglecta communi vtilitate, quam solam & in primis curare debebant. Alterum genus quod ad promiscuũ vulgus pertinet, & popularis status, seu Democratia dicitur, semper habitum est tumultuosum, & periculi plenum, & viris præstantibus inimicum. Prudentissimè ergo Galli populi ab omni tempore vni magis, quem ex virtute & iustitia æstimabant cæteris præcellere, quàm vel pluribus ac pręcipuis populi, vel multitudini rei summam commendandam esse censuerunt, prout & singularis aliquis, qui solus rerum potitur, facilius aut promptius incommodis & periculis mederi potest, quam multi simul gradu & dignitate pares. Neque verò effrenatam in Regem suum transtulerunt potestatem, sed certis legibus & conditionibus optimè limitatam aut constrictam, ne tyrannidi vllus locus detur, vt in progressu ostendemus. Cæterùm quemadmodum nihil in humanis actionibus stabile est ac perpetuum, sed cuncta vel temporis lapsu collabascunt, vel sæculorum prauitate immutantur, sic in Gallia quoque licet idem semper status, hoc est monarchicus Regalis fuerit, non omni tamen tempore eadem gubernandæ Reipub. ratio fuit, quam omnem ab initio constituti Regni breuiter ac dilucidè, quantum ex variorum scriptorum lectione assequi potuimus, ordine exponemus.

Status Galliæ priusquam à Romanis in prouinciam redigeretur is fuit, vt neque uniuersa vnius imperio regeretur, neque singulæ ciuitates vel in populi vel in optimatum potestate essent, sed ita diuisa fuit, vt pleræque optimatum consilio regerentur, quæ liberæ dicebantur, cæteræ Reges haberent. Omnes quidem id institutum tenebant, vt certo anni tempore publicum gẽtis concilium agerent, in quo quæ ad summam Reipub. pertinere videbantur constituerent. Ciuitates autem 64. Tacitus libro 3 numerat, hoc est, vt ex Cæsare intelligitur, regiones quæ non modò lingua moribus & institutis, verũ etiam ijsdem magistratibus vtebantur, qualis ipse multis locis Aeduorum, Auernorum, & Rhemorum ciuitates præcipuè commemorat.

Reges verò vel Regulos potius Galli eos tum appellabant, qui non ad tempus, vt ciuitatum Magistratus, sed in perpetuum regium imperium quantumuis exiguis finibus obtinebant, quos immutata temporum cõsuetudo Duces comites, Marchiones nominauit.

Erant hi Reges non hereditarij, sed à populo propter iustitiæ opinionem eligebantur, neque habebant infinitum, solutum, & effrenatum imperium, sed certis legibus ita circumscriptum, vt non minus ipsi in populi, quàm populus in ipsorum ditione ac potestate essent, vt ferè illa regna nihil aliud nisi magistratus perpetui viderentur. Nam multos nominat Cæsar priuatos, quorum tamen parentes ac maiores Regnum obtinuerant. Optimatum ergo & delectorum authoritate, quibus eam potestatem populus permittit tanquam freno coërcebantur, quæ optima Reipub. forma, teste Platone, Aristotele, Polybio & Cicerone fuit.

Porrò Gallia à Romanis in prouinciæ formam redacta, eodem modo reges ipsorum ex virtute & nobilitate (instar Germanorum teste Tacito) totius populi iudicio ac suffragijs electi ac constituti sunt, quorum tres tãtùm in hodiernum vsque diem annis fere 1200. quibus illud regnum durauit, familiæ recensentur.

1. Merouingiorum, qui orti a Meroueo stirpem ad annos 283 propagarunt.
2. Carolouingiorum, qui orti à Carolo Magno sobolem in annos 337. produxerunt.
3. Capeuingiorum, qui ab Hugone Capeto prognati annis ferè 590. regnum obtinent. Nam licet deferendi Regni iudicium arbitrium que penes Ordinum comitia, publicumq; totius Gentis Concilium semper fuerit,

rit, & etiamnum omni iure sit, filijs tamen & ijs, qui ex Regis demortui stirpe essent propter nobilitatem (more Germanorum) & innatam quodammodo virtutem, præ ogniuam illam fere reliquerunt, vt eos quasi hæreditariè alijs pari virtute præferrent, ita tamen, vt si Regis defuncti filij annis 24. minores essent, eos creari ius non esset, atque adeo alium ætatis legitimæ creari necesse esset, cuius exemplum extat anno Christi 309. in Clogio Rege. Sed & subinde hoc ipsum Regnum quod Francogalliæ dicitur, ex quo inter plures Regum demortuorum filios, ex Procerum Regni voluntate & arbitrio diuisum fuisse, plurima extant exempla. Si verò populus filio repudiato alium eligeret (prout sæpius id factum est) relinquebantur filio repudiato ad tuendam suam dignitatem res quæ propriæ Regis, &, vt iurisperiti loquuntur ipsius patrimoniales fuerunt, & quas sine publico gentis consilio alienare non poterat. Cætera quæ regni & Reipub. erant, & Reip. dicuntur, ei ad quem regnum deferebatur, attribuebantur, sicut & eæ res quæ Fisci dicuntur, quæ scilicet ad tuendam dignitatem suam partim ad vsus Reipub. repentinos attributæ sunt, vt erant Ducatus & Comitatus varij, qui etiam in populi comitijs illis assignabantur. Secundò & illud obseruatum semper fuit, vt filiæ à regni successione remouerentur (non quidem lege Salica, vt quidam malè existimant, nam ea de priuato tantum patrimonio, nec de feudis quidem, sed de allodijs, autore Salagasto vno ex regni proceribus, vnde Salica ab eius nomine dicta est, constituta fuit) & ijs neglectis, fratribus vel patruis, aut etiam extraneis per Proceres regnũ semper delatum sit, atque hæc de regibus primo Reip. capite. Antequam autem reliqua de Regis electione, eiusque & Reipub. concilio, rationeque administrationis regni progrediar, operæ precium facturum me esse arbitror, si prius membra illa regni, quæ regem constituendi & abdicandi potestatem habere diximus, paucis describpsero, quò magis dulcis illa harmonia qua regnum hoc à maioribus prudentissimè constitutum est elucescat.

Illud in primis magni est momenti. Regiam potestatem, ac reliquos omnes regni ordines adeo commodis & æquis rationibus inter se deuinctos esse, ac velut coãgmentatos, vt vix vllum possit inter ipsos magnum dissidium oriri. Sunt autem ordines in Gallijs tres præcipui penes quos legitimum gentis concilium, regnumque adimendi ac constituendi facultas omnibus temporibus fuit, nobilitas scilicet, populus, vulgus. Hi singuli pro sua quisque conditione suas habent leges ac instituta, quibus vtuntur, & adeo commodè sunt inuicem aggregati, vt ægrè facultatem habeant alij alios opprimendi, aut etiam aduersus regem coniurandi. De Ecclesiasticorum ordine, qui quartus censeri potest, quanquam hodie, cùm in tantam excreuerit potentiam, primum obtineat, deinde dicturi sumus.

Nobilitas igitur Galliæ, siue equestris ordo maximis fruitur commoditatibus ac priuilegijs, eoque fit vt magno quodam affectu Regem complectantur, & vitam quoque pro ipsius ac patriæ salute profundant. Neque enim vllum pendunt tributum, & armatis licet ipsis esse quocunque loco, & multa habent vitæ præsidia, sic vt non sit opus illiberalem aut quæstuariam aliquam artem exercere. Hoc enim nostris moribus minimè illis conceditur, nisi fortè domi maneant, ac rei familiari studeant. Sed si Regem sectari velint, habent quò se honestè alant. Plurima enim sunt domus & aulę Regiæ ministeria, quæ solis nobilibus attribuuntur, qui singuli partem aliquam anni in ijs procurandis consumunt, & reliquum tempus vacuum habent ac liberum rebus priuatis atque domesticis administrandis. Hi omnes annuum à Rege accipiunt stipendium, & ampliora sperandi magnas habent occasiones. Principes autem viri ac maioris dignitatis proceres, quoniam & ipsi Regis beneficentiam experiuntur, ac partem Reip. procurant, nobilibus qui re sunt familiari minus lauta victum & alia sæpè communicant. Deinde Reges perpetuum alunt & amplissimum equitatum, exercendæ & alendę causa nobilitatis, ac in tanto equitatus numero plurimæ sunt præfecturæ, quæ in illos distribuuntur, eaque ratio non minus pacis quam belli tempore durat. Maiores quidem loci nobiles pro sua quisque conditione ac virtute præficiuntur equitibus, ex reliquis autem alij sunt legati, alij signiferi, alij sagittarij, & qui per ætatem non possunt ferre arma reliquis famulantur, & cum nullum intercedit bellum, licet ipsis manere domi, eiusque stipendij partem non mediocrem parsimonia conseruare. Ad hæc nemo credat quàm multę sint per Galliam præfecturæ, vt sic dicam, vrbanæ, quæ soli nobilitati committuntur, nam alij prouincijs, alij finibus, alij castellis & arcibus, alij vicis præficiuntur, vt interim nihil dicam de maioribus illis muneribus, quæ principibus tantùm tribui solent, cuiusmodi sunt qui ipsorum lingua dicuntur Connestabuli, Marescalli, Ammiralij, & id genus alij, sed & annuam pecuniam, velut honorarium quoddam Reges liberalitate quadam elargiri solent in multos nobiles, qui nulli sunt addicti ministerio. Hi appellantur eorum lingua Pensionarij. Satis igitur ex ijs quæ diximus apparet ordinem equestrem valde honestè & liberaliter in Gallijs haberi, & rectè quidem, nam & patriam ab hostibus defendunt, & natura ferè ceteris antecellunt, & non solum ipsis, verum etiam maiorum ipsorum meritis atque virtuti illud tribuitur.

Alter ordo suas etiam habet commoditates non exiguas, ad hunc pertinent mercatores, qui eo faciunt maiorem quæstum, quod tutò ipsis per Galliam proficisci ac negotiari licet, tum quod nobiles & mercaturã nullam exercent, & splendidè ferè ac sumptuosè vestiuntur. Huic etiam ordini conueniunt ac fere tribuũtur quæsturæ & rationes nũmariæ, item præturæ, & quicquid ad iurisdictionem pertinet, quasanè in re plurimum est honoris ac emolumenti. Sunt enim in hoc regno Iuris administri Iudices, Aduocati, causarum Procuratores, Scribæ, & id genus alij: multo plures mea quidem sententia, quàm in reliquis omnibus orbis Christiani prouincijs, quod pero portunè illis accidit, qui relicta mercatura his rebus operam nauare volunt. Eradeo quidem est fructuosus hic ordo, vt nobiles etiam inuideant, quanquam certè dignitate atque splendore reliquis præstant. Et qui sunt alterius ordinis fere student ad hunc peruenire, vt postea dicturi sumus.

In tertio genere est vulgus & promiscua hominum multitudo, qui & agros colunt, & omnis generis artificia tractant. Vt autem hi vel nimia vtantur libertate, vel admodum sint diuites, vel in armis etiam exercitati, non est consultum. Nam quia conditionem seruitutis oderunt omnes, & natura sua fortunas amplificare student, facilè fit vt arma capiant, & potentiores opprimant, quod & in Gallijs & in alijs locis non semel

accidisse

accidisse constat. Vt autem eiusmodi sint ordines, ac veluti gradus in omni Republica necesse est. Quemadmodum in corpore humano videmus infirmiora & ignobiliora mēbra subministrare dignioribus. Neque tamen est quod hi suum statum deplorent ac indigne ferant, quoniam & ius ipsis communicatur æquabiliter, & quam a maioribus acceperunt, ea vtuntur libertate, & multis etiam Reip. ministeriis adhibentur, & sola virtute & industria & assiduitate possunt ad secundum ordinem emergere, quod secundo non licet, vt ad primum videlicet euadat, nisi regis beneficio singulari, quod ille solet ijs impartiri, qui aut iam fecerunt, aut pro Repub. videt posse aliquid facere egregie. Et prudenter quidem istud institutum est, primum vt ordo conseruetur equestris, qui propter belli exercitium fere minuitur, & sumptus vix tolerat. Deinde vt homines tantis excitati præmijs virtute cōtendant, & ad supremum gradum eluctentur. Hac etiam spe cōfisi qui sunt plebei & infimi ordinis aspirant ad secundum, & cum in eo versati fuerint aliquandiu, ad primum. Itaque fit vt minus sit inter ipsos inuidiæ ac malevolentiæ, quando vident meritis ac virtuti patefactam esse viam ad amplissimos honores & propositum esse periculum, si malis rationibus eosdem obtinere studeant. Quod si vel conatus nimium difficilis, vel spes esset nulla ampliora consequendi, tum qui sunt mediocris & infimi gradus, magni præsertim animi, causam reperirent & occasionem excitandi motus, & sui ordinis homines contra potentiores armādi, nūc autē minimè difficilis est ratio, & videmus quàm multi ex humili sæpè loco ad summū fastigium euadant. Hanc quoque rationem diligenter olim servabant Romani, nam a populari statu gradum faciebant ad ordinem equestrem, et hinc deinde ad Patritiam & Senatoriam dignitatem patebat aditus.

Est præterea ordo Ecclesiasticus nulli non communis, qui modo animum huc adijciat, & pro Galliæ consuetudine non raro accidit, vt etiam homines plebei virtute ac eruditione præstantes amplissimos in eo genere consequantur honores, Cardinalatum aliquando, vel Pontificatū etiam, quæ sane res ad virtutem ac literarum studia homines inflāmare potest.

Ex iam dictis liquet quam apte & venuste inter se cohæreant omnes regni ordines, è quibus si quis aliquid delinquat facilis est medicina, nam si nobiles iniuriam cæteris faciant coercentur ab ijs quibus reddūt, quorū est tanta authoritas, vt quantumuis magni Principes eorum cogantur parere decretis. Quod si populus etiā atque vulgus aliquid moliatur, vt nonnunquam accidit, non est difficile nobilitati propter potentiam & vsū armorum illos ad æquitatem & officium adducere, eoque fit vt suarum rerum finibus ac veluti cancellis sese contineant omnes, ac pacem alii cum alijs colant, quando neque causam habent, neque facultatem etiam aliquid conandi, & periculum in eo summum esse vident. Itaque Regem tanti beneficij autorem complectuntur & amant omnes, ac cum tempus incidit libentissimè imperata faciunt, & publicis necessitatib' magno studio subueniunt. Quod si priuatim aliqui ab officio discedant, parata sunt remedia, sic vt malum non possit lōgius progredi. Et hæc quidem de ordinum Regni statu satis.

Ex quibus equidem constat quam concinnè hæc Monarchia iuxta iustitiam distributivam sit temperata, atque administrata, & Aristocraticè, hoc est Optimatum Imperio, & Democratice, hoc est totius populi interventu, quippe cum ad omnes honores pateat aditus. Quæ quidem est illa Respublica quam tantopere propter dulcem illam harmoniam, omniumque Reip. generum temperationem, omnes Philosophi commendarunt, & vbi vetus illa Lex aurea locum habet. *Salus populi suprema lex esto.*

Verum vt redeamus vnde digressi sumus. Ex tribus hisce ordinibus seu statibus Regni solet quotannis Calendis Maii publicum ac solenne Concilium seu Parlamentum vulgo haberi, atque adeo quoties maior aliqua res inciderit, cui Rex in aureo tribunali sedens præerat: et huic primum Principes Regnique Magistratus, tum inferiori loco legati ex singulis civitatibus subsidebant, quos vulgo deputatos appellāt. Carpento aūt Rex in atrium vehebatur bubus tracto, quos auriga stimulo agebat. Vbi in atrium ac potius in Reip. sacrarium ventum erat, tum principes Regem in aureo solio collocabant, reliquiq; vt iam diximus, suo quisque loco atq; ordine subsidebant, eoque demum in statu atque sacrario Regia Maiestas dicebatur.

Autoritas vero hujus consilij omni tempore summa fuit, & hæc potissimum in eo agi solebant. Primum de creando vel abdicando rege, tum de pace & bello, de legibus publicis, de summis honoribus, præfecturis & procuratoribus Reip. de assignanda patrimonij parte liberis defuncti Regis, vel dote filiabus constituenda, quā Germanico verbo Abānagium, quasi exclusoriam partem appellarunt. Denique de ijs rebus omnibus, quæ vulgus & nunc negotia statuum populari verbo appellat, quoniam de nulla (vt diximus) Reip. parte, nisi in statuum siue ordinum concilio agi ius esset. Item si quis Princeps atque illustriore loco natus criminis alicui' insimularetur, in iudicium ad illud consilium vocabatur, ibique causam dicere cogebatur. Quinetiam si quādo Rex maiores sumptus facere instituisset, veluti in templis ædificandis, & monasterijs fundandis, Rex ordinū concilium exquirebat. Postremo ne illud quidē prætermittendū est, tam huius concilij apud cæteras gentes authoritatem fuisse, vt etiam Principes exteri, si quid controuersiæ haberent, id interdum huius concilij arbitrio ac iudicio permitterent.

Atque hoc concilium historici alias curiam, vt eōuentum, alias Parlamentum, alias Placitum appellare solent, quod re in multorum consilio quæsita & deliberata, tandem inter ipsos placuisset & conuenisset. Vnde & placita Philosophorum apud Ciceronem & alios dicta sunt. Atque hinc etiam promanasse videtur illud hodiernum in mandatis ac literis Regis: *Quoniam ita placitum est*, quod male nunc a Scribis Gallicis traductum est: *Car tel est nostre plaisir.*

Eligi etiam solebant in eodem hoc ordinum conventu seu concilio præfecti Reip. qui Merovingijs temporibus, Maiores domus, hoc est Magistri Palatij dicebantur. Horum eadē apud Reges potestas fuit, quæ quōdam apud Imperatorem Romanum erat Præfectorem Prætorio, qui etiam Aulæ Præfecti dicebantur. Qui cum regiam potestatem desidia Regum aliquandiu obsedissent, eandem facultatem nacti, eam pro sua vsur-

parunt ac occuparunt. Nam cum omnia fere Reipublicæ munera obirent, & si quod gerendum esset bellum exercitibus præessent, hi domi nudo atque inani Regum nomine contenti propter desidiam in otio vivebant, vnde eo progressa res est, vt Childerico Rege 18 Regnum obtinente pipinus Magister Palatij, qui Regis nomine magna diuturnaque bella gesserat, Saxones devicerat, suamque in potestatem redegerat, oblatam Regij nominis occupandi facultatem non repudiarit, exercitu prçsertim eoque victore & glorioso instructus. Tanta autem prafectorum potentia initium (vt diximus) cœpit tempore Clotharij secundi, circiter annum Christi 588. id est circiter annum 130. post Regnum Francogallię constitutum.

Porro hic Pipinus in Regnum, deposito Childerico, sublimatus est. De quo vide Lector, hæc in appẽdice Hunibaldi apud Io. Tritemium, præter Marsil. Patavin. de Translatione Imperij cap. 6. Eodem anno (inquit Tritemius) Proceres totius Regni convenientes in vnum, super abrogatione Regis Childerici inutilis, cœperunt habere concilium, placuit autem in commune omnibus, vt Regem Childericum nullam regnandi vel peritiam, vel potestatem habentem deponerent, & Pipinum penes quem totius Regni summa manebat authoritas, in Regem sublimarent. Sed Pipinus in hanc rem consentire noluit, nisi prius consilium Pontificis Zachariæ inquiratur, causas allegans se moventes.

In magistri huius palatij locum successisse videntur Comites stabuli, vulgo Connestablii. Comites vulgo dicebantur omnes, qui amplissimos quosque honores in Regia obtinebant, & Remp. pro parte administrabant. Erat autem Comes stabuli fere is qui apud Romanos Magister Equitum dicebatur, id est, qui equitatui præerat, cui custodes equorum suberant, qui vulgo Scarieri appellantur. Mareschalcus Germanis vocatur, hodie eandem obtinet dignitatem quam olim Præfecti Prætorio, seu vt diximus Magistri Palatij, & sub eo hodie sunt quatuor Mareschalci, id est Magistri Equitum, ad quos introducuntur lites rei militaris.

post hæc erecti sunt tempore Hugonis Capeti (licet non satis inter scriptores de hac origine conveniat) quos Pares Franciæ vocant. Ille enim remoto legitimo hærede cum Regnum occupasset, Proceres aliquot novo aliquo honore ac beneficio sibi devinciendos putavit, nam eiusmodi aliquid ab eo factum esse omnes consentiunt.

Horum Parium constituendorum causa duplex fuisse videtur. Primum vt Regni inaugurationi, atque vt tum loquebantur, investituræ præessent, hoc est, vt Regem Imperij sui insignibus, atque insulis solemniter in Principum atque Optimatum conventu exornarent. Deinde vt si quis e Potentium & Principum Francię numero fraudis capitalis reus fieret, iudicium illud exercerent, nam cum antiquitus iudicia illa in publico gẽtis Consilio exercerentur, vt dictum est, atque is mos maiorum paulatim Capevingiorum instituto ad Iuridiciale Parlamentum traduci cœpisset, neque Principes Regni facile illi Parlamento suas fortunas committendas putarent, Regibus illis ad suas rationes commodissimum fore visum est, præter illius Parlamenti curiam suum hunc Parium consensum instituere, quæ Parium Curia vocitata est, quorum tamen ordo ac numerus aliquandiu varius fuit, neque enim duodecim viri semper fuerunt, vt nonnulli existimant, sed interdum plures, interdum pauciores erant, prout Regi, a quo in summi honoris ac beneficii loco Magistratus ille deferebatur, commodum videbatur, idque varijs exemplis probari posset, sicut & Parium dignitas sępe varijs Principibus attributa est, & ad illorum iudicia nonnulli insuper alii & Franciæ Proceribus, & Satrapis, Episcopis, adhiberi soliti sunt. Postremo in illorum numero etiam Reges ac Principes exteri fuerunt.

Porro etsi hac Parium institutione, & quod Hugo ille Capetus ad conciliandos sibi retinendosque (vt diximus) Procerum animos, dignitates quæ temporariæ erant, puta Regni Ducatus, & Comitatus, perpetuas fecit, haud parum publici (de quo diximus) Concilij authoritatem, licet cum eiusdem Concilij consensu, astute imminuerit, cætera tamen cuncta adhuc ab eodem pro more pendebant Concilio, adeo vt etiam Budæus, & Carolus Molineus tradant rei nummariæ jus, hoc est potestatis nũmorum vel augendæ, vel minuendę semper penes populum Francorum fuisse. Memorabile est illud bellum quod propter publicum bonũ Proceres Regni assiduis plebis querimonijs & expostulationibus incitati adversus Lodovicum vndecimum Regem decreverant. Quin nec illud omittendum, sub eodem Lodovico Consilium publicum apud Turones ad Calend. Aprilis Anno 1467. coactum fuisse, in quo placuit vt certi probatique viri, 36. scilicet Curatores Reipub. ex singulis ordinibus deligerentur, qui Rempub. constituerent & juri ac iustitiæ providerẽt, duodeni scilicet ex Clero (qui vnum ordinem iam obtinebant) totidem ex Equitibus, & totidem iuris ac iustitiæ periti ex populo, fidemque Rex Regali dicto promissoque dedit ratum se habiturum quicquid illi 36. viri constituerent.

Atque hæc quidem in genere ad Capevingiorum vsque tempora totius Reip. gubernandæ, Regnive administrandi ratio fuit. Eaque recensuimus Officiariorum Regni munera, quibus qui præsunt vel funguntur proprie Regni seu Coronæ administratores, Officiales vel Sapientes dicuntur, quales sunt cum primis illi quos publicum Concilium constituere diximus. Item Pares Franciæ, deinde Connestablius, Ammiralius, Cancellarius, quæstor generalis Franciæ, &c. Alii etiam omni tempore fuerunt Consiliarii ac Officiarii Regii, qui privata ipsorum negotia curabant, Regique famulabantur aut ministrabant quales sunt Camerarii & alii Ministri & Officiales Aulæ Regiæ.

Præter hæc publica munera instituta sunt successu temporis alia atque alia Parlamenta iuridica, qua in re sciendum ad hæc ferè Capevingiorum tempora, & simplicem facilemque ius reddendi rationem, rarasque omnino lites fuisse, quod vel hinc licet cognoscere, quod Rex Lodovicus cognomento Dives, qui regnavit circiter annum 1230. (vt ex Ionuillio, qui eius vitam descripsit, constat) ipse vel controversias disceptabat, vel disceptandi negotium nõnullis e suo comitatu mãdabat. Quod idem de Carolo Magno proditũ est, qui vel dũ calciaretur, vel amiciretur, lites dirimebat. Hui' lex talis in capitulari extat. *Hoc missi nostri notũ faciãt Comitibus & populo, quod nos in omni septimana vnũ diem ad causas audiẽdas sedere volumus.* crescẽte deinde prauitate

tem-

temporis, litium multitudine, primum Basilica magnifica Regis Lodovici Huttini, vel vt alij volunt Philippi Pulchri Imperio circiter annum 1292. ædificata est; Tum ex mediocri Iudicum numero tres Decuriæ factæ Magnæ Cameræ, Inquisitionum & Postulatorum. Sed anno 1522. Rex Franciscus quartam deinde Cameram 20. novis Consiliarijs adiecit. Rursus idem Rex anno 1543. alios 20. creavit. Sed hic Iudicum conventus non fuit perpetuus & perennis vt hodie, sed indictiuus, nec nisi certo Principis mandato exerceri solitus. Ad diem idem D. Martini, id est 2. idus Novem. à Rege dictum proponebatur, quo Parlamentum inchoandi Iudicibus à Rege authoritas datur.

Verum paulatim in tantum huius consessus, seu Parlamenti autoritas excrevit, vt nulla Regia Lex, nulla constitutio rata esset, nisi cuius illi Cõsiliarij autores comprobatoresque fuissent. Deinde vt nullus tota Gallia Magistratus, non modo vrbanus, verum & militaris esset, quem non ab illo consessu inaugurari, & apud eundẽ in leges iurare oporteret, tum vt ab eorum iudiciis appellandi ius non esset, sed vt eorum decreta rata & fixa essent, postremo quicquid potestatis, imperij authoritatis, penes publicum Consilium & Statuum parlamentum (cuius scilicet & nomen & authoritatem obtinet) fuisse diximus, id totum in Senatum illum trãslatum fuerit.

At hodie quando solus Rex pro suo iudicio cum Secreto ac Privato suo Consilio quiduis decernit, prorsus in Ordinarium Iuridicum Consilium conversum est, non amplius circa Remp. Regnique negotia occupatur, fixamque suam sedem Parisijs habet.

Quod quidem latissime patet, & amplissimam præ cæteris ordinarijs Curijs seu Parlamentis (quæ septem omnino per Galliam nunc sunt) jurisdictionem habet. Cognoscunt autem singula de causis & criminalibus omnibus, & quod a singulis definitum fuerit ei standum est. Illud Parisiense præ cæteris habet, quod in id aliquando ipsi Reges venire olim solent, quoties aliquid magni decernere vellent, quod vel bellum vel pacem concerneret. Hodie adhuc pactiones Regum, & quicquid omnino ad Regni constitutionem pertinet in eo recitetur, & scriptis publicis, quorum ipsi custodiam habent, inseratur.

Sic quæ ab omni antiquitate & primordio Regni Francogalliæ ad publicos ordinum Conventus referebantur, & post ijs abolitis, ad Senatum seu Parlamentum Parisiense, ea hodie ad solum Regem, & quos ille in Consilium adhibere vult, translata sunt. Verum vt pergamus vlterius.

Est aliud in hoc Regno constitutum Consilium quod Magnum vocatur, quod ex veris Principibus ac præcipuis Aulæ & Regni consistit, quod tempore Caroli Septimi & Octavi, non nisi circa negotia Status Regni ac ipsius Reip. incolumitatem occupari solebat, sed & hoc ipsum adeo multitudine causarum ac litium successu temporis obrutum fuit, vt Carolus octavus Ordinarium ex eo Consilium, 17. Consiliariorum fecerit. Quos deinde Lodovicus duodecimus ad viginti adauxit, addito Cancellario Consilij Præside, adeo vt sub Francisco & ipsa Cancellarii dignitas in Præsidatum erecta fuerit, atque deinceps solum vacarent cognitioni causarum extraordinariarum à privato Consilio ijs commissarum & fere ordinarie appellationibus Præfecti hospitalis, vt vocant.

Præter ordinaria iam dicta septem Iuridica Parlamenta, vt familiari vtamur vocabulo, & Magnum Consilium, habet Rex privatim adhuc Consilium, quod perpetuum & ordinarium est, Regemque fere comitatur, & circa negotia Regni præcipue occupari solet, quanquam & id hodie in Ordinarium quasi Consilium conversum sit, quando scilicet causis civitatum & Parlamentorum fere vacat, & plerumque etiam aliorum privatorum non ita magni momenti causis, adeo vt hi viri spectabiles & illustres alijs occupati negotiorum publicorum & Statum Regni concernentium, cognitionem & curam propemodum omnem amiserint, totaque Regni administratio & cura Regis arbitrio & paucorum decretorum electorum iudicio commissa esse hodie videatur, quod *Secretum Consilium* nuncupatur, in quo cunctę fiunt deliberationes summam rerũ concernentes, & super quibus deliberatum a Privato & Finantiarum Consilio fuit, si eiusmodi modo negotia fuerint, quæ Regis peculiarem cognitionem requirant. In hoc cuncta beneficia, literæ & mandata Regia signantur, aliorum Principum, Legatorum, Præsulum, & Capitaniorum literæ referantur, eorumque responsa concipiuntur, & Secretarijs Statuum committuntur.

Est ergo & aliud Consilium quod vulgo Finantiarum vocant, quod vniversi Regij ac Regni Thesauri curam agit, cui adiuncti quoque sunt Intendentes, vt vocant, Secretarij Finantiarum, item Quæstores ærarij.

IN VSVM TABVLARVM ADMONITIO.

QVVM ad cœlestem rationem vniversam Geographiam reducere fuerit institutum, vt iusta locorum symmetria, qualis in Sphærica terræ figura existit, etiam in plano quam proximè servaretur, debita graduum longitudinis ad meridiani sive latitudinis gradus proportio constituenda fuit. Cum ergo paucos latitudinis gradus contineret proposita tabula, ad mediũ, ferè parallelũ tabulæ eã proportionẽ redegi, sic vt quæ illius paralleli ratio est ad meridianũ, ea etiã esset graduũ longitudinis in eodẽ parallelo ad gradus meridiani sive latitudinis proportio. Ac tũ meridiani omnes inter se paralleli existũt. Cũ vero plures erãt latitudinis grad', quia multa ibi in sũmo imoq; parallelis fit proportionis ad meridianũ differẽtia, ne nimiũ à vero recederet, locorũ symmetria, duos delegi parallelos æqualiter ferè à medio & extremis distãtes, ad quorũ rationes, meridianos graduũ lõgitudinis designatores cõstitui, qui tũ nõ paralleli fiũt, sed pro sũptorũ parallelorũ inter se distãtia maiore vel minore, pl' min' ve ad se mutuo & ad medium tabulę meridianũ inclinantur.

Quo

quo autem modo ea meridianorum designatio sit invenienda, in Geographico Ptolemæi opere ostendi.

Gradus porrò latitudinis ac longitudinis in lateribus tabularum designatos invenies, & quidem pro maxima parte latitudinis in vtroque tabulæ latere, longitudinis verò in summo atq; imo, quando videlicet vsitato Geographis more Septentrionē in superiore parte collocare licet. Quod si regio describenda magis inter meridiem et Boream extendatur, quam inter Orientem & Occidentem, tum fere Occidentem sursũ locauimus. Vtut fiat, Orientale Occidentaleque latus semper tibi latitudinis, reliqua duo longitudinis gradus repræsentabunt. Suntq; singuli gradus in 60. partes, quas minuta vocant diuisi, aliquando in singula, cũ magnitudo id paritur, alias in bina, quina, aut etiam dena.

Hoc fundamento posito optimas quasque descriptiones in delineandis regionibus sequutus sum, qua in re non parum subsidii mihi attulit insignis Chorometer & solertissimus Regis Hisp. Geographus Christianus Sgrothenius, qui multas regiones perlustravit, & præ cæteris amplius exactiusq; descripsit. Tum eiusdē quoque Maiestatis Geographus diligentissimus Abrahamus Ortelius, ipse candor & humanitas, qui quid vspiam tabularum nactus fuit, mihi communicauit liberaliter, tametsi in eodem mecum esset instituto. Qui præterea aliquid attulerunt auxilii, eos suis locis commemorabo, quo iustum sui beneficii encomium apud studiosos consequantur, nec ego ingratus reperiar. Omnia autem quæ ab aliis obsata simulque quæ ipse cõquirere potui diligentissimè inter se contuli, quo quàm fieri posset, emendatissimas descriptiones exhiberem. Vnum tamen interim, quod maximè in votis erat mihi defuit, nimirum Principatuum & Nobilium locorum exactior enumeratio ac designatio, quæ in aditis tabulis quàm maximè desiderantur. Proinde huic defectui nostro veniam dabis (Lector), & ad celebrandum nobilitatis ordinem politicum suppetias ferre dignaberis, loca huiusmodi situmque ac nomina, qualitatemq; eorum indicando, tuo id nomini decus erit. Orbiculi exigui locorum quorumlibet verum situm indicant, atque hinc eorum distantia sumenda est. Cæterum his subinde signa adhærent quibus internoscantur loca. Simplices pagi solis orbiculis, vbi ornatui locus deest contenti sunt, castra quoties nota occurrunt extante vnco notamus hoc modo ♂, cœnobia cruce sic ☨, oppida turres vt minimum duas habent, pagi nobiles vnam. Hæc observavimus quatenus nobis fuerunt nota. Facilia porrò factu signa ad has distinctiones sumpsimus, quo quilibet omissa facile supplere queat.

Si quis longitudinem ac latitudinem loci alicuius explorare velit, vbi meridiani paralleli sunt id efficiet distantiam eius à latere tabulæ circino sumendo, circinumque sic expansum ad aliud latus applicando. Si distantiam ab Orientali latere sumpsisti, circinus ex eodem latere in Septentrionali latere gradum & minutum longitudinis ostendet. Sin à Boreo latere distantiam habes, ex eodem in Orientali latere latitudinem designabit. Cùm verò meridiani non fuerint paralleli eodem quidem modo loci latitudo reperietur, at in vniversalibus tabulis vbi paralleli sunt circulares, distantia loci à proximo parallelo sumpta idem in latere Orientali ostendet. Longitudo autem quærenda erit filo aut regula loco superimposita versaq;, donec in Boreo Australique latere idem vtrinque eiusdem gradus minutum designetur, quodcunque tum illud erit, loci assumpti longitudo existet.

Miliaria in diversis regionibus multum subinde differunt, si ergo lubeat ea ad invicem comparare, eadem circino ad gradus meridiani refer, & quot in vno gradu comprehendantur revoluto circino explora, videbis quot vnius, quot item alterius regionis miliaria gradum vnum emetiantur, Sic Germanica communia miliaria (quæ 15 sunt in vno gradu) quadrupla invenies Italicis communibus, & subdupla fere quibusdam Suevicis ac VVestfalicis.

Nonnumquam occurret simplex linea orbulo annexa, sic ♃ ♄ ♂, ea nomen ad locum pertinens indicat, ideo addita, ne in locorum pressura, quod cuique nomen debeatur ambiguum fiat.

INDEX TABVLARVM

GALLIAE.

A. Galliæ vniversalis.
B. Britannia & Normandia.
C. Aquitania.
D. Provence.
E. Francia Picardia & Campania.
F France.
G. Bouloigne.
H. Aniou.
I. Berry.
K. Poictou.
L. Lotharingiæ pars Septentrionalis.
M. Lotharingiæ pars Meridionalis.
N. Burgundia Ducatus.
O. Burgundia Comitatus.
P. Helvetiæ tabula generalis.
Q. Zurichgovv.
R. VVistlispurgergovv.
S. Lacus Genevensis.
T. Argavv.
V. Belgij vniversalis.
X. Flandria.
Y. Flandriæ Pars Orientalior.
Z. Brabantia.
&. Hollandia.
ct. Zelandia.
A. Geldria.
B. Artesia.
C. Hannonia & Namurcum.
E. Lutzenburg & Trier.

GALLIAE
VNIVERSALIS TABVLA.

Galliam pro maxima parte duo potentissimi Reges obtinuerunt, Belgium inferius Hispaniarum Rex, cuius Principatus secundo loco explicabo: at Galliæ Regnum, quod maiorem Galliæ partem comprehendit, Francorũ Regi, cuius Metropolis Lutetia Parisiorum est, paret. Huius regni in sua mẽbra & officia diuisio primaria hæc est. Nomina vulgaria ponã.

Regno & Coronæ Francorum, *18. subsunt Ducatus cum illorum clientelaribus Comitatib. 35. tanquã perpetuum patrimonium et hæreditas.*

- Orleans.
- Burgundia *cui clientelares sunt Comitatus:*
  - *Neuers*
  - *Charrollois, sed de hoc vide in tab. Ducatus Burgund.*
- Narbona.
- Britannia *cui fidem præstant Comites.*
  - *Pontieure.*
  - *Porthoix.*
- Aniou *cui fidem debent Comites.*
  - *Maine*
  - *Vendosme.*
  - *Beaufort.*
  - *Laual.*
- Berry *cui fidem præstat Comes Sancerre.*
- Normannia *cui hi subsunt Comitatus.*
  - *Alençon.*
  - *Mortaigne.*
  - *Arcourt.*
  - *Eureux.*
  - *Malle.*
  - *Tenquarville.*
  - *Longueuille.*
  - *Chaumont.*
- Auernia *cui homagium, siue fidem debẽt Comites.*
  - *Montpensier.*
  - *Daulphin.*
  - *Auuergne.*
  - *Vie.*
  - *Eu.*
  - *Clermont.*
  - *Vaudemont.*
  - *Pithon.*
  - *Rhodes*
- Guienne *cui fide obstringuntur Comites*
  - *Armignac.*
  - *Marche.*
  - *Perdriac.*
  - *Angoulesme.*
  - *Perigort.*
  - *Venladour.*
  - *Benon.*
  - *Lymoges.*
- Tours.
- Barleduc.
- Valoys.
- Nemous.
- Alençon.
- Reims.
- Laon.
- Langres.
- Borbon *cui subest Comes Forest.*

Comitatus *qui immediatè subsunt Coronæ Franciæ, Regno patrimoniales, 16 fuerunt, nunc verò 14. tantum.*

- *France.*
- *Dampmartin.*
- *Beaumont.*
- *Champaigne.*
- *Vermandois.*
- *Messt.*
- *Chartres.*
- *Monfort.*
- *Melun.*
- *Perche.*
- *Eureux.*
- *Estampes.*
- *Dunois.*
- *Tholouse.*

Artesia & Flandria *olim sub Corona Franciæ erant, nunc ad Regis Hispan. ditiones pertinent.*

Pares Franciæ *12. ab Hugone Capeto instituti, qui Regis constituendi, cùm de successione est controuersia, potestatem haberent.*

- Seculares
  - *Dux Burgundiæ.*
  - *Dux Normanniæ.*
  - *Dux Guienne siue Aquitaniæ.*
  - *Comes Flandriæ.*
  - *Comes Campaniæ.*
  - *Comes Tholosæ.*
- Ecclesiastici.
  - *Dux & Archiepisc. Remensis.*
  - *Dux & Episc. Laon.*
  - *Dux & Episcopus Langres.*
  - *Com. et Episc. Noion.*
  - *Com. & Episc. Beauuois.*
  - *Com. et Episc. Chalõs*

Flandriæ Comitatum *Carolus V. cum Francisco Valesio pactus à fide exemit, qua Galliæ Regibus erat obstrictus: Duces etiam & Comites reliqui seculares, quia Coronæ subiecti nunc sunt, Parium potestate vti nequeunt. Soli Ecclesiastici, vt Ecclesiastici, suo loco manent, & quando est opus alij seculares Principes pro arbitrio aduocantur.*

Status Ciuilis: *Septem sunt summi Status per Galliã, quos vulgò Parlamenta vocant, à quibus appellare non licet.*

- Parisiensis, *cuius 80, perpetui prouocationum sunt definitores, teste Ioanne Aubano, & diuiditur in 4. Curias.*
  - *Prima est Camera, 4. Præsidentes & Consiliarios 30. habens.*
  - *2. Inquisitionum.*
  - *3. Arrestarum.*
  - *4. Requestarum vel Supplicationum.*
- Tholosanus.
- Rothomagensis, *Roan.*
- Diuionensis, *Dyon.*
- Burdigalensis.
- Aquensis, *Aix in Prouincia.*
- Grationopolitanus, *Grenoble.*

Academiæ *in Regno Galliæ sunt hæ: Paris, Poictiers, Bourges, Tholouse, Bordeaux, Nantes, Lyon, Orleans, Montpellier, Cahors, Grenoble, Valence, Reims, Angiers, Caen quæ Cadomensis dicitur, Nimes, Romans.*

Status Ecclesiasticus.

Archiepiscopatus duodecim, quorum Suffraganeos in particularibus tabulis notabo.

Lyon, Lugdunensis Primas.	*Reims, Remensis.*	*Bordeaux, Burdegalensis.*	*Tours, Turonensis.*
Aix, Aquensis in prouincia.	*Narbone, Narbonensis.*	*Aux, Auxitanus.*	*Roan, Rotomagensis.*
Vienne, Viennensis.	*Tholouse, Tholosanus.*	*Bourges, Bituricensis.*	*Sens, Senensis.*

Ducatus *Comitatusq; hic supra nominati, qua parte quærendi sint, index post tabulam sequens indicabit, quẽ in hanẽ vsum collegi, vt saltẽ clariora quæq; Galliæ loca mox inueniri possint, quando quæ in particularibus sunt tabulis comprehẽdere immẽsi operis esset, nec admodum necessarium.*

Medius tabulæ Meridianus est 23. reliqui ad eum inclinantur iuxta rationes 44. & 49. Parallelorum.

GALLIA
Oceanus
Britannicus
Anglia pars
Oceanus
Aqui
tanicus
Hispa
Italiæ pars
Mare
Mediterraneum

Regio. Nomina, & unde deducta.

HISPANIAM eiusque præcipuas provincias perlustravi; Pyrenæos transgresso Gallia se offert. Hanc, qua potero fide percurram. Partem Europæ quæ hoc tempore *Francia*, dictam olim multi memoriæ produnt Γαλατίαν, ab Γάλα Lac Latinis sonante, quod lacteos, id est albi coloris homines producat: Montibus (hoc enim addunt) nimium solis ardorem inde excludentibus. Diodorus nomen natum scribit ab *Galata* Herculis filia. Alii alia tradunt. *Celtogalatiam* Ptolemæus nominat lib. II. ceterique Græci. Ab Γαλατία *Gallia* putatur formata; quam tamen vocem alij aliunde derivant. Hæc talia non tanti, vt Lectorē multis morentur. Certe Galliæ appellatio Latinis Scriptoribus fuit latissima, vt ex sequentibus plenius discemus. Hebræis *Tzarphat* vocari scribunt Postellus & Arias Montanus. *Francia* nuncupatur hodie ab Frācis, Germanię ad Rhenum Populis; quī vi Regionem hanc & armata manu occuparunt; vulgo *Le Royaulme de France*. Gallos Græci *Celtas* vniversim & *Galatas* vocarunt. Ijdem *Comeritæ*, teste Iosepho, olim dicti fuerunt. Atque hæc breviter de nomine. Sequitur situs & quantitas. Eam explicabo in finibus, Longitudine, Latitudine, Circuituque. Quod ad fines Regni quod *Franciæ* nunc dicitur, ad Septemtrionem, qua quidem Germaniam Inferiorem respicit, Limes statui solet in ducta ab Caletibus in Argentoratensium vsque agros linea; quæ ab sinistra relinquit Artesios, Hannonios, Leuceburgenses & alios; ad dextram Picardos & Lotharingos: qua vero Angliæ jacet obversa, vastus æstuosusque Oceanus Britannicus; Ad Occidentem idem eam pulsat, ingenti facto in Aquitaniam Sinu, Oceanus. Ad Meridiem, qua quidem Hispaniæ adhæret, Pyrenæos habet montes; qua verò apertior, liberiorque & sui quasi iuris fit, placidiore, nempe mediterraneo, terminatur Mari, quod ab ipsa *Gallicum*. Ad Ortum denique Alpibus separatur ab Italis, Iura ab Helvetiis, Rheno ab Germanis. Galliæ vel Franciæ (nam voces has ἀδιαφόρως vsurpabo) Longitudo ab Occasu recta in Ortum, milliarium Gallicorum est paulo amplius CCC.; vel ab Cauro in Vulturnum supra trecentorum & triginta. Latitudo milliarium ferè CCXXCV. Circuitus supra mille viginti milliarium. Ea igitur est quantitas; sequitur jam nunc Qualitas: cuius causa plurimum Clima. Subiacet parti quidem Quinti, totis autem sexto septimoque Climatibus, Parti quoque Octavi inter gradus latitud. XLI. & LIII: Longitudinis autem XX & XXXVIII. Et licet vniversim Ventis obnoxia sit plurimum Septentrionalibus, propter aeris tamē salubritatem & temperiem optimis Europæ Regionibus adcensenda. Constitutione felicissimam facit Claudian°: salubertimā dicit Cæsar lib. III. bell. Civ. fertilissimā hominū Genitricem lib. II de Bell. Gall., Strabo vbi de Arvernis, & alij. Ager magnam partem est planus: amœnos hic, ibi habens colles, interque eos valles jucundissimas: sua cum has, tum illos fœcunditate admirabiles. Arva bene culta Triticum aliasque segetes luxurie magna producunt. Multum fert Gallia frumenti, teste Strabone, milij, glandis. Nihil in ea ociosum, nisi qua paludes, aut Silvę obstant. Vino abundat, eoque optimo, idque partim suis Britannis, Normānis, Picardis, partim confinalibus Germanis, Belgis, Anglis, alijsque quibus vuarum maturitatem negare solet Aeris frigiditas, subvehunt. Auri quoque & Argenti apud Gallos fuisse metalla, testatur præter Strabonem etiam Athenæus; ea nunc creduntur exhausta. Ager, qui aliunde non occupatus omnis generis nutrit armēta; quæ faciunt, vt Carnis, Lactis, Butyri, Casei, Lanæ, rerumque aliarum abundet copia. Franci omnes Gallias pacifice obtinuerunt sub Rege Hlodoveo, qui primus omnium totius Galliæ Monarcha est factus, primusque Christi nomen professus, ea, quibus in hodiernum vsque diem Francorum Reges vtuntur, Trium Liliorum Insignia, cœlitus, vt volunt, accepta vsurpavit. Regnasse post eum scribuntur successione nunc directa, nunc collaterali, Childericus, Hlotarius I, Cherebertus, Childericus II, Hlotarius II, Dagobertus Magnus, Hlodoveus II, Hlotarius III, Childericus III, Theodoricus I, Hlodoveus III, Childebertus II, Dagobertus II, Hlotarius IV, Chilpericus I, Theodoricus II, Chilpericus II. Hic anno Regni XI, Christi vero IDCCLI, auctoritate & iussu Zachariæ Pontificis, cui Pipinus vituperabilem & probrosam Regis vitam, transmisso libello, depinxerat, Regni jure privatus ad Monachatum est coactus. In locum eius factus est accusator ipsius Pipinus Caroli Martelli F. Pipini N. Brevis cōgnomine, ex Præfecto & Maiore Domus. Hunc sequuti commemorantur Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Carolus Calvuus, Ludovicvs III Balbus, Ludouicus IV & Carolomannus, Carolus Crassus, Odo, Carolus Simplex, Rudolphus Burgundio, Lotharius V, & Ludovicus V, vltimus ex Caroli Magni posteritate: quo veneno necato, habenæ Regni trāslatæ sunt ad Hugonem Capetum, primum Gallum, Comitem Parisiensem, Ducemque Francorum & Burgundiæ titulo-tenus. Capeto successerunt Robertus Pius, Henricus I, Philippus I, Ludovicus VI Crassus, Ludovicus VII Iunior, Philippus II Adeodatus Augustus, Ludovicus VIII, Divus Ludovicus IX, Philippus III, Philippus IV Pulcher, Ludovicus X Hutinus, Philippus V longus, Carolus IV Pulcher; cui sine prole mascula defuncto suffectus est Philippus VI Valesius, Caroli Valesiorum Comitis I filius. Sequuti hunc Ioannes Valesius, Carolus V Sapiens, Carolus VI Bene-natus, Carolus VII, Ludovicus XI, Carolus VIII Gibbosus, Ludovicus XII Caroli Aureliani F. Franciscus Valesius I Caroli Comitis Angolimensis F. Henricus II Valesius, Franciscus II, Carolus IX, Henricus tertius; cui Iacobitæ Monachi manu obtruncato legitimus pronunciatus est Successor Henricus IV Borbonius, Antonij Borbonij Ducis Vindocinensis F. Rex Navarræ Galliarum Rex Christianissimus. Sunt autem Galli alacres & ad arma proni, de quorum bellica virtute operæ pretium est audire Strabonem virum peritissimum, genere Cappadocem, eruditione Græcum, judicio priscum, incolatu Romanum, terrarum multarum peragratorem. *Vniversa*, inquit, *natio eorum qui Galli nunc & Galatæ appellantur, Martis studio flagrans, animo est strenuo & celeri ad conserenda prælia: alioqui mēte candida & simplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque iniuria lacessiti; conferti coëunt in certamina apertè, nulloque periculi adeundi respectu.* Nemo etiam ignorat quanto fuerit olim Romanis, Græcis & Asiaticis terrori Gallorum nomen, quum quondam ab suis sedibus vsque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum ac spoliandum profecti sunt: quum Romam ceperunt & incenderunt, Capitolium obsederunt, vrbes in Italia condiderunt, *Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vincentiam*: Quum recenti adhuc memoria Borbonius Romam vicit. Cæterum *Gallia* hodie non æque late patet atque olim; nam & Italiæ pars ea, quæ inter Alpes & Anconam sita est Gallia Cisalpina quondam dicta fuit, nunc autem *Lombardia* appellatur: & Belgarum magna pars hodie Germaniæ adscribitur, quæ ex Cæsaris, & Ptolemæi, veterumque omnium descriptione ad Galliam pertinebat. Galliam enim *Transalpinam* quam Plini *Comatam*, Ptolemæus *Celtogalliam* vocat, in tres partes divisere, *Celticam, Belgicam*, & *Aquitaniam*. Ptolemę in quatuor, *Aquitaniam, Lugdunensem*, quę eadem est cum Cæsaris Celtica, *Belgicam & Narbonensem*

Situs.

Aeris tēperies

Soli fertilitas.

Imperium Maiorum.

Maiorū virtus.

Defini-

Definiverunt eam Pyrenæis Montibus, Rheno, Oceano & Alpium jugis: quum hodie quicquid a Caleto Orientem versus spectat, non Galliæ sed Germaniæ adcenseatur, & Rheni vtramque ripam Germani late sibi vindicent. Vrbes præcipuæ sunt *Lutetia Parisiorum*, *Massilia*, *Narbona*, *Lugdunum*, *Pictavium*, *Burdigala*, *Neomagus*, *Iuliomagus*, *Aurelia*, *Rothomagum*, *Rupellæ*, aliæque plurimæ, de quibus in particularibus descriptionibus fusius. Lacubus non caret Gallia. Inter eos principis loci qui latinis *Lemanus*: plerisque Galliæ Lacus habitus. Dequo cum peculiarem in hoc Volumine Tabulam habeat, plura hic non addam, eo Lectorem remittens. Quarta ab Opido Arverniæ Besso miliaris parte Mons est, inque eo Lacus late se extendens: tam altus, vt fūdo existimetur carere. Nulla in eum, quodquidem intuentium oculis parere potest, influit aqua. Si quis quid in eum proiiciat, Tonitrua diciatur mox auditurus, Fulgetra visurus, Pluviam & Grandinem habiturus. Haud procul inde Crypta est, cuius os rotundum, vulgo *Creux de Soulcis*: & Abyssus, cuius profunditas explorari nequit: & huic si quis injecto lapide aurem admoveat, Murmur percepturus auribus perhibetur ingens & mirabilem strepitum, Tonitruo ex remotioribus venienti locis non absonum. Aestivis mensibus etsi nihil iniiciatur, Strepitus tamen in Cavitatibus intelligitur. Putantur inesse Venti, inter se quasi belligerantes. *Abitacini* vel *Avitaci*, cui ab avito nomen, Lacus in Arvernia apud Claromontem tam graphica est apud Sidonium lib 1 1 Epist. 11 reique conveniens descriptio, vt hodie primum delineata videatur, qua dexter, qua lævus. De *Rubreso Lacu* legendus Pomponius Mela lib 11 cap. quo Gallia Narbonensis depingitur: Plinius *Rubrensem* nominat. λίμνη Ναρβωνῖτις Straboni est & Stephano. Lætatur etiam Gallia Fluminibus, quæ magna, quæ parva, innumeris. Nominat simul Fluuios non paucos Ausonius Eidyllio 111, vbi de Mosella.

Vrbiū nomina.

Lacus.

Fluuius.

Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps,
Matronæ non, Gallis, Belgisque interfita fines:
Santonico reflues non ipse Carantonus æstu,
Amnis, & auriferum posponet Gallia Tarnem:
Insanumque ruens per saxa rotantia late
In mare purpureum, Dominæ tamen ante Mosella
Numine adorato, Tarbellus ibit Aturnus.

Et paullo post,

Te Druna, te sparsis incerta Druentia ripis,
Alpinique colent fluuij, duplicemque per vrbem
Qui meat, & dextra Rodanus dat nomina ripæ:
Te Stagnis ego cæruleis, magnumque sonoris
Ammibus æquoreæ te commendabo Garumnæ.

Primū autē inter fluuios agmē ducūt *Sequana*, *Ligeris*, *Garūna*, *Rodanus*. Qui *Sequana* Lat., Σηκοάνα Pt., Σηκοανὸς, Str. Σηκόανος Steph. *Siban*, Benjamino, *Seyne* vul. Oritur in Burgūdiæ Duc., in Alseti Regione paulo āpliꝰ leuca versꝰ Septentrionē a Burgo, qui S Sequano Sacer; duobꝰ rivulis, quos inter Pagi iacent *Billij* et *Perriere*. Lustratis sectisque cum alijs, tum Lutetia Parisiorum, cui nobilissimam facit Insulam, Rotomagoque, Mare Britannicum vel Normannicum ostio satis lato irrumpit. Æstuarium ibi satis est nauigantibus periculosum; ideoque provide magnaque solicitudine adeundum. Normannis vulgo vocatur *La Bare*. Sequana enim Mare ingressus repente contra fluviorum ceterorum naturam refluit, horrendo sonitu ascendens ad hastæ longioris altitudinem. Inexpectata solent hic negligentibus & incuriosis oriri discrimina. Currens Sequana fluvios suscipit varios, in quis nobiliores ceteris, Antiquis etiam noti *Matrona* vulgo *Marne*; *Esia*, *Oyse* vel *Ayse* vulgo, *Axona*, vulgo *Ayne*, *Aisne* vel *Esne*. *Ligerim* secundo loco nominaui, ab Cesare alijsque nobilitatum: Λίγηρος (vel vt in alijs Codicibus melius, λίγηρις) & λίγηρ Strab. lib 1V & Ptol. Hodie *Loire* & *Leire*. Caput ejus in Pago Velauno: Locus vulgo *La Font de Leire*. Amplior est reliquis, vt merito *Pater Galliæ Fluviorum* audiat: aquæ Limpidissimæ. Facto inter varios Populos (Celtas ab Aquitanis olim ex Strabonis notatione dividebat) procursu, exonerat se in Oceanum Occidentalē, inter Nannetes & Pictones ostio quanotatione dividebat) procursu, exonerat se in Oceanum Occidentalē, inter Nannetes & Pictones ostio quatuor fere Leucas amplo, Pulvillis aliquot infesto: interius ad duas cum semileucas Rupes sunt, quibus a Portuor fere Leucas amplo, Pulvillis aliquot infesto: interius ad duas cum semileucas Rupes sunt, quibus a Portucis cognomen. Ingentes & Navigiorum patientes excipit Fluvios non paucos, *Elauer*, vulgo *Allier*; *Carim*, nunc *Cher*; *Vigennam*, hodie *Vienne*, *Viane* et *Vignane*; *Meduanam*, hodie *Mayne*, et alios. *Garumna* sequitur, Cæsari Gallos ab Aquitanis disjungens: Strab. lib. IV Γαρουνᾶς; Ptol. Γαρουνα; *Garonna* Frontino: quod nunc *Gers*; *Oldum* Arvernanbus & Mōtanis Cadurcis *Oeldt*, vel cum articulo *L'Old*, *L'Oolt*; *Duranium*, hodie *La Dordogne*, & alibi *Dordonne*, et alios. Vltimum *Rodano* dedi locum. Fluvius hic Scriptoribus ōnibus & Græcis quibus Ῥοδανὸς, & Latinis notissimus. In vniuersum Gallis nuncupatur *Le Rosne*: sed indigenis *Le Ros*: *Eridanum* nominant Oppianus in Halieuticis Lib. IV & philostratus in Vitis Sophistarum. Plinius ab *Roda*, Rodiorum in illo tractu Colonia nomen impositum scribit. Oritur haud procul Danubij, Reni, Arolæ Ticini aliorumque fontibus, prope montem, qui vulgo *Briga*. Lacum Lemannū apud Pagum Novam-Villam (*Neuf-Ville*) ingressus, seruato fere colore permeat, & ad Genevensium opidum egressus, rapido cursu pergens in mare Mediterraneum erumpit; septem ostijs, vt scribit Apollonius in Argonauticis; quinque vt Diodorus & alij, tribus vt Artemidorus apud Strabonem, Plinius & Ammianus; duobus vt Polybius eodē Strabone teste, & Ptolemæus; pluribus, vt prudenter sibique, ne mēdacij argui posset, cavens Livius: hodie quinque, & plura numerant nominantque Adcolæ, *Gras Neuf*, *Gras d'Orgon*, *Gras Paulet*, *Gras Grant*, *Gras d'Enfer*, *Gras de Passon*; quorum postremum, quod versus Massiaſim sit, *Massaleoticum* appellat Plinius, *Massalioticum* Polybius, qui hoc *Primum* vocat, quod *ad Gradus* Marcellino & Antonino; a quo ceteris etiam Ostijs *Gradus* nomē inditum. Excipit Rodanus *Arvam*, *Aravim* hodie *Saone* vel *Sone*; *Isarim* hodie *Isere*; *Drunam*, qui hodie nomē inditum. Excipit Rodanus *Arvam*, *Aravim* hodie *Saone* vel *Sone*; *Isarim* hodie *Isere*; *Drunam*, qui hodie *Droma* est, vel *Drosne*, *Druentiam*, hodie *Durance*. Sed hæc de fluminibus in præsentia sufficiant. *Oceanus Britannicus* a Septemtrione, qua Angliæ, opponitur eam pulsat, vt et ab Occasu, vti supra diximus. A Meridie *Mare Mediterraneum*. Cum ad hoc, tum ad illum sinus Gallijs sunt insignes. Ad Oceanum est cumprimis ille,

qui *Aquitanicus* Aethico & alijs. *Tarbellicus Ancon* elegantissime apud Lucanum vocatur. Sinus etiam ad idem Mare sunt non ignobiles, in quorum intimis recessibus locata videmus, opida, Diepam, Constantiam, & alia. Ad mare Mediterraneum *Gallicus* (γαλατικὸς) Sinus est duplex, *Maior & Minor*. *Maior* ea Mediterranei pars appellatur, vbi se in illud effundit Rodanus. *Angulus Gallicus* M. Porcio Catoni: *Gallicus Sinus* κατ' ἐξοχὴν Liuio, Iustino & alijs. *Minor* apud Strabo. scribitur ad Promontorium Montis Pyrenæi, quod *Aphrodisium* dicitur. Hic *Salsus* vocatur Melæ. *Gamblacitanum* etiam sinum ponit ad Galliam Narbonensem Antoninus. Portus, vt hodie, de quibus plene Lucas Aurigarius Charta V & quatuor sequentibus, sic olim habuit Gallia celeberrimos. Principem obtinent locum *Staliocanus*, *Vindana*, *Briuates* & alij quidam Veteribus nominati. Qui *Staliocanus* Ptolemæo, alijs *S. Paul de Lyon* in Britannia existimatur, *Roscou* alijs, quibus vt subscribam, facit, quod posterior priore multo sit fidior & cõmodior, quamuis enim oppositã habeat Insulam, cui cognomen vulgo *De Bas*, facilem tamen & tutum septemque altum hodie vlnas, vtrimque præbet Nauibus ingressum. Priori, minax obiacet Taurus (Insula est, vulgo *Le Taureau*) qui circumpositas habet rupes innumeras & latentes & imminentes; a quibus magnum Nautis male prouidis creari solet periculum. Haud procul inde in eadem Britannia versus Meridiem post flexum Promontorij Gobæi, *Vindana* occurit Portus. *Fenstiers* hodie, vel *Conquest*, Iouio male *Brest*. Adscribit hinc Βρεσάτην Portum Ptolemæus. Nomen hodie fere retinet, *Brest*. Sequitur apud eundem Σηκοῦρ Portus: *Lusson* vel *Luxon* hodie. Hinc *Santonum*, Portus Ptol. scribitur, hodie *la Rochelle*, vt arbitratur Villanouanus. Succedunt Montes & Siluæ. Quod ad montes, Gallia alijs, quam alijs, locis est montosior. Eminent hic Delphinatus, Prouincia, Sabaudia, & Burgundia. Andegauensis Ager suos etiam habet Montes, qui in Britannorum Pictonumque fines late se insinuant. Montes Galliæ cum primis celebrant Veteres Scriptores *Cebennam*, *Vogesum*, *Iuram*. *Cebenna* Mons est, qui, vt Cæsar scribit, Aruernos (*ceulx d'Auuergne*) ab Heluijs (*ceulx de Viuaretz*) distinguit. *Gebennam* Plin; *Gebennas*, Lucanus & Ausonius nominant; *Gebennicos* Mela. Vera genuinaque scriptura est, vt Scaliger suis ad Merulam literis monet, *Cebenna* per c. Dici enim hodie *Montaignes de Cebenes* & *Ceuenes*: vt rectius Κεμμενὶ Ptolemæo & Straboni, *Cebennæ* Latinis quibusdam dicantur. *Cebenne* Vineto, Nozoreno, Villanouano *Montaignes d'Auuergnes* nominantur. Horum Mõtium pars hodie *Tarara*, teste Gulielmo Budæo lib. IV de Asse, qui Lugdunum euntibus est superandus. In vertice sedes visitur Petræ incisa, cui Mercatores imponunt eos, qui Mercatum Lugdunensem numquam frequentarunt. Vulgo *La Chere de la Verité* vocatur. Iurare namque coguntur veritatem, Lugduni fuerint vnquam, nec ne; eoque nomine nonnihil, quo Genio Simul indulgeant, polliceri. *Vogesus* Galliæ Mons Cæsari lib. de bello Gallico IV, Lucano lib. I Plin., & alijs. *Vocetus* vel *Vocetius* corrupte dicitur apud Tacitum lib. I. Historia. & alibi, vt iam ab doctis viris notatum. Alpium nomine à Strabone describitur lib. IV. Hodie *Mont de Faucilles*, alijsque nomenclaturis indigetatur. Separat Burgundiam Alsatiamque ab Lotharingia. Prouomit Mosam, vt etiam testatur Cæsar, & infinitos alios fluuios, quorum plerique Rhenum petunt. Pars vnde Mosella profluit *Kratzer* appellatur; quod habere se tradit Ortelius ex Libello MS. Magni Gruberi in quo Rhenum describit: addens, Tractum hunc *Estaye* Gallice, & *Auff der Stay* nuncupari in Chorographica Lotharingiæ Tabula, iussu & impensis Ducis ab Ioanne Scyllio accurate delineata; nihilque ibi, eodem Scyllio teste, præter Asarum herbam prouenire. Gignit Vogesus in Valle Leberia Argentum purum; sed, vt notat Munsterus, non ita multum. *Iura* Galliæ dicam Mons, an Germaniæ? Olim fere totus Galliæ; quum Helvetia Belgicæ adcenseretur: Hodie magna etiam parte Germaniæ. Initium eius statui solet in finibus Basiliẽsium, iuxta Rhenum, è regione VValdzhuti. Altus est, multisque & ingentibus subnixus saxis. Meminerunt eius Cæsar, Plinius, alij. Ptolemæo Ἰουρασσὸς est: Straboni Ἰουράσιος & Ἴουρας. Aeuo nostro Accolis Incolisq; pro ratione Locorum alijs atque alijs vocatur nominibus. Haud procul Arce Hasburgensi prope Burgim (Opidulum est sic dictum Idiomate Germanico a Ponte, qui hic super Arolam ex vno Arcu) *Botzberg* audit; a Pago *Botzen*, qui cum multis alijs Pedi Montis adlocatus Hanc Iuræ portionem *Vocetum* vel *Vocetium* esse Cornelij Taciti censent Munsterus, Schudus, Lazius, & alij. Ortelius tamen apud Tacitum *Vogesum*, de quo ante, legendum esse minime dubitat. Est eadem hac Montis parte Vallis ingens cui nomen *Frickthal*, a Pago cognomine. Occurrunt & aliæ hic ibi Valles, vt obiter hoc dicam, *Lauffen-thal*, & *S. Imerstthal*, & similes: quarum tamen nulla Montem per transuersum penetrat. Vbicumque volueris traijcere, opus est alta scansione. Inter Ararim porro & Farspurgum hic mons appellatur *Schaffmat*, quod Latinis *Ouinum* sonat *Pratum*. Inter opidum *Olten* & Humburgensem Præfecturam dicitur *Nider-Hauwenstein*, *Inferior sectus Lapis*: Per Saxa enim factum est iter. Inter Walnburgum & Balstallium *Ober-Hauwenstein* vocatur, *Superior sectus Lapis*; vbi currus onusti grandibus funibus per Montis decliuitatem demittuntur. Occasum versus procedendo *Wasser-fal* nuncupatur, id est *Aquæruina*. Vlterius eundo *Iurten* ab Sabaudis prisco fere nomine, appellatur. Brachium quod se extendit Basileam versus, vno ab Vrbe milliario, iuxta Byrsam fluuium, *Blouwen* dicitur; crescitque non parum in altitudine & asperitate quousque Delspergum veneris, vbi rursus in planiciem diducitur. Vlterius, versus *Bellele* Monasterium Gallicum procedendo, rursum crescit, at deinde iterum euanescit spatio vnius milliarij: hinc iterum saxosum horrendumque Montis iugum ab Oriente in Occasum extenditur; quod peruium fecisse scribitur Iulius Cæsar perforato in portæ formam saxo. Portam hanc nominant alij *Pierreport*, *Petræ portam*; alij *Pierre-pertus*, *Petram pertusam*. Descriptam vere accurateque ab Sebastiano Munstero, Merula, qui eam aliquando transgressus, testatur. Inscriptionem supra Portam satis claram idem deprehendit, nisi quod primæ vocis litteræ reliquis magis sint extritæ.

Portus.

Montes.

N .:::. ANGVSTI VIA DVCTA PER ARDVA MONTIS
FECIT ITER PETRAM SCINDENS IN MARGINE FONTIS

Per

Per hunc fontem intelligit Poeta Byrsam amnem, qui ibi ex Petra magna Aquarum vi erumpit. Procurrit inde Iura versus Libonotum inter Helvetios Sabaudosque, quos ad Vulturnum respicit, & Burgundos, quos ad Caurum relinquit (vnde & apud Cæsarem lib. I. duobus locis Iura Sequanos ab Helvetijs diuidit) secus varios Lacus, quorum præcipuus Lemannus; vbi longe lateque *Mons S. Claudij* nuncupatus ad Rodanum tandem terminatur. De alijs, qui ad Gallias etiam nonnihil spectant, de *Pyrenæo*, inquam, dixi, in Descriptione Hispaniæ: deque Alpibus disserام, vbi Italiam percurrendum mihi erit. Siluæ *Siluæ.* Gallijs sunt trequentes, non tamen, vt alijs in regionibus, magnæ, non densæ, non ita dumis horridiæ. Apud Cenomannos variæ sunt, *Les Forests de Versay, Longoulney, Persi, Sille, Charnay, Audain, Maine, Concise*: apud Britannos Inferiores, *de Bossblanc, de Toriant, de Guierche*: apud Pictonas, *Les Forests de Mouliere, Dyne, Broße, Ligne*, & aliæ: apud Bituriges *Silua Roberti* cum alijs visitur: apud Andegauos, *Loursaie* & *Marson*. Totus Bononiensium Ager vna quasi obsessus est Silua, cuius partes, *Les Bois de Surene, Celles, Hardelot, Dalles, Boursin*. Apud Veromanduos haud procul Perona Nemora sunt *Recoigne* & *Bouhan*: Apud Picardos *Bois de Baine, de Beaulieu, de la Fere, de Coussy*. Nec suis caret Siluis Lotharingia; *Warned, Walds, Le banbois, Bois de Mondon, de Heyde, de S. Benoyt, de la Voyge, Mortaigne, Doseyne*. In Burgundijs multæ sunt siluulæ, quarum nunc non occurrunt nomina. Alias prætereo, quæ passim per Gallias hic ibi sparsæ. *Arduenna*, hodie potissima parte est in Inferiore Germania, ideoque ibi describenda. *Gallicam* vocat Claudianus: & *Siluam Galliæ maximam* Cæsar lib VI. de bello Gallico, quod olim esset in Gallia Belgica. Gallos vero admodum deditos Religioni, atq; inter primos fuisse qui Christianam Religionem amplexi sint, & semper præ reliquis eam seruauerint & coluerint, non solum Veterum *Opera publica.* Scripta & Monimenta: Sed etiam magnifica Templa, aliaque Religioni loca Destinata testantur, quæ in vrbibus, & pagis vbique magno numero conspiciuntur. Certe in vna Vrbe Parisiensi lxix vniuersim numerãtur: inter ea augustissimum, *Cathedrale D. Virginis*; quod iactis ab Philippo Augusto anno CIↃ CXCI, fundamentis, serio ædificari coeptum anno CIↃ CCLVII, D. Ludouico regnante; ex Galliæ Miraculis præcipuum. Columnis CXX sustinetur. Longitudo Passuum CLXXIV; Latitudo LX: altitudo C. Chorus Lapide cinctus; Historijs ex Veteri Nouoque Testamento insculptis. In Ambitu habet Sacella XLV, ferreis Clathris munita. Vniuersim Portæ XI. In Fronte tres biforę, statuis XXVIII Regum insignes. Ad latera Turres visuntur, seu Moles verius Campanariæ, altitudine XXXIV Cubitorũ. Campana Maxima, cui ab Maria Virgine cognomen, viginti Viros flagitat pulsanda; Sonitus sereno cœlo per septem Leucas auditur. Infinitum esset reliqua Templa quę hic & alijs in locis visuntur, describere. Infinitum, Abbatias, Coenobia, Monasteria, xenodochia, Nosocomia, Prochodochia, & Orphanotrophia. Quid vero dicam de Arcibus, quid de conspicuis Regum Palatijs. Quid de Magnatum & Equitum ædibus pulcherrimis? Quid de alijs tam publicis quã priuatis ædificijs? De his ego tacere malo quam parum dicere. Academiæ a Mercatore enumerantur. Ex his omnibus tamquam ex multis Equis Troianis, innumeri docti Viri, Theologi, Iurisconsulti, Medici, Alij *Academia. Bonarum artiũ studijs celebres viri.* exierunt: Quos vno ductu enumerare si conarer, maximum mihi quidem conciliarem laborem, Lecturis vero tædium. Nobilitas sane Gallica (quæ frequentissima est) hodie tam pertinaci diligentia, vt hoc vniuersim dicam, tamque adsiduo labore Meliorum Litterarum Studia persequitur, adeoque in omni Disciplinarum Artiumque genere excellit, vt nusquam terrarum magis. Videre ibi est summo loco natos illustribusque ortos familijs noctes diesque inhærere Chartis, & nunquam non Musarum Sacris operari. Sunt qui de quacumq; re in medium prolata expeditissime possunt, methodo admiranda, ex tempore & absque vlla præmeditatione per horas aliquot, non sine audientium stupore disserere. Bibliothecæ in hoc Regno variæ, cum primis Parisijs *Regiæ Maiestatis*, & *S. Victoris*, vt alias publicas & priuatas præteream optimis rarissimisque cum editis, *Bibliothecæ.* tũ Manu-scriptis refertas libris. Ad Mores venio. Gallos acutos Ingenio, & ab Doctrina minime alienos esse, *Mores.* testantur Diodorus & Strabo. Commendat illorum in bonis litteris studia non vno in loco Symmachus: Marcus Portius Cato originum lib. II, apud Charisium Sosipatrum; *Pleraque Gallia*, inquit, *duas rei industriosissime persequitur, rem militarem & argute loqui*; ne nesciamus Veteres Gallos inter alias gentes Eloquentię gloriam reportasse. Et hinc Iuuenalis:

Gallia Causidicos docuit facunda Britannos.

Ingenium simplex, nullaque deuinctum malignitate (egregia hæc Veterum Gallorum laus) tribuit illis Strabo. Pronunciat de ijs oculatus Testis Iulianus, Quod adulari nesciant; sed libere ac simpliciter cum omnibus æquabilique iure viuere. Venerem Nuptiarum Deam & Bacchum lętitiæ datorem Coniugij Prolisque, & Vini, quantum cuique libeat, potandi gratia tantum nouisse. Quæ his alijsque talibus aduorsantia nonnulli proferunt, vt Conuicia, & tamquam ab maligna mente manuque profecta, sunt exaudienda. Nam quis nõ videt, lectis Veterum Scriptorum de Gallorum Indole Monimentis, factaque cum Genio, qui ijsdem hodieque est, commissione, falsum esse quod tradit Seruius, Gallos pigrioris esse ingenij; quod Iulius Firmicus, stolidos; quod Iulianus, quasi sui oblitus, stupidos, & rusticitatem amantes; quod Polybius, Doctrinæ & Artibus operam non dare; quod idem cum Diodoro, Athenæo & Clemente Alexandrino, infidos esse, crapulęque & ebrietati deditos; quod Liuius Polybiusque, molles esse & effoeminatos; quod Mela, Auri auidos, Superbos, superstitiosos; quod Solinus, vaniloquos; quod denique pecuniæ insatiabiles esse, Plutarchus in Pyrrho. Fatendum nihilominus multa Gallis instillata aliorum populorum commercio. *Nemo Gallos*, ait Florus lib. III cap. X, *tantum feroces dixerit, fraudibus agunt*. Auidos Iurgiorum docet Ammianus lib. XV. Reprehendit etiam Diodorus in Gallis quandam Linguæ intemperantiam, Sermone notans eos vti breui & subobscuro; multa ex animo dubia loqui, plurima ad iactantiam in suam laudem dicere, & ad ceterorum contemtum: minaces esse ac Detractores, opinoneque inflatos. Iactantia illa ab Strabone etiam est animaduersa.

Atque ea Gallica Oſtentatio eſt, quæ ab Cæſare lib. VII. nominatur, & multis reliquorum librorum exemplis adprobatur. Talis eſt libro I. Heluetij Diuiconis elatio, dum Heluetiorum virtutem extollit, Romanæ Cladis memoriam objicit, Cæſaremque minitando, admonet, ne committat, vt is locus, vbi Romani conſtitiſſent, ex calamitate Populi Romani internecione exercitus nomen caperet aut memoriã proderet. Sic Vercingetorix in concione jactat ſe vnum Conſilium totius Galliæ effecturum, cuius conſenſui ne Orbis quidem terrarum poſſit obſiſtere. Quod ad Veterum Gallorum Religionem, Cultumque in Rebus Sacris ſeruari ſolitum, flocci faciendus eſt M. Tullius oratione pro M. Fonteio ſcribens, *Gallos minime vlla Religione moueri.* Audiendus potius Liuius; qui, etſi in ceteris ſatis huic genti iniquus, *negligentem tamen haudquaquam Religionis* adfirmat; & Cæſar lib. VII belli Gall. cui penitus cognita hęc natio, dicit eam *admodum deditam Religionibus.* Maxime autem Mercurium coluerunt, eodẽ Cæſare teſte: Celtas *Iouem* coluiſſe atteſtatur Max. Tyrius, cuius ſignũ altiſſima Quercus. *Dianam* templum habuiſſe apud Maſſilienſes, Strabo teſtis eſt: & apud Gallo-Græcos *Dianam* cultam, Polyænus lib. VIII & Plutarchus commemorant. *Eſum* ſiue *Heſum*, *Teutatem* & *Taranem* Deos habuiſſe Gallos, Lactantius, Lucanus & Minutius Felix referunt: ſed *Martem*, *Mercurium*, *Iouem*, hos plerique docti interpretantur. *Belenus* Gallorum Deus eſt apud Auſonium, qui Βελὶς apud Herodianum in Maximinis; idem fortean cum *Tibilene* Tertulliani in Apologetico, qui græcis alijſque Apollo, putatur fuiſſe. Colebatur & apud Gallos *Abellio*: de quo monimenta extare notat in Conuenis Nouempopulaniæ Vir Nobiliſſ. Ioſephus Scaliger ad Auſon. lib. I. cap. IX. *Herculem* etiam *Ogmij* nomine coluiſſe Gallos, auctor eſt Lucia. in Hercule Gallico. Galli autem Veteres Deos ſuos in dextram conuerſi adorabant, Athenæo ſcribente. Dijs Homicidio alijsque rebus ſacrificabant, Marti imprimis, teſte Cęſare. Nullum autem Gallis Veteribus Sacrificium erat ſine *Druidis*, inquit Diodorus. Fuerunt hi olim apud Gallos clari ſacerdotes ſicut & *Bardi*, de quib⁹ Lucanus.

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas
Laudibus in longum vates dimittitis ævum,
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.
Et vos Barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum
Sacerorum Druidæ positis repetiſtis ab arma.
Solis noſſe Deos, & cœli numina vobis
Aut ſolis neſcire datum. Nemora alta remotis
Incolitis lucis: vobis auctoribus, vmbræ
Non tacitæ Erebi ſedes, ditiſque profundi
Pallida regna petunt: regit idem ſpiritus artus
Orbe alio: longæ (canitis ſi cognita) vitæ
Mors media eſt. —— Inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis & ignavum eſt redituræ parcere vitæ.

Atque hæc de moribus Gallorum in Sacris: nunc de eorundem ritibus in prophanis pauca ſubijciamus. Gallos ad Concilium armatos venire ſolitos, teſtatur Liuius. Scribit Strabo id in Gallorum Concilijs vſitatum fuiſſe, ſi quis orantem interpellaret, progrediens Miniſter publicus diſtricto gladio, adiectiſque minis, ſilentium imperabat; quod ſi non adquieſceret, idem iterum tertioque faciebat: denique de ſago Interpellatoris tantum amputabat, vt reliquum inutile redderetur. *Gallorum ſubita & repentina Conſilia*: (inquit Cæſar) *in Conſilijs capiendis mobiles, & nouis plerumque rebus ſtudent.* Notat idem Cæſar, Gallos, vbi maior atque inluſtrior res incideret, eam clamore per Agros Regioneſque mira celeritate ſignificare ſolitos; hinc alios deinde excipere, & proximis tradere. *Liberos ſuos*, vt idem ſcribit, *niſi quum adoleuerint, vt munus Militiæ ſuſtinere poſſint, palam ad ſe redire non patiuntur: Filiumque in pueritiæ ætate in publico in conſpectu Patris adſiſtere turpe ducunt. Viri quantas pecunias*, eodẽ memorante, *ab Vxoribus Dotis nomine acceperint, tantas ex ſuis bonis æſtimatione facta, cum Dotibus communicant: huius omnis Pecuniæ coniunctim ratio habetur, fructuſque ſeruantur. Vter eorum vita ſuperarit, ad eum pars vtriuſque cum fructibus ſuperiorum temporum peruenit. Viri in Vxores, ſic vti in Liberos, Vitæ Neciſque habent Poteſtatem.*

Gallorum mulieres ſpecioſas, magnitudine & robore Viris ſimiles, facit Diodorus; fœcundas & bonas educatrices; ſiue vt Strabo, pariendo educandoque felices. Fuit & Gallis vſitata more reliquarum Gentium Seruitus. *Plerique*, ait Cæſ. lib. VI, *quum aut ære alieno, aut magnitudine Tributorum, aut iniuria Potentiorum premuntur, ſeſe in ſeruitutem dicant Nobilibus, in hos eadem omnino ſunt iura, quæ Dominis in Seruos.* Tractabantur tamen humanius liberaliuſque, quam apud Romanos. Domini namque Galli ſuos cœratos, atque, vt Cæſar voce Gallica appellat, *Ambactos*, honoris quodam loco circum ſe habebant, eorumque opera in bellis vtebantur. Fictilia porro in vſu habebant, Diodoro teſte, denſa ac Floribus diſtincta. Cænabant ſedendo omnes non in ſedibus, ſed in ſolo, ſuperſtratis Luporum aut Canum Pellibus (in Toris apud Strabonem) Miniſtrabant eis Pueri luniores, ætate tenera. Iuxta eos Ignes fiebant, ijſq; adpoſita viſebantur Ollæ, & Verua Carnibus plena; maxime ſuillis, tam recentibus quam ſalitis; ſed & omnis generis Carnibus: plerumque vero Cibus erat cum Lacte, vt ſcribit Strabo. Audiamus hic Athenæum ex Poſidonio, ſic fere Latine Sonantem: *Celtæ fœno ſubſtrato Libationes propinant ſuper ligneis menſis parum exſtantibus. Panis & is paucus* (Panem hunc Fermento leuiorem eos facere, adnotat Plinius) *Cibus eſt. Caro multa elixa in aqua vel ſuper prunis aut in Veruibus aſſa: hanc Leonum modo ambabus manibus Artus integros tollunt, morſuque dilaniant; &, ſi quid agrius diuellatur, exiguo id cultello præcidunt. Adponunt in Conuiuijs Piſces, qui Fluuijs adeo'unt, Interioriſque & exterioris maris littoribus: & eos cum ſale, Aceto & Cymino (quod etiam potioni injiciunt) aſſos.* Et paullo poſt: *Locupletes vinum bibunt ex Italia petitum vel Maſſilienſium regione, & id merum, interdum Aquæ paululum affundentes.* Hactenus ille. Sed & ex fruge madida Potum ad Ebrietatem feciſſe, Plin. eſt auctor lib. XXII. cap vlt. Ex Hordeo Potum, quem *Zythum* appellabant feciſſe; & alium ex aqua, in qua fauum Mellis lauerint, Diodorus tradit. Quod ad Veſtitum, *Saga* ferebant, notante Strab.; eaque denſa ex Lana texebant, *Lænas* vocantes. Huiuſmodi Saga ſcribit Plin. lib. VIII. cap. XLVIII *Scutulis* diuidere Gallos inſtituiſſe. Quæ Pli. *Scutulæ*, Diodoro ſunt πλυθία. Per quæ nihil aliud illi intelligunt, Nobiliſſimo Viro Ioſepho Scaligero notante, quam quas Galli hodie vocant *Lauſangias*, quaſi *Laurangias*, ab Lauri folio, quod habet Rhombi figuram. *Bracis* porro (quæ quod Gallorum eſſent, Tegmen barbarum Tacito) vtebantur Galli circum *extentis* vel *Laxis*. Loco Tunicarum apud Strabonem Veſtem habent Galli Fiſſilem manicatam vſque ad pudenda & nates demiſſam. Manet hodieque forma in iſto Veſtis genere, quod nobis vulgo *Pallatreck* vel contracte *Palt-rock*. Annulis dicit vti in digitis, nihil diſtinguens Diodorus; in medio tantum, Plin, natur. hiſt. lib. XXXIII cap. I. Sed de his ſatis, ad ſpecialiora Galliarum pergo.

Victus.

Veſtitus.

BRITANNIA
- Inferior habet dominia.
  - Grello cuius principalis locus Chasteau Andron 17 38: 48 22.
  - Le Pais de Gueel.
  - Baignon.
  - Montfort.
  - Vannetais 17 28: 47 12.
  - Rohan viconté 17 13: 47 41.
- Superior in qua sunt
  - Pais de Brieux
  - Iugon 20 6: 48 22.
  - Plerel.
  - Pontigny.
  - S. Iulian de Vouantes.
  - Auseuy.
  - Lamballe 17 54: 48 21.
  - S. Malo.
  - Iocelin
  - Redon.
  - Renes.
  - Clisson sub quo comprehenduntur, Pais de Rhez. Clissonois, & Chantausey.
  - Montcontour.
  - Dinan.
  - Malestroit.
  - S. Aulbin 19 6: 48 0.
  - Nantes.

Status Ecclesiasticus Britanniæ.

Archiepiscopus *Dolensis in Dol. Hos sub se habet Episcopos: Nannetensem Nantes, Venetensem Vannes, Briocensem S. Brieu, in his tribus Gallicè & Britannicè loquuntur.*

Carisopitensem Corneuaille 17 23: 48 22. Leonensem S. Pol de Leon, Trecorensem Treguir. In quibus Britannica tantùm lingua, quam vocant Briton Britonant in vsu est, quam veterem Troianorum linguam esse putant.

Maclouiensem S. Malo, & Redonensem Renes. In his, ac Dolensi Gallicè tantùm loquuntur.

NORMANDIA
- Superior in qua sunt
  - Duces
    - Alençon.
    - Aumaile 22 39: 49 50.
    - Longueuille.
  - Comites
    - Eu partim, nam pars in Francia est.
    - Harcourt.
    - Eureux.
    - Tancaruille 21 26: 47 22.
    - Mauleurier.
    - Mortain 19 34: 48 39.
    - Montgommery.
  - Vulx *in dimidia parte in qua est Gisors villa capitalis, Comit. & Balliage 22 59: 47 8.*
  - Baroniæ. L'Aigle 21 50: 48 47.
- Inferior in qua sunt.
  - Pais de Caux 22 0: 49 30.
  - Pais de de Bessin 20 20: 49 6.
  - Constantin, Metrop. Constance.
  - Houiuet.
  - Royaume de Tuetot 21 51: 49 36.
  - Le Vaulx de Vire.

Status Ecclesiasticus Normandiæ

Archiepiscopus *Rhothomagensis Roan, cui subsunt Episc. Sagiensis Sees 21 16: 48 42. Constanciensis Constance, Lexouiensis Lisieux 20 10: 47 4. Abrincensis, Auranches, Baiocensis Baieux, Ebroicensis Eureux.*

BEAVSSE *triplex est*
- Haulte Beausse *in qua sunt*
  - Chartrain, *Chartres Duc. et Comit. in quo sunt*
    - Comit. Dreux.
    - Comit. Monfort.
  - Aniou *Duc. & sub illo Maine Comit.*
  - Perche *Comit. in quo*
    - Perche Gouet cuius principale oppidum Nogent le Rotrou.
    - Haulte Perche in quo Mortaigne oppidum principale.
- Basse *in qua sunt: Pais d'Orleans, Sologne &, Lorris 23 26: 47 56.*
- Moyenne Beausse *in qua sunt*
  - Comit. Blois *sub quo Dunois Comit. cuius præcipuũ oppidum Castelandum, & Com. de Tonnoire.*
  - Vendosme comit.
  - Touraine Duc.

Status Ecclesiasticus in Beausse.

Archiepisc. *Turonensis: Tours habet sub se cenomannensem: Le Mans, & Andegauensem: Angiers.*

Episcopus *Carnotensis Chartres subest Senonensi in Campania, & item Aurelianensis.*

POICTOV & BERRY *peculiaribus tabulis latius declarabuntur.*

Hæc pro magna parte collegi ex Itinerario Gallico intitulato La guide des chemins de France.

Medius Meridianus 19: 0. reliqui ad hunc inclinantur ratione 46 40. & 49 0. Parallelorum.

Britannia, Normannia, Belsia.

BRITANNIA, vulgo *Bretaigne*, nomen, jura, leges, incolas à Britannis, quos nunc Anglos dicimus sortita est, qui sedibus ab Saxonibus pulsi in ea consederunt, Vortigerno regnante, à quo evocati ad defensionem adversus Scotos fuerant. Fieri etiam potest vt ante id tẽpus in hac Galliq parte Britannorum fuerint coloniæ, quæ tuncauctę exsulibus Britãnis, quam vim domi passi fuerant, Aremoricis (nam hi quondam insederunt hæc loca) intulerunt. Scaliger in vrbibus: *Regio. Vnde dicta.*

Vicit Aremoricas animosa Britannia gentes,
Et dedit imposito nomina prisca iugo.

BRITANNIA
&
NORMANDIA
cum confinib.
regionibus
MARE
BRITANNICVM
vulgo
nautis dicitur
het Caniel à Belgicis
Picardiæ
pars
FRANCE
NORMANDIE
BRETAGNE
BERRY
BOURBONNOIS
AUVERGNE
LIMOSIN
GUYENNE
OCE
AQUITANICUS

Vnde & olim *Armorica* fuit appellata: præcipuè qua ad Mare vergit, vbi nunc inferior est Britannia. *Ar-mor* enim veteribus Britannis nihil aliud, quam *ad Mare* vel *supra Mare*, teste Camdeno. Ad Orientem Normannos habet, Cenomanos & Andegavenses confinales: ad Meridiem Pictones: reliqua latera claudit Mare Britannicum. In altum vltra reliquas Provincias omnes procurrit, Peninsulæ instar, vnde non incōcinnè *Cornu Galliæ* dicitur; soleæ ferreæ speciem referre dicitur, cuius exterior pars subrotunda Mare: interior verò concava, respicit Mediterranea. Longitudo eius sex dierum est itineris, trium autem latitudo. Regio est amœnissima & fertilissima. Pratis abundat & Erycetis, ex quibus gratum Pecori Pabulum. Venas habet argenti, ferri, plumbi. Britānni autem in tantam repente potentiam excreverunt, vt Gothis quo min' Galliam totam occuparent obstaculo fuerint. Certè Riothimus istorum Rex, x II millia Britannorum contra Gothos in auxilium Romanorum eduxit, vt author est Iornandes. Prælio quoque adversus Attilam interfuisse testis est Callimachus. Est & illud graue argumentum Britannorum potentiæ, quod Reges Galliæ totam hanc oram de qua superanda desperabant, Normannis, vtpote bello magis adsuetis, olim vincendam depopulandamque concesserint. Nec caruit consilium eventu: Norico enim ense Britannica contusa est ferocia. Paruit igitur Normannis quæ antea Regi Gallię paruerat. Postea proprios habuit Duces. Vltimus eorum fuit Franciscus; qui anno M. C C C C x C. vita functus, vnicam filiam Britanniæ hæredem reliquit. Hæc Maximiliano Archiduci Austriæ Romanorū Regi desponsa, quum per Franciam deducenda esset, rapta est à Carolo octavo, qui eam sibi matrimonio coniunxit. Ex eo Britannia Franciæ adnexa fuit. Ea hodie duplex est. *Superior* & *Inferior*, Illa Ligeri vicinior, hæc Angliæ, diciturque alio nomine *Ripiensis*. Superioris Metropolis est *Vrbs Nannetica*, vulgo *Nantes*. Ptolemæo Κονδιάικον *Nannetum*, vt censet Iosephus Scaliger, Cognatus & alij. Sedes fuit olim Britanniæ Ducum; Comitatus habens titulum, Ducisque Primogenito adscribi solita: ad Ligerim duosque alios fluuiolos sita, loco peropportuno, haud procul mari, Episcopalis statio, vt & quatuor quæ sequuntur. *Vrbs Redonica*, vernaculè *Renes*. Κονδάτε *Redonum* Ptolemæo: *Condate*, Antonino. *Dolum*, Opidum nunc, olim Arx: vulgo *Dol* vel *Doul*. *Fanum Briocense*, vulgo *S. Brieu*, opidum nō ignobile. Rupes ibi excelsa tutam præbet navibus stationem: in ea arx vrbi protegendæ excitata. *Fanum Sancti Machlovij*, vernaculè *S. Malo*. *Diman* opidum pulchritudinis eximiæ, in delicijs aliquando Britanniæ Ducibus. Sunt & Britanniæ Superioris alia opida *Rieulx, Chasteau-briant, Lamballum, Vitray, Iugon, S. Aulbin du Cormier: Mont-contour, Plerel, Iocelin, Malestroit, Pontigni, S. Iulian, Encenis.* In inferiore vrbes & opida celebriora: *Venetia* hodie *Vannes. S. Pauli Fanum, S. Paul de Leon. Tricoriense Opidum*, vulgo *Triquier. Blabia* nunc *Blavet. Morlaye, Quimpelray, Conquerneaux, Quimpercorentin, S. Regnaut des bois*: & alia. Flumina Britanniæ sunt *Ligeris, Rausa, Ella* & alia. Mare commercijs aptissimum est: vnde Sal extrahunt adcolæ, quod ab Sole induratum Conregionalibus vendunt. Præter autem superiores vrbes & oppida, commodissimos etiā Portus præstant *Brest, Ancrayum, Hanebontum, Pontsecrot*, vbi magna Ostrearum copia legitur. Incolæ non omnes eadem animi alacritate, non omnes eadem comitate: plerique tamen cauti lucrique cupidi: gravissima negotia ad pocula tractare soliti.

Situs.
Soli fertilitas.
Imperium maiorum.
Vrbes.
Flumina.
Mare.
Portus.
Mores.

Normannia. vnde dicta. *Normannia* sic dicta à Populis Septemtrionalibus. *Nort* enim, Idiomate Germanico, *Septemtrionalis Orbis terrarum plaga*: *Man, Vir*: *Normannia*, Terra Franciæ viris eo ab Septemtrionali ora vel Arctoo orbe ex Dania Norvegiaque profectis ad habitandum data. Notæ sunt *Normannorum* in Germaniam Galliamque excursiones. *Normannia* autem ad Occidentem Crenone fluuio à Britannia secernitur, à Septemtrione Oceano terminatur, à Meridie Cenomannis: ad Orientem verò habet Franciam propriè dictam, (in qua est Luteria) à qua flumine *Epta* distinguitur. Itaque tota non pertinet ad Galliam Lugdunensem, sed aliqua eius pars ad Belgicam spectat. Eam sexto vix die expeditus pertranseat. Regio fertilissima, frumenti admodum ferax, pomis atque piris adeo referta, vt hinc potum gens sibi adfatim exprimat, & ad exteros copiosè fructus exportet. Estque pecoris magna copia. *Rollo* Normannus atrocissima excursione in pleraque Galliarum littoralia, & inde porro in loca mediterranea & penitissima: ad tantam tandem redegit necessitatem Carolum Simplicem Francorum Regem, vt Rolloni, ad Christianam pietatem invitato, filiam *Gillam* dederit vxorem, totāque dotis nomine *West-richam*, & qui super Ligerim Britannos, primusque hic factus est Dux Normanniæ. Vrbs primaria est *Rotomagum* vulgò *Rouen*. Fluvijs adsidet, ad Meridiem quidem *Sequana*, maximarum navium (vnde ingens Mercaturæ commoditas) capaci; ad Orientem minoribus *Rubeco* & *Aubetta*: ad Septemtrionem latissimos prat orum habet campos, montesque præcelsos. Sequana ponte stratus est ingeniosi artificij structuræque, siquid in Gallijs aliud, admirabilis; lapide quadrato, validis columnis, pulchris arcubus, qui tredecim numero: altitudinis latitudinisque insignis. Estq; Vrbs hæc Archiepiscopatu & Parlamēto celebris. Sunt præterea *Aurenches, Evreux, Baieux, Sais, Constances, Lisieux, Alençon, Aumale, Longue-ville, Eu, Harcourt, Tancarville, Maleurier, Mortain, Mongommery, Thorigni, Gisors, Caulx*, & c. Gens omnis suapte natura callida, nullis exteris legibus obnoxia: Moribus suis & consuetudine, quam pertinacissimè tuetur, vivit, Doli quidē & litis adprime gnara; alioqui doctrinæ & religioni dedita.

Situs.
Imperium Maiorum.
Vrbes.
Vulgi Mores.

Belsia. Belsia vulgo *La Beausse*, Regio siccitate aquarumque laborās penuria: fertilis nihilominus, & frumenti valde ferax. Ea triplex est, *Superior, Media, Inferior*. *Superior, La haulte Beausse*, initium capit ab Vico, qui vulgo *Ablys* indigetatur, petens porro Carnutum agros & vlteriora. Concensentur illi *Carnutum Regio, Ducatus Andegavensis, Comitatus Perchensis*. *Carnutum Territorium* vulgo le *Pais Chartrain*, adhæret hinc Perchensi Comitatui, inde Ducatui Aurelianensi. Carnuticum solum nulli reliquæ Gallię parti fertilitate vel amœnitate cedit: omni genere frumenti, fructuum, Pecoris abundans. Vino non destitutum. Primarium Opidum *Carnutum* audit, ἄτριον Ptol. nunc *Chartres*. Opidum hodie non postremi loci. *Carnutum Territorio* solitus est adcenseri *Comitatui Druidensis* & *Montfortius*. Sunt hic oppida *Dreux* & *Montfortium*. *Ducatus Andegavensis, La Duché d'Aniou* peculiarem tabulam habet. *Comitatus Perchensis* dividitur in duas partes, de quibus Mercator.

Soli fertilitas.
Superior Belsia.
Situs.
Vrbes.

Media Belsia. Sequitur Media, cui tribui solitum quicquid est, inde quidem ad vtramque Ligeris ripam ab *Ratomago, Vendomium* vsque: hinc autem in dextra eiusdem Ligeris ripa quicquid Castelloduno porrigitur Blesas & ad Turonensium vsque agros. Reliquas fertilitate sua Belsias superat. Huius Comitatus, & Ducatum habet Mercator. Inferior Belsia restat. Ea Campestris omnino & plana: Frumenti valde ferax, totius Galliæ horreum: porrecta inter Episcopatus Aurelianensem & Carnutensem ab opido Stampensi procurrit, versus Orientem quidem ad Senones vsque, versus Meridiem ad Pontem Aurelianensem. In ea est *Aurelia* vulgo *Orleans* sita ad Ligerim. Ducatus titulo est nobilitata, atque ornatur Academia. Sunt & *Lorriacum, Romorantin*, & alia.

Situs.
Soli fertilitas.
Oppida.
Inferior.
Soli fertilitas.
Vrbes.

Quæ reliqua sunt Aquitaniæ vsque ad Ligerim fluuium continent tabulæ Pictauiensis & Biturigum.

Sunt *in vniuerso Aquitaniæ Ducatu*

- Ducatus
  - *Guascongne, siue Guienne.*
  - *Auuergne.*
  - *Angoulesme.*
  - *Berry.*
  - *Touraine, Tours.*
- Comitatus
  - *Tholose.*
  - *Narbonne.*
  - *Albret* 20:30.44:0.
  - *Armignac* 21:0.43:30
  - *Bigorre feudalis Tholosano* 20: 0. 43: 0.
  - *Beat* 21: 45. 42: 40.
  - *Estrac.*
  - *Comingeois feudalis Tholosano* 22: 0. 42: 25.
  - *Foix feudalis Tholosano* 22: 15. 42: 50.
  - *Ventadour.*
  - *Pomdadour.*
  - *Montignac, in Poictou.*
  - *Perigort, Perigeux.*
  - *Esparre.*
  - *Lymosin, Limoges.*
  - *Pictou.*
  - *Marche.*
  - *Fronssac Vicõte* 20:30.44:54.
  - *Touraine, Tours.*
  - *Aulnay, Viconte.*
- Dominia
  - *Basque.*
  - *Planes* 20:0.44:20.
  - *Graue.*
  - *Chaloces.*
  - *Saintonge.*
  - *Aulnis.*

Status Ecclesiasticus

Archiepiscopi 5.

- Narbonẽsis, *Narbona, sub quo suffraganei 10. Carassona, Agatensis: Agde, S. Pontij Thomeriacum: S. Pons, Electensis: Aleth, Maguelone* 24: 37. 42: 44. *Elnensis: Ealne, Bitercensis: Besiers* 23: 50. 42: 41. *Ledouensis, Ledeue: Nemausensis, Nimes; Vticensis Vsez.*
- Bituricensis: *Bourges, sub quo 10. Episcopi Clermont, Rhodes, Lymoges, Mande, Alby, Cahors, Castros, Tulles, S. Flour, Le Puy exemptus. Omnes sunt in indice Galliæ.*
- Burdegalensis: *Bordeaux, sub quo sunt 8. Poictiers, Lucon, Maillezais, Sainctes, Engoulesme, Agen, Codon, Sarlac* 21: 47. 44: 52.
- Tholosanus: *Tholouse, sub quo 7. Episcopi Pamiers, Mirepoys, Montauban, La vaur, Rieux* 22:6.43:7. *Lombes* 21: 48. 43 15. *S. Papons* 23: 3. 43: 3.
- Auxitanus: *Aux, sub quo Aquensis: d'aqs Conuenarum: Comminge, Taruiensis: Tarbes, Vasatensis: Basas, Lescuriensis: Lescure, Ledroensis vel Lectorensis: Letoure, Conseranensis: Conserans, Olorensis, Olerõ, Baionensis alias Baiocensis: Baione, Aduremsis, Adure alijs Ayre.*

Hæc ex Annalibus Aquitaniæ Ioannis Boucher pro magna parte desumpta sunt.

Regiones *complectitur inter Rodanum & Alpes, quæ olim Imperij erant, vnde Elector Treuirensis ad huc se Archicancellarium per Galliam & regnum Arelatense scribit.*

In *hoc tractu sunt*

- Sauoye, *Sabaudia Ducatus.*
- Delphinatus *Com. a filio Regis aut eo qui proximè regno Franciæ est destinatus possidetur.*
- Prouincia *Comitatus.*

Status Ecclesiasticus.

Archiepiscopi 5.

- Tarentasiensis *in Sabaudia cui subsunt 2. Sedunensis* : Sitten, & *Augustensis in Augusta.*
- Ebrodunensis *Ambrun cui subsunt 9. Dignensis: Digne, Grassensis: Grasse, Senetensis: Zena, Niciensis: Nica, Glandatensis: S. Glaud fortè,* 27:31.46:8. *Vanciensis: Vapnicensis: Vap. alijs Gap, Briancon, S. Pol.*
- Viennẽsis: *Vienne cui sunt suffraganei 6. Valentinensis & Diensis coniunctim: Valence & Dye,* Viuariensis: Viuiers, *Mauriacensis vel Morionensis* S. *Ian de Morienne* 28: 15.44: 27. *Gebennensis: Geneue, Gratianopolitanus: Grenoble, Romans.*
- Aquensis: *Aix, huic subsunt 5. Aptensis:* Aps, *Foroiuliensis:* Freiul, *Sestaricensis: Sestaron, Regensis: Eres* Vapinsensis: Vapinte.
- Arelatensis *cui subsunt Massiliensis: Massilia,* Vasiensis: Vaison, *Tricastinẽsis: Tricaste, Caualliccsis: Cauaillon* 25:48.43:1. *Auinionensis: Auignon,* Aurasicensis; *Orange, Carpentoracensis: Carpentras.* 25:53.43:20, *Tolonensis: Tollon.*

In *Lugdunensi prouincia vrbe Lugduno:* Lyon Archiepiscopus & *primas Galliæ residet. Habens sub se 4. suffraganeos, qui sunt Heduensis:* Auteun, *Matisconensis: Mascon, Cabilonensis: Chalon ad Saonam fluuium, & Lingonensis, Langres.*

Medius Meridianus 23; 50. reliqui ad hunc inclinantur iuxta rationes Parallelorum 43. & 46.

AQVITANIA
inferior
REGNV ARELATENSE
cum confinijs
Pars Berry
Helvetie
Pars
Burgundiæ comitatus pars
La Franche Comté
Oceanus
Aqui
tanicus
Pays de Medoc
Saintes
Allemagne
Hispanie
extre
ma
Gallicum
mare

Regio vnde dicta. *Situs.*

GALLIAM *Aquitaniã*, cuius Pars Auſtralior hac Tabula delineatur, nonnulli dictam volunt ab Aquis, quibus abundare fertur: alij ab Opido, *Aquis, Aqs*, deriuant. Hæc a Pyrenæis Montibus ad Ligerim vſque iuxta Ptolemæum extenditur. Nunc autem, teſte Ortelio, a Garumna ad Oceanum & Pyrenæos Montes. A Circio vero Septemtrionali vento Occidentem verſus Oceanum habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur, ab Occaſu Hiſpaniã, a Septemtrione Lugdunenſem Provinciam, a Meridie Narbonenſem. In ea Mercator quinque Ducatus, x x Comitatus, & V I Dominia enumerat. Ducatus ſunt *Vaſconia*, ſive *Guienna*, *Arvernia*, *Inculismenſis ager*, *Biturigum regio*, *Turonia*. *Vaſconia* ſive *Guienna* ad Oceanum ſita inter Baionam & Burdigalam, agrum habet vini fertilem, quod inde in Europam reliquam devehitur. Vrbs in ea primaria *Burdigala*, reliquæ enim *Nerac*, *Condom*, *Mirande*, *Nogerot*, *Orthez*, *Bazas*, *Dax*, haud magni momẽti ſunt. *Dax* tamen fontibus calidis, ſalinis, & metallis ferreis nobilitatur. *Burdigala*, Ptolemæo Βουρδίγαλα, veterum *Biturigum Vibiſcorum* vrbs eſt, ſita in paludibus quas exundans Garumna efficit: ornata tum Parlamento, tum Archiepiſcopatu, tum Academia, in qua omnium artium & ſcientiarum Profeſſores iuuentutem inſtituunt. *Arvernia*, *Le Pais & Duché d'Arvergne* ſequitur. Situs illi in locis partim planis, partim montoſis. Vicinos habent Arverni ad Orientem Forenſes & Lugdunenſes: ad Meridiem Languedokios: ad Occidentem, Cadurces, Petrocorios & Lemovices: Septemtrionem verſus, Bituricenſes & Borbonios. *Arvernia* duplex eſt *Superior* & *Inferior*. *Superior*, *Le hault pais d'Arvergne*, & *Arvernia* κατ' ἐξοχὴν, Primariam habet Vrbem *Fanum S. Flori*, S. *Flour*, in edita Rupe ſitam. Reliqua Opida vulgo dicuntur *Orillac*, *Carlatum*, *Muratum*, *Buillons*, *le Puy* & cetera. Territorium quoque & Baillivatus *Beaucaire*. *Inferior* opima eſt & fertiliſſima; Vinis præſtantiſſimis, Frugibus, Melle, Croco, Pecudibus, Lana, Paſcuis, Nemoribus ſupra modũ referta. Metropolis illi *Claromentium*, *Clermont* vulgo. Arce ſuperbit, & Epiſcopalis eſt Sedes. Reliquæ vrbes ſeu opida ſunt x I I I, ex quibus *Rion*, *Monferrat*, *Iſoire* ceteris præſtant. *Inculiſmenſis ager*, vulgo *Engouleſme* ad Septemtrionem Pictonibus eſt conterminus: ad Occaſum Santonibus: ad Meridiem Burdigalenſibus & Petrocoriis, ad Orientem denique Lemovicibus. Fertilis Vini optimi, Frugum, Cannabis. Metropolis eius, *Inculiſma*, hodie *Engouleſme*: Vrbs Antiquitate inſignis. Sita eſt in Colle qui Flumini Carantono imminet, Agro devio & ab Regijs vijs remotiore. Minorum gentium Opida ſunt, quæ vulgo: *Marton*, *Chaſteau-neuf*; *Blaiſac*; *Chabannes*; *Confollant*; *Ruffec*: *Aigres*, *Gourville*; *la Roche-foucault*; *Marveil*, *Lanzac*, *Villebois*, *Momberon* & *Bouteville*. De *Biturigum regione* in propria quam obtinet Tabula dicemus. *Turonia* vulgo *Touraine* incipit tribus ſupra Ambacienſem Vrbem Miſliaribus, verſus Bleſas; terminatur in Vicis, qui vulgo *La Chapelle Blanche*, in Spiritualibus agnoſcens Epiſcopum Andegavenſem, & Chouſai. Hi enim limites ſtatuunt inter Turonenſes & Andegavenſes. Incredibilem Regionis Amœnitatem amœniorem facit placidiſſima ſuave-ſpirantis Aeris conſtitutio: adeo vt totius Galliæ *Hortus* atque *Pomarium* vocetur. Vini Frumentique ferax eſt; Nemora habet venationi commoda. Metropolis Ducatus eſt *Cæſarodunum Turonum*: vernacule *Tours*. Vrbs opibus & Aedificiorum præſtantia nobilis. Vicinus illi ad Orientem Ligeris: ad Meridiem & Occidentem Idra fluit. Minorum gentium huius Ducatus Opida ſunt *Ambocia*, *Langerſum*, *Chinonum* & alia. Comitatus & Dominia brevitatis gratia præteriens, ad Regnum Arelatenſe tranſeo.

Vaſconia. *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes.* *Aruernia.* *Situs.* *Vrbes & opida.* *Inculiſmensis ager.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbs & Opida.* *Turonia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes.*

Arelatenſe Regnum.

Regio. *Sabaudia vnde dicta.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Vrbes & opida.*

Regnum Arelatenſe ab Vrbe *Arelato* nomen habet; regiones complectitur inter Rhodanum & Alpes, quæ olim Imperij erant, vt habet Mercator. Suntque in hoc tractu *Sabaudia*, *Delphinatus*, & *Provincia*. *Sabaudia* vnde nomen habeat varie quæritur. Quidam a *Sabatijs Vadis* derivant. Alijs dicitur, quaſi *Sabbatorum*, qui *Sabaudienſes* Volaterrano *Au We*, id eſt, Ager, Pratum. Quibuſdam quaſi *Saul-voie*, Via per Salices; aut *Saulve-Voie*, Salva via: quam ex mala latronibuſque obſeſſa feciſſe fingitur neſcio quis ab ijs qui fabulis Lectores diſtinere ſolent. Conjacent *Sabaudiæ* a Septemtrione, Burgundiæ Comitatus, turbatioribus Limitibus, & Helvetia, Lemano Lacu interpoſito; ab Ortu, Valeſia Pedemontiumque, finibus non multo certioribus; niſi quod Montes intercurrant editiſſimi; ad Meridiem & Occaſum Delfinatus ſe offert, cum nonnulla Rodani portione, Subaudos ſeparantis ab Burgundiæ Ducatus Incolis. Aer Subaudiẽ purus eſt. Regio valde montoſa. Quod ad Valles & Campeſtria loca, Solum amoenum ſatis & fœcundum præcipue verſus Septẽtrionem, ſecundum Lemanni Lacus Tractum; vbi vinum gignit generoſum, quod *Ripalium* vocatur ab Lacus Ripa. Paſcua Animantibus omne genus enutriendis optima; cum alibi, tum qua Mons Minor S. Bernardi attollitur. Metropolis Sabaudiæ *Chamberiacum*, vulgo *Chamberi*, in qua Parlamentum. Vrbs in cõvalli ſita montibus vndique cingitur. Cum Sabaudia tamquam partes eius explicantur *Comitatus Genevenſis*, *Maurianenſis*, *Tarantaſius*, *Marchionatus Suſæ*; & aliquot Dominia; Ditio denique *Breſſanenſis*. De ſingulis pauca. *Comitatui Genevenſi* nomen ab *Geneva*, quæ *Cenava* dicitur Antonino. Vrbs eſt miræ antiquitatis. Sita hodie ad Lacum Lemanum, bipartita in duabus Rodani ripis; conjuncta Ligneo Ponte; cui per interiectã Inſulam firmiori, vtrimque Domus impoſitæ: Maior Meridiem eſt verſus, Minor ad Septemtrionem. *Maurianenſus* vulgo *la Morienne* expanſus eſt ad Archum fluuium, vbi S. *Iean de Morienne*, Opidum non ignobile. *Tarantaſius*, *Tarentaiſe*, concluſus fere ſpectatur inter montes Alpinos, Fluuioſque Archum & Aram. Nomen habet ab Vrbe *Tarantasia*, quẽ hodie *Mouſtier* Incolis; Germanis *Munſter* in *Tarataſen*, *Muſterium* Latine ſcribentibus. *Marchionatus Suſæ* ab Opido *Suſa*, haud procul Fonte Doriæ flu., qui infra Turinum in Padum ſe exonerat. Sunt & alia Sabaudiæ Opida: *Aiguebelle*, *Mont-belial*, *Bellay*, *Nicy*, *Montmelian*; *Insilles*, &c. *Delphinatus* ſequitur. Nomen illi volunt ab *Caſtello Delphini*, quod vernacule *Chaſteau-Dolphin*. Huic ad Meridiem adhæret Provincia; ad Septemtrionem *Breſſa*, interfluente Rodano; qua Occidens eſt Veniſſæ ſe pandit Comitatẽ; qua Oriens, Cõregionalia jacent Pedemõtiũ & Sabaudia. Vrbes hic Archiepiſcopales ſũt *Vienna* & *Ebrodunum*. *Vienna*, οὐίεννα *Allobrogum Metropolis* Strab.; eorumdem *Vrbi mediterranea*, Ptol. βίεννος, Steph. vulgo *Vienne*. *Ebrodunum* ἐβορόδουνον Ptol. *Caturigum* vel *Alpium Maritimarum*, Ἐβραῤῥόδουνον κώμη, Strab. *Eburodunum* Antonino; vernacule *Ambrun*. Epiſcopales Vrbes ſunt quinque: *Valentia*, *Dia*, *Gratianopolis*, *Auguſta*, *Vapingũ*. *Valentia*; Antonino; οὐαλεντία, Ptol. vulgo *Valence*; Ducatus titulo gaudens. *Dia Vocontiorum*, Antonino, *Die* vulgo; Metropolis Agri, qui vernacule *Pais de Diois*. *Gratianopolis* olim *cularo* vocabatur, *civitas Gratianopolitana*, Iſidoro, vulgo *Grenoble*. Sedes ampliſſimi Senatus Delfinatenſis, Iſaræ adſita. *Auguſta Tricaſtinorum* Plin. *Tricaſtina Vrbs* Sidonio; Hodie, vti cenſet V. N. Ioſephus Scaliger, S. *Antoni de Tricaſtin*. *Vapingum* Antonino, vel quemadmodum in quibuſdam c. legitur *Vapincum*, vt & in Itineraria Tabula; *Gap* hodie. caput Agri, qui vernacule *Gapençois* montibus obſiti. Ipſum Opidum, vt hodie, ſic & olim celebre, Adeolis *Le Col S. Digo*. Minorum gentium Opida prætereo, vt et alia, loci anguſtia ſingulorum deſcriptionem non ferente. De Provincia Deſcriptione proxima agitur.

Delphinatus Regio vnde dicta. *Situs.* *Vrbes.*

Hactenus de Aquitania & Regno Arelatensi: sequitur *Provincia*. Huic Præstantissimo Gallarum tractui, etiam vltra Rodanum ad Garumnam vsque *Provinciæ* nomen inditum, quod ab Romanis in *Provinciæ* formam multis ante Christũ natum annis redactus, quod hodieque impositæ quondam conditionis nomen mordicus in exigua sui portione, in qua *Massilia* et *Aquæ Sexiæ*, retinet; κατ' ἐξοχὴν quasi et ἀντονομαστικῶς, vtq; ostẽderet se primam, non quidem ordine, sed dignitate inter omnes Imperij Romani fuisse Provincias. Est enim totus ille Narbonensis Ager pars totius Franciæ præstãtissima. Coniacet *Provinciæ* ad Septemtrionem Delphinatus, Montium interpositu Velæorum, qui vulgo *Velaye*, intercursuque magnam partem Druentij Fluminis; Orientale eius Latus claudunt et Alpes, & Varus Fluvius, cuius sinistræ Ripę adsidet Nicæa, Italiæ hic principium; qua Meridies est, ab Gallico pulsatur Mari; Occidentalis illi limes partim Arausiorum Principatus & Avenionensis vel Venissæ Comitatus, huius quomdam partes, Francorumq; Ditionis, nunc autem aliorum Principum; partim Rodan⁹, integer, Lugduno Arelatem vsque, ad Languedokij Parlamenti Iurisdictionem spectans. Cœlum hic mite, clemens & valde purgatum. Ac Provincia, de qua mihi sermo, præter Segetes, Fructus profert, non solicita cultura, nobilissimos. Vvarum Passarum Ficuumque tanta hic Copia, vt potiori Europæ sufficiat. Ros-Marinus, Myrtus, Iuniperi baccæ, aliaque id genus larga hic manu ab Natura proveniunt. Castaneæ, Mala Citria, Cydonia, Granata, Crocus, Oryza, similiaq; pleno ibidem Cornu funduntur. Vites generosissima dãt vina. Solum deniq; passim gratũ, ferax, benignum. De Antiquissimis porro *Provinciæ Comitibus* paucа inveniuntur. Tempore Ludovici VIII, Francorum Regis, legimus in vetustissimis Annalibus fuisse *Raimundum Berengarium Provinciæ Comitem*; eiusque Filiam vnicam et Heredẽ *Beatricem*, Vxorem fuisse ductam ab *Carolo* Andium & Cenomanorum Comite, eiusdem Ludovici Regis Filio, qui hoc matrimonio *Provinciæ Comitatum* est adeptus. Successit huic *Carolus*, *Claudus* cognomine, Princeps Salernitanus, & Rex Neapolis. Hunc sequutus est Filius *Robertus*, Dux Calabriæ, & Rex Neapolitanus. Robertum Avuum excepit *Ioanna* (cuius Pater Carolus, Calabriæ Dux, iam vitam cum morte cõmutarat) testamento cum Regina Neapolis, tum *Provinciæ* Comes facta. Hæc *Ludovicum Andegavensem*, Ioannis Francorũ Regis Filiũ, quem explendo in aduersarios odio adoptarat, Successorem & in alijs Principatib⁹, & in eodẽ Comitatu reliquit. Post Ludovicum Comes factus est Filius ejus *Ludovicus* II; quem sequutus *Ludovicus* III Filius, quum etiam ab Ioanna II. Neapolis Regina in Regem Siciliæ, Calabriæque Ducem esset adoptatus, in prolis Successorem habuit in suis Principatibus, ex consensu eiusdẽ Ioannæ II, *Renatum Andegavensem*, Fratrem. Hic quum Regni Neapolitani *Provinciæque Comitatus* jura resignare nollet Renato Lotharingiæ Duci, ex Filia Iolanta Nepoti, ea transcripsisse memoratur in *Carolum* fratrem, Cenomanorum Comitem: qui Filio Carolo orbatus *Ludovicum* XI, Francorum Regem, omnium Bonorum Heredem instituisse scribitur. Alij suprema id *Renati* voluntate factum volunt; non absque gravissima Iussissimaq; Renati Lotharingici expostulatione. Habitarunt hic olim *Salyi*, *Aquenses*, *Arelatenses*, *Sextani*, *Sentij*, *Ebroduntij*, *Dinieuses*, *Vesdiantij*, *Saniciences*, *Nerucij*, *Venciences*, *Vulgientes*, *Aptenses*, *Reienses*, *Oetauiani*, *Commoni*, *Foro-Iulienses*, *Segestorij*, *Albici*, *Oxubij*, *Deciates*, et alij. Sunt autem in Provincia sub Parlamento Aquensi, præter multa minorum gentium Opida, Vrbes, duæ quidem Archiepiscopatus, vndecim autem Episcopatus dignitate nobiles. Archiepiscopales sunt *Aquæ Sextiæ* & *Arelate*; *Aquæ Sextiæ*, *Colonia*, Latinis, Paterculo, Solino alijsque dicuntur; quæ ὕδατα Σέξτια, Κολωνία Ptolemęo: Σεξτιλία est apud Plutarch. in Vita C. Marij; *Aquæ Sestiæ* Itinerariæ Tabulæ. *Coloniam Iuliam Aquas* vocat Lapis qui hodie Lugduni ad D. Benedicti: item alius ad ipsas Aquas: Plenius nominat *Coloniam Iuliam Augustam Aquas Sextias* Monimentum, quod in Agro Arelatensi hodie reperiri notat ad Ausonium lib. 1. cap. xxx, Vir Nobilissimus Iosephus Scaliger. *Colonia* item *Iulia Aquæ Sextiæ*, *Legio* XXV vocatur in antiqua Inscriptione, Nummoque Vespasiani, Huberto Goltzio. *Aquæ* quidem, quod *Aquarum* ibi *Caldarum* Balnea; vnde et hodie *Aix*: *Sextiæ* ab C. Sextio Calvino Cos. anno ab V. C. 1D CXXX. Hic enim victa Salyorum Gente, *Coloniam Aquas Sextias* Condidit, eo consilio, vt Romanum illic collocaret Præsidium; quo Barbaros ex ijs reprimeret Littoribus, quæ ex Massilia ducunt in Italiam, quum Massiliensibus illis coercẽdis non suppeterent vires. Legendus Livi. Lib. lxi. ab V. C. *Iulia Augusta* vero ab C. *Iulio Cæsare Augusto*, qui eam Colonis auxit, deductis eo Legionis XXV Veteranis. Parlamenti Provincialis Sedes, quod inde *Aquense*. Partim ad *Aquas Sextias*, partim in Italia, in Campo Raudino, vicit Cimbros Germaniæ Populos, quique ipsis se iunxerant, Tigurinos Ambronesq; Gallicas Nationes, C. Marius. Nota Historia. Alibi etiã hac de re nonnulla. *Arelas* simpliciter Orosio & Ausonio lib. de Vrbibus in Egigraphe & ipso Carmine VII; *Arelatus*, eidem Ausonio in eodem Carmine, et alijs; *Arelate* Cæsari, Plin. Sueto. in Ti. Principis Vita, Melæ, & Alijs: ἀρελάτη denique Strab. quæ ἀρελάτων *Salyorum Colonia*, Ptol.; & *Arelate*, *Sextanorum* Plin. Vt *Coloniae* meminerũt Lapides de quibus paullo ante, ad *Aquas Sextias*. *Salyorum* quidem, ab antiquissimis Galliæ Populis; *Sextanorum*, ab Legione VI, cui hic sua fuerunt Stativa. Hodie *Arles*, plurali voce. *Thelinen* olim nuncupatam ab Græcis eã incolentibus, memoriæ prodit Festus Avienus. *Mamiliaria* cognominatur, quam ob caussam nescitur, in Inscriptione pulcherrima, quæ ibidem in Columna legitur, teste V. N. I. Scaligero. *Constantina* vt diceretur, ibique Septem Provinciarum, Viennensis, vtriusque Narbonensis, vtriusque Aquitaniæ, Nouem populaniæ, & Alpium Maritimarum, Conventus ageretur, sanxit Fl. Constantin⁹ Imperator. *Gallulam Romam* vocat Ausonius, Carmine, cuius meminì. Vrbs ad Rodanum sita. Ad Sinistram Ripã hodie. Itineraria Tabula collocat ad dextram, vbi hodie Languedokium. Ausonius *Arelatum* Rodani Fluentis interscindi, notat. Vnde et *duplex* eidem lib. de Vrb. in extremo Mosella & Epistola XXIII ad Paullinũ, quod videlicet in duas partes ab Rodano secaretur. Hodie, mutata ibi rerum facie, Simplex est, tota in ripa Rodani, quæ Italiam respicit, posita; septa vndique Paludibus, in quibus præferoces aluntur Boves. Putatur hinc maior fuisse, creduntque magni Viri partem Vrbis olim florentissimæ alteram ab Gothis excisam. Emporium autem fuisse satis constat ex Ausonio. Grata olim Regibus Burgundiorum Sedes fuisse legitur. Postea Comitum Provincialium fuit domicilium. Primus ibi Episcopum egisse scribitur *D. Trophimus*, Paulli Apostoli Discipulus, anno Imperij Neronis secũdo in Gallias ab eo destinat⁹; ex cuj⁹ fontib⁹, vt Zosim⁹ Pontifex M. scribit, vniuersa Gallia Fidei rivulos accepit. *Arce* potens hodie, *Honorato Hilarioq*, Præsulib⁹ quomdã suis, est clara. Et hæc de Archiepiscopalib⁹ *Provinciae* Civitatib⁹; Episcopales sũt vndecim, in quis, quod absq; aliarũ fiat indignatione, primas dabo *Massiliae*. *Massiliam* Latini omnes, Græcique nominant nonnulli; quæ; Μασσαλία Strab., Steph.,

Regio vnde dicta.

Situs.

Cæli temperies.

Soli fertilitas.

Imperium Maiorum.

PROVINCIAE,
Regionis Galliæ vera
exactissimaq; descriptio.
Petro Ioanne Bomario auctore.
PROVENCE.
CONTE
DE VENA
CIN
CONTE
DE SAULT
LE BERON
MAONT
LA CAM
ARGO
LA
CRAU
Mer de
Marmique
Les Tignes
Curvus Prom.
Insulæ Dei Hyeriades
Mediterranei Pars
Occidens
Oriens
Meilleria
Provincial.
Gallic.
Italica.
Meilleria Germanica communis

Veteribusq; Nummis; Μασσαλία Ptol.; *Marseille* vulgo: *Græcorum* cognominatur in Itineraria Tabula; quin & Subur bicarius ipsorum Ager ibidem *Græcia* dicitur. Nam *Phocæensium Græcorum* in Asia Minore est *Colonia*. Condita Olympiade x l v, scribente Solino; tempore Tarquinij Regis, vt notat Iustinus lib. x l i i i. Plutarchus in Solone conditam scribit a *Proto*, qui *Protis* aliis dicitur. Situm petroso in loco, indicat Strabo, prope ostia Rodani Amnis, in remoto sinu, velut in Angulo Maris, ait ex Trogo Iustinus. Rempublicam porro Massiliensium tantopere laudat M. Tullius, vt, audiente Populo Romano, dicere auderet in Defensione Fōtei, *Civitatis illius Disciplinam atque gravitatem non solum Græciæ, sed pene cunctis Gentibus anteponendam.* Episcopos suos numerant ab D. Lazaro, quem Christus ab morte suscitavit. Caput eius monstrare se dicunt in Primario Templo; quod Incolis *La Maieur*, ad Vrbis Mœnia versus Mare. Hæc de Massilia: reliquæ Vrbes Episcopales sunt *Dine*; *Dinia* Plin. in Ebroduntijs; Δίνια Ptol. in Sentijs. *Grasse*, *Grassense epidum*. *Glandeve*; *Glannate* Viris Doctis latine scribentibus; *Glannatena Civitas*, Notitiæ Provinciarum Galliæ in Viennensi i v; In alijs Libris est *Glanatica*, in quibusdam *Glamnatena*. Falluntur qui *Glanum* Plinij, Melæ & Antonini cum *Glannate* confundunt. *Glanum* enim Antoninus ponit inter Cabellionem & Arelatum; at quam procul inde *Glannate*? Quid *Glanum* hodie ignoratur. *Senas*, Σανίτιον, Vesdantiorum opidum in Alpibus Maritimis, Ptol. S. *Pauli de Vences*; ὀυέντιον, Nerusiorum Opidum in Alpibus Maritimis, Ptol. ὀυέντια Dioni. *Apt*; *Apta Iulia*; *Vulgientium* Plin.; *Avia Iulia & Abteiulia* corrupte apud Antoninum: Nam in melioribus est, *Apta Iulia*; vt et in Itineraria Tabula. *Ries*; *Reius*, Notitiæ Provinciarum Galliæ, in qua sub Viennensi i i i sic legitur; *Civitas Reiensium*, id est *Reius*. In Tabula Itineraria, scriptum est, *Reis Apollinaris*; quod nondum liquet. *Fereuls*, *Forum Iulij* Planco ad Ciceronem, Φόρος Ιούλιος, Commonorū Vrbs Ptol., COL. IVL. OCTAV. in Augusti Nummo apud Goltzium: *Forum Iulium Octavianorum Colonia quæ Pacensis appellatur & Classica*; Plin. Hodie Portus est marinus. *Citeron*, *Segultero* apud Antoninum & in Itineraria Tabula: *Cestero*, inquit suis ad Merulam litteris Iosephus Scaliger, Plin., apud quem tamen excusum est *Cessero*. Sed Merulæ semper Pliniana *Cessero* eadē censeri solet eū ea quæ Κεσσιρῶν apud Ptol. Tolosæ & carcassoni cōnumerata, quæ hodie in Languedokio castres. *Tolon*, *Telonum* Doctis Latine scribentibus; *Telo Martius*, Antonino, Opidū in Inferiore Maris recessu, novem Leucis Massilia. Hæc de Episcopalibus: sunt alia non minoris nominis & Antiquitatis opida: *Antibe*, *Antipolis*, Deciatorum opidum Ptol.: *Opidum Latinum Antipolis*, Plin. Tacitus *Antipolim Narbonensis Galliæ Municipium* appellat: *Coloniam* Nummus Titi Imperatoris. *Olbia* Ptol. Mela que nota, *Teres* vel *Hieres* hodie censetur ad Mare, tribus fere Leucis Telono. contra Opidum jacent nobilissimæ Insulæ, quæ Ptol. Στοιχάδες; Λιγυστίδες Steph. Hodie, Opido cognomines, *Les Isles* dicuntur de *Teres* vel *Hieres*. coralium ibi colligitur optimum, & quo non aliud præstantius in Mari Ligustico. *S. Maximin*, *Tecolata* videtur Antonino in Itinerario, sex grandioribus leucis Massilia, versus Boream. *Tarascon*, Ταρασκών Strab.: Ταρασκών Ptol. ad sinisteriorem Rodani ripam: cui in dexteriore opposita visitur *Belloquadra*, vulgo *Beaucarre*, Fluvio tantum intercurrente: vnde vsitatum illud Gallis: *Entre Beaucarre & Tarascon, Ne repaist brebis ne Oyson, Ne plus qu'entre Tain & Tournon.* Nam & hæc apud Valentinos vtrimque ad Rodanum. comitatus dignitate fulgent Opida, *Sault*, *S. Gillis*, & alia. Iam quas hodie habeant appellationes Opida, quæ apud Antoninum & in Itineraria Tabula scribuntur, *Alaunium* & *catoluca*, quæ *catuiacia* Tabulæ Itinerariæ, ignoratur. Vtrūque certe locatur inter Segusteronem & Aptam Iuliam. Neque certiora habemus de *Glano* & *Ernagino*, quæ quomdam inter Cabellionem & Arelate. *Glanum* Plin. et alijs Γλανὸν Ptol. in Salyis, Itinerariæ Tabulæ *Glanum*. Et *Ernaginum*, quod ἐρνάγινον Ptol., *Ernagina* Itinerariæ Tabulæ: οὔργινον Straboni esse videtur: apud quem in M.S. Codicibus οὔγιγνον legi notat Casaubonus: *Vgernum* nominat Gregorius Turonensis. Præter *Massiliam*, *Telonum*, *Olbiam*, *Forum Iulium* & *Antipolin*, alia quoque ab Veteribus opida nominantur Provinciæ hujus, Mari adposita, quæ prolixitatis evitandę gratia omittimus. Habet Provincia ad Meridiem Mare Gallicū. Portūq; celeberrimum ac tutissimum *Massiliensem*, qui catenis ferreis clauditur. De *Portu* isto Dionysius:

Mare.
Portus.

ἔνθα τε γαῖα.
Μασσιλίη πτάνυται, ἐπίστροφον ὅρμον ἔχουσα.

Nomen *Portus* fuit, vt Eustathius notat Λακώδων. Hinc apud Melam ex Veteribus libris legendum: *Et Lacydon Massiliensium Portus, & in eo ipsa Massilia.* Huius autem Vrbis (vt plene scribit Strabo) *Sexcenti* erant Senatores, quos τιμούχους vocabant, quique totam vitā isthoc honore potiebantur: ex eo numero *Quindecim-Viri* quotidianis Litibus dirimendis legebantur. Atque hi nimirū sunt *Sexcenti Massiliensium*, et *Quindecim-Primi*, quos libro belli Civilis i appellat Cæsar. *Sexcentorum* etiam meminit Valerius Maximus lib. ii. cap. vi. Ex *Quindecim-Viris* autem *Tres-Viros* optabant, in quibus auctoritas esset summa. Τιμοῦχος nemo creabatur, qui Liberos non haberet, quive a Tertia vsque Progenie ac Stirpe Civis non esset. *Massiliensium* igitur Respublica ἀριστοκρατικῶς (hæc Strabonis est vox) administrabatur. Aristoteles πολιτικ. lib. v. & v i i i. eos ἐλιγαρχίαν vsos testatur. *Oligarchicum* sane fuit: Genere, vt audivimus non virtute, Reip. Principes fieri. Eorum leges Ionici genij, ἰωνικοί, inquit, Strab., publice fūt propositæ. In Instituta Reip. *Massiliēsiū* paucis recenset Iustin. lib. x l i i i: Consuevisse scilicet, ab condita fere vrbe, *festis diebus Portas claudere, Vigilias agere, Stationem in Muris observare, Peregrinos recognoscere, Curas habere; ac, veluti bellum habeant, sic Vrbem pacis temporibus custodire: adeo illic bene Instituta non temporum necessitate, sed recte faciendi consuetudine servari.* Alia de Manumissionibus, Spectaculis; Validis Mendicantibus, Supplicijs, Funeribus, Sepulchris, & Hospitiorum jure, leguntur apud Valerium; Capite, quod indicavi. Mercatus hic olim fuit, vt memoriæ prodit Strabo lib. iv, bonarum Artium et Disciplinarum celeberrimus. Eo tanquam ad alteras Athenas, Romani, Galli, Hispani, omnesque, quibus licebat, Philosophiæ Græcæque linguæ gratia se conferebant. Testatur Tacitus in Vita Agricolæ Soceri, eū parvulum sedem ac Magistram Studiorum habuisse Massiliam. Hæc *Eumenidis*, qui tam accurate quæ fivit de Nilo: Hæc *Pythia*, quem tam studiose insectatur Strabo: Hæc aliorum, quorum scripta interciderunt, fuit Patria. Hic verisimile est Philosophiā didicisse *Favorinum Arelatensem*. Hæc Gallos omnes ita φιλέλληνας reddebat, vt contractus omnes Græco Idiomate conficerent, & in omnibus publicis privatisque Rationibus Græcis litteris vterentur. Consonabant etiam optimis Institutis Sanctissimi publice privatimque Mores. Massiliā Tacitus ait Locum Græca Comitate & Provinciali Parsimonia mistum & bene compositum. Sed isti Morum Integritati multum ademit vnum, quo se infamare soliti Massilienses, Vitium. Notum est Proverbium, πλεύσειας εἰς Μασσαλίαν, *Massiliā naviges.* Credebātur enim γυναικοπαβεῖν. Sed de his satis. Vrbs hęc iam suorū Incolarum industria per Asiam, Africam, aliasque remotissimas Regiones longe lateque negociatur.

Senatores.

Leges & Institutia.

Schola.

Ingenio & bonarum artium studijs celebres Viri.

Mores.

Mercimonia.

FRANCIA, PICARDIA VERA, ET CAMPANIA.

- **FRANCIA** *in hac sunt*
  - Preuosté & Viconté *de Paris. Diuiditur in 4. ditiones quæ sunt*
    - *Le Parisis cuius Metropolis Paris.*
    - *La Goelle in qua comitatus Dammartin 23 45:48 49.*
    - *L'isle de France, sita inter S. Denis 23 21:48 43. & Montmorency 23 21:49 0. & fluuium Sequanam: Seyne.*
    - *Vulx in le francois sita inter Clermont in Beauuoisis & Sequanam fluuium.*
  - Valois *Ducatus, cuius metropolis est Senlis Preuosté & Balliage. Sub hoc Ducatu est Comitatus de Beauuois.*
  - Hurepois *comprehendit Viconté & Balliage de Melun.*
  - Gastinois *comprehendit Ducatus duos, Estampes & Nemours.*
- **PICARDIA** *vera sub qua sunt. Hæ copiosius cum Artesia descripta est*
  - Thierache *Ducatus in quo metropolis Guise.*
  - *Com. & Vidamie d'Amiens.*
  - *Com. Vermandois, sub quo sunt alij 4. Com. Soisson, Noyon, S. Quintin, & Laon.*
  - *Com. Retelois, in quo metropolis Retel.*
- **CAMPANIA** *in qua sunt*
  - Comitatus *subiecti*
    - *Bar sur Seine.*
    - *Auxerre Viconté.*
    - *Tonnerre 25 19: 47 36.*
    - *Pour suiuent.*
    - *Braine 25 51: 49 13.*
    - *Grandpre 26 18: 49 0.*
    - *Mailly 25 34: 48 27.*
    - *Vertus 25 18: 48 46.*
    - *Roussy.*
    - *Retel.*
    - *Iuigny.*
    - *Brie 23 37: 48 28.*
  - Ducatus *non subiecti*
    - *Reims.*
    - *Langres.*
  - Comitatus *non subiecti*
    - *Ligny.*
    - *La Mothe.*
    - *Chalon.*
  - Baroniæ *Iainuille.*

Status Ecclesiasticus.
In hac parte Galliæ.

Archiepiscopus *Remensis cui subsunt Episcopi in hoc tractu: Suessionensis Soisson, Cathalaunensis Chalon, Ambianensis Amiens, Nouiodunensis Noyon, Siluanectensis Senlis, Beluasensis Beauuois, Laudunensis Laon, & in alijs Belgij partibus, Cameracensis, Tornacensis, Morinensis, & Atrebatensis.*

Archiepiscopus *Senonensis in Sens, cui subsunt: Paristensis, Meldensis Meaulx, Trecensis Troye, Carnotensis Chartres (qui est in Haulte Beausse) Niuernensis Niuers, Aurelianensis Orleans, Antissiodorensis Aussoire vel Auxerre.*

Hæc collecta sunt partim ex Guide des Chemins de France, partim ex libello inscripto La diuision du Monde.

Medius Meridianus 24 40. ad quem reliqui inclinantur iuxta rationem 48 0. & 49 30, Parallelorum.

PICARDIA ET CAMPANIA.

Picardiæ Nomen quamuis non magnæ antiquitatis, nulla tamen eius certa potest reddi ratio. Alij aliam augurantur. Robertus Cenalis dicit se ignorare, nũ *Picardi* a *Begardis* Hæreticis nomen hoc sint mutuati. Sed his illos constat multo esse antiquiores. Sunt qui appellatos censent Picardos; quod ab his ortus primo vsus Lancearum, quæ vulgo *Picques* nuncupantur. Eam hodie vt crasse definiam, ad Occasum respicit, cum nonnulla Normanniæ portione, Oceanus Britannicus; ad Septemtrionem istæ Veteris Belgicæ iacent Regiones, quæ hodie Artesia & Hannonia; ad Ortum Leuceburgum & Lotharingia sunt porrectæ; ad Meridiem denique Campania, isque nobilissimi Regni Tractus, qui specialiore notione Francia vocatur, occurrunt. Regio est fertilissima, Horreumque Parisiorum, atque adeo plerãque Franciæ. Vino caret, ignaua potius Incolarum socordia, quam vel Cœli vel Soli iniuria. Picardia autem in tres diuiditur partes. *Veram, Inferiorem, Superiorem.* De Vera hic tantum dicam. *Verę* (*La Vraye picardie*) cœpto Parisijs itinere, superatisque Bellovacorum Agris initium est ad Crepacorum. Comprehendit *Vicedamias, Ambianam, Corbiensem, & Pequignyam; Comitatus Veromanduorum & Retelorum; Ducatum Tiraschensem. Ambianæ (Visdamie d'Amiens)* nomen dedit *Ambianum*, vulgo *Amiens*; olim vt multi Docti censent, *Samarobriua.* Ptol. appellatur Σαμαροβριγα. Quidam Antonini Codices *Samarabriuam*, alij *Samarabrigam* præferunt. *Briga* antiqua Hispanorum lingua, &

Regio. *Vnde dicta.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vera Picardia.* *Vrbes.*

Maris Britannici pars
Bel:
pars
FRANCE
PICARDIE
CHAMPAIGNE
cum regionibus adiacentibus.
Normandie
Picardie
Champaigne
Sologne
Bio
Tonnerr
Auxerrois
La Villache
Pais
Montbar
Loyra

Bria Thracio ſermone, Vrbs nuncupatur. Nonnulli *Somonobrigam* ſcribunt a *Ponte* (Belgice *Brug*) quo *Somona* fluuius traijciebatur. *Ambianum* certe Vrbs eſt ad Somonam, qui eam hic ibi findit (vnde quidam *Ambianum* putant dictum ab Imperatore Gratiano, quod Aquis ambiatur) munitioribus Galliarum & ab natura & ab hominum induſtria merito connumeranda; Foſſis pulcris præaltiſque vallata; Clauis ea parte Regni. Templum habet ſpecioſiſſimum. Probitate ſane Incolæ Fidelitateque ſunt inſignes. *Coroienſis* ab *Corbia*, quod Opidum eſt ad Somonam; quo loco fluuius, cui adiacet, Somonam ingreditur; Clauis itidem, qua parte iacet, Francię. *Curmiliaca* forte Antonini, inter *Samarobriuam*, *Amiens* & *Cæſaromagũ*, *Roye*, ni fallor. *Peguignya* deniq; a *Peguignyo*, vulgo *Pequigny*. Opidum eſt ſic dictum, ſi vulgo fides, a *Pignone*, Alexãdri Magni milite. Hiſtoriographis nobilitatum, quod ibi Guilielmus Nortmanniæ Dux, cui cognomen erat *Longua-Spatha*, poſitis inſidijs fuerit obtruncatus per factionem Balduini Comitis Cameracenſis, qui eum pacis ineundæ prætextu eo pellexerat. Teſtantur Nortmanniæ Annales. *Comitatus Veromanduorum*, hodie vulgo *Vermandois*, retento, ſiqui alij Galliæ populi, priſco Nomine. Comprehendere vero ſub ſe Comitatum hunc ſignant Francię Geographi. *Sueſſonum*, *Laudunenſium*, *Tartenorum Ditiones*, Vrbes item *Nouiomagum* & *Fanum S. Quintini*. *Sueſſones*, hodie vulgo *Soueſſons*, vel *Soiſſonois*. *Sueſſonum Vrbs*, quę hodie *Soiſſon*, Arce prædita; *Sueſſones* gentis voce apud Antoninum; Ἀυγέστα Σουεσσόνων Ptol. *Laudunenſium* Ager, *Laonnois*, dictus ab *Lauduno*; cuius meminit Vita Caroli Magni, hodie *Laon*. Situs illi in Colle. *Tartenorum*, vernacule *Tartenois*, Metropolis eſt *Fera*, vulgo *La Fere*; Vrbs egregie munita, ſituque commodiſſimo, ad Oyſam Seruamque confluentes; Arcem habens ſatis validam. Quæ nunc Vrbs *Noion*, Antonino *Nouiomagus* nuncupatur, inter Sueſſonas & Ambianos eam collocati, Decimamqve octauam Legionem illi tribuenti, Νουιόμαγος *Vadicaſſium* eſt Ptol. Vulgo Eccleſiaſticorum *Noutionus*. Vrbs eſt, Antiquitatis ſuæ notas non paucas præferens. Epiſcopalis Sedes, cuius Præſules Comites ſe Nouiomagenſes & Franciæ Pares ſcribunt. *Fano S. Quintini*, quod Comitum Veromanduorum aliquando Domicilium & Regiuncuculę caput, nomen a Quintino, qui Martyrium ibi paſſus. Olim *Augusta Veromanduorum*. Hæc de Veromanduis; *Reteloru* (vulgo *Retelois*) ditio ſita eſt inter Hannonios, Lotharingos & Barros. Metropolis *Retelium*. *Tirachæ* (*La Tiraſche*) primaria Vrbs eſt *Guiſa*, Arce ſuperbiens, Propugnaculum contra Leuceburgenſes.

Campania.

Regio. Vnde dicta. Situs. Cæli temperies. Soli fertilitas.

Vrbes.

Campania, quæ ſequitur (*Comté de Champaigne*) nomen, à Camporum latitudine longitudineque, vt notat Gregorius Turonenſis. Eſt enim Campeſtris admodum & plana, Sementique apta. Circumdant eam vndique Brienſium, Burgundionum, Caroleſiorum & Lotharingorum Ditiones atque Territoria. Cœlum ibi ſerenum; Aer temperatus. Agri paſſim Frumento, Vino, omnique Pecorum genere abundant: nec deſunt Siluę, opimas quæ præbent Venationes, iucundaque Aucupia. *Campania* porro explicari ſolet hodie cum per ſe, tum per Cõiacentes ipſi Principatus. Per Se, proprieque conſiderata duplex eſt, *Inferior* & *Superior*. *Inferiori* adcenſentur *Tricaſſium*, Ditioneſque quæ vulgo *Iuigny*, *Baſigny*, *Vallage*. *Tricaſſium* nominatur ab æui poſterioris Scriptoribus, quę hodie *Trois*, Vrbs ad Sequanam; *Tricaſis* Antonino, Legionem ibi XXII ponenti, *Tricaſſa* Ammiano; *Trecaſſa* Bedæ; *Tricaſinum* Nithardo; *Auguſtobana Trecaſium* Veteribus monente V. N. Ioſepho Scaligero. Epiſcopalis nunc ſedes. Ad Sequanam (qui Chartarijs hic magno eſt vſui & commodo) in plano ſita eſt, fertilis mercaturæque dedita; Arce potens. *Iuigny* Comitatus Campaniam ſeparat à Burgundia; adhærens Senonibus. Opidum primarium *Iuigny*, Iuriſdictionem agnoſcens Bailliuatus Trecenſis. *Baſigny* ſic nominatur, quod potiorem conſtituat Inferioris Campaniæ partem. *Bas* Francis *Infra*. Cincta Fluminibus Matrona & Moſa, exiguaque Moſellæ portione, Aquis magis irrigatur, quam huius Ditionis reliqua. Metropolim habet cui ab *Caluo Monte* nomen; *Chaumont en Baſigny* vulgo; Bailliuatus titulo claram; Arce antiqua, quæ in Rupe ſita beneque munita, ſuperbientem. Tribui ſolent illi (præter *Andomatunum Lingonum*, vulgo *Langres*; de quo poſtea) *Montigny*, *Goeſſy*, *Nogent le Roy*, *Monteclar*, *Andelot*, *Biſnay*, *Choiſeul*, *Viſnory*, *Cleſmont*, omnia Opida non inualida, pleraque Arcibus firmata. *Vallenſe Territorium*, *Vallage* vulgo, nomen gerere creditur ab Vallibus, quas habet puleras admodum & fertiles: Parrenſibus hinc contiguum, inde Barrenſibus. Opida primi facile loci *Vaſſeium*, *Vaſſy*, ad Bloiſam, ditionis Guiſiæ. *Fanum S. Deſiderij*, *S. Deſier*, vel *Didier*: Arcem habet: *Ianiville*, *Ianuille*, Familiæ Guiſiæ Apanagium, vt vocant, alijs *Ioint-Ville* ſcribitur. Sunt & in Vallenſi Ditione *Montirandelium*, *Dontlerant*, *le chaſteau aux forges*, *Eſclaron*, & alia. Superior *Campania* vere *Territorium Partenſe*, *le Pais de Pertois*. Nomen illi a Burgo vulgo *Perte*. Regio eſt fertiliſſima, abundans Frugibus, Lignis, Cannabi. Metropolis illi *Vitriacum*, *Vitry*, ad Saltum Matronamque concurrentes. continentur ſub eo *Argilliers*, *Laſaincourt*, *Louuement*, & alia Opida. Sic campania quodammodo ſit inluſtrata per Se: coniacentia deſigno Ducatus quidem *Remenſem* & *Lingonenſem*; *Comitatus* autem *Catalaunenſem*, *Lignienſem* & *Mottenſem*, ſui iuris campaniæq; non ſubiectos. *Remenſi Ducatui* (*Duché*, *Pairie* & *Archeueſché de Reims*) *nomen* ab Vrbe, quæ Veteribus *Durocortorum*, hodie *Reims*. Δουροκόττορον, Ptol. Δυρικόρτορα, Strab. Δοροκόττερος Steph. *Durocortum Remorum* cæſ. Vrbs eſt incluſa, &, vt ita dicam incorporata campaniæ, ſui tamen iuris. Archiepiſcopum habet, qui Dux Primuſque Par Franciæ. Hic Galliarum Reges Oleo cœlitus, vt ſcribunt miſſo, inaugurari ſolent. *Lingonenſis Ducatus* (*Duché*, *Pairie* & *Eueſché de Langres*) Vrbem habet quæ quondam *Andomatunum Lingonum*, vulgo *Langres*. Ανδομάτουνον, Ptol., *Antemantunum* vitioſe apud Antoninum, paullo melius *Andematunum* in Itineraria Peutingeri Tabula: Tacito *Lingonum Vrbs*, Gregorio Turonenſi, *Vrbs Lingonica*. Epiſcopalis eſt, cuius Antiſtites Duces ſunt & Pares Franciæ. *Comitatui Catalaunenſi* (*Eueſché*, *comté* & *Pairie de chaalon*) nomen impoſitum ab Vrbe *Catalauno*, *Cathelaunum* poſterioris æui Scriptores vocant, quæ *chaalon* hodie, cognomine *en champagne*. Epiſcopalis ciuitas, ad Matronam plani ſitus, excelſis decorata Turribus, Pyramidum inſtar exſurgentibus. *Lignienſis Comitatus* (*comté de Ligny*) opidum eſt *Lignium*, inſignis veruſtatis, ad Saltum fluuium. De *Mottenſi* (*comté de la Motte*) præter nomen, nihil adhuc reperimus. Cum Campania ſolet explicari *Brienſium* (*Brionenſes* appellantur Nithardo, Tractus, Heurepenſibus contiguus, *La Brye*, antiquus Comitatus. Initium illi ad *Cretelium Pagum*, haud procul Ponte Charantonio, vbi Matrona Sequanæ commiſcetur: quorum ille Campanos fere, hic Gaſtinenſes à Brienſibus ſeparat. Nam quidquid ferme inter duo hæc flumina eſt; ad Burgundiæ vſque Ducatum, Brienſibus adſcribi ſolet. Manet nomen in Opido, quod vulgo *Brye vel Bray comte Robert*, ſic dictum à Comite *Roberto Brienſium* quondam Principe, cui hic erat Domicilium. *Brienſium* Vrbes *Caſtellum Theodorici*, *Chaſteau Thierry*, *Latinum Medorum* vel *Meldarum* vrbs, ad Matronã fluuium Ptol. nota: Hodie *Meaulx*: *Prouinſum*, *Pronius*, Opidum ab Roſis ſuaue-olentibus, Conditis & Dulciarijs celebre. Adcenſetur etiam huic Tractui *Archiepiſcopus Senonenſis*, *L'Archeueſché de Sens* cum Opido Pontio. *Senonum Vrbs* olim *Agendicum*, vulgo *Sens*, *ad Icaunam*, qui vernacule *Tonne*. Meminit Cæſar. Sed de his ſatis ad Franciam tranſeo.

FRANCIA SPECIALIVS STRICTIVSQVE SVMTA,

Vulgo France.

PIcardiam cum *Campania*, qua potui fide, diligentia, breuitateque percurri: succedit in mea distributione *Francia* vulgo *France*. *Franciæ* nomen hoc loco Limitibus quam alibi, angustioribus circumscribitur, & toti alioquin Regno proprium, pro Parte tantum eius (quam sequentia docebunt) hic accipitur. *Francia* autem de qua hic agimus, comprehendere sub se scribitur hodie præfecturam & Comitatum (vel vt alij, Vicecomitatum) *Parisiensem*, *Ducatum Valesium*, *Ditionesque Hurepensium* & *Gastinensium*. *Præfectura Parisiensis*, *La Preuosté & Comté de Paris*, in quatuor diuiditur Ditiones, *Parisium*, *Goellam*, *Insulam Franciæ*, *Vexinum Francicum*. *Parisium* appellamus, quod vulgo *Le parisis*. Complectebatur olim quicquid erat hinc a Porta Parisiensi, de qua paullo post, vsque ad Pontem Æsiæ (*pontoise*) inde vero Clayam vsque, versus Brienses. Nomen fere perijt, nisi quod eius etiamnum memoria seruetur cum in quibusdam Pagis, *Louvres*, *Cormeilles*, *Escoua*, & alijs, qui *parisij*, (*en parisis*) cognominātur, tum in Numis qui vulgo *Sols & Deniers Parisis*, & quibusdam Parlamenti Parisiensis Taxationibus. Quinetiam sunt qui *portæ*, quam nunc *parisiensem* vocant, non aliunde nomen esse censent, quam quod ea in *parisium*, de quo mihi fermo, duceret. *Parisij* Huius Vrbs, totiusque nunc Gallię Metropolis est *Lutetia*. Sic Cæsari nominatur: λευκοτεκία Ptol. λευκετία Iuliano; *Lutetia*, *castellum parisiorum* Marcellino, digitum procul dubio intendenti in ædificium antiquissimum, quod hodieque ibi cū stupore visitur. *Parisium* Zosimo. Nuperis istis *Lutetia parisius*; non tam barbare, vt quidam hodie putant. Hodie *Paris*, vulgo, ab ipsis huius Agri Populis. *Lutetia* quibusdam a *Luto*, propter Paludes vicinas; alijs ab Gypsi fodinis proximis quasi λευκοτειχία, quod fere tota crustario constet opere. *Lutetia* multo quomdam fuit, quam hodie, minor: in Insula tantum quam ambit Sequana. Tenue ergo admodum tantę Vrbi fuit initium. Sed tantilla Insula adrescentem indies hominum multitudinem paullatim capere non fuit potis. Ductis in vtramque Continentem quasi Colonijs, additisque Locis Suburbanis, ita sensim, productis varie Pomerijs, excreuit, vt iam totius Galliæ sit maxima. In tres nunc secatur Partes: quarum Maior, eaque ad Ripam Fluminis dextram, humilior est, ad Ortum & Septemtrionem vergens, *Villa* vulgo dicitur, *La Ville*: Minor ad sinistram versus Austrum & Occidentem loco altiore, & qui per colliculos suos nonnihil adsurgit, *Vniuersitas* vocatur, *L'vniuersité*: Media est *Insula*, quam *ciuitatem*, antiqua appellatione, *La Cité*, nuncupant; Fluuio vndique cincta; Pontibus, duobus quidem Minori, tribus vero maiori iuncta. Longum esset enumerare quæ in tribus hisce Partibus occurrunt, deque ijs adferri possunt, Singularia. Architremus Poeta Anglus hisce illam versibus olim celebrauit,

Regio.

Vrbes.

Exoritur tandem locus, altera regia phœbi
Parrhisij, Cyrrhaea Viris, Chrysaea metallis,
Graeca Libris, Inda studijs, Romana poëtis.
Attica philosophis, mundi rosa, balsamus orbis,
Sidonis ornatu, suamensis, & sua potu.
Diues agris, fœcunda mero, mansueta colonis.
Messe ferax, Fortis domino, pia regibus, aura
Dulcis, amœna situ, bona quolibet, omne venustum
Omne bonum, si sola bonis fortuna faueret.

Haud procul Parisijs *pons Charantonius* est, vulgo, *Le pont Charanton*, non ignobilis Vicus, vbi Matrona Sequanæ miscetur. Auditur hic ἠχὼ τρισκαιδεκάφωνος, quæ terdecies humanam reddit Vocem; quæque quod admiratione dignum maiore, quadrisyllabum integre & perfecte, quater quinquiesque resonat. Hæc de *parisio*: sequitur *Goella*, vt quam minime potest, discedam ab Vulgato nomine *La Goelle*. Huic etiam antiqui perierunt Limites. Manet eius tantum memoria quibusdam in locis ab *Goella* cognominatis. Est ibi *Comitatus Dam-Martinensis*, *la Comté de Dam-Martin*, ab insigni quomdam Opido, *Dam-Martino*, quod nunc in Vici formam est redactum, in Collicullo collocatum. *Insula Franciæ*, *L'isle de France* ex ipsorum Gallorum diffinitione comprehendit quidquid Terrarum est ab *Fano S. Dionysij Possiacum* vsque & *Mommorancium*; atque vniuersim quidquid inter Sinus Gyrosque iacet Sequanæ, hinc Picardiam, inde Normanniam versum. Alij alios ipsi fines statuunt. *San-Dionysianum*, vulgo *S. Denys en France*, opidum amœnum atque elegans, quod a Dionysio Areopagita imperiti rerum antiquarum & somniorum monasticorum creduli nomen sortitum arbitrati sunt. *Possiacum*, *Poissy*, opidum non ignobile. Arx ibi Regibus quomdam in delitijs. Eo Reginæ se conferre solebant, anteaquam D. Germani Arx esset, Partum edituræ. Ibidem Regum liberi educabantur, vt postea Blaesis & Ambaxiæ. Inter *Possiacum* & *Lutetiam Fanū* est *D. Germano* consecratum, vulgo *S. Germain en Laye*: Opidū nonnullius antiquitatis. *Mommorancium* vernacule dicitur *Mommoranci*. *Insulæ* succedit *Vexinum Francicum*, *Vexin*, vel vt alij, *Vulxin le Frãçois*. Continet quidquid est ab Aesia Fluuio Claromontem vsque, versus Picardiam. Perijt & huius memoria, nisi quod quodammodo seruetur, in antiquis quibusdam Chartis & Monimentis. Hactenus de *Præfectura Parisiensi*, quatuorque eius Ditionibus. Altera pars *Valesium*, vulgo *le Pais de Valois*; nomen habere putatur ab amœnissimis, quibus hæc ditio superbit, Vallibus. Alij aliunde diriuant. Comitatus olim, hodie Ducatus. Primus Valesiorum, vt & Alenconij, Comes dictus fuit *Carolus* Philippi III, Franciæ Regis Filius, Philippi Pulcri Frater: a quo per Philippum VI Filium Regium Valesiorum Stemma in Gallijs fuit propagatum. Extendit se Ducatus *Valesius* in Picardiam vsque. Primarium Opidum (præter *Crespiacum*, *Crespi*) *Siluanectum* est, Francis *Senlis*. Dictum Latinis quidam augurantur, quod Siluæ nectatur. Opidum est antiquum, præter Episcopatum, Præfectura & Bailliuatu nobile. Ditauit Siluanectensis Præfectura Valesium Ducatum Dynastijs, quæ vulgo audiunt *Pierrefons*, *Bethisi*, & *Verberie*, comprehensis opidis quæ nunc *Angy*, *le Pont S. Maxence* (Paludib⁹ hoc cinctum est, Limitemque statuit Franciæ & Picardię) *Pongoing*, *Brenouille*, &c. Complectitur eadem Præfectura *Compendium*, *Compiegne*; sedem olim Principum; *Carolopolim* alijs appellatū, ab Carolo caluo, qui Pomeria eius scribitur produxisse & munijsse. Transgressis Compendium occurrunt statim Picardiæ Populi, Suessones & Laudunenses. Sub Compendio sunt *Magny*, *Thorette*, *Creil*. Continet quoque Siluanectum *Pontis Aesię* (*Pontoise*, vulgo, *Pontesium* nominat Iuo epistola cv) Bailliuatum, Præfecturam & Vicecomitatum; cui parent *Villeneuue*

L'Isle de France. PARISIÆSIS AGRI DESCRIPTIO. Auctore F. Guillelmo Blaeuio.
BEAUVOISIS
VALOIS
LA GOELE
LE MULTIEN
LAUNAY
LA FRANCE
LE PARISIS
CHAMPAIGNE
LA BRIE
Le Landy
PARIS
MEAUX
SENLIS
Meteria Gallica
Meteria Germanica

neuue le Roy & *L'Isle Adam*. *vonte-Aesię* superato, se offert Normannia. Siluanectensis in super Prefecturæ Ius agnoscit *Comitatus Belmontius ad Aesiam, la Comté de Beaumont sur Oyse*; antiqua præfectura, cui subsunt *Persang* & *Metu*. *Comitatus Belmontius* Dominos agnoscit, Principes Regiæ stirpis Vendomensis. Ad hoc opidum vltra Aesiam initium capit Bellouacensis Ditio. Sub Siluanectensi denique Prefectura, simulque sub Valesio Ducatu est *Comitatus Belouacensis, Comté de Beauuais, Beauuoisin*. Metropolim habet *Belouacum*: sic nominem opidum, quod vulgo *Beauuais*. Apud Cæsarem, vt Nob. Vir Iosephus Scaliger scribit ad Merulam, *Bratuspantium*, addens sub Cæsaribus transnominatum *Casaromagum*. *Bratuspantium* tamen, ne quid dissimulemus, Carolo Bovillo Pagus hodie putatur *Granuiller*, vel *Grattepance*; alijs *Clermont en Beauuoisin*; Vigenereo *Beaumont ad Aesiam*. Est autem *Belouacum* Vrbs situ amoenissimo, adsitos habens Montes fertiles non adeo excelsos; inde Agros excipiendæ Sementi commodos. Nec desunt vina. Incolis præsertim Feminis, magna sunt Privilegia, ab Ludouico XI Francorum Rege ipsis concessa, anno CIↃ CCCCLXXII; quod Carolum Burgundiæ Ducem obsidionem soluere, reque infecta abire coegerint. Haud procul Belouaco est *Claromontium, Clermont*; Opidum est Arce munitum. Hæc de *Valesio*: sequitur tertia Franciæ Pars *Heurepense Territorium, Heurepois*. Initium capit ad Sequanam, sub Ponte Parisiensi, qui parvuus cognominatur; secusque eundem fluuium procurrit Corbolium, Melodunũ, & Moretum, vbi Verina Amne, qui in Lonium se exonerat, sciungitur ab Gastinensium Agro. Adhæret Briensibus, vbi respicit Fanum, cui cognomen ab S. Columba Grandi apud Senones. Continet autem Vicecomitatum & Bailliuatum *Melodunensem*. Metropolis est *Melodunum*. Nomen hoc perperam apud Cæsarem bis est insultum; pro quo Veteres omnes scripti Codices Commentariorum de Bello Gallico habent *Metiosedum*. Verum quidem est *Melodunum* & *Metiosedum* vnum idemque opidum esse: sed *Melodunum* posterius est. Hodie *Melun*, in Insula Sequanæ, instar Lutetiæ Parisiorum. *Melodunum* Arce validum est. Quod Opidum bonis piscibus, præcipue Cancris suauissimis, nobilitatum & celebre, nunc *Corbueil* vulgo, *Corbolium* nominatur in Vita S. Petri Tarentasij. Habet & hoc cum multis alijs, Arcem. *Fons Bellæ-Aquæ*, vernacule *Fontaine-Belle-eau*; Secessus Regum amœnissimus quietique aptissimus: vere palatium; Domicilium olim S. Ludouici, post Philippi, postremo Francisci Valesij. Multa ibi Singularia. Quartum in Francia locum dedi *Gastinensium Ditioni*; vulgo *Gastinois*; quæ ab Heurepensi separatur Verina fluuio. Comprehendit sub se *Ducatus Stampensem* & *Nemurcensem, Comitatumque Rupis-Fortis*, & alios. *Stampæ, Estampes* vulgo; Opidum medio inter Lutetiam Parisiorum & Genabum Aurelianensium itinere, ad Iunnam fluuium: Cammarorũ, qui delicatissimi, parentem largum, ad corbolium in Sequanam se exonerantem. Ducatus (qui olim comitatus fuit) claret dignitate *Nemursium, Nemours* opidum ad Lonium fluuium, qui paullo infra Moretum Sequanæ concurrit. Inter Ducatus Franciæ etiam non postremi loci. *Rupes-Fortis, Roche-fort* Gallo-Romanis dicta, comitatus gaudet titulo. In Gastinensium quoque Ditione cũ *Millio* & *Moreto* (quod Limes Gastinenses inter & Heurepenses) vtroque Arce prædito, alijsque opidis est *Montargium*, quasi *Mons-Argi*, vt quidam ratiocinantur; quod in circumitu adspect' eius procul extendatur. Incendio vastatum circa annum CIↃ IↃXVIII, postea reuouatum fuit. Arcem & hoc habet, in qua depicta visitur Historia Canis Venatici, qui Heri sui mortem vindicauit, occiso eo, qui necem illi attulerat. Hactenus Partes Franciæ percurri potius quam perlustraui: nunc libet nonnulla quę observatu digna supra omisimus, hoc loco paucis addere. Primũ hic sese offerunt Opera tum publica, tũ priuata, tum sacra, tum prophana. Templa numerari Lutetiæ LXIX vniuersim supra in Generali Descriptione diximus. Vbi etiam de Templo Cathedrali locuti sumus. Præter Templa autem *Sacella* Parisijs non pauca, XIII circiter: inter quæ primi censendum loci, quod in Palatio Regio *Sanctum* audit, ab Diuo Ludouico exstructum; omnium Cismontanorum audacissimum; nam Sacellum Sacello fornicato incumbit, nullis Columnis medijs, sed lateralibus tantum subsultum: Porta inferior veram D. Virginis imaginem, Superior Iesu Christi fertur exhibere. Seruantur ibi (sic perhibent Curiones) Corona Spinea, Toga Purpurea, Arundo, Spongia, Sudariũ, Mappaque Cœnæ vltimæ: quæ omnia a Balduino Imperatore Constantinopolitano Venetis oppignerata, Gallus redemta ibi reposuit. *Cœnobia* plurima etiam in hac Vrbe circiter XXXV, & ampla. Iam *Domus Parisienses*, cum Publicæ, tum Priuatæ, vniuersim anno CIↃIↃXLIX ad X millia sunt numeratæ; exceptis Collegijs, Templis, Coenobijs, ijsque, quæ in Suburbijs. Eminent inter reliquas *Domus Regia* vicina Palatio, *Nella, Flandra, Artesia, Aurelianensis, Albretia, Lotharinga, Niuernensis, Alençonia, Senonum, Remensis, Lugdunensis, Fescampia, Bellouacensis, Rothomagiensis, Bituricensis, Heuresia, Sabauda, Claromontia, Cabillonensis, Bauara, Burgunda, Reginę, S. Paulli, & aliæ. Palatium Thermarum* prope D. Mathurini quidam à Iulio Cæsare conditum volunt. Cœnaculum illic est fornicatum, cui Hortus cum Arboribus imminet. *Domus Publica Parisiensium* anno CIↃIↃXXXIII cœpta ab fundamentis exstrui, sub Francisco I. Quid vero dicam de *Arcibus*? *Maius Castellum* ab Iulio Cæsare ædificatum aiunt: magis censendum ab Iuliano cæsare, qui aliquamdiu hic habitauit. Reliquas breuitati studens omitto. Quid de *Xenodochijs, Nosocomijs, Ptochodochijs*, & *Orphanotrophijs*? Domum in villa CCC cæcorũ, ab Saracenis excæcatorum, D. Ludouicus condidit. Alia prætereo. Sepulcra vero, præsertim Regum, Principum, Ducum, comitum Nobiliumque vtriusque sexus quot in hac Vrbe conspiciuntur? Eorum plena est enumeratio apud Aegidium Corrozetium, cuius exstat accuratum de Parisiensis Vrbis antiquitate opus. *Statuę* etiam stupendæ varijs locis, *Regum* omnium in Palatio Regio; *Caroli Magni* in Templo S. Marcelli; *Philippi Valesij* in Primario; vbi & *D. Christophori* Gigantea, anno CIↃ CCCCXIII ab Antonio *d'Essars*, Equite erecta. Est ibi & effigies *Petri Cugneri*, iuxta Chorum in angulo ad altare B. Mariæ. Fabulantur per Ludibrium positam, quum bona Ecclesiastica nomine Regio in Fiscum trahere conaretur, sub *Philippo Valesio*; sed frustra. Hæc de vna Vrbe quo ad structuras sufficiant. *San-Dionysianum* Fano superbissimo nobilitatum est in quo omnes Reges Galliæ mirabili artificio sculpti monstrantur. Sed de his satis, ad Academiam Parisiensem venio. Instituta hæc ab Carolo, Magno, Romanorum Imperatore, incitantibus eo Magnanimum principem quatuor Venerabilis Bedæ discipulis. Quatuor firmissimis nititur Columnis, *Facultatibus*, inquam, *Theologiæ, Iuris Canonici, Medicinæ, Artium*. Tribus quas nominaui primo loco, singulis præsidet *Decanus*, duoque inseruiunt *Cursores*, quos *redellos* vulgo dicimus. Toti corpori præest *Rector*, ab Artium Facultate, singulis trimestribus legi solitus. collegia sunt, *Sorbonicum, Nauarrenum, D. Bernardi, Praemonstratense, Cameracense, Regium, Rhemense*, aliaque.

Opera publica.

Academia.

BOVLONGNE
COMITATVS.

Insunt & hi Comitatus Guines, Ardres, & Fiennes Baronatus.
Item Episcopatus Taruannensis siue Morinorum, cui hæ Ditiones in spiritualibus parent.

Meridiani ad rationem paralleli 50 45 positi sunt.

BOlonia, vel vt alij, *Bononiæ* Comitatus (*Comté de Boulongne*) satis est amplus. Totus hic Tractus arenosus est, eius generis arenæ, quam Vrentem vocant; vnde & nonnulli *Boloniam* cẽsent a *Bouillir* deriuatam, quod ridiculum videtur. Nomen Comitatui à *Bolonia* Opido quod in Superius hodie & Inferius diuisum. Initium Bononiæ Comitatui ab Montibus S. Ingelberti; procurritq; ad Fluuiũ Cancham, quæ eius Longitudo; Latitudo ad Lucum vsq; Tournohensem porrigitur. Comitatus autem titulo nobilis est Bolonia, quã dignitatem adepta est tempore Caroli Calui Regis Galliæ quo tempore *S. Paul, Oye, Guines & Artesia* eodem honore tituloque potitæ sunt. Multa habet opida & pagos. Inter alia *Boloniam* Opidum quod duplex Superius & Inferius. Illud altiore situm loco, Burgus tantum, anteaquam ab Anglis obsidione premeretur. Hoc autem planiora occupans Mare adluit. Alterum ab altero passibus distat centum aut circiter. *Bononiam* etiam nominant hac Galliarum parte varij. *Bononiense opidum* habet quoque Panegyricus incerti autoris Imperatori Constantino dictus. *Ciuitas Bononiensium* est in Notitia Prouinciarum inter Belgicæ Secundæ Ciuitates. Hodie Francorum Vulgo *Boulongne*; Inferioris Germaniæ Populis propius ad Veterem appellationem accedentibus, *Beunen*. Antiquissimis temporibus, vti censent V. N. Iosephus Scaliger suis ad Merulam litteris (nam ad Ausonium *Gessoire* opidum hoc tractu nomen retinere docet) Papirius, Massonius, Lelandus, Ortelius, & alij, *Gessoriacum*. His contestatur Peutingeriana Tabula, in qua legitur *Gessoriacum* quod nunc *Bononia*. *Gessoriacum* Antonino dicitur, qui ei Legionem adscribit xv, & alibi *Gessoriacensis Portus*, item *Gessoriagensis Portus* in Maritimis: Ptolemæo γισσόριακον ἐπίνειον μορίνων. Alij Gessoriacum non idem volunt cum *Nauali Bononiensi*: *Calesium* putat Ioannes Talbotus, *Fanum S. Audomari* alij. *Vicum Sciaci* Turnebus; *Slusam* Boëtius, *Brugas* Hermolaus Barbarus, *Gandauum* Bilibaldus. Robertus Cœnalis diuersa ponit *Gessoriacum Portum* & *Gessoriacum Nauale*; illum Bononiam censens; hoc autem *Castellum*, quod vulgo *Cassel*. Bolonienſis porro fuit Godefridus, Eustathij Bolonienſis Comitis Filius Lotharingiæ Dux, qui Christianorum Primus Rex Solymorum. Prope Bononiam erat *Itius Portus*: quem qui *Calesium* Opidum esse arbitrantur, nullo negotio refelluntur à Ptolemæo, qui post Sequanæ Fluminis Ostia prius ponit Γ'ρκιον Α''κρον, deinde Γισσόριακον, Ἐπίνειον Μορίνων: à quo opidum *calesium* distat plus quam xx millibus Pass. *Gessoriacum* idem esse cum *Itio* persuasum videtur M. Velsero. *Itius portus* quibusdam *Fanum S. Audomari* censetur, adductis cum vetusto Vrbis nomine, quo *Sitieu* vocabatur, quasi, vt volunt, *Sinus Itij*; tum Loci situ, qui quũ valde sit humilis, præaltis tamen littoribus Vrbem quodammodo cingentibus, Sinum Maris olim capacissimum fuisse indicat. Camdenus in sua Britannia docet *Itium Portum* diu fuisse in loco, quem hodie *Withsin* vocamus, prope *Blanestum*. Verum hæc alijs disceptanda relinquimus. *Bononiensi* Comitatui succedit *Guinensis*, *Guisnes*; qui disterminatur ab Comitatu *Oyo* per Canalem Maiorem, qui Opidum ipsum præterlabitur, Territorium fere reddens inexpugnabile. Primarium Opidum *Guinesium*, *Guisnes*, in duas diuisum Partes, quarum vna in Paludibus sita, altera in continenti; Loci natura munitum & validum. Cepit Rex Henricus II, misso illuc Francisco Lotharingio, Guisæ Duce, anno CIↃ IↃ LVIII. De Danorum quondam in Guinensem terram Iure, multa Meierus in Annalibus Flandriæ, deque eodẽ Comitatu alia apud alios Historiographos, quæ huius non sunt loci. Visuntur & alia Opida, *Hartincourt*, *Peuplinge*, *Conquelle*, *Portus Nieuelletius*. Continet Comitatus hic sub se Baronatus *Ardresium* & *Courtembronẽsem*, singulos ab suis dictos opidis, quorum vnum *Ardres* vulgo, alterum *Courtembrone*. *Item Fiennensis Baronat*.

Duobus *Ardresio* Milliaribus versus Oceanum occurit *Calesium*, opidum natura arteq; munitissimum, Galliæ Clauis & Ianua semper habitum; Muris primo, vt fertur cinctum ab Philippo Bononiensi, S. Ludouici Patruo. Arcem habet cum Turri valida, quæ ingressum ex mari in portum prohibet. Captum fuit ab Eduardo V Anglorum Rege, pridie Nonas Augusti, vndecimo mense post horrendam pugnam, quam contra Philippum VI, Francorum Regem, ad Cressiacum anno CIↃ CCCXLVII pugnatam, multis depingit Paullus Aemilius lib. IX. Possessum ab Anglis annos CCXI (nam frustra obsederat anno CIↃ CCCCXXXI Philippus Bonus Burgundus, Flandris ipsum deserentibus) & tanquam Galliæ Clauem in loculis, vt loqui consueuerant Angli, seruatum, expugnatum, Guisio Duce, Galli recuperarunt anno CIↃ IↃ LVIII, mense Februario. Aequali fere Itinere versus Mediterranea *Calesio Bonnoniaque* distat *Teroana Morinorum* vulgo *Teroane*; nomen retinens, quanquam ab carolo V deleta, Episcopali Sede Bononiam translata; Flandris, *Terrennerberch*: *Teruanna* vel *Tarvenna* Antonino, *Teruanna* Itinerariẽ Tabulæ, Ταρουάνα Ptolemæo. Quosdam *Taruhanum* appellare Bouillus adserit. *Terrubanorum* meminit Trithemius in Francorum Historia. *Teruana* quibusdam quasi *Terra-Vana*, ob vilitatem Territorij. In Notitia prouinciarum, vbi Belgicæ Secundæ Ciuitates recensentur, nominatur etiam Ciuitas *Morinorum*, *id est pontium*, *L'Eveschè de Teroane*. *Colonia* forte *Morinorum* in antiquo Lapide, qui superioribus annis repertus fuit in Gelria, Sugambrorum olim principatu, dimidiato ab Vrbe Neomagiensi milliario. *Ditio* porro *Oyana*, *Terre de Oye*, porrigere se scribitur Duynkerkam vsque, Flandriẽ Opidum. Sunt ibi præter *Oyam*, alia quædam Opida sed ignobiliora. Ad Boloniam redeo. Ea Amnibus riuulisque humectatur *Archia*, qui per Arquense opidum Fanumque Audomari Grauelingam petit. Inde non procul *Scalense* est *æstuarium*, adusque Arderam arcem æstuans. Nec desunt æquorei riuuli duo, Marquisianus scilicet, & Boloniacus. Est & *Hautia* seu *Hesdin* amnis *Hesdino* Opido nomen suum communicans. Sequuntur deinceps Pontiuorum paludosa fluenta, & *Cauchiæ* flumen. Horum verò nonnulli amnes pisculenta efficiunt stagna, seu viuaria, à vicinis opidis denominata: cuiusmodi sunt quẽ sua lingua vocant le Viuier *d'Hames*, *d'Andre*, *d'Ardres*. Collibus arenarijs vniuersus hic Tractus secundum littus maris septus est. In interiori verò regione sunt, quos sua lingua vocant *les Monts de S. Ingeluert*, & *les Monts de neuf castel*, & *Dannes*. Siluis vero ac Lucis omnis fere conspersa regio, cuius partes *les Bois de Surene*, *Celles &c.* Indigenæ morosi habentur, sibijpsis plus satis indulgentes.

Regio. *Vnde dict.* *Situs.* *Oppida.* *Comitatus Guinensis.* *Opida.* *Flumina.* *Montes.* *Siluæ.* *Vulgi Moues.*


SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
Germanici maris pars
Flandriæ pars
Maris Britannici pars
Terre d'Oye
COM. DE GVINES
COM. DE BOVLONIS
Com: S. Pauli pars
BOLONIA & GVINES Comitatus

ANIOV
ANDEGAVENSIS DVCATVS.

ANIOV *Ducatus habet Comitatus, Baronias, Dominia, vt Craon 18: 56. 47: 34. &c. quæ necdum inueni, aut distinguere potui. Homagium siue fidem client elarem illi præstant hi Comitatus 4. Maine, Vendosme, Beaufort, La Val.*

Iurisdictio.

SEDES PRÆSIDIALIS *Totius Ducatus est Angiers, sub qua sunt particulares sedes iuridiciales Angiers, Saumur, Bauge 19: 45. 47. 25. & Beaufort en Vallee 19: 40. 47: 16.*

Status Ecclesiasticus.

VNVM *habet Episcopum Andegauensem. Angiers, Turonensi Archiepiscopo subiectũ.*

Meridiani positi sunt ex ratione 47: 15 parelleli ad circulum maximum.

Ducatus Andegavensis.

Sequitur in nostra Methodo *Ducatus Andegavensis, La Duché d' Anion.* Huius Provinciæ populos C. Cæsar *Andes*, Plinius *Andegavos* appellat. Incipit ab *Vico Chousay*; finemque accipit inter *Moncontour* & *Herrant*, vbi initium Pictauiensis Territorij, quod illi ab Meridie; versus Orientem confinia sunt Turonensium et Vindocinorum; ad Septemtrionem Comitatus qui vulgo *Maine* & *Laual*; ad Occidentem denique Britãniam attingit. Regio fertilis & amoena magis quã ampla. Colles ibi vitibus passim consiti, valles Silvis Saltibusq; viridantes: læta prata: Eryceta grauissimum Pecori Pabulum præstãtia. Vina hic alba, notæ nobilissimæ, vulgo *Vins d' Anion.* In sũma quicquid huic vitæ vsui esse potest, hæc Provincia suppeditat. In nonnullis etiam huius Provinciæ locis illud genus lapidis cæruleum & fissile effoditur, quo Templorum vbique Aedium que recta contra cœli iniurias muniuntur. *Ardoises* vernacule vocantur. Suos olim habuerũt *Andes* Reg les & Duces, quorum *Dumnacum* ab Cesare victum scribit octauo libro Hirtius. Postea cum alijs Galliarum populis in Francorum venerunt ditionem. Rex Chilpericus, occiso comite *paulo*, Andegauensem vrbem obtinuit; uisque eam Posteris reliquit, Franciæ Regibus: quorum Carolus Calvus Superiorem quidẽ Provinciæ partem *Torquato* (alij aliter vocant) dedit, reservato sibi supremo in eam iure: Inferiorem autem *Eudon* Parisiorum Com iti, cuius ex fratre *Roperto* Comite Andegauensi Duceq; Celticę Nepos, Hugo Magnus eam largitus est *Fulconi*, Torquati ex Inge'gero filio, Nepoti. Fulconi ordine successerunt *Fulco* II, *Gotefridus*, vulgo dictus *Griseonella*: *Fulco* III, *Gotefridus* II. *Fulco* IV; *Fulco* V; qui Hierosolymorũ Rex fuit, post Balduinum cuius Filiam ipse viduus duxerat vxorem: *Gotefridus* denique VI *Barbatus*, cui sociata fuit Machthildis, Henrici I Angliæ Regis F. Huius filij, Henricus quidem Rex fuit Angliæ, eius nominis II: Andiũ vero comites *Gotefridus* VI & *Gulielmus*: quos quum paricidiali bello victos terris suis pepulisset Frater Rex, Filios natu maiores in Anglię Regno, *Gotefridum* autem VIII in Comitatu Andegauensi successores habuit. Gotefridi filio *Arturo* Comi i, Britanniæque per matrem Duci, bellum mouit patruus Ioannes Anglię Rex. Fecerat iam *Arturus* Homagium, vt loquuntur, & fidem Principatus sui nomine promiserat Francorum Regi Philippo Augusto: á quò instigatus quum Pictones Regi patruo ereptum properaret, cùm exercitu Ligerim iam transgressus, ab eo ex improuiso superveniente captus, Rotomagum est abductus, ibiq; non multo post occisus. Id non ferendum rata *Arturi* Mater, Constantia Conani Britãniæ Principis Filia & Hæres, Regem Ioannem paricidij accusauit, apud Franciæ Regem, quem dixi: quumque vocatus se iuri non sisteret, Paricidij damnatus est sententia parium Franciæ; eiusque Provinciæ quas in Gallijs habebat, Fisco Regis sunt adiudicatæ: quam sententiam ipse Rex exequens, Andegauenses sibi deditione subiecit, Regique Francorũ *Ludouico* Filio nominis eius VIII reliquit. Huic successit Filius *Ludovicus* IX, *Sanctus* cognominatus, qui provinciam hanc *Carolo* fratri, Apennagij iure concessit. Hunc sequutus *Carolus* II, qui Clementiam filiam locans *Carolo Valesio* Provinciam hanc Dotis nomine largitus est. Huic successerunt Franciæ Reges, *Philippus Valesius* Filius, & ex eo Nepos *Ioannes*, qui nobilissimam hanc Regni Portionem Ducatus titulo, ãno CIↃCCCL, decoratam Filio *Ludovico* Apennagij jure dedit. Hunc sequuti sunt descendente linea *Ludovicus* II, & *Ludovicus* III, quo sine Herede mortuo principatum adijt *Renatus* frater. Hic defunctis Liberis, Heredem dixit sui fratris Filiũ *Carolũ* (alij Fratrem fuisse volunt) qui Heredem scripsit *Ludovicum* XI. Regem. Et sic Coronæ Franciæ fuit adnexus, eique vnitus mansit; nisi quod *Franciscus* I. eundem suę Matri *Aloisiae Sabaudae* in vsumfructũ tradiderit, Rex Carolus IX eum jure Apennagij tribuit *Henrico* Fratri, qui deinde Poloniæ & Franciæ Rex. Metropolis Ducatus *Andegavum* est; *Andegavensis Civitas* paulo Diacono; vulgo *Angiers*. Ptolemæo dicitur Ἰουλιόμαγος, *Andicavarum*, vt legendum monet Merula. Sita est in vtraque, *Meduana*, *Maine*, fluuij ripa, pontemque habet lapideum flumini iniectum. Insignis ibi Politia. Episcopali fulget dignitate: Senescallatu etiam & Pallivatu, Sedeque superbiens Præsidiali. Academiam habet celebrem ab Ludouico II. Andegauensium Duce, anno CIↃ CCCXXCIX instituram; evocato, qui ius ibi profiteretur, Francisco Balduino. Habet hic Ducatus multa insignia Oppida, alia alijs maiora. Pauca vt vernacule sonant, dabo: *Saumur* ad Ligerim cum Arce; Academiam

Regio.

Situs.

Soli fertilitas.

Imperium Maiorum.

Vrbs & Opida.

ANIOV
LVDO
NAIS
Chillel

miam, quam apud Regem Magni Viri moliuntur, breui habiturũ; *Montreneau, Bauge, Beau-fort, Brissat, Monstreul-Belay, Malevrier, Chantonceau, Vibers, Durçtail, La Flesche, Chaseau-Goutier, Segre.* In hac Prouincia multa Stagna, magnus Lacuum numerus, Riuuli non pauci, & plus quã xl sunt Flumina: Sunt & Vivaria Paludesq;, Fontes item infiniti. Inter amnes præcipui sunt *Ligeris, Loire* peramplus, perspicuitate aquæ inclytus, quem Patrem Fluviorum Galliæ vocant. *Vigenna*, cujus mentio apud Fortunatum, Gregoriũ Turonensem & Hugonem Floriacensem, *La Viẽne, Viane* & *Vignane*; *Meduana*; Huius meminit ex emendatione Turnebi Lucanus lib. 1. belli Pharsal. *In ripis Meduana tuis marcere perosus.* Alij *Medualla* legunt; Theodorus Canterus lib. 111. Novar. Lect. *Meditana. Meduanam* sane et *Medanam* Galliæ fluvium etiam nominãt Regino & Turonensis: hodie *Mayne* Sarta vulgo *Sartra* & *Lorius*. Habet etiam Andegavensis tractus, alios non exiles, Nempe vecturæ idoneos, quib⁹ alluitur amnes, qui et ipsi suis Ligerim augent alveis, quorũ nomina brevitatis gratia omittimus. Regio montosa est attolliturque colliculis: & silvis ac saltibus ornata est. Extra vrbẽ Andegauũ vetustę monstrantur ruinæ, quæ vulgo *Grohan* dicuntur, Nomine ab Romano non abludente. Hic quondam Theatrum ab Romanis exstructum fuisse perhibetur. Apparent multæ parietinarũ Murorumque reliquię. Effodiuntur & infinita probæ notæ Numismata. Cętcrum huic Ducatui præter alios Comitat⁹, Baronias, & Dominia quæ habet: Homagium, siue fidem clientelarem præstant hi Comitatus 4 *Maine, Vendosme, Beaufort, La Val*, de quibus ordine agemus. *Comitatus Cenomanensis*, vulgo *Comté de Maine* primo loco occurrit. Hunc tractum Ptolemæi tempore *Cenomani* insederunt. Prouincia autem Cenomanorũ inter primas Galliæ habitari cœpit. Olim eius limites longius se extenderunt, quam nunc protenduntur, idque facile colligi potest ex ijs quæ Liuius, Polybius & Iustinus, de irruptione Cenomanorum in Italiam literis mandarunt: nec inficiari quis posset, ipsorum vires collectas fuisse, ex Andegauensibus, & Turonensibus, sicut & sub Boiorum nomine ipsorum vicini comprehendebantur. Territorij pars vna fertilis est, alia sterilis, incolisque facilius est venaticas carnes, quam panem & vinum apponere, non tamen ijs omnino caret, aliquæ enim huius Provinciæ partes tam fertiles sunt, vt eam nec Andegauensis ditio, nec Turonia vini bonitate, frugumque fertilitate superẽt. Solum herbosum, Pastionique Pecudum commodum. Hanc vero Prouinciam, sub Aquitania comprehensam, aliquando paruisse legimus Ducibus Aquitanis, donec inter Reges Franciæ Ludouicum IX & Angliæ Henricum III pactum fuit, vt Anglus Aquitania, quam ab Septemtrione Carantonus Fluuius, ab Meridie Pyrenæi Montes terminarent, contentus, in perpetuum cederet Normannia, Terrisque Cenomanorum & Andegauensium; eique numerarentur CIↃ IↃ aureorum milia. Rex Franciæ *Ioannes* Andium & Cenomanorum Comitatum *Ludovico* filio Secundo-genito dedit. Donationis Diploma anni CIↃ CCC LXIII Scrinio Regis adhuc visitur. *Ludovico* ordine successere *Ludovicus* II Filius & *Ludovicus* III Nepos. Hi tres titulum Regum Neapolitanorum gesserunt. *Ludouico* tertio vita defuncto nullis post se relictis liberis, ei successit *Renatus* Frater, quem Regina Neapolitana Ioanna, eius nominis II, suum heredem in Regno Neapolitano & in Comitatu Prouinciæ instituit. *Renatus* ex Isabella Caroli audacis filia suscepit Ioannem filium, Calabriæ Ducem, cui supervixit Renatus Pater. Hic *Ioannes* ex Maria Caroli Ducis Borboniæ filia, genuit Nicolaum Calabriæ Ducem & Marchionem Pontensem, qui absque liberis decessit, auo Renato adhuc superstite. *Renatus* nepoti suo *Renato* ex Iolanta filia, & Friderico Vadimontano, iura Regni Neapolitani & Comitatus Prouinciæ resignare noluisse, sed ea Carolo Fratri suo, Cenomanorũ Comiti, reliquisse fertur: qui cum etiam paullo post moreretur *Ludouicum* vndecimum rerum suarum Heredem instituit. Cæterum tota hæc Regio superioribus annis in duas quasi abijt partes. *Civitas Cenomanensis*, Ditioni addita est Regis Francię; *Vrbs* autem *Mænia, Maine* cum Marchionatu, nunc in Ducatus decus erecto, Guisiæ gentis agnoscit Dominium. Oppidũ Primarium ad Sartram fluuiũ, vulgo *Le Mans*. Ioseph⁹ Scaliger Vir Nobilissim⁹ suis ad Merulam literis putat esse ὀδυνδικον Ptolemæi, Aulerciorum Cenomanorum Caput. Ab initio sedes Failliuatus; post Henricum II Præsidialis est facta: ad quam variorum Opidorum appellationes devoluuntur. Hac se iactat omnium Gallicarum vrbium primam Christianam fidem admisisse, misso a Clemente S. Iuliano, qui Ecclesiam illam annos XLVII. perpetuos rexit, & mysterium Religionis in vicina loca propagauit. Prouincia trib⁹ præcipue fluuijs irrigatur *Meduana* vulgo *Mayenne, Ledo (Loir)* & *Sartra*, alijsque compluribus exiguis fluuijs & riuulis perluitur, qui solum herbosum reddunt, pastuique pecudum commodum, sed hi æstiuo feruore deficiunt, non tamen territorium ab ipsis humefactum intermittit herbarum afflatim gignere. Ornatus illi multus ab Siluis Saltibusque accedit, in quibus ferarum non infelix prouentus. Quorundam huius Provinciæ locorum sterilitas Cenomanos labori assuefacit; sunt industrij, viuidique spiritus, nec ipsis facile quis imponat: probi patresfamilias, eorumque vicinis aliquo modo astutiores, ad omnia idonei quibus se addicunt, vnde natum festiuũ proverbium, Cenomanum valere sesqui-Normanno. *Ducatus*, olim Comitatus, *Vindocinensis, Duché de Vendosme*, initium capit a Baugenciaco, Limite inter duas Belsias, quæ cognominantur *Solonia* & *Vindocina*; fines Longe lateque extendens, ad Santonas vsque, vt quidam volunt. Dictus ab *Vindocino* Opido, vulgo *Vendosme*. Ptol. forte ὀυνδικον (sic enim legendum) est Aulerciorum Cenomanorum, in Gallia Lugdunensi Vrbs. Nihil hic adfirmamus. Nã ὀυνδικον illud, certius fortean est opidũ quod hodie *Le Mans*; quæ Magni Scaligeri sententia. *Vindocini* Comites originem ducunt ex Borboniorum stemmate. Primum Comitẽ legimus *Ludovicum Borbonium*, Ioannis Marcæ Clermontijque Comitis F. Successerunt huic recta linea Filius *Ioannes, Franciscus* Nepos, & Carolus Pronepos, quem primum Vindocini Ducem creavit Franciscus I Galliarum Rex. Filium *Carolus* habuit *Antonium*, Vindocini Ducem, Franciæ Parem, & per Ioannam Albretam Coniugem, Navarræorum Regem, quo natus *Henricus Borbonius*, Galliæ ejus nominis IV, Navarræque Monarcha potentissimus, Bearnij Princeps, Dux Vindocini, etc. Sunt et *Beaufort* & *La Val*.

Lacus. Flumina.

Montes. Silvæ. Opera publica.

Comitatus Cenomanensis.

Soli qualitas.

Imperium Maiorum.

Oppida.

Flumina.

Silvae.

Ducatus Vindocinensis. Situs.

Imperium Maiorum.

Bourges *metropolis, Ducatus, Vrbs regia, & Academia, cuius Præfectus sub se habet,*

- Sancerue *Comitatum* 23 56.47 15 *qui sub se habet castellanias siue municipalia magisteria.*
  - Sancergue 23 56.47 4.
  - Beaufeu.
  - Chapelle *d'Angillon* 23 27.47 19.
  - Boncard.
- *S. Aignon Comit.*
- Montfaulcon 23 12.46 56. *Baronia est sub qua sunt Dominia.*
  - Baugy 23 45.46 56.
  - Gron 23 46.47 1.

Et has Castellanias. Aijs d'Angillon 23 31.47 10. *S. Satur* 23 59.47 13.

Sury en Veaux 23 54.47 17.	*Beaulieu* 23 76.47 26.	*Lury* 23 0.47 4.
S. Saulange 23 31.47 7.	*Brecy* 23 40.47 15.	*Estrechyes boys* 23 46.47 3.
S. Palais 23 24.47 14.	*Beney* 23 44.46 56.	*Maulpas.*
La Salle du Roy.	*S. Fleurant* 23 15.46 57.	*Ville neufui* 23 11.47 0.
Bueil.	*Neufui sur Baranion* 23 13.47 14.	*S. Crepaix* 23 12.46 57.
Quantilly 23 25.47 12.	*Morthonnier* 23 42.47 1.	*Asoilly.*
Fomorigny.	*Marmaignes* 23 16.47 3.	*Inissy le Chauldrier* 23 36.46 56.
Francheuille 22 38.47 14.	*Maubranches* 23 33.47 4.	*La Corne.*
La Chapelle 23.40.47 16.	*S. Vrsin.*	*Les Chaizes.*
Nancay 23 10.46 16.	*Tillai* 22 59.47 14.	*Vauurilles.*
Doye.	*Briliers.*	*Les Cleyes.*
Leurox 22 36.46 53.	*Vatan* 22 46. 46 59.	*Bouge* 22 35.46 58.

Habet autem hæc metropolis sub se alias 5 Diœceses.

1. Est Yssoudun 230. 46 54 *regia ciuitas & Balliage, hoc est, Diœcesis, quæ habet sub se.*
   - Baronias, *Chasteauroux, Gracay.* S. *Seuere* 23 4.46 27. *Lynieres* 23 40.46 40 *cui appendet castellania de Rizay. Argenton in qua Riuarennes senes cauchee* 22 20.46 35. *& Seruignei Preuollé.*
   - Constellanias, *Boussac* 23 4.46 19. *Perouse.* *Chastre.*
   - *Chasteau Maillant* 23 10.46 31. *Chastellet.* *Mothe Fully* 23 3.46 29.
   - *Mareul* 23 7.46 49. *Masseuure.* *Voullon* 32 57.46 44.
   - *Neuffuy* S. *Sepulchre* 22 46.46 51. *Augurande.* *Charroux* 23 7.46 55.
   - *Rully* 23 1.47 2. S. *Chartier* 23 1.46 39. *La serté.*
   - *Pauldy* 22 55.46 59. *Vn Lepalleteau.* *Nehant.*
   - *Massay* 23 21.46 27. *Bommiers* 23 0.46 43. *Ville dieu* 22 34.46 44.
   - *Cahors* 22 14.46 38.
2. Dun le Roy *ciuitas Regia, cui subsunt hæ Castellaniæ: Prædict Cullant Baronia* 23 21.46 30. *Chasteau neuf sur Cher* 23 18 46 47. S *Iulian*
3. Vierzon *ciuitas Regia & diœcesis habens sub se hæc Dominia, Champre, Motte d'Aisy, Saragosse, Brinay* 23 5. 47 5. *Mery* 22 57.47 10.
4. Mehun 23 10.47 6. *Diœcesis, & ciuitas Regalis, habet sub se Castellanias has: Loue Foecy* 23 6.47 6.
5. Concressault siue Concoursault, *Regius locus & Diœcesis, has sub se habet Castellanias, Vailly* 23 44.47 23. *Argeni* 23 29.47 28. *Clemon* 23 26.47 32. *Beauieu.*

Status Ecclesiasticus.

Archiepiscopus Bituricensis, *de Bourges, hos habet suffraganeos Episcopos* 10.

Claramontensem, Clarmont	*Menatensem, Mende*	*Castrensem, Castres*	*Aniciensis, le Puy est exemptus.*
Rhutenensem, Rhodes	*Albiensem, Alby*	*Tutelensem, Tulles*	
Leomuicensem, Lymoges	*Caturcensem, Cahors*	*S. Flori, S. Flour.*	

Hi Episcopi omnes in tabula Aquitaniæ ostendentur.

Hæc ex Ioannis Chameau aduocati Bituricensis historia Biturigum descripta sunt. Quæ in ipsius tabula deerant loca, ea nec numeris monstrare potui, neque enim amplior huius Ducatus extat descriptio.

Distant meridiani iuxta rationem Paralleli 46.50.

BITVRICENSIS
Ducatus.

Ituricum vel Bituriēsis *Ducatu Duché de Berry*, qui in nostra Methodo sequitur, ab Septētrione Soloniā Inferioris Belsiæ partē, a qua Caris fluentis disterminatur; ad Ortū Hurepenses, Niuernenses, & Borbonios respicit, constituente hic limitem Riuulo, cui nomen *la Fayes* qua Meridies est, Lemouices habitant, vbi *Creuse fluit*; qua Occidens Pictones & Turones, à quibus fluuiolo, qui *Cery* vulgo, separatur. Segetū est fertilissima, Vini rerumq; aliarum ad vitam cultumque necessariarum. Inprimis Pecore abundat, quod ab Incolis per vniuersam distrahitur Galliam. Domicilium hic olim *Biturigibus*, quos Κέλτους scribunt cognominatos Strabo, Ptolemęus, alij. *Biturigi* enim Galliæ Populi, duplices erant, cognomentis distincti, *Regio. Situs. Soli fertilitas.*

BERRY
ducatus
LOIG
NE
SOV
Hurc:
pois
Sudoigne
Bitsiegium
TOURAINE
La
marche
L'imolin

Bituriges Cubi, quorum Metropolis *Auaricum*, Primæ Aquitaniæ, *Bituriges Vibisc* aut *Viuisci*, quis primaria Vrbs *Burdigala*, Secundę Aquitaniæ. Vtraque Ciuitas libera sub Romanis, teste Plinio. *Ciuitas Bituricum* vel *Betorigorum* Notitiæ Prouinciarum, in Aquitania prima vel Sexta Viennensi. De Gentis appellatione multa Ioannes Calameus qui *Biturigum* Historiam sex libris complexus est.

Imperium Maiorum.

Principatum apud Francos Hugone Capeto tenente, *Biturigibus* præerat nomine regio Gotefredus. Ab eo originem traxisse perhibetur *Harpinus* is, qui ab Rege Henrico I. emit *Comitatum Biturigum*. Hic non multo post accingens se ad expeditionem Palæstinæ cum alijs Principib⁹, eundem Coronæ vniendum vendidit *Philippo* I. Aliquot post annis Apannagij iure *Comitatum* in *Ducatus* dignitatem tunc evectum obtinuit à Patre *Ioanne Valesio* Francorum Rege *Ioannes Valesius*: quo sine Prole mascula mortuo, Ducatus ad Regnum redijt. Adsignatus est postea *Ioanni* Caroli VI, qui numerosa prole grauatus erat, Filio. Hic, quum ἄπαις obijsset, successorem reliquit *Carolum* Fratrem, qui Rex Francorum inauguratus Sponsalibus, quæ inter Henricum Angliæ Regem & Catharinam ipsius Germanam contracta iam ante fuerant, insuper habitis, quum ei maior Regni pars ab Anglis esset erepta, per Iudibrium *Biturigum* Rex fuit appellatus. Patri Carolo subrogatus est *Carolus*, Ludouici XI Francorum Regis Frater. Post eum *Margareta*, Regis Francisci soror, nupta primo Carolo Alençonio Duci, deinde Henrico Albretano Nauarræ Regi, *Ducatum Biturigum* ab Fratre in Vsum-fructum accepisse scribitur. *Margareta* denique, eiusdem Francisci Regis filia, *Bituriges* accepisse traditur ab Fratre Henrico II, quum nuberet Emanueli Philiberto Allobrogum Principi. Primariam eius vrbem Cæsar, Antoninus & alij *Auaricum* vocant, quæ nunc vernacule *Bourges*. *Biturigæ* Ammiano & alijs. Dicitur & *Biturica*, *Biturica*, *Biturigæ Vrbi*, & *Biturica* ciuitas. *Auaricum* quidam dictum volunt ab *Eura* flumine, quo adluitur. Locata est in agro perquam amœno, qui non modo Frumentorum omnium & leguminum, verum etiam Vinorum præstantissimorum, pecorum, Volucrum, & quorumcumque fructuum feracissimus. Quatuor beata est Riuulis qui vulgo *Aufion*, & *Aurette* ab vna; *Ture* & *Molon* ab altera fluentes parte. Quis condiderit, vt pleraque alia Opida, incertum est. Veteris paulo sequior, quam Hodiernæ, Vrbis fuit situs. Ad paludes scilicet vergebat, cuius etiam nunc cum admiratione visuntur Muri, propemodum integri, solidissima materia, vt passim Veterum Romanorum Opera, constructi. Initium capiunt ab Turri, quam *Magnam* vocant, pergentes per medium D. Stephani Templum, plateam D. Ioannis Campestris, portamque Gordianam vsque ad Nouam, cui olim ab S. Andrea nomen; inde per Plateã Amphitheatri, vulgo *des Arenes*, se ad Portam Turonẽsem extendunt; hinc autem, porrecto ambitu versus Portam D. Paulli, paullatim Turrim, quam dixi, repetunt. Postea prolatis varie Pomoerijs ita fuit hæc Vrbs amplificata ab Carolo Magno & alijs; vt iamnunc cum maximis & munitissimis Galliæ ciuitatibus contendat; formam habens oblongam, amplissimam & spaciosissimã. Munita est octoginta editis crassisque *Turribus*. Inter eas principem tuetur locum quam antea *Magnã* dixi appellatam vernaculè, *la Große Tour*, ab insolita crassitudine, Minoribus vndique Turribus Muroque & fossis profundissimis, Philippo II. Augusto Galliarum Rege circa annum CIↃ exc. curante, cincta: Forma est rotunda, magnæ altitudinis. Aliam omnino similem fuisse aiunt, sed dirutam; a binis Turribus *Biturigibus* nomen inditum fabulantes. Et laudat antiqui Grammatici carmen Calamæus:

Vrbes.

Turribus à binis, inde vocor Bituris.

Hæc talia patior alijs persuasa magis, quam mihi. Septemdecim hic sunt *Ecclesiæ* quas *collegiatas* vulgo vocant: Septemdecim *Parochiæ*. Hæc vrbs *Archiepiscopali* fulget *Sede*: sua floret *Academia*, cui nulla per totam Galliam par; Doctissimorum Virorum genitrix & Emporium. Viget in ea maxime Iurisprudentia, quam ibi professi sunt Professores excellentissimi. Est autem *Auarici*, summum totius Ducatus Tribunal, cui præsidet Monarcha Biturigum, qui vulgo *le Bailly de Berry*. Ad hunc deuoluuntur omnes appellationes cum à Prætore Vrbano, tum ab omnibus finitimorũ aliorumque Territorij Bituricensis Locorum Magistratibus. Habet autem Præfectus Bituricensis sub se Metropolim ipsam *Auaricum* & V Dioeceses quas enumerat Mercator. Metropoli adcensentur Comitatus, *Montfaulcon*, *Sancerre* & *S. Aignan* Baronia. Castellaniæ, fere XL. quas supra Mercator recenset. *Sancerram* quidam arbitrantur dictam ab *Cerere*, quæ ibi culta perhibetur; tanquam *Sacrum* vel *Sacellum Cereris*. Doctiores Latine scribentes huiusmodi Etymologiam aversati *Xantodorum* vocant. Comitatus gaudet titulo, qui anno CIↃXV permutatus cum *Belouacensi*. Arctissimam substinuit *Sancerra* Obsidionem anno CIↃIↃLXIII; famem passa tam sæuam, vt post deuoratos auide Canes, Feles, Equos, Glires, Mures, Talpas; post consumta Cornua, Corium, Pergamenas & similia, ne excrementis quidem Carnibusque humanis fuerit parcitum. Castellanias quę ipsi parent habet Mercator. *S. Aignan* nomen habet ab *S. Aniano* Episcopo. Baronia *Montfaulcon* Latinè sonans *Montem Falconis*, Præter Dominia duo quæ recenset M. complectitur *La Fane*, *Lyuron*, *Cony*, *Villabon*, *Seury*, *Marcilly*, *Marnay*, *Farges*, *Auor*, *Saligny*, *Percigny*, *Cru*, *Lassax*, *Boisboson*, *Nuissement*, *Villiers*, *Compoy*. Castellaniæ autem à Mercatore nominantur atque etiam reliquæ Dioeceses, quæ ob id hoc loco repetere nolo. Fluminib⁹ hæc regio partim rigatur, partim alluitur: *Ligeri*, *Souldra*, *Aurona*, *Cherre*, *Theone*, *Indro*, *Creusa*, ac nõnullis alijs ignobiliorib⁹ riuulis. Mõtes hic nulli celebres. Siluis hinc inde cõspergitur regio, quarum præcipuæ sunt *Silua Roberti*, & *Lacenna silua*. Ad opera publica & priuata venio. Auarici præter triginta quatuor Ecclesias de quibus supra dixi: sunt Cœnobia quatuor *Ordinum Mendicantium*: duæ *Virorum Abbatiæ*, vna S. *Sulpicij* potens & diues extramuranea: altera intra Vrbem *D. Ambrosij* valde etiam dotata: tres *Mulierum*. Exstructum ibi non ita pridem fuit à pio Magistratu *Ptochodochium*, Pauperibus alijsque adflictis alendis consecratum. Inter splendida *Ædificia*, quorum magnus semper hic fuit numerus, primum agmen ducit *Domus Iacobi Cordi*, qui vixit tempore Caroli VII. superba & sumptuosa. Sunt & *Ædes Almanorum*, qui quondam Regiæ Gazæ præfuerunt, antequam Nundinæ quæ ibi maximo Peregrinorum concursu celebrari solitæ, Lugdunum transferrentur. Infinita monstrantur hic cum intra tum extra Muros Veterum Aedificiorum elaborati operis & materiæ præstantis Rudera: multa & quotidie eruũtur, præsertim ex Fossa Arenarum, vti vocant; ubi quondam *Amphitheatrum*. *Artes* hic florent *Mechanicæ*, cum primis *Textrina*; & ab ea, *Mercatura Pannaria*.

Fluminа.
Silua.
Opera publica.

Opificia.
Mercimonia.

POICTOV
PICTAVIENSIS COMITATVS.

Pictauiensis *Comitatus habet sub se*
- Vicontez *hosce*
  - *Touars.*
  - *Brosse.*
  - *Bridiers.*
  - *Rochechuart.*
  - *Chastelheraud, nunc ducatus.*
- Principatus.
  - *Thalmont.*
  - *Roche sur Ion.*
- Baronias.
- Dominia *multa, Mirebeau, Chauigni, Montmorillon, Chasteaumur, &c. sed quæ in Comitatus Baronias, &c. distinguere nequeo.*

Iurisdictio. *Metropolis & Regia huius Comitatus ciuitas Poictiers est sedes Præsidialis totius Prouinciæ, habens sub se Regias Iurisdictionis sedes particulares has: Poictiers, Niort, Fontenay le Comte 19:29.46:11 Montmorillon 21:36.46:34. Lusignan 20:40. 46:32. Chastelleraud. La basse Marche circa 21:40.46:25. Dorat, Siuray 21:11.46:11. S. Maixent.*

Status Ecclesiasticus *habet Episcopatus tres qui subsunt Tholosano Archiepiscopo*
- Pictauiensem *Poictiers, in quo sunt Abbatiæ 27.*
- Lucionensem *Lucon siue Luçon, in quo sunt Abbatiæ 10.*
- Mallacensem *siue Maliacensem, Maizezay, in quo sunt Abbatiæ 4.*

Hæc ex Annalibus Aquitaniæ Ioannis Bouchet collecta sunt.

Meridiani distant pro ratione 46 30. paralleli ad circulum maximum.

PICTAVIENSIS
Comitatus.

Regio. *Situs.* *Solifertilitas.* *Animalium varietas.* *Imperium Maiorum.*

Pictonium vel *Pictauia*, quæ sequitur, vulgo *Poictou*, spectat versus Meridiem Ecolismenses & Sanctones; ad Occidentē habet Oceanū: qua Septētrio est, Britannos respicit & Andegauenses; reliqua Turones, Bituricenses, & Lemouices claudunt. Regio est Frugū, Pecoriq; Lanæ, Linique feracissima; Vino frumentoque diues: Auium ferarumque magnam habens copiam: quo fit vt venationes aucupiaque hic sint frequentia. Regni Titulo decorata legitur hæc Prouincia ab Gothis; quos hinc, vt tota Aquitania, exegit Francorum Rex Clodouæus. Imperator Ludouicus Pius Aquitaniæ Regnum Filio *Pipino* dedit; cuius filios *Pipinum* & *Carolum* quū Carolus Caluus, ipsorū Patruus, Aquitania deiectos Monasterijs inclusisset, ipse Principatum inuasit, donoque Consanguineo suo *Arnulpho* dedit; sed, abrogato Regni Titulo, Ducatus honore insignitum. Arnulpho successerunt ordine *Gulielmus Bonus*; *Eblo* I, & II; *Gulielmus* II, & III; *Guido*; *Gulielmus* IV, & V; huius vnica Filia & Heres *Eleonora* elocata fuit *Ludouico* VII, Frācorum Regi: à quo propter adulterij & Proditionis suspicionem repudiatam duxit *Henricus* Normanniæ Dux, qui defuncto Stephano Angliæ Regi successit. *Henricum* tam in Angliæ Regno, quam in Dotalibus paternisque in Francia Ditionibus sequuti sunt ipsius Filij *Richardus* & *Ioannes*. Quum autem *Arthurus* Filius Godefredi (qui Regis Ioannis maior natu fuerat) præferendū se *Ioanni* diceret, persuasus ab Francorum Rege *Philippo Augusto*, vt Pictones Patruo Ioanni eriperet, rem viribus adgressus, ab *Ioanne* qui ex improuiso superuenerat, fusis copijs, captus est, Rotomagumque raptus temeritatis suæ pœnas dedit. Eam ob caussam *Ioannes* Rex ab Constantia *Arthuri* Matre apud *Philippum* Regem Paricidij accusatus, damnatus fuit; eiusque bona *Philippo*, tanquam Feudorum Domino, sunt adiudicata, cum alia, tum *Pictauia*: quam mox Successor ipsius *Ludouicus* VIII. *Alphonso* Filio concessit: quo Inproli defuncto, in potestatem Regis *Philippi III* venit, penesque ipsius Posteros mansit, donec, regnante Philippo Valesio, ab *Eduardo* III. Anglorum Rege fuerit recuperata, retētaque plenius cum tota Aquitania per sancitam inter eundem & *Ioannem* Francorum Regem Pacem. Factum mox ex Aquitaniæ Ducatu Principatum Rex *Eduardus* Filio concessit; qui quum Aquitanis grauissimū imperasset Tributum, magnam partem amisit, defectione ab ijs facta ad *Carolū* V Francorū Regē: cuius Filius *Carolus* VII. Anglos tota Aquitania, anno CIOCCCLIII exturbauit, Filioque Regi *Ludouico* XI reliquit. Hic eam Fratri largitus est *Carolo*; quo mortuo, rursus Rex *Ludouicus* receptam ad Regem Carolum VIII Filium transmisit: à quo tempore *Aquitania*, cuius non ignobilis portio *Pictauium*, deinceps in potestate permansit Regum Franciæ. Veteres Incolæ fuerunt *Pictones*, Cæsari, Straboni, & Plinio: Πικτονες Ptolemęo, *Pictaui* Ammiano Marcellino. *Pictonicam Regionem* appellat Ausonius: *Ciuitatem Pictauorum* vel *Pectauonum* Notitia Prouinciarum in Aquitania II, vel VII Viennensi. Hodie *Le pais de poictou*. *Pictonibus* Populos *Agesinates* iungam cū Plinio. Horum verisimile est memoriam adhuc superesse in *Pago Aigounois*, haud procul Fano S. Maxentij quod Opidum ad Seuerum fluuium. Toto errāt cœlo, qui *Aginnates* cum *Agesinatibus* confundunt; quum inter vtrosque minimum iter quinque dierum sit interiectum.

POICTOV
sive Pictauiæ descrip
tio
Bri
tann
ic
pars
Andegauorum
Turonis
Bituricum
pars
Lille de Bouin
OCEANVS
AQVITANICVS
Lille de Ré
Lille d'Oleron
Anjou
Angou
Lyon
Ocean

teriectum. De varij generis Principatibus, qui Pictonio concenseri soliti, quæ habeo adscribam, si prius de Metropoli & regia eius Ciuitate nonnihil dixero. Ea est *Pictauia*. Sic Latini nunc vocant, quæ Αὐγουςόριτον Ptolemæo, *Augustoritum* Antonino. *Pictauiam Vrbem* appellat Gregorius Turonensis. Vrbs amoenissimo sita est loco eliuoso tamen; nisi quod vna parte, quam *Tranchæam* patrio vocabulo dicunt, in planiciem abeat: omnium Galliæ vrbium post Lutetiam amplissima. Eam Clanius maxima parte ambit. Academia hic studio iuris ciuilis celebris, cui alter post Parisiensem locus solet tribui. Instituit Carolus VII Francorum Rex, anno CIↃ CCCCXXI. De qua Scaliger in vrbibus;

Vrbs Pictauia.

Si studium est animæ: veniunt à corpore vires,
Galliaque à meritis poscit vtrumque sibi.

Hæc studijs, aliæ belli exercentur amore
Pictauium est animus, cætera corpus erunt.

Antiquitatem eius testantur Theatrum, Palatium Galieni, & fornices aquæ ductuum qui etiam hodie *Les ducts* vocantur, Romanorum in hoc loco imperij certissima Monimenta. Sunt qui Agathirsis atque Gelonis, filiorum Herculis successoribus (qui Picti à Poetis vocantur) eius fundationem attribuunt. Hi etenim ob concitatas seditiones domesticas patria pulsi, in Angliam deuenerunt, inde numero & multitudine aucti, nouis quærendis sedibus, in Galliam traiecêre, vbi à suo nomine pictones populos, hanc quoque ciuitatem condidisse feruntur. Aliter alij scribunt, cum ex Pomponio Mela, & plinio constet, ante etiam multo, quam hi ex Anglia venerint, Pictonum extitisse memoriam. Claram reddit hanc Vrbem Episcopalis Sedes, cui maxima laude præfuit D. Hilarius, doctrina ac pietate singulari Antistes, qui Arrianæ factioni inuictum se Antagonistam opposuit, ac præclaros illos & nunquam intermoritutos de S. Trinitate libros XII. magno tùm ingenio, tum eloquentia conscripsit.

Curia Pictauiensis regitur manu Præsidis & duorum Vicariorum, quorum vnus Ciuiles, alter Criminales cognoscit causas. Ad hanc multorum huius Prouinciæ Opidorum Tribunalia pertinent: vt præter Pictaviam ipsam, de qua dixi, sunt *Niort* cum Arce; hic amplissimi Pictonum Mercatus ter anno; *Fontenay le Comte*, Arce item præditum; Mœnia huius Opidi præterfluit Riuulus Vendæus (*Vendee*) qui subinde adeo excrescit, vt totum Fontenæi Territorium vicinaque loca inundet: *Lusignan*, vbi Castrum antiquum, quod vulgo *Melusine* &c. Est autem, vt eam nunc partem adgrediar, sub Pictonio Principatus Titulo ornata (præter *Talmontem*, *Talmont*; sic dictum quasi *Talon du Monde*, *Calcaneus Mundi*, vt quidam volunt) *Rupes super Ionnam*, *Roche sur-Ion*, Familiæ Regalis Borbonię. Nouerunt Aui nostri *Ludouicum Borbonium*, Ioannis Vendomæ Comitis *F. Rupis ad Ionnã* Principem, Comitem Mompenserium, eiusque Filium *Carolum*. Ducatus dignitate claret *Castellum Heraldi*, *Chastelherault*, ad Vingennam. Vicecomitatus sunt *Touars* ad Touium Fluuium, *Brosse*, *Bridieres*, *Roche-Chouart*. Baronatus Dominijque honore insignita sunt Opida non pauca, quæ turbato, vt in oculos veniunt & mentem, ordine ponam: *Mainlers*, vbi Piscatio Salmonum, Alosarum, quæ Clupeæ alijs, Balænarum & Asellorum præcipue; qui arefacti Ventoque & Frigore indurati in varias Regiones solent exportari: *Partenay*; *S. Maxent*, *Melle*; *Chizay*, *Chauligny*; *Lusac*; *Bressuyre*: *Charrou*, *Chasteneraye*; *S. Mesnin*; *S. Gillis*, *Chasteauneur*; *les Sables d'Aulonne*, *S. Hermine*, *Montaigu*, Opidum cum Arce, Salinis nobile, *Mirebeau*; *la Motte*, *S. Beraye*, *Vouuant*; *S. Hilaire*, *Mortemer*, *Luzay*, *S. Sauin*, *L'Isle Iourdain*, *S. Benoist du Sault*, *Bourg-neuff*, *Meroil*, *Mervant*, *Brige*, *Vouuert*, *Ville-fagnaie*, & alia. Fuisse & in Pictonibus *Limonum* colligitur ex Antonini itinere quod Burdigala ducitur Augustodunum: Λίμωνον Ptolemæo; In Tabula Itineraria scribitur *Lomounum*. Illud magni Viri putant idem esse transnominatione quadam, cum *Augustorito*, *Poictiers*. Nihil audemus hic affirmare. *Limoni* mentio in Commentario A. Hirtij ter; vbi tamen quidam Libri *Lemovicum* contra fidem & auctoritatem Manuscriptorum Codicum præferunt. Fluuijs quibus irrigatur sunt *Clanius*, *Vigenna*, nunc *Vienne*, *Vendæus*, & alij, qui piscium magnam subministrant copiam. Silentio non est hic prætereundum Amphitheatrum apud Pictones *Pago Douæo* adiacens, manu quidem & arte humana factum, sed ita, vt videri possit à natura: totum enim excisum & excauatum est in monte, sine externa vlla Materiatione Calcis, Lapidis, Ligni. Montis ipsius & *Amphitheatri* plenissima est delineatio, ex fide Leuini Kersmakeri, Consulis quomdam Zirickzæi, Zelandiæque primis huius belli Motibus Gubernatoris, apud Iustum Lipsium Libello de Amphitheatris quæ extra Romam cap. VI: qui *Pagum Douæum* addit aliquid amplius olim fuisse, cum ex eo non pagani Operis argumẽto, tum ex Vię antiquę publicæque reliquijs, quæ ex pago eodem pertinuit ad *Pontem Cæsarianum*, vulgo *Pont du Sey*, cuius Viæ Pars adhuc varijs locis conspicitur, pars autem maxima corrupta est, Lapidibus in ædificia varie absumtis aut auectis. Medio circiter ab Vrbe Pictauia miliari, itinere, quod Auaricum Biturigum ducit, in Via Regia ingens spectatur Saxum, forma quadratum, quinque lapidibus fulcitum, vnde vulgo *la Pierre Levée*. De eo Distichon hoc extat:

Opida.

Flumina.
Opera publica.

Hic Lapis ingentem superat grauitate Colossum
Ponderis, & grandi Sidera Mole petit.

Ad mores venio. Agricolæ nonnihil habent peculiaris Linguæ; quibus qui parum fidit, sapere perhibent. Hominum genus, quod, Feras prohibitum, Lites venatur; contentiosum, & in simpulo fluctus excitare gnarum. Vrbani dissimilis plane genij & ingenij, faciles, benefici, liberales, candidi, fucos & imposturas detestãtes, Eruditionis & Eruditorum, qui hic non pauci, amantes. Nobilitas provida, strenua, audentior.

Mores.

LOTHARINGIÆ DVCATVS 152
PARS SEPTENTRIONALIS.

Comitatus *in Lotharingicis Historijs hi nominantur. Vaudemont* 27: 31. *48, 19. Chaligny* 27: 33. *48*: 35. *Salm 28*: *56*. *48*: 24. *Amance* 27: 49. *48*: 44. *Toul* 27: *11*. *48*: 39. *Metz* 27: 40. *49*: 9. *sed hic in perpetuam Advocatiam inutat*° *est. Rychecourt 28*: 30. *48*: 38. *Remiremont 28*: 10 47: 47: *Blammont 28*: 27. *48*: 31. *Kirchingen 28*: *1*. *49*: *6*. *La Mothe* 27: *9*. *48*: 3. *Mommeny* 27: 44. 48: 54. *Marchionatus est.*

Dominia, *Marsal 28*: *11*. *48*: *46*. *Rambertville 28*: *16*. *48*: 13. *Mariemont 28*: 22. *48*: 42.
Remereville 27: 57. *48*: 42. *Rozieres* 27: 53. *48*: *32*. *Sandaicourt* 27: *17*. *48*: *16*.
S. Bellemont 27: 27. *48*: 3. *Homburg* 28: 31. *49*: 12.

Meridiani distant pro ratione Paralleli 48. 40. ad circulum maximum.

LOTARINGIÆ DVCATVS.

Dictauiæ succedit in mea methodo *Lotharingiæ Ducatus. Lotaringia*, vt quidem Latine scribentes vocant, dicta ab *Lotario*, Ludovici Imperatoris, Francorumque Regis vel Filio, vel Nepote. Parum refert. Ludouico sane Pio quatuor fuerunt filij; qui moto paricidiali in Parentem bello, eoque apud Suessones in Monasterium detruso, omnes eius Principatus inter se diuiserunt; constitutaque Tetrarchia, Proceribus Imperij intervenientibus, Res eo deducta est, vt *Lotarius* Primogenitus Imperij Titulo, cum Italia, Narbonensi Gallia, ijsq; Ditionibus, quę mox *Lotaringiæ* appellatione innotuerunt, frueretur; Ludouicus Germaniam; Carolus, Franciam ab Mosa ad Oceanum; Pipinus denique, vel ex eo Filius cognominis, Aquitaniam possideret. Lotario Filius fuit, præter Ludouicum in Imperio Successorem, *Lotarius* Lotaringiæ Rex. Quæ igitur initio *Lotar-rijck*, vel *Lot-reych* Germanis, id est *Lotarij Regnum*, Latina, eaque deprauatiore Terminatione postea *Lotaringia* cœpit audire: *Loraine* Incolis, reliquisque Francis, quasi *Lot-regne*, concisis litteris. Memoriæ produnt Rerum Francicarum Scriptores, *Lotaringia* quondam ampliores fuisse Limites, *Austrasiamque* olim nuncupatam vel *Austriam*, *Oost-reych* (quum ex aduerso esset *Westrasia* uel *Westria*, *West-reych*: corrupte etiam *Neustria*, Occidentale Regnum) diuisam in Superiorem & Inferiorem; contentamque inter Rhenum, Scaldim, Mosamque Flumina, Inferiorē hodie varia nomina obtinere, diuersisque subesse Principibus; Superiorem quæ & *Mosellanica* & *Tullingia* cognominabatur, exceptis aliquot eius Portionibus, sub vnius nunc esse Imperio, & Quotam Totius Partem antiquo nomine florere: adeo vt *Lotaringia* hodie conjaceāt ad Orientem quidem Alsatia, & quæ specialiore notione vvestrasia; ab Meridie vero Burgundia: qua Occidens est, Campaniam habeat, qua Septemtrio Arduenna silua terminetur (occurrentibus mox Leuceburgijs, Treuirensibus, alijsque Populis ibi Conregionalibus) quę olim etiam *Lotaringiæ* Partes fuerunt nobilissimæ. *Lotaringia* hæc nostra licet altissimis innexa Montib° Siluisq; dēsissimis, externæ tamen opis non indiget, per se fexax Frumenti & Vini. Metalla generat varij generis, Argentum, Aes, Ferrum, Stannum, Plumbum: Nec Gemmæ desunt; quarum ad Vogesi radices lucrosa est Piscatio. Reperiuntur & Lapides, quos ab cæruleo colore *Lazulos* nominant Incolæ, magnum inde Lucrum facientes. Est & Materia, qua Specula & Vitrinæ fabricantur; qualis in reliquis Europæ Provincijs non invenitur. Nascuntur insuper hic miræ magnitudinis Calcidoniæ, ita vt ex frustis permagni Calices conficiantur. Animalia producit varia: inprimis Equos generosissimos, Neapolitanis Turcicisque subinde non impares. Decorata fuit olim Lotaringia Regni titulo, vti patet ex Francicorum Scriptorum Monimentis. Reges pauci admodū, & vix duo tresve, memorantur. Statim enim Carolus Calvuus, post Fratruelis Lotarij excessum, ipsius Ditiones invasit, suisque adiecit Principatibus. Non multo post ad Ducatus dignitatē est redacta. Primi Duces sparsi per Historias & Variorū Scripta. Henrico quarto imperante Lotaringiam tenuit *Godefridus*, is qui postea, ducatu Bilioneo vendito, memorabili in terram sanctam cum Balduino & Eustathio fratribus expeditione victricia arma Per Asiam Syriamque in vrbem Hierosolymam intulit, ac Rex Hierosolymæ creatus fuit. Huic Successit *Balduinus*, *Balduino Eustathius*. Postea tradidit Henricus quintus Cæsar ducatum *Gulielmo* Comiti *Lovaniensi* a quo Lotharingici procreati principes *Theodoricus*, *Theobaldus*, *Fridericus*, & reliqui, vsque ad Carolum vltimum, a quo devolutus est Ducatus ad Fridericum Comitem Vadimontium, authorem stirpis Ducum, qui nunc Lotaringiam tenent. Eam Mercator duabus Tabulis luculenter exhibet, quarum altera partem Septemtrionalem, altera Meridionalem depingit. Habitarunt olim Lotaringiam, quæ nobis præ manibus, *Mediomatrices* & *Leuci*. *Mediomatrices* Cæsari lib. IV, Tacito, Plinio; Μεδιοματρικες Straboni & Ptolemæo; *Mediomatrici* etiam Cæsari lib. VII. quorum Metropolis *Divodurum*, hodie Metz appellatur. *Civitas Mediomatricum*, *hoc est*, *Metis*, Notitiæ Provinciarum sub Belgica 1; *L'Evesche de Metz*, Le Pais *Messin*. *Leuci* Cæs. lib. 1, Lucano lib. 1 & Plinio *Liberos* cognominanti; λευκοὶ Ptolemæo, qui Metropolin ipsorum facit Τοῦλλον. Sic in notitia Provinciarū sub Belgica 1, *Ciuitas Leucorum*, *hoc est Tullum* l'Evesché de Toul; *Tullum* item *Leucor*. novit Antonini Itinerarium.

Regio.
Vnde dicta.
Situs.
Soli fertilitas
Animaliū varietas.
Imperiū Maiorum.


LOTHA
RINGIA
Ducatus
Septentrio
Occidens
Orientis
Meridies
Lutzenburgi pars
Bar rois
Terre de la Vaiture
Le bois de S. Benoist
Le bois
Le bois de Hey
Warnet Walt
Warnet Walt
Le Mont de Liban
Treuirensis
Ex Geographia Ioannis Magini

Sunt etiam qui *Tulingos* Cæsaris ad Lotaringiam referunt. Metropolis *Lotaringiæ* est *Nanceium*, vulgo *Nancy*: Opidum non amplum, sed Situ pulcro commodoque, loco plano, forma quadrata, magnifico Lotaringicorum Ducum Palatio nobile. *Nancei* Mœnia lābit *Murta*, qui tribus inde miliaribus paullo supra Arcē Candei Mosellam intrat. Putant Petrus Divęus alijque *Nanceium* hodie esse, quod Νάσιον Ptol., *Nasiū* Antonino in Itinere, quod Durocortoro ducit Divodurum. Sed si quis penitius Itineris istius rationem consideret; facile deprehendet Antonini *Nasium* incidere nō posse in locum illum, vbi hodie *Nanceium*: adeo vt *Nasium* illud sit, non quod nunc *Nanceium* dicimus, sed pagus XII inde miliarib⁹ dissit⁹ non procul ab Mosa in Barroducana Provincia, qui vulgo *Nas* dictus, vnde *Nasiensis*, in Lapide ibi effosso. Certe *Nasiū* illud amplissimam aliquando Vrbem fuisse, satis paret ex Ruderibus: quod etiam testatur apud Ortelium Clemens Trelæus Mosellanus. Nanceium dignitate sequitur *Fanum S. Nicolai*, vulgo S. *Nicolas*, duobus inde distans versus Orientem miliaribus ad Murtam Fluuium, loco plano & fertili. Hic locus aduenarum frequentia in eam excreuit amplitudinem, vt jam non Pagum, sed Vrbem, & quidem totius Lotaringiæ cultissimam, quis posset dicere, si muro clauderetur: ea est Aedificiorum venustate, apta Viarum dispositione, Incolarum multitudine, vt nihil requiri queat: sed ob Mercaturam præcipue, & omnis generis opificia cōmendatur; Mercatores habens perquam opulentos, Vicinis suis ditiores. Alia minorum gentium Opida, ne Lectori tędium pariam, prætereo. Vno distat miliari Nanceio *Fruart*; tribus *Ormes*; paullo amplius *Bayon* & *Luneville*: quatuor, *Le Pont a Monson* & *Gerbeviller*; quinque, *Charmes*; sex *Chastenoy*, *Morhanges* & *Vaucoleur*; paullo plus, *Maxen soubs Bresse*; septem, *Dompaire*, *Deneuvre*, *Hodon Chasteau*; octo, *Ramberville*, *Raon*, *Bellemont*, *Neuff-Chasteau*, *Mugstat*, *Marchain-Ville*; novem *Espinal*, *Bruyeres*, *Darney*; Decem, *Ormont*, *Walderfing*, *Beaurains*; tredecim *Vaigny*; quatuordecim, *L'Estraye*. Comitatus titulo & dignitate clarent, quæ vernacule *Vaudemont*, quinque Nanceio miliarib⁹. *Chaligny* ad dextram Mosellæ, Leuca semi Nanceio. *Amance* septem milliaribus ab Mediomatricum Vrbe versus Meridiem: *Almentia* Latine scribentibus; Scrinium olim & antiqua Lotaringiæ Cancellaria, testantibus Archivis ab Rosiero prolatis. *Richecourt* haud procul Lacu, qui vulgo *La Garde Lac*, vnde Amnis profluit, qui inter Fanum S. Nicolai & opidum *Rosieres* Murtæ miscetur. *Remiremont* ad sinistram Mosellæ, Insulam ibi facientis, in Lotaringiæ Meridionalissimis: *Rumaricum Castellum* habet hic Aimoinus Monachus; *Adromarici* corrupte legitur apud Reginonem, pro *Ad Romarici*, divisim; *Rimelsberg* Germanice nominatur Spigelio ad Bartholini Austriad. Spectantur haud procul inde Valles, quæ vulgo *L'Estraye* & *Vagny*. *La Mothe* ad amnem situm est, qui mox in Mosam se exonerat. Visitur ibi Territorium, cui nomen *Le Sanctoy*. Sunt et Comitatus quidem Imperij Salmensis, *Kirchinganus* & *Blancoburgius*. *Blanckenburg*, Gallis *Blanc-mont*, opidū est non magnum, sed pulcrum & amœnum. Spectatur ibi Castrum Vetus, spaciosum & magnificum, cui palatium Novum Ducis, venusta structura insigne, est conjunctum. Incolæ Agriculturæ dant operam. *Nomenij* Baronatus est ad dextram Sellæ Fluvij, tribus milliaribus ab Vrbe Mediomatricum, Meridiem versus. Dominia sunt: *Marsal* ad Sellæ sinistram, haud procnl Lacu Lindero, in quo Insula cum Opido *Techemful*. *Remereville* tribus Nanceio milliaribus. *S. Bellemont*, totidem Mota. *Rambert-Ville* ad Dextram Mortanæ, haud procul Fonte, vbi Silva Mortanensis. *Rosieres*, ad Murtam, prope Fanum D. Nicolai, duobus Nanceio milliaribus. *Homburg* grandiore Leuca ab opido *Sarbruck*, ad amnem, qui mox Saravo concurrit. *Mariemont* ab mōte, cui opidum impositum, vno ab Lindero Lacu milliari, meridiem versus. *Sandacourt* medio fere itinere inter Vaudimontem & Mottam, in Agro, qui vulgo *Sanctoy*. Mediomatricum Vrbem, quæ cum Tullo alijsque Imperialis olim erat, in suam potestatem redegit Galliarum Monarcha, Henricus II. Ea nunc dicitur vulgo *Metz*, & posterioris ævi Scriptoribus *Mete*, Gregorio autem Turonensi & alijs *Vrbs Metensis*; *Divodurū Mediomatricū* Antiquis fuit appellatum. Itineraria Tabula: *Divo Durimedio. Matricorum*; Lege, *Divoduro Mediomatricorum*. simpliciter Διοδοῦρον Ptol. *Divodurum* Tacito lib. IV & Antonino. Variorum Nugas de recētis Nominis ratione non lubet adscribere. Sedes olim fuit Regni Lotaringiæ. De ea eleganter Petrus Divæ⁹ in Itineratio: *Metensis Vrbs in ampla sita est Planicie quam Mosella in Varios Divisus alveos, irrigat, & pars quidem eius muros ad lævam lambit, pars & eosdem subit, vt Civium vsibus inserviat, atque sic divisim fluit ad inferiorem vsque eorum ambitū, vbi recepto Sella, altero Flumine, qui dextram Vrbis partem adluit, in vnum denuo alveum colligitur. Sed Situ imprimis ipsius Vrbis delectabamur: quum enim Agrum late circumiacentem planum habeat, eius tamen Aręa paullum prominet, vt in eo Veterum rationem in Condendis Vrbibus agnoscas. Ad summum siquidem Templum multis gradibus ascenditur; iuxta quod Forum Rerum Venalium altiorem totius Aręa partem occupat, & ab eo vndique versus Muros paullatim descenditur, prarupto tantum in vna parte Clivo, vbi Vias duas Lapidibus stratas sic dipositas videas, vt altera per alterius domorum culmina excurrat.* Cives *Mediomatrices* nominantur in Inscriptione, quæ extat Mogūtię ad S. Albanum. Quæ *Toul*, vernacule, Tullum olim; τέλλον, Leucorū opid. Ptol. *Tullum* Antonino: *Tullium* Itinerarię Tabulę. Quæ denique *Verdun*, Latinis vocatur hodie *Virdunum* & *Verdunum*: *Verodunum* Antonino dicitur. *Civitas Verdunensium* in Notitia Provinciarum; *L'Evesché de Verdun*. Leguntur autem tres Vrbes, quas commemoravi, Comitatus etiam titulo & dignitate insignes.

LOTHARINGIAE DVCATVS
PARS MERIDIONALIS.

Dux Lotharingiæ Princeps est Imperij ad quintum Circulum pertinens. Similiter Episcopi Metz, & Toul,
Et Comitatus Salm, Blammont siue Blanckenberg, Krehanges siue Kircgingen.
Item ciuitates Imperiales Metz, Toul, Kauffmans, Sarbruck.

Meridiani distant ex ratione Paralleli 48. 40. ad circulum maximum.

Nunc ordo & Methodus nostra postulat, vt Lotaringiæ suos amnes clariores demus, paucula de Lacub⁹ præmittentes. Stagna habet piscosa, & lacus. Inter quos memoratur ille, cuius ambitus est quatuordecim milliarium, in quo carpiones insolitæ magnitudinis, trium videlicet pedum; saporis verò adeo grati, vt aliarum regionum carpiones suauitate multò superent. Ex huius lacus piscatione tertio quoque anno Dux Lotaringiæ sedecim percipit Francorum millia. Fluminibus irrigatur celeberrimis *Mosa, Mosella, Sarauo, Voloia, Mortana, Murta, Sella, Hida* & alijs. De *Mosa* ad Inferiorem Germaniam. Reliqui ad hunc Ducatũ proprie pertinẽt *Mosella* quidẽ & *Sarauus* potiore parte; ceteri fere integri. Oritur *Mosella* in Mõte Vogeso, haud procul Araris fontib⁹, paullo supra Vicũ, qui vulgo *Bufsan*; lapsusq; ab Vulturno ad Caurũ, perlustratis Opidis, qui vernacule *L'estraye, Remiremont, Espinal, charmes, Bayon*, flexoq; ab Oriente in Occidentem cursu, recta petit *Tullum*, Vrbem Episcopalem; vnde in Orientem resurgens, *Fruardum* vsque versus Aquilonem tendit; visisque Mediomatricibus, Treuirensibus alijsque Populis, ad *Confluentiam*, cui ab re nomen, Reno confluit. Germanis *Mosel*: Gallis *Moselle*. ὀβρίγγος putatur ab Rhenano, & alijs Ptolemæo dici lib. II cap. IX. Ioannes tamen Heroldus ὀβρίγγον apud Ptolemæum non Fluuium esse notat, sed designari Tractum eum ad Rhenum, qui nunc temporis *Ober. Rhingau* appellatur: Clemens etiam Trelæus Mosellanus testatur, vt scribit Abrahamus Ortelius, quendam ad Mosellam Tractum *Obrinci* nomen hactenus retinere. Mosellam singulario doctoque Carmine celebrat Ausonius Eidyll. III, ab Aquæ limpitudine, Nauigandique facilitate; Villis Atrijsque, quibus vtraque Ripa decoratur; piscibus *Capitione, Salari, Redone, Vmbra, Barbo, Salmone, Mustella, Pecca, Tinca, Alburno, Alausa, Cobio*, & *Stiuro*, quibus abundat; Fluminibus denique in ipsum decurrentibus, *Pronæa, Nemesa, Sura, Gelbi, Erubro, Lesura, Drahono, Salmona, Sarauo, Alisontia. Mosellam* & Ararim, facta inter vtrumque Fossa, connectere, Imperatore Domitio Nerone, adgressus est L. Vetus; vt Copiæ ex Italia per Mare, dein Rodano & Arare subuectæ per eam Fossam, mox Fluuio *Mosella* in Rhenum, exin in Oceanum decurrerent; sublatisque itinerum difficultatibus, nauigabilia inter se Occidentis Septemtrionisque littora fierent, vti scribit Cornelius Tacitus lib. XIII. De hoc Ausonius,

Te fontes viuique lacus, te cærula noscent
Flumina; te veteres pagorum gloria, luci:
Te Druna, te sparsis incerta Drucetia ripis,
Alpinique colent Fluuij, duplicemque per vrbem
Qui meat, & dextræ Rodanus dat nomina ripæ.
Te stagnis ego cærulis, magnumque sonoris
Amnibus, æquoreæ te commendabo Garumnæ.

Sarauus, haud procul Salmensibus ortus, Fluuiorum omnium qui in *Mosellam* exeunt, est maximus; Nauigiorum patiens, & aliorum Amnium, quos in se recipij, clarus Lustratis Vrbibus Opidisque, quæ vulgo *Sar-Burg, Fenestrange, Sar-Vberden, Sar-Alben, Guemund, Sar-Pruck, Walderfing, Sar-Brug*, & alijs, tandem sub mœnia Augustę Treuerorum Mosellam conuenit, non longe à *Kontherbruk*. Meminit eius Ansonius in Mosella. Nomen hodie retinet. *Sar* enim Adcolis audit. *Sarra* etiam veteribus dictus, docente Inscriptione quę Treueros translata ex opido ad eum fluuium sito, quod hoc tempore vocatur *Sar-Pruk*, hoc est *Sarræ Pons*:

CAES. RO. EXER. IMP. P. P.
S. C. AV. TREVE. INGR-
ESSVM. H. CASTRA. SARRAE
FLV. PRO. MIL. CVSTODIA
BIENN. POTITVS. EST

Voloia Fluuius est Margaritiferus, qui ad Vicum *Charmeni* Mosellam ingreditur. *Mortana* ad Pagum cognominem Murtæ miscetur. *Murta* vel *Meurta*, multis in se receptis Amnibus, Mosellam loco plano inter Prata paullatim accedit; & longo tractu, æquali quasi cursu, comitatur, relicta inter vtrumque ad alueum exigua admodum terra, donec tandem paullum supra Condeium Arcem, quæ à dextris in rupe est Pago sibi cognomini impendens, facto cum Mosellæ Alueo Angulo acutissimo, eius & Aquis miscetur. Iungit se eidẽ ad Mediomatricum Vrbem *Sella*, initiũ quasi capiens ex Lindero Lacu, qui Sale diues & Piscatura. Duplex

Le ban boys
Le boys de Bonsons
Le boys Doleyne
Le boys de Mortaigne
Le boys de la Voye
La Voye
La forest de
Burgundie pars
Alsatia pars
Val de Letrin
Ocean
Ocean
Mer

denique *Nida* (Orientalior enim *Germanicus* , Occidentalior *Gallicus* dicitur) facto ad Pagum Northenium concursu, duobus infra *Bossonis-Villam* (Abbatiæ nomen est) milliaribus in Sarauum exoneratur. Est in valle Deodatensi fons , ad complures morbos sanandos naturæ beneficio efficax. Sunt & Salinæ in quibus sal subtilissimum, gustu suauissimum, ac Scythica niue candidius generatur, ex quibus quotannis Dux Lotharingiæ centum percipit millia Francorum . Altissimi hanc Prouinciam ambiunt montes, qui omnis generis metallorum abundantia Pyrenæos montes longe superant : inprimis autem argenti fodinæ supra quam dici possit fœcundæ sunt , ex qua quidem argenti vbertate haud paruus Ducatui fructus accedit. Gignit & Vogesus mons in valle Leberia argentum purum, sed non ita multum. Siluas habet præterea Lotaringia frequentes easque densissimas , quarum aliquot nomina lingua vernacula adponemus, quę sunt *Warnedwaldt, de S. Benoyt, Le bois de Mortaigne, Boseyne, Bois de Mondon, Le Ban-Bois, Le Bois de la Voyge, de Heyde*, & aliæ. Inter opera publica, apud Pagum *S. Nicolas* duobus milliaribus Nanceio distantem, ad Murtam fluuium Templum est non magnæ antiquitatis, sed vastæ molis , editæque structuræ , Luminosum omnino. Columnæ, quæ totum fastigium sustinent tantæ sunt, cum gracilitatis, tum altitudinis, vt tanto oneri ferendo vix pares iudicentur. Turres habet duas, in quarum vna Caroli Lotaringici Cardinalis, qui idem Metensis erat Episcopus; cuique hæc parebat Ecclesia sub Prioratus, vt loquuntur titulo, in summo Culmine Symbolum : obeliscus scilicet cum Hedera circumplicata, & Inscriptione TE STANTE VIREBO. Apud Pagum Wasserbillich vbi Sura fluuius Mosellæ confunditur, est alius *Igel* vulgo nuncupatus , vbi in loco eminenti spectatur nobilissimum illud venerandæ antiquitatis monumentum, quo nec cis Alpes insignius aliud exstare existimatur, quodque ipsis Italis possit ostentari; Moles est lapidea, ex quadrata basi pedum XXII. sensim assurgens ad pedum circiter LXXIV altitudinem , tota ob omni parte varijs imaginibus semiplanis inscalpta, in fastigio aquilæ restat fragmentum, globo insidentis, cui expansæ alæ, & ante pectus velum fuisse apparet. Est Nancei Aedes D Georgij, in qua Monimentum visebatur *Caroli Audacis*, Burgundiæ Ducis, ab Heluetijs & Lotaringis Nonis Ianuarij anno CIↃCCCCLXXVII acie cæsi, cuius reliquias , Caroli V Imperatoris, ipsius Pronepotis iussu, anno CIↃIↃL mense Octobri inde Leuceburgum solenniter transtulit Boisotus, Ordinis Aurei Velleris Præco; Brugas hinc mox, Mariæ Hungariæ Reginæ mandatu, transportandas. Sunt in eadem D. Georgij Aede aliquot Lotharingicorũ Ducũ Tumuli, qui Inscriptionibus carent; vt & in alijs Templis. Posteriorum Ducum pars potior ad D. Francisci Aedem, sita est. Spectare ibi est superbum *Renati*, qui Victoria potitus est contra Carolum Burgundiæ Ducem, Monimentum. Conditi iacent ibidem Dux *Antonius*, eiusque Filius *Franciscus*, Carolique Ducis Vxor *Claudia Valesia*, Henrici II Galliarum Regis Filia. Armamentarium habet Nanceium, Machinis bellicis omnis generis instructissimum. Templum est in Vrbe Metensi D. Stephano sacrum et alia , de quibus Diuæus. *Templum D. Stephani nomen tenet, qui Ciuitatis est Patronus, pulcherrimum vero opus, si quod aliud toto hoc itinere vidimus, & sua mole spectabile; quodque raro accidit, omni ex parte consummatũ. Dicebatur in eo Fuisse Crucifixi ligneam Imaginem, totam Laminis aureis superinductam. Vidimus Labrum Porphyreticum rubei Coloris magnæ capacitatis, Pedes X. longitudine excedens, in quo Lustrales Aquas adseruant. Sunt & alia in hac eadem Vrbe sumtuosa Templa, & multa erant in eius Suburbijs, inter quæ D. Arnolphi Basilica, Imp. Ludouici Pij Augusti, Caroli Filij & Filiarum aliquot Pipini Regis sepultura celebris. Omnia hæc absumsit Belli rabies, ita vt Suburbij ne Vestigium quidem nunc supersit, neque vltra Muros quidquã præter Campestria videas.* Haud procul Metis, Prope pagum *Iouy*, in Mosella antiqui Aquæductus sunt Vestigia. De ijs sic Diuæus in Itinerario: *In hoc Itinere Pagus est Iouy vulgo dictus inter Montium radices & Mosellam, vbi quantacumque est inter Montes vtrosque, qui Ripas ambiunt, distantia, Aquæ-ductum antiquitus fuisse, indicant eiusdem, quæ adhuc exstant, reliquiæ. Arcuum adhuc restant multi, suntque ex albo Lapide, in Laterum formam dissecto; & nonnulli quoque eiusdem operis in aduersa ripa cernuntur. Incolæ adserebant in eodem loco Fontem hodieque esse, quamvis hos Arcus (solita insitia) Ponti inseruisse putantes, & ab hoc Pago in Montis ipsius iugo minores alios Arcus fuisse dicebant, qui versus Vrbem Metensem quæ vno hinc distat Miliari; excurrisse viderentur. Altitudo iuxta Ripam Pedum est circiter LX: Vnde conijcere est, quanta totius Operis moles fuerit, quant aquæ altitudo Arcuum, qui in ipso erant Fluminis alveo, quorum hodie nihil superest. Referebant ijdem Incolæ, superiorem Arcuum Partem planam omnino esse, cæmento rubei coloris inductam; & in eius medio Domunculam non ita multis abhinc annis adhuc fuisse, ab vtraque parte patentem, quam nos partem Tecti fuisse, quæ Tubum tegeret suspicabamur.* Mediomatricum Vrbem, quæ olim Imperialis erat Henricum II Galliarum Regem in suam potestatem redegisse, supra diximus. Præsidet Vrbis Senatui missus ab Rege Magistratus. Tribunal autem Mediomatricis vrbis tres habet Episcopatus, sub Metropoli Treuirensi; *Metensem, Tullensem, Virdunensem*, sic ab Locis nuncupatos, in quis suæ singulis sedes.

Montes.

Siluæ.

Opera publica.

DVCATVS.

Sunt in hac Burgundia & eius confinibus,

- Comitatus
  - *Dijon, Metropolis & Parlamentum Regium, summusq; senatus. Autun, Tonnerre 24 51: 47 25. Chalon ad Sagonam vulgo Sonam, quæ veteribus est Anar, fluuium. Mascon, S. Martin, Neuers, Langres, Auxerre, S. Iangou.*
  - *Charrolois, de hoc Comitatu cui nunc iure competeret magna fuit inter Reges Philippum Hisp. & Henricum 2. Franc. controuersia, dum pacem solidam & perpetuam inter se constituerent, nuptijs inter Philippum & Isabellam Henrici natu maiorem filiam contractis. sed superarunt Hispanorum rationes. Itaque qui ab Henrico detinebatur, tum Regi Hispaniarum ex integro fuit restitutus, à quo tempore vti prius prouocationes iuridicæ Dolam ad Regium Senatum Parlamenti, veluti supremi eius domini deuoluuntur, ibique sistuntur. Cuius Comitatus titulo, Ducis Burgundiæ filius natu maior, viuo patre fuit insignitus, veluti Carolus Audax quamdiu Philippus pater superfuit, & Carolus Quintus viuo etiam Philippo patre. Harum rerum testem habeo doctissimum virum, & rerũ politicarũ obseruantissimum, Ioannem Metellum Sequanum. Quæ de hoc Comitatu in Galliæ vniuersali sunt notata antiquiora tempora scriptaq; sequuntur.*
- Domina
  - *Chargni fortè Chagni 26 2: 46 15. Monliet forte Montit 25 13: 47 9. Auxone, Rogemont 25 18: 47 26. Mussy 25 45: 47 43. Breslement, Sees; Mombys, Senegnon, Gilly 25 23: 47 32. Valenion, Tirecourt, Cheuihni, Aineuille, Espirey forte Epiryen 25 42: 46 11. Taruant, Brasey fortè Brasse 25 45: 45 50. Rochefort 25 58: 47 23. Aincourt siue Agincourt 26 5: 46 37. Viteau. Quibus adduntur etiam, Arlay 26 30: 46 15. Ragny 24 56: 47 71. Challigny, Mommartin, Longey, Beauchamp, Couches 26 0: 46 47. Quæ, addita hac Burgundia inueni nominata Dominia, quanquam in tabulis signata non reperiantur.*

Episcopatus Augustudunensis siue Heduensis, Austun, & Matisconensis Mascon, & Cabilonensis, Chalon, & Lingonensis Langres, subsunt Archiepiscopo Lugdunensi.

Meridiani positi sunt ex ratione Paralleli 46 40. ad circulum maximum.

BVRGVNDIÆ
Ducatus.

Hæc pro Methodi ratione de Lotaringia sint satis; succedit Burgundiæ Ducatus siue Inferior Burgundia. *Burgundiæ* nomen à *Burgundionibus*; qui Germaniæ Populi, ex Vandalorum orti sanguine, dictique à *Burgis*, 1. præsidiariorum castris ab Almannis (in horum enim Agris violenter in Capellatio, vbi hodie Palatini Comitis Ditio, confederant) exturbati, sub Theodosio Arcadij Filio, Iuniore, expulsis late Sequanis Eduisque, hanc Veteris Galliæ partem cum Nuithonibus (quorum Tacitus meminit) occuparunt. Petrus Sanctolulianus *Burgundiæ* Etymon ab Loco quodam diducit, qui vulgo *Burg-ogne* in Agro Langrensi. Olim *Regnum*, circa annum CIↃ XXXIV, bipartitum in *Ducatum* & *Comitatum* abiit: quorum ille, versus Occidentem, *Burgundia Inferior* & *Regia*, Hic, ad Orientem, *Superior* & *Imperatoria*. De *Ducatu* hac descriptione mihi agitur: De *Comitatu* Descriptione proxima dicetur. *Ducatum* cingunt, qua Oriens est, Rhodano interfluente, Sabaudia & Burgundiæ Comitatus; qua Meridies, Lugdunense Territorium: ad Occasum lætissimi Niuernensium Borboniorumque occurrunt agri; Ad Septemtrionem Campania se offert. Huius ager planus & soli fertilitate nulli cedens, hic enim certat cum Cerere Bacchus. *Richardus*, Comes Augustodunensis vir strenuus, & in re bellica exercitatissimus totius Burgundiæ, cis Ararim Dux institutus fuit à Francorum Rege Odone, qui præfuit Ducatui Burgundiæ annis XXXII. Hic Burgundiam *Rudolfo* Filio reliquit, qui & in Regem Francorum fuit electus, ac successorem habuit in Ducatu, *Hugonem Nigrum* Fratrem. Huic *Odo* frater aut filius (vtriusque enim sententiæ autores reperio) successit. Quem sequutus *Henricus* Frater. Quo sine liberis defuncto *Robertus* Francorum Rex, Ducatum Burgundiæ ex testamento, vt aiunt, Henrici adeptus est. Huic successit Filius *Robertus*, *Roberto*, *Hugo* ex Henrico Filio nepos. Hunc sequut° est *Otho*, hũc *Hugo II*. Hugonẽ *II*, *Odo* filius. Quẽ ordine sequuti sunt *Odo III*, *Hugo IIII* *Robertus III*. *Hugo V*. *Eudo*, *Philippus*. Quẽ sine liberis defunctũ sequut° est *Ioannes* Francorũ Rex, cui successit Filius *Philippus* cognomento *Audax* a patre Ducatu Burgũdiæ donatus. Patri Philippo successit *Ioannes* cognomẽto Intrepidus, atq; huic *Philippus Bonus* seu *Mitis* filius. Atque huic Carolus ob plurima bella quæ gessit, Bellatoris cognomen sortitus. Post cuius obitum hanc omnem ditionem occupauit *Ludovicus* XI. Metropolis Ducatus *Divio*, *Diuionum* Gregorio Turonensi, Gallis *Dijon*. *Diuionis* Conditor habetur vulgo nobis potius Restaurator, Pomerijque Productor, Aurelianus Imperator. Nomen ab *Duis*, quis plurimus ibi fuit cultus impositum putatur. Hac Vrbe nihil in Burgundia pulcrius. Sita est in planitie amoenissima, duobus Fluminibus *Suzione* & *Oscara* (*Suson* & *L'Ouche* vernacule) vtrim-

Regio. *Vnde dicta.*

Burgundiæ Ducatus. *Situs.* *Soli fertilitas.* *Imperium Maiorum.*

Vrbes.

BVRGVNDIA
Ducatus.
Bourbon
Nuer
Part de Beaujolois

que muros adluentibus: Ille quidem periculosissimis Exundationibus Vrbem infestare cõsueuit; hic pisculẽtus admodum alveo fluit quietiore, Rerum multarum vsum subministrare solitus. Muri ad iustam propugnãdi magnitudinem in altum sunt educti; Turribus Propugnaculisque nuper exstructis muniti. Iustitiæ ibi est Tribunal & Parlamenti Sedes; vnde veluti ex sinu, Patriæ Iura petuntur. Qui in Maiorem huius Opidi legitur, non tam Honorem quam Onus suscipere, vel inuitus & renitens, cogitur, Iusque-iurandum præstare in Templo D. Virginis, præeunte verba Procuratore Regio, se Regi fidelem futurum, defensurumque sua Ciuitati Iura, Libertates & Priuilegia, aduersus quoscumque, Regem etiam, quoties flagitat necessitas. In vicinis Vrbi Montibus optima crescunt vina. Episcopales porro Ducatus huius Vrbes sunt *Augustodunum* & *Caballinum*; sua vtrumque suspiciendum antiquitate. Priori nomen *Augustoduni* natum ab Augusto (Octauiano, an quo aliô, non valde laborandum: nam qui ab *Auge*, Apollinis Coniuge deriuant, Fabulas narrant) qui dirutum bello, quod Cæsar contra Gallias gessit, restaurauit. Hodie *Autun* dicitur. Vrbs quondam amplissima, sed multum de pristina gloria amisit. Visuntur hic etiamnum magnæ theatri ruinæ, itemque aquæductuum, columnarum, pyramidum: effodiuntur etiam cotidie numismata antiqua, aliaque antiquę supellectilis Monimenta. Est & hodie templis publicisque structuris conspicua. Adsita est Radicibus Montium, qui vulgo *Les Mons de Cinis*, ad fluuium Arrousium. Hæc de *Augustoduno*: sequitur *Caballinum* vel *Caballionum Eduorum*; vulgo *Challon sur Saone*. quis condiderit, non constat. Sita est hæc Vrbs ad dextram Aratis ripam; Agri vberrimi, Cœlique saluberrimi. Eximie felix, conuehendisq; secundo Arari Mercimonijs idonea; vnde ab Cæsare Commeatui parando, Exercituique, qui sæpe in plures distractus erat partes, distribuendo delecta. Hæc Guntchranni aliquando regia fuit. Eam Lotarius Ludouici Pij Augusti F. posteà incendio totã absumpsit, vt ne vestigium quidem ciuitatis appareret. Sed ob loci opportunitatem postea iterum caput extulit, estque hoc tempore mercimonijs opulẽta. Hæc de Metropoli, Vrbibusq; Episcopalibus: sequuntur nonnulla Ducatus huius minorum gentium Opida. Inter *Caballinum* & *Matisconem*, medio fere itinere Opidum est, quod vulgo *Tornus*, *Tinurtium* Spartiano & Antonino. Solo situm est fertilissimo; ab Arari vndique cinctum. Colles in Agro Suburbicario Vini generosissimi feraces. Ab vtraque etiam Vrbe Matisconensi & Cabillonensi itineris spatio prope æquali distat *Cuysellum*, Regiæ Ditionis, Opidum, vt Paradinus censet, *Secusianorum*, *Secusiumque* Ammiano dictum. Situm ad radices Iuræ Montis, multis licet hodie ruinis deformatum, miram præ se ferens antiquitatem. Ab Oriente Montes habet celsos, Amnesque perennes, qui limpidas & potu suaues edunt Aquas, vnde Fons salubertimus ex Topho & vasta Rupe in opidum longe porrigitur per ligneos tubos. Ab Occasu planicies se in Sinum laxissimum pandit. Tertia fere leuca ab Vrbe Cabillonensi versus Septemtrionem est *Belna*, vulgo *Beaulne*, ad Amnem Adcolis *Bourfoize* dictum. Sunt qui volunt *Bibracten* esse Cæsaris & Strabonis. Alijs alia mens est. Situm est hoc opidum loco vliginoso & quod, vt scribit Paradinus, nullo pene negocio, nulloque ab hostibus discrimine, posset Lacum Vrbi ad primum Lapidem offundere, quo hostes ab se submoueat. Vrbs tota valido Mœnium sepimento circumdata Propugnacula habet, quibus omnium Tormentorum vim queat excipere. Belnensis Ager pinguis est, & optimæ notæ. Vites habet toto Terrarum Orbe nominatissimas, & Vino non vulgari nobilissimas. In eodem Agro visitur *Cistertium* ab Cisternis, Odonis Ducis opus stupendum in vastissimo Nemore exstructum. Eius Cœnobiarcham agnoscunt supra mille octoginta Virorum Cœnobia; ac totidem prope Velatarum eiusdem instituti, quod hinc *Cistertiense* dicunt. *Semurium*, vernacule *Semur*, situm est in meditullio Territorij, quod vulgo *Auxois*, opidum non inelegans. Inter Diuionem & Belnam itinere medio *Nuithonium* est, vulgo *Nuys*. Opidum hoc semper Gladiorũ opificio fuit celeberrimum. Quod Opidum hodie *Aualon*, apud Antoninum *Aballon*, vbi *Legio* XVI dicitur. Quod *Saulieu* vernacule, *Sidolucum* est Antonino, *Legionem* illi XVIII tribuenti. Quod *Flavigni*, sesquileuca *Semurio* versus Orientem, *Flauia Eduorum* censetur olim dictum. Sunt & alia *Burgundiæ* opida Burgique, quis delineandis, brevitati studens, supersedeo: vt sunt *Ausone*, Arcem habens, Clauis Ducatus Orientalior, Arari moenia lambente, *Noiers*, *Ranieres*, *Leigne*, *Mombard*, *Chastillon*, S. *Seigne*, *Seloigne*, *Crevaut*, *Viteau*, *Verdun*, *Arnay*, *Seure*; *Tonnerre*, *Tronoderum*, Antonino. *Burgundiæ Ducatui* concenseri solent aliæ tres Vrbes Episcopales *Neuers*, *Auserre*, *Mascon*. Prima dignitate gaudet & honore Ducatus, cuius Ditio (*Duché de Niuernois*) late patens tribus qui navigeri, Fluuijs irrigatur, Icauna, Elauere, Ligeri. Numerantur ibi XIII. Opida clausa, quorum *Niversium* est Metropolis; Iurisdictionem exercens, in XXX, vt vocant, Castellanias. *Noviodunum* Cæsari; Opidum est omni ex parte moenibus cinctum firmissimis, Turribusque amplissimis, & Fossis profundissimis probe munitũ. Inter præcipua *Ducatus Niveruensis* Opida sunt *Dezisa*, *Decisæ* Antonino & *Decetia*: *Clamecyum*, *Douzyum*, *Milinium*, *Angilbertsum*, *corbignium*, *Fanum D. Leonardi*, *Luyzium*, *Premecyum*, & alia. *Auserre* sequitur; *Autissiodorum* Antonino, *Legionem* hic locanti XXII. *Antosidorum* Ammiano, *L'Evesché d'Auxerre*. Territorium huius Vrbis, vulgo *le Païs d'Auxerrois*, Vino cognomine est nobilitatum. Vrbs quæ hodie *Mascon*, Cæsari dicitur *Matiscona*; *Matisco*, Itinerarię Tabulæ; *Matisconense Castrum*, Notitiæ Prouinciarum Galliæ, & Antonino, qui *Legionem* ibi ponit X; *Mastico* in Veteri quodam Diplomate, vt notat Philippus Bugnonius, qui huius Vrbis Historiam concinnauit. *Machaon Villa* videtur dici Paullo Diacono in Longobardicis. *Matissana* est Gregorio Turonensi, & alijs. Caballino, si Situm quis Cultumque & Artes respiciat, simillima. Porrecta iacet ad Ararim, qui Ponte insigni stratus, recto longoque ad Orientem tractu; reliquis Lateribus in Arcus speciem se formantibus. Flumina habet hic Ducatus *Suzionem*, *Oscaram*, *Ararim*, *Icaunam*, *Ligerim*, *Elaverem*, & alia.

Flumina.

BVRGVNDIA SVPERIOR, SIVE LIBER COMITATVS,

vulgó LA FRANCHE COMTE.

Burgundiæ Comitatus, in tres Diœceses & præfecturas, siue Balliuatus, vt ius facilius diceretur, diuisa est, videlicet: in Superiorem, cuius sedes est Vesulij: Inferiorem, cuius sedes est Polichnij, & Dolanam, cuius sedes est Dolæ. Qui Comitatus, ideo liber dictus est. Cum quod eius Comes & Princeps, eius prouinciæ nomine, nullum prorsus in Superiorem agnoscit, tum quod prouincia est plane sub suo Comite, ab omnibus tributis & exactionibus libera.

Superioris Diœcesis

Comites: Montbelliart, Roche & Varax, Montriuel, Thalamey & Vaulgrenans Vergey, Rey, Liffenois.

Abbates: Croissant, Charite, Bitaine, Corneul, Tulley, Clarfont, Luxeul, Belleuaulx, Gracedieu, Charleu, Trium regum.

Priores: Vaucluse, Lantenans, Cusance, Marteret, Iussey, Port sus Saone, Montereul, ad Sagonam, S. Marcelli.

Canonici: Calemostier, & alij alijs locis.

Vrbes: Gray, Vesoul, Montboison, Iussey, Palma, Port sus Saone, Cromary, Montiustin, Faulcongney.

Domini: Montmorot, & S. Loup, S. Martin, Taulens, Villeneufue, Rupt, Montgeuelle, Chastillon & Beluoye, Conflādey, Monbaillon, Velleson, Dicey, Tony & Chemylly, D'Oizelet, Cicon, Trasiues, Raincounieres, Costebrune, Sombernom, Vailefault, Bermont, D'Aviller, Mugnay, Vereur, Touraize, Citey, Prouanchieres, Grandmont, Velle heureloux, Voysey, Dampierre, Frotey, Beutal, Matay, Noironde, Tromarey, Millesey, Mailleroncourt, Myon, Eenenge, Vellerot le boz, Clerc, Betoncourt, Montaillote, D'Amondans, & de Fraisne, Chauirey, Montot, Mons S. Legier, Cuury, Montereul, Sorans, & Lambry: & alij permulti.

Inferioris Diœcesis.

Comites: Ruffey, & S. Aulbin, Baro Cheureaul-

Abbates: S. Eugendi, Baume, Balerne, Mont S. Maria, Mont Benoit, Beyllen, Rausieres.

Priores: Mainnaul, Vaucluse, Bonlieu, Mente, Lonslesaulnier, Arbois, Mote, Syrode, Vallis supra Polichnium, Mortau.

Canonici: S. Mauritij, & S. Anatolij, & S. Michaelis, Salinis omnes: Arbosienses, Polichnienses, Nozeretenses, & aliarum vrbium ac locorum alij.

Vrbes: Salinis, Arbois, Poligny, Pontarlien, Nozeret, castrū Caroli, Mōmoroti, Orgelet.

Domini: Coulongnia, & Andelest, Courlaou & le Pin, S. Amour, Argento, Laubespin, Poupet, S. Sorlin, Dernam & Tramelay, Borsia, Cressia, Fitigny, Chamberia, Montena, Vecles, Rosait, Marigna, Beaufort, Nasey, L'Aigle, Courboso, Vertamboz, Largilla, Moirō, L'Estoille, Chasnet, Arescbe, Coget, Bar, & Iousseaul, D'Augea, Moyre, Charrin, Charlin, Chaumes, Breteryeres, Fontenay, Cogna, Chaulx, Montuet, Vadans, Villette, Les Arbois, Aglepierre, Chastelvillam, S. Iulian, Dyescrilles, Verges, Chay, Champaigne, Beaulchemin, Villeneufue les Orglet, Chastes, Præfectus arcis de Ioulx, siue, Iuræ mōtis, Vicelle, visneaulx: & alij multi.

Dolanæ Diœcesis

Dominus de Giurey, Longepierre & Rahon, Cleruans.

Abbates: Billon, S. Vincentij, S. Pauli Bisantij, D'Acey.

Priores: Loye, Laual, Damparis, Iouhe, Monterot, Mote supra Altam patram, Faye, Mottier in Secusia.

Canonici: Dolani, Bisuntinenses. & alij alijs locis.

Vrbes: Dola, Quingeum, Ornans, Loya Rochefort, Vercella.

Domini: Vauldrey, Raimnes Rye, Monfort, Montrichard, Fertans, Maillot, Bermōt, Cleron, Verchamps, Dossans, Port, Chasteau, Roillault, D'Abbans & Marchaus Reculot, Chantrans, Mont Grospain, Mutigney, Chassey, Parressey, Choisey, S. Ilye, Faye, Parrel, Chemin, Rabus, Champdiuers, & Ransionieres, Rainchecourt, Paintre. Montrambart, Salans, Goussans, Chauirey, Aocier, & alij.

Quando *Comitatus prouincialis agitur, tres Status conueniūt, eos nomine Comitis cōuocante Principe Auraico, siue Aurengiæ, D. à Nozeret, & Arley, Marschalco: videlicet, nobilitas, Ecclesiastici & vrbes.*

Quatuor vero Burgundiæ nobilitatis præcipuæ familiæ: vtpote, quæ a Burgundiæ Regibus & Principibus originem ducere narrentur, vel cum ijs adfinitatem contraxerunt; commemorantur. Videlicet DE VIENNE, cui Nobilitatis epitethon titulusq; tribuitur. DE VERGY, cui strenuæ titulus datur. DE CHALON, quæ opulētæ diuitisq; nomen obtinet, Auraicq; Principatus titulū. DE NEVFCHASTEL, quę feudis est insignis.

Hæc ex Gilberto Cognato Nozereno ad verbum fere transcripsimus omnia: & quia in tres præfecturas dominia omnia distribuit & prosequitur, adeoq; haud vaga est locorum in tabula inquisitio, numeros omisimus, præcipue dum quæ quærentur, signis additis, vt turribus & crucibus, facile se pandant. Plura autem nominat Cognatus quæ in tabula non sunt: noluimus tamen ea omittere, vt totam Nobilitatem quam recitat ille, complecteremur.

Iurisdictio. Appellationes omnes ex tribus Diœcesibus, siue Balliuatibus: Dolam, ad supremum Comitatē huius Parlamentum, referuntur.

Status Ecclesiasticus. Archiepiscopus Bisuntinus: cui subsunt tres Episcopi, Basiliensis in Germania & Helvetia, Lausanensis, & Bellicensis, in Sabaudia, Ecclesiasticæ administrationis est caput, Princepsq; Imperij.

Membra hic sunt Imperij & quinti circuli: Archiep. Bisuntinus: & Vrbs Besancon, ciuitas Imperialis libera, olim maximum maximæ Sequanorum prouincię, oppidum, & ejus Præsidis fixa sedes.

Decimus Imperij circulus dicitur Burgundicus quod á domo Burgundica sit institutus: complectitur præcipuos Belgij Principes, qui sunt

Dux Burgundiæ,	Comes Egmond & Iselstein,	Comes Nassau in Breda,
H. Bergen & vvaelhem,	Com. Horne,	com. Bergen.

Meridiani distant pro ratione Paralleli 46 40. ad circulum maximum.

BVRG
COMITATVS
LVDIA
Der
Genffer
see
Nembs. Lacus
La Cote
Forest de

Regio.
Situs.

SEquitur *Burgundiæ Comitatus*, sive *Burgundia Superior*, Francis *Franche Comté*, id est *Liber Comitatus*. Provincia namque plane sub suo est Comite; ab omnibus, vt aiunt, Tributis & Exactionibus libera. Feudum est Imperij, sub protectione Bernensium Heluetiorum. Conregionales illi sunt ad Septemtrionem Lotaringia Superiorque Germania; ad Occidentem Burgundiæ Ducatus; qua Oriens est, occurrun Heluetij; qua Meridies, Allobroges & Segusiani. Longitudo xc, Latitudo lx est milliarium. Regio admodum

Soli fertilitas.

fertilis, rebus omnibus ad victum necessarijs instructa; agerque Sementi faciendę, Arboribus serendis, Vinetis Vini laudatissimi sustollendis, Pecori alendo commodissimus. Summa est vbique Tritici, Siliginis, Hordei, Auenæ, Fabarum, Milij, aliorumque Leguminum fertilitas. Arborum haud minor fœcunditas. Ager passim præsertim qua vmbilicus est & Regionis meditullium, Colles habet præstantissimorum, primæque nobilitatis Vinorum feraces. Apud *Arbosianos* & *Vadanos* Vasa Vinaria sunt adeo magna, vt Domos altitudine videantur æquare. Prope Regiam Veterum Burgundiæ Regum, quæ Adcolis hodie *Chambrette au Roy*, ex Terra Gypsum, Materiam Calci similem, effodiunt. Eruitur ibidem & in *Dolano Agro* in Magnatum sepulturas Marmor candidi coloris, quod Ἀλαβαστρίτης Græcis appellatur: & aliud nigerrimum, maculis purpureis

Animalium varietas.

variatum. Varij etiam generis videre est ibi animalia, magnamque lumentorum & Pecudum copiam. *Grãvellenses* Equos Gradarios, Canesque eiusdem tractus ferocissimos probant omnes. De Antiquis huius Burgundiæ Comitibus, Stirpis etiam Imperatoriæ Francicæque, multi multa memoriæ produnt. Nuperi fuere.

Imperium Maiorum.

Comitis & Palatini Burgundici simul cum Ducatus, titulos primus gestauit *Eudo*, cui successit Philippus ex Philippo filio nepos, quo sine liberis defuncto, Rex Francorum *Ioannes* Ducatum Burgundiæ filio *Philippo* qui *Audax* cognominatus fuit dedit; sed *Margareta* Philippo, Nepoti ex Sorore Ioanna succedens, Comitatum adepta est Burgundiæ; Huic successit *Ludovicus Malanus* filius, Huic *Margareta Malana* filia, Hanc Philippus Burgundiæ Dux cognomento audax vxorem duxit. Huic ordine successere *Ioannes* filius cognomento *Intrepidus*, *Philippus Bonus*, *Carolus Bellicosus*, *Maria*, nupta Maximiliano Austriæ, *Philippus Austriacus*, *Carolus v.* Im-

Vrbes.

perator &c. *Philippus Hispaniarum* Rex, *Philippus* Hispaniarum Monarcha. Vrbes quæ sunt in singulis huius Dioecesibus enumerat Mercator. *Dola* autem, Arce potens, totius Comitatus est Metropolis, reliquarumq; Vrbium celeberrima: ad Dubim sita fluuium, qui in duo hic brachia scinditur. Putant quidam Ptolemæo esse Διδάττιον, lib. II cap. IX, Sequanorum Vrbẽ. Nihil ibi earum rerum, quæ ad Ciuitatis splendõrem faciunt, desideratur. Forum hic elegantissimum & spatiosum; forma quadrata, Longitudine tamen Latitudinem nonnihil superante. In parte Occidentali Prætorium est, cum Carceribus. Primarium Templum, quod pulcherrimum & admirandi operis, Deiparæ Virgini est sacratum. Sunt & multę alię, inter quas *Vesontio* vulgo *Besançon* vrbs Imperialis, olim dicta *Chrysopolis*: sita est commodo fertilique tetritorio. Alduasdabis fluuius magna ex parte ipsam intersecat, eiusque potiorem partem concludit, reliquam partem ad portam qua Dolam itur, fluuius non alluit. *Nozerethum Noseroy*, quod olim à nucibus dictum Nucillũ, sed Ludouicus Cabillonensis ab expeditione Hierosolymitana reuersus, muris cinxit, ac *Nazarethum* dici voluit. Hic Comes arcem habet, quæ quia plumbo intecta est, dicitur plumbea. *Salinæ*, amplissima Ciuitas, toto terrarum Orbe celebris; ab salsis denominata Fontibus, Saleque inde igne densari solito, qui candore præstans in finitimas regiones exportatus maximum huius Comitatus est vectigal. Reliquarum Ciuitatũ descriptiones breuitatis gratia o-

Lacus.

mittimus. Lacus habet hæc *Burgũdia* ingentes & mirabiles: Inter eos non postremi loci, cui ab *Voraginibus* nomen: mirum Naturæ ludentis opus. Super enim Aqua fit Limus, qui adeo durescit, vt Continẽs videatur: super quo tamen Equites Currusque secure non ambulant, sed soli Pedites. Is coelo pluuioso & nebuloso nõ emergit, nisi Serenitas sit futura. Tunc per Foramina breui tempore auctus totam Columbanam Planiciem rigat. Inter Nozerethum porro & Ripariam alius est Lacus in Bonualli, Lupis, Parcis & alijs Piscibus abundans, qui septimo quoque anno in aliquot hebdomadas suffugiens & delitescens, iterum emergit. Quæ res in Miraculum exit, Fidemque vincit. Tractus huius Comitatus Australior Lacubus scatet: Videre ibi est, qui

Flumina.

vernacule *Mateteux* Maior Minorque; *Narlay*, profunditatis vix credendæ; *Verney*, duo *Chamblici*, *Frogeay*, *Ronchault*, & alij. Flumina scindunt eam beantque plurimum non pauca; *Dubis*, *Leugnonius*, *Danus*, *Lupus*; *Dubis* totus ad hunc Comitatum pertinet; Δοῦβις Ptolemæo, *Alduabis* Cæsari, si proba sit coniectura Fuluij Vrsini; in alijs Codicibus *Alduasdubis* & *Alduasdalis* vitiose legitur, Vulgo *Doux*. Oritur ex Monte Iura paullo supra Pagum amoenissimum, quique instar Opidi, Motam. *Dubis* porro, coepto ab Meridie in Septemtrionem cursu; per Pontium Lacum lapsus, nonnullis amfractibus prætergressus Pontarlum, Mortuam & Vafrum, Fanum petit S. Hippolyti; vnde in Occidentem flexus ad *Pagum Chastelot* versus Africum tendens, Vesuntionemque permeans, & facta ad Dolam Insula post multas ambages receptosque Fluuios prope Virdunum Arari commiscetur. Totus etiam Burgundiæ Superioris est *Leugnonius*, vulgo *Lougnon* qui in Lotaringiæ finibus ortus, varijs Opidis Pagisque Lustratis, paullo supra Auxonam in Ararim se fundit. *Danum* euomit ex sinuoso recessu Mons arduus, Syrodo, grandi & celeberrimo Pago, incũbens, hoc modo: Postquã descenderis, est Antrum profundi Præcipitij, & intus Fons inperscrutabilis profunditatis, latitudine forsitan decem passuum. Huic Rupes horrendæ imminent; quæ contemplantibus horrõrem plane incutiunt: ac per Gurgitem altissimum tanta Aquarum copia ebullit, vt statim in ipso ortu (dictum incredibile) Flumen Nauigiorum, si ob rupes & saxa, per quæ deuoluitur, liceret, satis capax esset. Incolis hoc Flumen *Dain* vocatur. Fluuios in se recipit varios: cum alijs prope fontem, *Senam*, Amnem fama & natura ingentem, ex *Fons Sena* Pago, qui immensus multisq; constans Villis, ab eo denominatus, exorientem, & saxosa conualle per Plancas & Stenum vicos labentem iuxta Burgum opidum. Et sic alijs LX auctus Fluminibus decurrens ac præterlabens per Superioris Burgundiæ meridionalem partem, in Rodanum tribus Lugduno versus Orientem miliaribus inuehitur: vnde *Dani* nomen in posterioribus *Rodani* sunt qui arbitrantur latere. Pisces habet *Danus* gratissimi saporis, præter alios Troctam & Auratam. *Lupus* vel *Lupa*, vulgo *Loue*, altissimus, latissimus, rapacissimus Burgundiæ Fluuius, multa habet Piscium genera; inter quos numerantur Alosa, Barbatulus, Anguilla, & Aurata. Oritur paullo supra Villephanum in Ouino pago, & non procul ab Dola cum Dubide in Ararim aquis properantibus devoluitur. Est & Araris, & alia. Thermæ quoque cum magna Calidarum Aquarum copia ad Luxouium opidum scaturiunt. Regio insuper Silvis, Montibus, Vallibus gratissima vicissitudine spectatur variata. Montium autem huius regionis præcipuus & nominatissimus est *Iura*, qui hanc provinciam à Lotaringia disterminat, & *Vogesus*. De Ratione gubernandi supra in Mercatore habes. Academiã habet hic Comitatus *Dola* veterem quidem, sed quæ circa annum CIↃ CCCCLXXXIV, sopitis bellis, serio florere cœpit. In collegio Hieronymiano Bibliotheca seruatur multorum Auctorum & optimorum Codicum. Atque hæc nobis de vtraque Burgundia dicta sint, ad alia pergamus

HELVETIA
CVM FINITIMIS REGIONIBVS
CONFOEDERATIS.

Reipublica Heluetiæ, ribus partibus constat,

- prima pars sunt 13. pagi, quos Itali Cantones, Ort Germani vocant. Hi soli hoc iuris habent præ alijs confœderatis, quod de omnibus ad communem Remp. Heluetiorum pertinentibus in publicis conuentibus deliberant, et suffragia ferunt, omnium q; totius ciuitatis commodorum & incommodorum participes sunt. Præfecturas quas simul acquisierint, pari iure administrant, & reliquæ prædæ, publicè ex æquo participes sunt.
  - 5. Tigurum 30 20:46 58. accessit fœderi trium pagorum. Anno Domini 1 3 5 1.
  - 8. Berna 29 2:46 38. fœderi Heluetico iuncta est anno 1 3 5 5.
  - 4. Lucerna 29 53:46 42. Anno 1 3 3 2. perpetuo fœdere tribus primis pagis iuncta est.
  - 1. Vria, Vren 30 25:46 22.
  - 2. Suitia, Svvitz 30 25:46 34.
  - 3. Vnder Walden 30 3:46 30.
  - } hæ primæ inter se fœd' cõstituerũt anno 1 3 0 8.
  - 6. Tugium, Zug 30 10:46 45. anno 1 3 5 2 sex pagis accessit.
  - 7. Glarona 30 47:46 32. simul cum Tugio idem fœdus iniit.
  - 11. Basilea 29 15:47 29. anno 1 5 0 1. se decem pagis confœderauit.
  - 9. Friburgum 28 44:46 28.
  - 10. Salodorum 29 5:46 57.
  - } simul anno 1 4 8 1. in numerũ pagorũ cõmuni cõsensu receptæ sunt, & sic ciuitas Heluetica 10 pagis constitit.
  - 12. Scaffhusen 30 24 47 26. anno 1 5 0 1. in numerũ pagorum recepta, cum 11 pepigit.
  - 13. Abbatiscella 31 19:46 52. anno 1 5 1 3 in numerum pagorum recepta est. Huius pagi agri in 12 partes siue ordines diuisus est, quas ibi Roden vocant, quarum sex coniunctæ pago, interiores dicuntur, Reliquæ exteriores. Deliguntur autem è singulis partibus Senatores æquali numero 12. qui toti regioni consulant, & fiunt in vniuersum 144 Senatores.
- Secunda pars sunt confœderati,
  - Abbas & oppidum S. Galli 31 18:47 1. confœderatum est 4. Pagis Heluetiorum anno 1 4 5 5. Et post anno 1 4 5 4. cum sex pagis, Tiguro, Berna, Lucerna, Suitia, Tugio, & Glarona in perpetuum.
  - Rætorum populus Graupondier cum 7. Veteribus pagis æternum fœdus pepigit, anno 1 4 9 7. Curiensei verò 31 26:46 15. quorum societas domus Dei vocatur, anno 1498. Tertia societas quæ decem iudiciorum vocatur cum Heluetijs non pepigit, sed quia duabus prioribus, æterno fœdere cohæret, etiam Heluetijs amicitiam & societatem fidam præstat.
  - Sedunum 29 1:45 34. cum Valesia tota fœdus æternum iniit cum Bernatibus, anno 1475. Et post cùm religionis controuersia orta esset, Adrianus Episcopus Sedunensis, & septem decimæ Valesianorum fœdus fecere, anno 1533. Friburgi cum 7. pagis Heluetiae, qui ex integro Romanæ Ecclesiæ adherent, ij sunt Lucerna, Vria, Suitia, Vnderwaldia, Tugium, Friburgum, Salodorum.
  - Rotvveil (In Indicae Germanię est) primò fœdus iniit cum Heluetijs, anno 1463. in annos 15. quod aliquoties renouatum, anno demum 1519. perpetuò sancitum est.
  - Mulhusen (in Indice Germaniae est) anno 1468. Heluetijs fœdere iuncta est.
  - Bienna, Biel, 28 46 : 46 52. Bernatibus se fœderé iunxit annis 1303. 1306. 1352. ac 1367 arctissimè.
  - Geneua ius ciuitatis cum Bernatibus pepigit, idq; arctius firmauit, anno 1536. nondum tamen communi pagorum ciuitati inserta est. Sita est in long. 27 32. lat. 45 48.
- Tertia. Præfecturæ armis, aut spontanea deditione cõquisitæ
  - Turgea, Turgow 29 50:47 0 anno 1460. in potestatem Heluetiorum redacta, cui septem vetustiores pagi imperant.
  - Aquensis, Baden, 30 2:47 9. subiugata anno 1415. cui 8 primi pagi imperant.
  - Rhegusi 31 30:46 55 anno 1491. conquisita, à pagis septem primis et decimo tertio regitur.
  - Sarunetum, Sarungans 31 15:46 24. anno 1483. à Georgio Werdenbergense Comite, 7. primis pagis venditum, à quibus & regitur.
  - Libere Prouincia 29 55:47 0. capta anno 1415. septem veterũ pagorum imperium agnoscunt.
  - Lugano 30 51:45 10
  - Locarno 30 27:45 15.
  - Mendresium 30 50:45 6.
  - Vallis Madia 30 17:45 29.
  - } Hæ 4. Præfecturae ex dono Maximiliani Sfortiae ducis Mediolanensis, anno 1513. in Heluetiorum potestatem peruenêre, his omnes pagi præsunt, excepta Abbatiscella.
  - Bilitionũ, Bellizona 30 36:45 24 huius imperiũ tribus primis pagis confirmatũ est, anno 1513.

Valesia complectitur 3. populos, & tria fœdera

- Duo priores sunt Viberi & Seduni, qui vno nomine Liberi Valesij superiores dicuntur, & in 7. conventus, quos decumas, vel desenas vocant, diuisi sunt
- Veragri qui & Valesiani inferiores, superiorum imperio parent, omnium tamen Princeps est Episcopus Sedunensis, qui summam tã in Ecclesiasticis, quam in ciuilibus rebus authoritatem obtinet, & Comes atque Præfectus Valesiae nominatur.

Comitatum hic inuenio Werdenberg 31 23:46 38. & Baronatum Sax. 31 23:46 40.

Hæc ex Iosia Simlero Tigurino, qui Remp. Heluetiorum optima methodo, & doctissimè descripsit sumpta, sunt. Quædam autem eorum quæ hic numeris indicata sunt, in particularibus Heluetiae tabulis quaerenda sunt.

Meridiani positi sunt pro ratione Paralleli 46. 40. ad circulum maximum.

HELVETIA.

Regio. Nomina. Vnde deducta.

Burgundiæ Comitatui succedit apud Mercatorem ea Regio quam Romani *Helvetiam* vocarunt. Eam aut magnam ejus partem hodie vocant *Suiciam* aut *Suitiam*, a Vitis Saxoniæ populis, quos ob violatam sæpius fidem, sedibus suis eiectos Carolus Magnus in Alpes cõiecit, quemadmodum & Nordalbingorum aliquot millia in Flandriam ac Brabantiã transtulit. Vel á Suecis qui tempore Sigeberti Regis è Suecia in Helvetiam commigrarunt, siue inundationibus aquarum, siue numeroso incolarum coetu sedibus suis exclusi; vel denique a *Suitio* pago; vulgo *Switscher Landt*. Dicitur & *Confœderatorum terra*, vernacule *Eydgnoschaft*, à fœdere quo inter se Helvetij iuncti sunt Hi Eutropio aliquando *Quadi* dicti fuere. *Helvetia* porro inter montem Iuram, Lacum Lemanum, Italiam & Rhenum sita est; Habetque ad ortum Solis Tirolensẽ comitatum, ad Austrum Alpes Cottias, Lombardiam, Mediolanensem Ducatum, & tractum Pedemontanum: ad Occasum Sabaudiam & Burgundiam: ad Septemtrionem Rhenum. Patent autem Helvetiorum fi- Situs.

HELVETIA
cum finitimis regionibus confœderatis.
Burgundiæ pars.
Sabaudiæ pars
Per Gerardum Mercatorem cum priuilegio.
Italiæ
Occidens
Oriens
Meridies
Septentrio
Lucerna
Lacus Constantiensis
Mediterraneum Helvetiæ

ſũnes in longitudinem CCXL. millia paſſuum, vt ait cæſar lib. I de bello Gall. quod & hodie verum eſt. At in latitudinem tantum LXXX; quam cæſar aliquanto maiorem facit. Regio omnis ſalubri fruitur aere: aclicet cellis præruptiſque montibus aſpera ſit, ita tamen miteſcere cœpit incolarum indefeſſo labore, induſtria ac cultura, vt nulla parte ſterilis ſit; quin ad vitam ſuſtentandam producat non ſolum neceſſaria, ſed & ea quæ delitijs ac luxui inſeruiunt. Frumentum abunde profert, quanquam pleriſque in locis, niſi gleba exuſta fuerit ſementem fruſtra proiceris; verum huic incommodo agricolarum labor ac induſtria occurrit. Vinũ multa loca adeo generoſum gignunt, vt Rhenenſe longe ſuperet, & ſapore & virtute. Huc accedunt pinguiſſima prata, in quibus tum greges, tum armenta magno numero paſcuntur, ex quibus incolæ magnum percipiunt emolumentum. Nam ſerum inde, (vt Oſvvaldus Molitor ſcribit) caſeus, butyrum, aliaque lactaria tanta fiũt copia, vt non tam Helvetia ijs rebus expleatur, quam finitimæ quoque nationes. Tranſuehuntur namque in Sueuiam, vltra Iuram montem, in Italiam, multaque alia loca. Ferarum etiam magnam multitudinem alit paſſim regio, vt ſunt vrſi, cerui, damæ, capreoli, Ibices, Lynces, Apri, & aliæ, vnde incolis frequens venatio nec deſunt aues, quarum captura hic admodum felix. Tutiſſima ſemper itinera fuerunt per Helvetiam, ſic vt; Mercatores opulentiſſimi iter fecerint faciantque liberi, & ſuas merces vltro citroque tranſportent, abſque vllo ſtipatorum comitatu, aut commeatu peculiari: quin in prouerbium abijt, ſiquis aurum in baculo a tergo dependens palam geſtet, huic licere tuto per Helvetiam iter facere. Helvetia Anarcha eſt, & libera, neque vlli principi ſubiecta, ex quo partim ciuilibus diſcordijs partim inclementioribus & iniuſtioribus imperijs illorum qui pro Imperatoribus ea loca adminiſtrarunt Helvetij incitati, quibus acceſſit ὄχος nobilitatis, fœdere inito iugum excuſſere, atque in libertatem ſeſe aſſeruere. Initium confœderationis fecerunt, Vri, Siluani, Suitenſes, in horum oppido. Exemplo inuitatæ paulo poſt vrbes reliquæ, cum irritare eas ac laceſſere potẽtes vicini non deſinerent, idem fecerunt, & inita cum prioribus atque inter ſeſe ſocietate, eaq; arctiſſimis fœderum legibus devincta, potentiam confecerunt vicinis facile parem, quæ victorijs & ſociorum acceſſione adaucta, tandem etiam formidabilis ijſdem euaſit. Gens eſt, vt Volaterranus ait, animæ prodiga, ac bellicoſiſſima: breui vtuntur armatura, pectore tantum verticeq; ac parte interiore lacertorum contecti. Tanta autem horum virtus, robur ac potentia, vt & principes & Imperatores aliquot, dum eos ſubiugare nituntur, non ſolum animus, ſed & opes & ſumptus defecerint, quod inviolata eorum fœdera, quorum modo meminim', præſtiterunt. Ager Helveticus in quatuor partes finditur quas ipſi *Gow* vocant, voce Germanica, quæ Regionem vel Pagum ſignificat; ſuntque hę: *Zurichgow, Wiſlipurgergow, Argow* & *Turgow*. Partes in quas præterea Helvetiæ Reſpublica diuiditur, cum vrbium nominibus, & Præfecturis habes in ipſo Mercatore. Lacuum ampliſſimorũ nuſquã maior numerus, quam in hac Prouincia, inter quos *Lucerinus, de Lucerner Zee, Tigurinus, Zuricher Zee: Rivarius Walẽzee; Nouburgẽſis, Nuwenburger Zee*, & omniũ maxim' *Acronius, der Boden Zee*, quẽ Solinus et Plinius *Brigantinum*, Ammianus Marcellinus *Brigantium* vocat, à Brigantio vetuſtiſſimo oppidulo. Longitudo eius eſt XXIV millium paſſuũ, latitudo minimum XII. Ammiani verba, quia luculentam Topographiam Lacus & Rheni cataractarum continent, adſcripſimus. *Inter montium celſorum anfractũ impulſus immani Rhenus extenditur, qui penes Alepontios in deciduas cataractas inclinatione pernici vt Nilus funditur, torrens ab ortu protinus primogenio, copijs aquarum proprijs irruit, curſu ſimplici: Iamque adiutus niuibus liquatis & ſolutis, alta diuortia riparum abradens, lacum inuadit rotundum & vaſtum, quem Brigantium accola Rhetus appellat, horror ſqualentium ſilvarum inacceſſum efficit, niſi qua vera in Alamania virtus et ſobria vita compoſuit locum Barbaris, & natura locorum, & cæli inclementia refragrante. Hanc ergo paludem ſpumoſus ſternendo verticibus amnis irrumpens, & vndarum quietem permeans, mediam velut funali, libramento interſecat, & tanquam elementum perpetua diſcordia ſeparatum nec aullo nec imminuto agmine quod intulit, vocabulo & viribus abſoluitur integris. Quodque eſt impendio mirum, nec flagnum aquarum rapido curſu mouetur, nec limoſa ſub colluuie tardatur properans flumen, & confuſum miſceri non poteſt corpus: quod niſi ita agi ipſe doceret aſpectus, nulla vi credebatur poſſe diſcerni*. Flumina vero Heluetiam rigantia ſunt *Renus, Rodanus, Adua, Ticinus, Limagus, Byrſa, Langarus, Sara, Taurus* vulgo *Dur, Aenus, Arola*, aliaq; permulta. Montes hic enumerare vix opus eſt cum notiores ſint per Orbem Rhetici montes quam vt quiſquam eorũ nomina deſideret. Verum ne hic quoque deſuiſſe videar, prodam ſaltem aliquot. Summæ Alpes nunc *Gothardi mons* dicitur, hinc ſequuntur Peninæ Alpes; apud Salaſſos *Cottiae Alpes* & *Sylvius* mons ſunt. Dein mõtes *S. Bernardi* maior & minor. *Graiae Alpes* Leopontiorum ſunt; *Adulas Mons* Germanis *der-Vogel*, Miſaucos attingit. *Iuliae Alpes* ac *Permurna* mons in Engadinorũ ora ſunt. Hinc *Valarius* & *Brantius* montes, apud Vennones; *Rhetico*, mons in Rhucantijs eſt. *Iuraſius* mons, Lemano imminet Lacui. Abnobæ montes in Tulingorum finibus ſunt. Atque hæc ſunt huius tractus famoſiſſima iuga. Sed de Alpibus fuſius in Italia. Siluæ ſunt innumeræ, ſingulæ Hercyniæ portiones ſunt, cuius hic caput eſt, quamvis varia ſibi hinc inde adſciſcat nomina, vtpote *Silua Brigantina, RhynWaldt, BonWaldt*, ac nonnulla alia. Helvetiorum Reſpublica ex optimatum & populi imperio mixta eſt. Etenim ex his populis quibus tota civitas conſtat, quidam mere Democratico Imperio vtuntur, vbi totius plebis conſilio fere omnia aguntur, veluti in his pagis qui nulla habent opida, vti ſunt Vranij, Suitij, Vnderwaldij, Glaronenſes & Abbatiſcellani: & par ratio eſt *Tiginorum* quamvis hi opidum habeant: alij ab optimatibus reguntur, vt omnes vrbes Helvetiæ Tigurum, Berna, Lucerna etc. ſed cum poteſtas ſumma penes populum ſit a quo Magiſtratus eliguntur, mixtæ ſunt hæ reſpublicæ, & alię magis Ariſtocraticæ, aliæ plus populares ſunt. Quare cum tota civitas conſtet his populis, qui non vna eadẽque reipublicæ forma vtuntur, non vna quoque ſed mixta quædam eſt Politia quæ ex his conficitur. Etſi enim legati qui in publicis conventibus in commune reipub. Helveticæ, conſulunt, aut ius dicunt, videntur Optimatum politiam conſtituere, tamen cum plerique domi a populo deligantur, & in cauſis paullo maioris momenti non habeãt liberam decernendi poteſtatem, ſed omnia ex mandato populi agant, & ad eum de ſingulis referre cogantur, facile apparet, talem ſenatum, non plene Ariſtocraticum cenſeri poſſe. Senatus Helveticus non idem eſt numero, nam aliquando conveniunt præter pagos etiam alij ſocij et fœderati civitatis Helveticæ, & præcipue ex his S. Galli, Rætorum & mulhuſianorum legati: atque hic eſt maximus & frequentiſſimus Senatus, et qui rarius convocatur, vbi de bello & pace aut alijs rebus agendum eſt, quæ ad omnes fideratos ex æquo pertinent. Plerunque ſolum pagorum tredecim legati conveniunt, & de rebus ad civitatem Helveticum ſpectantibus deliberant, & ſinguli par ius ſententiæ dicendæ habent & ſuffragij ferendi: itaq; cũ, vt ſæpe fit, ab aliquo pago bini legati mittuntur, vnum tantum ſuffragiũ habẽt, quoniam hæc iuxta pagorũ numerum æſtimantur, non legatorum. Multę ſunt Valles ſingulæ à ſingulis artificum generibus habitatæ, Ab Inſtitoribus Auguſtana, Cæmentarijs & Latomis, Ceſia, Fabris cultrorum Oſcela, Fumarijs, Vegetia, Reſinarijs denique & ſporularum textoribus Galancha. Atque hi mendicantium more regionatim oberrãt; ceteri vero ſinguli ſua arte viuunt.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Itinerum securitas.

Imperium Maiorum.

Virtus.

Lacus.

Fumina.

Abbatię *Imperij in hac tabula, quæ neque in Suevico circulo, neque in Germaniæ vniversali monstratæ sunt*
- *Reichenow.*
- *Schaffhusen.*
- *Kreutzlingen.*
- *Pfeffers, Pfefficon opinor.*

Tigurinus *pag⁹ habet extra vrbem*
- Maiores *præfecturas nouem, quæ sunt*
  - *Kyburg Comitatus 30 42:47 3.*
  - *Groningensis Præfectura 30 35:46 48.*
  - *Andelfingen 30 27:47 18.*
  - *Grifensee 30 33:46 56.*
  - *Eglisow 30 18:47 14.*
  - *Libera provincia.*
  - *Regensperg 30 15:47 10.*
  - *Vadisvillana, Wadischwyl 30 23:46 46.*
  - *Lauffa ad cataractas Rheni, Louffen 30 26:47 23.*
- Minores 22.

Vitodurum, *Winterthur 30 38:47 8. & Steina 30 40:47 25. Opida Tigurinis parent, proprios tamen Magistratus habent, sed Tigurinorum edictis tenentur, & in bello illis militant, proprijs tamen signis vtentes.*

Tugium *pagus duas habet partes & in illis conventus 4. ex quolibet autem conventu, 9. eliguntur Senatores, qui regioni consulant.*
- Oppidum *ipsum duorum conventuum loco censetur.*
- Ager *vicinus tres conventus habet.*
  - *Montanum.*
  - *Vallē Egeriam sive aquas regias 30 20:46 40.*
  - *Baram parochiam 30 10:46 48.*

Imperant *Tugini oppidani per præfectos in vrbe commorantes his locis. Cham oppido 30 5:46 46. S. Andreæ vico, Hunelbergo Wacheville, Steinhuse pago, 30 6:46 49.* S. *Wolfgango.*

Basilea *habet præfecturas quæ sunt.*
- *Farnsperg arx 29 34:47 22.*
- *Rinfeld in edito monte sita 29 28:47 27.*
- *Wallenburg opp. 29 23:47 14.*
- *Homburgum 29 27:47 13.*
- *Munchenstein 29 6:47 28.*
- *Ramstein 29 15:47 15.*

Toggius *Comitatus vbi Togwyl opinor est 30 28:46 52. Subest* Abbati *S. Galli, cùm Toggiani cives sint Suitiorum & Glaronensium.*

Rappersvyl *Com. 30 34:46 45.*

Straesberg *Comitatus opinor est 30 16:47 14. vbi Straesbeeg corruptè scriptum existimo.*

Kilchberg *Baronatus 30 17:46 55.*

Reliqua Tugini pagi & Tigurini habes in tabula Argow.

Ex Iosia Simlero.

Meridiani distant pro ratione 47 10. Paralleli ad circulum maximum.

ZVRICHGOVV, ET BASILIENSIS PROVINCIA.

DE Heluetia generatim dixi, sequuntur partes. Has Mercator tribus Tabulis sequentibus graphicè delineatas exhibet. In prima Prouincia duæ, ea quæ vernacule *Zurichgow*, & *Basiliensis*; in secunda *Wistlispurgergow*; & in tertia *Argow* proponitur, quarum descriptiones ordine dabo. Ad priorem prouinciam quæ prima Tabula depingitur quod attinet, ea vernaculè, *Tigurinus pagus* Cæsari dicitur. Solum huius tractus & potissimum per circuitum *Tiguri* ciuitatis primariæ est valde fœcundum, feraxque vini & frumenti plurimi. Vinum tamen plerumq; est subacerbum, nec potest ob vicinas Alpes ad perfectam peruenire maturitatem. Maturescit autem vinum, seu potius mitescit à sua austeritate post aliquot annos in penu cõseruatum. Abbatias Imperij neque in Sueuico circulo neque in Germaniæ vniuersali monstratas habet Mercator, Præfecturas item cùm Maiores tùm Minores enumerat. Vrbs huius prouinciæ primaria Latinis *Tigurum*, proximis aliquot seculis *Thuregũ*, dicta, vernaculè *Zurich*; Vetustissima est vrbs, sita loco amoeno ad exitũ Lacus magni qui hic desinit, excluditque amnem *Lindmagum* vulgò *Limmat* dictum, quem haud procul à Glarona recipit, & diuidit vrbẽ in duas ciuitates maiorẽ & minorẽ, quę tamen tribus cõiunguntur amoenis pontibus, in quib⁹ frequentes ciuium fiunt deambulationes. Forum habet frumentarium amplissimum, in quo ingens frumenti vis hebdomadatim diuenditur. Incredibilem piscium copiam Lacus Tigurinus huic vrbi suppeditat. Forum annonæ illic locuples est, lacus subuectioni idoneus. Etsi autem Tigurum quinto demum loco Heluetico fœderi accesserit, nihilo tamen minus propter vrbis celebritatem & potentiam princeps locus omnium cõsen-

Regio.

Soli fertilitas.

Vrbs Tigurum.

Alsatiæ
superioris
pars
Sligow
RAVRACI
die
Basseler
Ekckgow
SVEVIAE
PARS
Hegow
Der
Vider
See
Tungo
uber
pars
Bodensee
Obere See

ſenſu illi datus eſt, quem hodie quoque aucto foedere retinet in comitijs, legationibus, alijſque publicis actionibus. Viros illuſtres & claros multos habuit, *Conradum Pelicanum* linguæ Hebraeæ, Chaldaeæ & Thalmudicæ peritiſſimum; *Theodorum Bibliandrum*; *Conradum Geſnerum* polyhiſtora illum θαυμασιώτατον, ac multos alios egregios viros. Adcenſetur huic Prouinciæ Tugium pagus, cuius partes & in illis conuentus enumerat Mercator. Cæterum *Tugium*, vulgò *Zug*, oppidum, eiuſdemque nominis regio, verſus Septemtrionem, Suitiam vicinitate attingens in pede paſcui, & vitibus conſiti montis lacui piſcoſo adiacet, cui à ciuitate nomen *Lacus Tuginus*, qui ad Meridiem verſus ad Artenſe Opidum extenditur. Agrum compaſcuum, vini frumentique feracem habet. Eius cultores *Tugini*, Straboni verò lib. VII *Toygeni* dicuntur, qui cum Tigurinis & Cimbris inito fœdere, Romanis ſe oppoſuere. Conſulendi Plutarchus in vita Marij & Eutropius lib. V. Paruit Tugium aliquãdo nobilibus, poſtea in Auſtriorum poteſtatem peruenit, hi, bello Heluetico, perpetuò præſidia illic aluêre, quæ Suitios & Tigurinos infeſtabant. Itaque anno M. CCCLII Tigurini cum quatuor alijs pagis expeditionem aduerſus Tugium ſuſcepere. Præſidiarij, munitionibus Opidi diffidentes, ante aduentum Heluetiorum id deſeruere, ciues tamen, qui fidem Auſirio ſeruare vellent, obſidionem per dies XV. ſuſtinuerunt. Tandem deditionem fecêre, & Heluetijs ſacramentum dixerunt, hac conditione: ſi intra præfinitum tempus Dux Auſtrius eos, exercitu adducto, obſidione liberaret, ab Heluetico ſacramento liberi, in eius obedientiam redire poſſent. Cum autẽ vidiſſent ſibi nullam in Auſtrio ſpem eſſe, Heluetico fœderi ſe iunxerunt. Hæc de priore huius tabulæ prouincia; ſequitur altera, nimirum *Baſilienſis*, ab inclyta vrbe Baſilea ſic dicta. Dicitur & *Sungouia*, quod nomen à Sequanis deductum eſſe haud obſcura eſt coniectura, quam etiam Rhenanus approbat, rerum Germanicarum libro tertio. Agrum habet vini optimi, frumentique feraciſſimum. Vt etiam vicinis annonæ caritate preſſis, ſuccurrere valeant ipſius Incolæ. Sunt & pecorum paſcua lætiſſima. Hanc regionem olim, Scudo teſte, *Raurici* Ptol., Cæſari *Rauraci* inſederunt, quos refert, Heluetiorum exemplo, omnia ſua Opida vicoſque, & quicquid ædificiorum habebant, exuſſiſſe. Baſilea inclyta vrbs hodie regionis caput. Hanc nonnulli *Baſileam* dictam à Baſiliſco hic reperto, quorum opinio abſurda eſt, volunt. Alij à *Baſilena* Iuliani Imperatoris matre. Rhenãus à traiectu, quẽ lingua Romanenſis, hoc eſt Gallica paſſum vocat, vt ſit dicta *Baſilea*, quaſi *Paſſilea*. Et addit; traiectum hoc loco fuiſſe veriſimile eſſe, etiam dum ſtante Auguſta, quod hic propter vallem per quam torrens è Byrſa ductus fluit, ripa ſit humilior, & ob multas cauſas ad tranſitum aptiſſima, apud Auguſtam autẽ abrupta. Hanc tamen coniecturam Munſterus reijcit, authoritate Marcellini, qui ciuitatem illam Græca voce Βασιλείαν id eſt *Regnum*, vocat, quaſi *Regnopolim* ſeu *Regiam* ciuitatem. Alluitur hæc vrbs Rheno, qui eam pene mediam diuidit, niſi, quod ponte vnitur. Habet vrbs ipſa commoditatem magnam à Rheno, quia ad eam plures ſunt nauigationes, magniſque poteſt adiri oneribus. Paſſa eſt ante annos ducentos multos & graues terræmotus. Sed rurſum eſt inſtaurata, & anno M CCCCLX. à Pio Pontifice Academia ornata, quæ omnibus ab eodẽ donata priuilegijs, iuribus & immunitatibus, quibus fruuntur Academiæ Bononienſis, Colonienſis, Heidelbergenſis, Erdfordienſis, Lipſenſis, & Viennenſis. Prefecturas quæ huic ſubſunt, recenſet Mercator cum nonnullis Comitatibus & Baronatu Kilchbergenſi. Fluminibus hæc regio riuuliſque rigatur pluribus, quos omnes tandem Rhenus recipit. Inter hos *Rhenus*, *Byrſa* & *Wieſa*. *Byrſa* ex Iura monte per multas conualles Baſileam vſque devoluitur, plurima ſecum deferens ligna & lignorum rates. *Wieſa* verò flu. ab oppoſita parte à Nigra ſilua ſegregatur, adferunturque per eum plurimæ trabes ædificijs aptæ, ac deinde in minori Baſilea multis inſeruit officinis. Nam ſerrantur eius officio mola verſatili arbores in aſſeres, commolitur frumentum, acuuntur fabrilia inſtrumenta, ducuntur in bracteas ferreæ maſſæ, multiſque alijs conducit vſibus, præter id quod habet nobiles piſces, præſertim trutas. Et quamquam minor eſt oppoſito fluuio Byrſa, eſt tamen eo piſcoſior; pluribuſque inſeruit officinis, etiamſi Byrſa non modica quoque exhibeat miniſteria molitoribus, & Chartarijs, qui aliquot inſignes habent officinas iuxta hunc fluuium, aut potius iuxta riuulum ab eo ſegregatũ & ad moenia vſque maioris Baſileæ facto alveo, deductum. Sunt & hic *Tolderus*, *Largus*, alijque fluuij. Sed de his ſatis. Reſtat vt de adminiſtratione reipublicæ harum prouinciarum, paucula ſubijciamus. Ex tribubus omnes qui publicis concilijs interſunt, pari numero è ſingulis deliguntur, tam Tiguri quam Baſileę. Sunt autem præcipuæ autoritatis duo publica conſilia in hiſce vrbibus, maius quando plures nomine totius plebis cõveniunt, & id plerumque tantum in gravioribus negotijs & quæ ad totam Rempublicam pertinent conuocatur: minus quod quotidie Rempublicam adminiſtrat, & civium controverſias cognoſcit. Ac Tiguri maius conſilium eſt ccc hominum, Baſileæ CCXLIIII. Minus conſilium Tiguri L. hominibus conſtat. Baſileæ LXIIII. Etenim è ſingulis tribubus duodeni in maius conſilium aſſumuntur, niſi quod Tiguri è nobilium ſocietate XVIII deliguntur. In minus conſiliũ Tiguri ſingulæ tribus dant ternos homines, quaternos Baſileę: his accedunt duo Conſules in ſingulis vrbibus publici conſilij capita; Baſileæ præter ea totidem Tribuni, quos vna cum conſulibus capita nominant: præterea Tiguri nobilium ſocietas ſenos in minus conſilium mittit, cũ aliæ tribus tantum ternos dent, & adhuc ſex alij liberis ſuffragijs cooptantur, ex quibuſcumque tribubus magiſtratui viſum fuerit. Minus conſilium dividitur in vetus & novum: veterem ſenatum eos nominamus, qui per medium annum munere ſuo, defuncti ſunt: hi etsi quoque conuocantur cum ſenatus habetur, non tamẽ ſemper vocantur, & ſunt quędam quæ novus ſenatus tantum tranſigit. Baſileæ etiam maius conſilium simili modo diuiditur, atque è duodecem viris tribuum ſex nouo & totidem veteri ſenatui accenſentur. Conuenit autem minus conſilium plerumque ter, nonnumquam etiam quater ſingulis ſeptimanis. Vtriq; ſenatui præeſt Conſul, quem *Burgermeiſter*, hoc eſt civium magiſtrum vernacule nominare ſolent, hunc maius conſilium eligit. Conſulibus poteſtate proximi ſunt Tribuni, hos Tigurini *Oberſtzemeiſter*, Baſilienſes *Zunffrmeiſter* vocant; horum tres ſunt Tiguri, duo tantum Baſileæ, qui vna cum duobus conſulibus quatuor vrbis capita nominãtur. Sed hæc ſufficient. Plura qui petet, Ioſiam Simlerum adeat copioſe ac docte de his diſſerentem, ex quo hęc deſumpſimus.

Tugium Pagus.
Stius.
Soli fertilitas.
Imperium Maiorum.
Prouincia Baſilienſis.
Vnde dicta.
Vrbs Baſilea.
Flumina.
Ratio gubernandi.

VVIFLISPVRGERGOVV.

IN HAC TABVLA TOTVS FERE BERNATVM PAGVS CONTINETVR, ET FRIBVRGI.

Berna *Præfecturas habet*

Harum *quædam in vniuersali Heluetia, quædã in Zurichgow tabula quærenda sunt.*

Germanicas 31.

- 4. *Suburbanas, quibus totidem vrbis signiferi præsunt, & sub eorum signis, singulæ præfecturæ in bellum proficiscuntur.*
- *Haselia vallis, Hasli* 29 15:46 45.
- *Vnderseæ Opp. Vnderseuwen* 29 30:46 23.
- *Simmia vallis superior* 29 10:45 55.
- *Inferior Simmia vallis* 29 10:46 20.
- *Frutingen* 29 23:46 14.
- *Sana* 29 0:45 58.
- *Aelen.*
- *Thun* 29 15:46 27.
- *Louppen* 28 49:46 35.
- *Signaw* 29 21:46 37.
- *Drachselwald* 29 23:46 43.
- *Emmæ fluuij vallis* 29 34:46 32.
- *Brandis* 29 20:46 45.
- *Suomiswald* 29 24:46 44.
- *Burgdorff* 29 11:46 48.
- *Biereneck* 29 17:46 52.
- *Landshuot* 29 6:46 52.
- *Arberg* 28 47:46 44.
- *Nidow* 28 45:46 51.
- *Erlach* 28 35:46 44.
- *Pippium* 29 10:47 1.
- *Wangen* 29 14:47 0.
- *Arwangen* 29 22:46 58.
- *Arburg* 29 32:47 4.
- *Biberstein* 29 44:47 11.
- *Schenckenberg* 29 47:47 16.
- *Lentzburg* 29 50:47 7.
- *Item 3. libera oppida in pago Verbigeno Bernensium imperium agnoscunt: Zoffingen* 29 33:47 1. *Araw* 29 41:47 9. *& Bruck* 29 55:47 14.
- *Item Cœnobiorum Præfecturæ nouem, quarum sex ciuilẽ quoq; iurisdictionẽ habent.*

Gallicas 8. *quæ sunt*

- *Auenticum Wistispurg* 28 33:46 34.
- *Minnidunum, Moulden* 28 21:46 19.
- *Tuerdon* 28 10:46 30.
- *Lausanna* 28 14:46 5.
- *Morges* 28 4:46 2.
- *Neuidunum Nyon* 27 47:45 56.
- *Oron* 28 28:46 12.
- *Zilia cum Vibisco seu Viuey* 28 31:45 59.
- *Item tres Cœnobiorum Præfecturas.*

Friburgi *Præfecturæ quæ etiam Bernatibus sunt communes,*

- *Morten* 28 39:46 37.
- *Schwartzenburg* 28 56:46 24.
- *Granson* 28 11:46 33.
- *Chalans siue Scherlin.*

His Bernates, & Friburgenses alternatim per quinquennium Præfectos constituunt, sic vt Præfecto ex vna vrbe constituto, prouocationes ad alteram fiant, & ab eadem rationes Præfecti examinentur.

Comites in hac parte

Nuenburg 28 23:46 44.
Nudow 28 45:46 51.
Arberg 28 47:46 44.

Balm Baronatus 28 46:46 38.

Ex Iosia Simlero.

Meridiani distant iuxta rationem 46 20. Paralleli ad circulum maximum.

VVIFLISPVRGERGOVV

SEquitur apud authorem *Pagus Auenticus*, vulgo *Wistispurgergow*. Nomẽ habet ab Opido *Wistispurg*, quod olim tempore Iulij Cæsarijs Heluetiorum caput erat, & *Auenticum* dicebatur. Regio comprehensa est intra Sabaudiæ Limites, etiamsi pareat Bernatibus & Friburgensibus, sicut & terra ex opposito & vltra Lacum Bielensem, siue Neoburgensem sita. Satis ferax est vini & frumenti. Cæterum in hac Tabula totus ferè *Bernatum pagus* continetur, & *Friburgi*. Prioris vrbs primaria *Berna*. Hæc si annos numeres non admodum vetus est, si situm & cultum, si mores & ciuilitatem, si leges & instituta, si potentiam ac virtutem respicias,

Regio. *Vnde dicta.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes.*

Das
WIFLISPVR
GERGOV
Burgandiæ · pars
Lacus Neocomensis
Lacus Constantiensis
Thunerse lac
Lemanus Lacus
der Lesinner oder Genfer see
Pays de Gaux

cias, nulli vrbium cedit. De cuius constructione sic legimus. Berchtoldus Zeringiæ Dux IV huius nominis, construxit suo tempore duo Friburga, id est libera castella, vnum scilicet in Brisgoia, & alterum in Nuchtlandia. Et quo sui subditi, firmiorem & tutiorem in Nuchtlandia haberent mansionem, deliberauit aliam exstruere ciuitatem iuxta arcem suam, quæ *Nideck* appellabatur, in peninsula quæ *Sacous* vocabatur, quam tunc silua quercina occupabat. Quodam autem tempore quum idem Berchtoldus venationi intenderet, dicebat suis: Ciuitatem quam in hoc opportuno loco condere deliberauimus, nominari volumus vocabulo bestiæ, quæ nobis primum occurrerit captaque fuerit. Ceperunt autem vrsum, quem Germani *Beren* vocant. Cumque eo loco, vt diximus, plurimæ crescerent quercus, quo ciuitas erat condenda, omnes ferè arbores illæ pro domorũ structura insumtæ fuere. Vnde & operarij vulgo dicebant quum resecarent arbores: *Holtz lass dich hauwen gern: die stat muß heissen Bern*: I. *Arbores sinite vt secemini libenter: Quoniã ciuitas ista vocabitur Bern.* Est autem huius ciuitatis situs veluti in peninsula, quã facit *Arola* fluuius nauigabilis. Nã ad Meridiẽ vrbis fluit amnis ille in demisso loco ab Occasu in Ortũ, ac tunc reflexus petit occasum ad iactũ bombardæ, quanta scilicet est lõgitudo ciuitatis, sicq; Amnis est ciuitati loco fossæ aqua inundantis, nisi quod ab Occasu ad iactũ balistæ fundus ciuitatis cohæret cõtinẽti; qui isthmus si perfoderetur haberet Berna formam Insulæ. Est autem à Meridie & à Septemtrione valde profundus prospectus in subiectam decurrentem aquã; ab ortu lenis est ascensus in summitatem ciuitatis. Adiacens solum omnium rerum est ferax, præterquam vini, quod haud procul Bernates ex sua terra petunt optimũ. Crescit etiam ab vno latere ciuitatis vinum, sed neque celebre neque multum. Ceterum Berchtoldus IV huius vrbis conditor obijt, ante quam ciuitati colophonem imponeret, eius operis consũmationem relinquens filio Berchtoldo V. & vltimo Duci Zeringẽsi. Hic ex vxore filia Comitis de Kiburg duos filios genuit, quos nobiles regionis veneno extingui curauerunt, ob id potissimum quod arbitrabantur Berchtoldum odio & æmulatione ædificium ciuitatis consummasse, quo eos sub iugo seruitutis continere posset. Præfecturas quas Berna sub se habet tam Germanicas, quam Gallicas Mercator enumerat, inter quas Lausanna Civitas Episcopalis. Sitũ habet mirabilem; occupat enim duos oppositos colles & intermediam vallem. Cathedralis ecclesia & Canonicorum ẽdes tenent collem Septemtrionalem, & ex opposito colle meridiano patet descensus magnus ad lacum vsque. Forensis verò locus est in conualle. A morte Caroli ducis Burgundiæ, redemta à Principibus Sabaudiæ Lausanna, Ciues Lausannenses interim singulari familiaritate fuerunt iuncti Bernatibus, vsq; ad annum MD.XXXVI, quo Lausanna cum omni circumiacente regione ad dominium Bernatium peruenit. At cives fruũtur interim omnibus suis privilegijs & iuribus. Ad alteram huius Tabulæ partem transeo, in qua *Friburgi* Præfecturæ etiam Bernatibus communes à Mercatore recensentur. *Friburgum* Opidum apud Nicitones situm in Vchtlandia ad Sanam fluuium, à Berchtoldo IV Zeringensiũ Duce paucis ante Bernam annis cõditum. Regnante si quidem Lothario Anno Domini MCXXVII *Guilelmus* Vchtlandiæ Comes mortuus est, vt Nauclerus scribit, quo tempore ab Imperatore Lothario Vchtlandia Conrado Zeringensi Principi committitur. Quo mortuo anno M.CLII. successit ei filius eius Dux *Berchtoldus* Zeringensis eius nominis IV. Is vtriusque *Friburgi Brisgoiæ* & *Vchtlandiæ* fundamenta posuit, vt supra quoque diximus, Anno post Christum natum M.CLII non sine priuilegiorum amplissimorum donatione. Quemadmodum & subsequentes ex ordine Imperatores, vtrumque oppidum, non minore fauore prosequuti sunt, quam si Imperij membra essent. Anno deinde Domini M.CC.XVIII. *Berchtoldo* V Zeringensium Duce, è viuis sublato, Friburgum Vchtlandiæ priuilegijs omnibus illæsis, ad *Comites Kiburgenses* deuenit. Anno verò Christi M.CCIX. *Eberhardus Comes Habsburgensis*, istius vrbis habenas tenuit. Is anno Salutis M.CCIXX Regi Rudolpho ab Habsburg, peringenti pecunia suum in hanc vrbem, ius vendidit. Hinc Æneas Syluius, Friburgum nobilem Austriæ domum nuncupat. Incolæ tandem earum mutationum pertæsi, non sine maxima pecuniarum vi, libertatem ab Austriæ domo redemerunt. Itaque hoc tempore, Heluetici iuris est. Eiuscemodi in Friburgensi muro epitaphium inuenitur.

Dum bis sexcentis ter senis iungitur annus,
In Friburg moritur, Bertholdus Dux Alemannus.

Oppidum ipsum mirabilem situm obtinet, partim enim monti præcipitibus petris suffulto impositum est, partim iacet in valle accliuis montibus clausa, circumfluitq; montem, in imo per desidentem ciuitatẽ amnis, *Sana* mediocris magnitudinis. Prætorium situm est in præcipiti rupe, vbi olim Arx fuit, à qua tẽporum successũ creuit ciuitas ipsa, supra & infra. Oppositi montes sustentant moenia, tametsi in orientali monte, nullæ fere domus, præter munitiones existant. Quocumque pergis in ciuitate, est tibi, vel ascendendum vel descendendũ. Ager eius profert omnia necessaria præter vinum, quo non nisi importato vtitur. Et Hæc de huius Tractus Ciuitatibus: nunc nonnulla de administratione Reipublicæ harum Vrbium addamus. Genus Reipublicæ est in his, quale in ijs vrbibus Heluetię quæ non sunt distributæ in certas tribus ex quibus magistratus pari numero deligantur. In his autem Vrbibus summum magistratum & caput publici consilij vocant, *ein Schuldtheßen.* Vox hæc Germanica in Longobardorum legibus vsurpatur, & *Schuldahis* scribitur: videtur autem etymon vocis esse a debito, id enim *Schuld*, & iubendo, quod videlicet *Schuldahis* debitoribus imperet vt creditoribus suis satisfaciant. Iste in hisce vrbibus summam auctoritatem & potentiam obtinet. Consilia hic publica etiam duo sunt, maius & minus. Maius consilium Bernæ sicut & Tiguri nomen habet ducentorum, quamvis plures sint ducentis. Minus vero consilium Bernæ est hominum XXVI. Senatus eligendi ratio hæc Bernæ seruatur. Quatuor vrbis signiferi ex omni civium numero viros XVI expertæ fidei & virtutis sibi adiungunt: atque hi XX viri vna cum Consule maiorem senatum deligunt: ac postea etiam Minorem. Consules quorum præcipua dignitas est, ab vtroque consilio communibus suffragijs eliguntur. Friburgi itidem maius consilium CC hominum minus XXIIII. Administrantur autem a minore Senatu res vrbanæ, ac prouocationes subditorum audiuntur, præterquam ex Præfecturis Sabaudicis postremo bello captis. Quæ autem ad totam Rempub. pertinent, maximique sunt momenti, ad ducentos seu maius consilium referuntur. Consul qui vtrique Consilio præsidet, ab vniuerso populo deligitur.

Ratio gubernandi.

CHOROGRAPHIA,

SEV DESCRIPTIO LACVS LEMANI & LOCORVM CIRCUMJACENTIUM.

Auctore Iacobo Goulartio.

IN hac Tabula prima fronte *Lacus Lemanus* in confinijs Ducatus Sabaudiæ, Comitatus Burgundiæ, Dominatus Helvetiæ & Episcopatus Valesiæ conspicitur. Circa Lacum vero nomina Regionum, Præfecturarum, Baronatuum, Ditionum, Itinerum, Fluviorum, Montium, Vrbium, Pagorum, Castellorum & Castrorũ leguntur. Sabaudiã incolunt Populi Cisalpini linguę Gallicæ non imperiti, qui olim Allobroges, teste Iulio Cæsare Commentariorum initio, ab Allobroge Galliarum Rege qui florebat anno mundi circiter 2433. ac postea Bagaudæ, teste præstantissimo Antistite Fauchetio, & tandem Sabaudi nuncupati sunt, Gallice Savoysiens, Sabaudice Savoyarde. Illam Regionem ab anno Domini 1126 Comites, & ab anno D. 1420 Duces hactenus rexerunt. Eadem Regio fertur a Legione latronum primum diuque culta. Verum hodie tuta sunt ibi & secura tempore pacis itinera. De Cœli temperie conqueruntur incolæ dicentes ut plurimum, ô quam frigus viget! vel, quam æstus ingens est! Et tamen fere nunquam congelatur Lacus nec Rhodanus. Aestus vero non solet ibi esse tam ingens quam in Delphinatu, nec frigus tam vehemens quam in Inferiori Germania, vbi flumina congelari solent. Aer quibusdam in locis adeo est subtilis vt famem acuat; contra in quibusdam alijs famem & sitim sedat. Solum est aratione facile & fertile. Abundat enim Vuis, Tritico, Pisis, Rapis, Caulibus, Faseolis, Melonibus, Porris, Cepis, Fabis & Lentibus; necnon Ordeo, Fœno & Avenâ, atque alijs Frugibus. Fructus vulgares hi sunt, Nuces, Poma, Pira varia, Cerasa dulcia & acida, Mora nigra & alba, Castaneæ & Amigdalæ; rariores sunt Ficus. Iucunda quoque adest varietas tum cœlestium, tum aquatilium, tum terrestrium Animalium. Vuandalæ Helvetici Lausãnam & vicina loca colentes subditi sunt Illustriss. Dominorũ Bernensiũ ditioni, quorũ nomine Præfecti per quinquennium magna cum authoritate clavem & clavum Rerum publicarum tenent. In Præfectura Lausannensi singulis annis 45. Verbi Dei Ministri non imperiti semel atque iterum congregantur. In Prefectura vero Morgiensi circiter 30. Et in Verbigenensi seu Orbensi 17. Quorum maxima pars duarum vel trium Ecclesiarum curam gerit.

Lacus Lemanus

Nomina Regionum circa Lacum.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animaliũ varietas.

Secundum vetusta Chronica, Anno Mundi 2790. Lausannæ fundamenta jecit Arpentinus Herculis Centenarius, a quo derivatum est antiquum eius nomen Carpentras, quod mutatum est cum transferretur in Montem civitas circa tempora Martini Episcopi Lausannensis Anno Domini 593. Vrbs Neviduni, olim Benevis vulgo dicta, ante adventum Iulij Cæsaris desolata & diruta, Imperatoris Flavij Vespasiani tempore restaurata fuit a quodam eius Centenario nomine Nyon. Cossonex Anno Domini 442. structum est. Albona vero Anno D. 456 & sequentibus condita. *GENEVA*, civitas equestris, libera & Imperialis, in qua cuditur Moneta alba & nigra satis nota & probata, primum vocata est Genevra, vt nonnulli existimant, quoniam Iuniperi loco in colle sita est, quem situm ei dedit *Lemannus* (pater Alemannorum seu Germanorum) Priami nepos, Paridis filius, anno mundi 2994. Postea vocata est Aurelia ab Aureliano Imperatore, quoniam Restaurator fuit ejusdem civitatis, quæ Heliogabali temporibus fnndjtus combusta fuerat. A Iulio Cæsare seu a Latinis vocata est Geneva, & a Poetis, metri causa Gebenna, nec nona Notarijs. A Germanis Genf. A Gallis *Geneve*, cuius anagramma peraptum est *VENGEE*. Etenim multoties ab hostium injurijs & proditorũ astutijs cœlitus vindicata est, ac præsertim 12. seu 22. Decembris 1602. Castellum Morgiarum anno Domini 1135. Imp. Clotario constructum est. Aquianum, vulgo Evian, á Petro Sabaudiæ Comitis Amedæi fratre & Vicario conditum est anno 1237. Lacus ille Genevensis ex parte Heluetiæ in longitudinem XVI. ex parte vero Sabaudiæ XII. et in latitudinem 4. milliarium sese extendit. Portus habet frequentes ad minimum 16. Ex portu Morgiensi & Rotulensi, vulgo *Rolle*, vinum optimum: ex portu vero Promontorij, vulgo *Pormentou*, & Neronis, vulgò *Nerny*, magna copia ligni & carbonis Geneuam advehitur. *Rhodanus* Lemanum interfluens ab origine sua vsque ad introitum Lacus nõ est patiens navium, neque a Ponte Helvetico suburbij Genevensis vsque ad proximum oppidum nomine Sessel, quod 7. milliaribus ab vrbe distat. Idem fluvius certo loco 5. miliaribus ab vrbe distante in Barathrum subterraneum labitur. Conterranei Fluvij in Lacum Lemanum fluentes sunt etiam Nauium impatientes, varijs de causis. Rivus Lausãnam interfluens olim Carma dictus est, & inversis syllabis Macar, quod apud Homerum felicem significat.

Vrbes.

Portus.

Flumina.

CHOROGRAPHICA TABULA LACUS LEMANNI
LOCORUMQVE CIRCUMIACENTIUM AUTORE IAC. G. Genevensi.

Montes.

Iurassus Mons tantæ est longitudinis, vt eius incolæ a Germanis olim Longimani dicti sint. Nam ex ejus extremis cacuminibus conspiciuntur Templa Genevæ & Basileæ, quatuor aut quinque dierum itinere ab invicem distantia. In eo spectatur cum admiratione petra pertusa, quam Sebastianus Munsterus in sua Cosmographia describit: Item Castellum Puellæ seu Virginis a Iulio Cæsare conditum: Item S. Claudij Opidum, quod a Claudis e longinquo nomine Religionis invisitur: Item Fons Niveus æstivo tempore: Item Puteus naturalis instar theatri latus, instar Templi mediocris altus, & instar antri obscurus, perpetuo nive & glacie ac forte Cristallo plenus. Non procul a Lacu Lemano ex parte Sabaudiæ conspiciuntur Montes media æstate nive cooperti. Est quidam mons uno milliari ab urbe Geneva distãs, quem nonnulli non sine horrore conscendunt per gradus arte plus quam humana e rupe scissos, strictos, & fere innumeros. Sunt qui supremo gradui pedem adponentes, identidem a conspectu horrendi præcipitij regressi sunt. Est alius mons non procul ab Aquilæ Opido versus Valesiam, de cuius stupendo casu & effectu legatur Historia in Historijs memorabilibus nostri temporis, capite Terræmotuum, nuper Gallice in lucem editis, Lutetiæ Parisiorum. Mons S. Sergij fertilissimus est inter cæteros Chablasij, inter quos alter etiam fertilis est. Cæteri nihil nisi ligna seu arbuscula ferunt cum pascuis vaccarum, quæ in planitie montium æstivo tempore saginantur, & lacubere reddunt. Cæterum quis enumeret casus & res memorabiles in ijs tempore belli gestas? Quantum & quam formidabile præcipitium montis Mustruacẽsis, in quod singulis annis multi equi onusti ac nonnulli mercatores præcipites ruunt? De rupibus instar dẽtium aut ensium acutis acutiori stilo est scribendum aut silendum. De radicibus Aquianensium montium notum est eas ignotas esse, propter altitudinem Lacus, e cujus imo originem trahunt.

Silvæ.

Sylvarum maxima pars pauperibus & divitibus castaneas suppeditat, porcis & suibus glandes, igni ligna vili precio, agricolis curricula & aratoribus aratra.

Opera publica.

In his locis nullæ aut paucæ sunt ædiculæ sanctorum reliquijs venerabiles, propter exulatam idololatriam. Supersunt quidem Templa sumptu & artificio magnifica, imprimis Lausannense marmore nigrescens interius, necnon Genevense perantiquum albo ferro refulgens semel atque iterum fulmine ictum, ita ut crux plumbea combusta sit & turris alta demissa, quod ante Caroli Magni adventum exstabat. Adde Templum Viviacense inter vineas extra urbis mœnia locatum, & Morgiense nuper adornatum. Sed ibi simulacra deleta sunt. Remanserunt quidem Sepulchra in Templis, sed ab anno Domini 1530. nemo amplius sepultus est in ijs, ne Calvinus quidem, cujus sepulchrum in communi Dormitorio non magis apparet quam corpus Mosis in monte, de quo loquitur Apostolus Iudas. Non deest Genevæ Orphanotrophium nec Nosocomium: sed vtrumque includitur Xenodochio, in quo habitat Catechista & pædagogus in consolatione ægrorum & precibus vigilans, quod etiam proprium Medicum & Pharmacopolam habet.

Curia.

Curia municipalis Genevensis in qua quotidie viginti quinque prudentes & pij Senatores Reipublicæ causa conveniunt, in qua etiam membranæ scriptæ cum codicibus asservantur, noctu a civibus ipsis custoditur.

Senatores.

Ex vna parte Portæ collocata est Sedes Iudicij, vulgo Tribunal, magnifica.

Prophana.

Ex altera parte Portæ prostat Monumentum notatu dignissimum de tempore, occasione & medijs renovati status. Armamentarium egregie instructum prope Curiam ostenditur. In eadem civitate multa sunt propugnacula eminentia & bombardis munita. Arces multæ sunt & fuerunt in hac Regione, quarum vna S. Catharina dicta in qua reposita erant instrumenta bellica ad obsidionem Genevæ parata & illuc adducta an. 1590. Capta est a Rege Henrico quarto eiusque jussu diruta, anno D. 1601. Altera quæ opportune in oppositum ab ipsis Genevensibus erecta erat, pacis & parcimoniæ causa in Chaos redacta est. Tertia, vulgo Ripaille dicta, auxilio Gallicarum cohortium in potestatem Genevensium venit anno 1589. & desolata est, vt & quarta, quæ erat Versovij quum ab ijsdem Genevensibus capta est. Nonnullæ ibi sunt Turres affabre & ingeniose erectæ, inter quas una dicitur Turris Magistra, quæ Geneuam ex parte Lacus & Sabaudiæ defendit: alia dicitur Turris Insulæ, vel Cæsaris, quæ in alta insula sita est ad defensionem Pontis olim ad Helvetios pertinentis, & ut fertur ab eodem Imperatore constructa est. Ratio munitionis optima est Genevæ, vt semel compertum est. Nam extrema fame premi ab hostibus non potuerunt: quoniam Lacus alluẽs & Rhodanus interluens optimos eis & plurimos pisces suppeditarunt, & quotidie suppeditant. Nec ipsis munitio pulverum nigrorum deesse potest, quandoquidem ibi quotidie conficitur aut confici potest.

Leges & institutæ.

Statuta & Leges Reipublicæ Collegijque Genevensis leguntur in libro impresso.

Nobiliores familiæ.

Magnus est in his locis nobilium familiarum numerus.

Bonarum artium studijs celebres viri.

Quod attinet Viros ingenio & artium scientiarumve professione celebres, non pauci sunt qui suis scriptis Theologicis & Philosophicis claruere. Petrus Viretus Verbigenensis, Gulielmus Farellus, Ioannes Calvinus, Antonius Sadeel, Petrus Cevalerius, Nicolaus Colladonus, Cornelius Bertramus, Alberius, Alizetus, Sequierius, Bucanus, qui omnes superiori seculo Genevæ, Lausannæ, Morgijs & Albonę Pastorum atque Professorum munera diligentissime diuque obierunt, quibus succedunt in scribendo clari Theodorus Beza Veseleus, Simon Goulartius, Silvanertinus, Antonius Faius, Ioannes Lacomotus Pastores, Iacobus Lectius Senator, Ioannes Deodatus Genevensis Linguę Sanctæ & Theologiæ Sacræ Professor, Isaacus Casaubonus regius Linguæ Græcæ Professor, & Gasparus Laurentius eiusdem Linguæ Professor.

Bibliothecæ

Cæterum Bibliotheca publica Genevæ multis eximijs manuscriptis ornata est. Lausannensis vero Patrum & aliorum præstantis. Theologorum opusculis instructa est.

Vulgi mores.

Quod vulgus attinet, a barbarie videtur alienum: etenim magno amore & honore advenas colit & excipit:

Mercimonia.

peregre truttas ponderosas, cappones pingues, caseos bonos, aurea fila, & setam inter cæteras merces mittit.

In hac tabula Lucerna, Vren, Svvytz, Vndervvald, Glarona pagi, pro maxima sui parte continentur.

- Lucerna *habet Præfecturas*
  - Duas, *in quibus Præfecti ibidem loci habitant,*
    - *Wikensem, Wicken opinor 29 34: 46 36.*
    - *Sempach 29 46: 46 46. Sed Præfectus huius nullum ius in oppidum habet, tantum lacui & piscatoni præest.*
  - Reliquas *administrant Senatores in vrbe manentes, quæ sunt,*
    - *Willisow 29 35: 46 48:*
    - *Entlibuchia vallis 29 40: 46 29.*
    - *Rotenburg forte Rott 29 59: 46 44. aut locus aliquis illi proximus.*
    - *Habspurg 29 53: 47 12.*
    - *Berona cum vicino agro Chelampt, id est Michaelis Præfectura dicto.*
    - *Merischvvanden 30 1: 46 56.*
    - *Waggis 30 11: 46 33.*
    - *Ebicona.*
    - *Horba.*
    - *Kricntz 29 53: 46 34.*
    - *Item duæ vrbes Surseium 29 43: 46 49 & Sempachium 29 46: 46 46. in clientela sunt Lucernatum, habent tamen proprium Consilium, quod causas, tam ciuiles quã criminales iudicat, sed princeps concilij Surfei, Schultheis dictus, iusiurandum dat Lucernatibus. Sempachij vero a Senatu Lucernate deligitur, attamen ex ciuium Sempachianorum numero.*

Vriorum *pagus in 10 partes, siue communitates diuiditur, quas ipsi vocant Gnossaminen, quasi dicas participationes, quod soli ex hũ electi Senatores omnium munerum participes sint, & ad annuos conventus vocentur.*

Suitiorum *regio diuisa est in partes 6. quas quartas vocant, veteris diuisionis nomen in recentiori & senaria retinentes.*

Vndervvaldia *pagus in duos conuentus distributus est, per Syluam Kernvvald, superiorem videlicet & inferiorem, tota regione Vnderwaldia nomine nihilominus comprehensa.*

Glarona *in 15. partes distributa est, quas vocant Tagvvan. Imperat Werdenbergen Comitatui 31 22: 46 38. quem Comitatum emerunt anno 1517. Cum Suitijs alternatim præfectos mittunt Vzenacum Visnach 30 41: 46 41. & in Castra Retica Wesom 30 43: 46 39.*

Flamburg Comitatus propè Suitios, in regione quæ Marka dicitur.
Humberg Baronatus 29 17: 46 30.
Ringenberg, Rinckenberg existimo 30 50: 46 12.

Ex Iosia Simlero.

Meridiani distant iuxta rationem 46 20. Paralleli ad circulum maximum.

ARGOVV.

Argouia, vulgo *Argovv*, pars fuit *Regni Transiurensis*, quod quid quid á Iura monte, Alpes ad vsque excurrebat (cui quondã Helvetij, Rauraci, & Allobrogum pars, hodie vero Sabaudiæ Ducatus, ac Vchtlandia, Brisgo-via, Suntgovia, Cremerlandia & Tigurinensis Præfectura sive Helvetiorum hodiernorũ pagi tenent) comprehendebat. Hac autem Tabula *Lucerna, Vren, Svvytz, Vndervvald, Glarona* pagi pro maxima sui parte continentur. *Lucerna* Helvetiorũ vrbs quã Meyerus *Lacocernã* nominat, sita est ad fluvium Rusã qua is effluit ex Lacu amplo, & per quem ad tres pagos navigatur, ad pedem altissimi montis, quem *Fractũ & Pilati Montem* vulgo nuncupant. Locus vrbi commodus est, quod hac iter sit in Italiam per Alpes Lepontias, quem *Montem S. Gothardi* hodie nominant, hinc merces ad Alpes subuehuntur, indeque in Italiam elitellarijs iumentis, & vicissim Italicæ merces per Lacum & Rusam fluuium in Rhenum ac porro in Oceanum descendunt. Habent autem Lucernates, maiorem fere commoditatem ex Lacu, quam ex adiacente solo, tametsi eximia quoq; habeant prata, & pabula pecorib' nutriendis idonea. Vrbs est satis amœna & elegans, dignitate ac opibus par multis, Commune emporium Suitensium, Vranorum & Transilvuanorum. Origo vrbis incerta est: vtrinque ad flumen extitisse castella singula traditur (hodie sunt ciuium ædes) quę ab Alemannis extructa creduntur. Nomen accepisse videtur á Lucerna quæ forte illic in vsum nauigantium noctu ponebatur, atque huic rei credibile est, inseruijsse turrim illam vetustam, quæ ad superiorem pontem hodie ab aquis nomen habet, qualis & Tiguri cernitur á fluctibus *Wellenberga* dicta: *Pharos* antiqui turres huius generis appellarunt. Tradunt annales domestici Lucernates Carolo Magno aduersus Saracenos militasse, & ab eo cum priuilegia quędam consequutos, tum cornuum vsum, quibus adhuc classicum tempore

Regio. *Situs.* *Lucerna vrbs.*

Luzerner See
Die Vier Waldstetten See
Zurich See
Zuger See
Oberer See
Die Marck
Der Walen See
Thuner See
Brienzer See
Zurich
Zug
Luzern
Schwytz
Glarus
Uri
Unterwalden
Wallis
Rhein wälder
Oberer Hubertaum

Imperium Maiorum. belli, canunt. Penes Canonicorum collegium maxima hic quondam potestas fuit. Quod in potestatem deinde Abbatis Murbacensis ex donatione Pipini Regis peruenit. Tum *Albertus Austrius* Imperator, Lucernam á Murbacensi Abbate emit. Sed non ita multo post, Lucernates sub Austriorum imperio, grauibus oneribus pressi, pacis & libertatis amore anno MCCCXXXII fœderi nomen subscripsere. Præfecturæ Lucernatum á Mercatore recēsentur. Sequuntur *Pagi, Vriorum, Vraniorum*, siue *Vraniæ*. Huius incolas tempore Iulij Cæsaris, appellarunt Romani *Taurisços*, & nomen *Vri* quo hodie nuncupātur, putatur originem duxisse ab *Vranis*, quos Veteres *Taurisços* nominauerunt, sicut et in hunc vsque diem *Siebentalenses* tauros vocant *Vros* more Veterum Germanorum. Deinde & regio ista habet nigrum tauricaput, in campo croceo, quo pro insignibus vtitur. *Suitiorum* siue *Suitiæ*; *Suitia* siue *Suicia*, Opidum vniuersæ Heluetiæ nomen communicat, nam ab ijs primum ædificatum est, qui nouis quærendis sedibus ex Sueciæ regno huc profugerant. Ex tribus pagis est vnus, qui contra nobilium insolentiam fœdere coniuncti fuerunt, robustos, belloque potentes homines edit, qui frequenter hostibus incusserunt terrorem. Ex ijs rebus, quæ terra compascua ex se fundit, fere omnes vitam sustentāt. Ab hoc opido sive pago, exteri Helvetios *Suitzeros* vocant, vel quod primo pro libertate in ipsorum agro pugnatum sit: vel quia diutissime cum Eremitanis contenderunt, & primi omnium ex pagis trib' Austriorū irruptioni expositi fuerūt, & inter tres pagos maxima eorū fuit potentia, nomine eorū, vt celebriori, reliqui etiā pagi sūt cōprehēsi, & ab his deinde nomē, ad omnes cōfœderatos dimanauit: vel deniq; quod initiū cōfœderationis fecerint Vri, Silvani, Suitenses, in horum Opido; Et *inferioris Syluaniae* quæ vulgo dicitur *Vndervvaldia*. Hic liberæ conditionis pagus, mutuo societatis fœdere Suitiæ & Vraniæ iuncti, Anno Domini MCCCXV. Naturali Alpium vallo circumseptus, pascua habet amœna pecoribus alendis perquā idonea, vnde magnas opes Siluaniæ incolæ percipiunt. Cæterum Vri, Suitenses Siluani seu Vndervvaldenses, etsi monasticarum familiarum abbatibus certis pactionibus subditi erant, tamen sua quadam libertate gaudentes Præfectos accipiebant ab imperio, quos *Voitos* appellant, fortasse Græco nomine, quasi βοηθὸς, prorsus vt olim præfecturæ Romanorum. Horum idem munus erat, quod in his terris *Burggrauiorum*. Penes illos enim summa iudiciorum publicorum, & vitæ necisque potestas erat. Formam gubernationis reliquā mansisse ex antiqua Romanorum monarchia conijcio, in qua præfecturæ suis non viuebant legibus, neque ex suorū numero creabant magistratus, sed hos á senatu aut monarchis accipiebāt. Superest *Glarona* vulgo *Glaris*, Helvetici fœderis vallis ac Regio, iuxta Limagum fluvium non admodum ampla, longitudine III miliariorū Germanicorum, nomen habens a præcipuo totius regionis vico, cincta tribus partibus altissimis Alpibus, a Meridie & Oriente Rætos, ab Occasu Vrios et Suitios attingit, a Septemtrione castra Rætica dictam regionem, qua Limagus vallem egreditur. Huius regionis iurisdictio, vna cum quibusdam prouentibus, fuit tēpore S. Fridolini per Comitem quendam donata monasterio Seckingensi, tempore scilicet Clodouei primi Francorum Christiani Regis, nempe anno Domini D. qui primus Francorū Rex fuit, qui in Rætia, Alemānia, & Helvetia imperauit. Consecuta est hæc terra posteris temporibus suam libertatem, & propriam iurisdictionem, adiunxitque se fœderi Heluetico, Anno Domini MCC. LII. Viuunt incolæ lacte, caseo, butyro, & carnibus. Ibi inter angustias montium nulli, aut pauci seruntur agri, rarę plantantur vites. Hortos pomiferos habent, & prata lætissima. Vinum & frumentum aliunde inuehuntur. Pisces lacus ministrant, Aues carnesque ferinas montes siluosi suppeditant. Patriam hanc Henricus Glareanus, & Ægidius Tschudus, doctissimi viri, ortu nobilitarunt. His accensētur *Hamburg Comitatus*, *Humberg Baronatus* & *Ringenberg*, quæ habet Mercator apud quem hæc, & similia vide. Sed hæc hactenus, nunc generalia quædam de hac Helvetiæ parte subiungamus, inter quę Lacus primum sese offerunt, inter quos miraculi caussa memorandus *Lacus Pilati* cognomine, qui in monte, quem *Fractum* vocant, haud procul Lucerna pene in summo montis iugo, paludinoso solitarioque situs, silvis vndique circundatur, ne scilicet á quoquam irritetur. Ferunt enim, quæ in eum de industria injiciuntur maximas ciere tempestates, omniaque vndis opplere, qui sæpe tentarunt & experti: quæ vero casu incidunt nihil adferre periculi. Locus est visu horrendus, aqua suo alueo inclusa, nec exitum habet, nec flumen in se recipit aliquod, nec niuibus nec pluuijs augetur. Vento etiam minimè agitatur, quin semper sibi similis nigras suas tuetur vndas, nec fas est peregrinis eum adire locum, ne temerè quid inijciant, vnde vicina periclitetur regio. Inter flumina verò quibus hæc Heluetiæ portio irrigatur, sunt *Limagus*, hic apud Claronenses oritur, ac in media ipsorum regione Serniphium alterum ex altera valle delapsū amnem accipit. Deinde infra *Vrnas* (duorum vicorum nomen est) supra *Latericium pontem* (ita vocant) ex Lacu Vesenio accepta aqua, *Marcham* (qui fuit olim Heluetiorum in Rætos finis, & Heluetij ita *terminum* vocant) ac Castra Rætorum & huic loco etiamnum nomen manet *Gastra*) disterminat. Hinc Lacum Tigurinū ingressus, ad ostia eius Tigurum amplissimam Heluetiorum vrbem diuidit: mox *Aquas*, memorabilē in Heluetijs locum propter calidas illic aquas, Græci *Thermas* vocant, delabitur. Deinde haud ita longe Vrsæ ac Arolę miscetur. *Vrsa* sane, quem fluuium tranpositis duabus prioribus literis vulgo *Rusam* vocant, in summis Alpibus, quibus hodie *S. Gotharda* nomen est, oritur, ac recta ad Septemtrionem labitur, quum contra *Ticin*' ex eodem iugo per Lepontios in meridiem, Vrsulam siue Vrsellam primum vallem, Rętícam, deinde Vriā Tauriscorum, gentis Gallicæ reliquias, venit, vbi lacui miscetur, qui Vros, Suizos, Siluanos ac Lucerinos, quatuor Siluę ciuitates (nam ita appellant hodie) alluit. Porro deinde Tuginis amnibus susceptis Bremgarten ac Mellīgen (Opida sunt ditionis Helveticæ) lapsus infra Brugas Arolę commiscetur. Ad Confluentem autē tria Helvetiorum flumina *Limagus*, *Vrsa* & *Arola* in Rhenum exonerantur. Sunt & alia, quæ cuitandæ prolixitatis gratia, prætereo. Summa potestas in his pagis est penes consilium totius plebis: conueniunt autem omnes totius regionis cives qui annum ætatis XIIII, aut XVI excesserint. Habentur vero publici conventus vel in præcipuo vico totius regionis, vel in aliquo loco qui in medio regionis situs videtur. Ex partibus (eas ponit Mercator) ęquali numero e singulis, Senatores qui toti regioni consulant deliguntur, atque in plerisq; pagis Helveticis LX. viri consilio intersunt, præter eos qui publicis honoribus functi, senatores deinceps perpetuo manent. Porro nemo in Senatum deligitur, nemo etiam consilio plebis interesse potest, nisi qui fuerit civis eius regionis, *ein Landtman*, atque facilius est in vrbibus ius ciuitatis assequi, quam in his pagis, non inhumanitate aliqua ipsorum, multos enim inquilinos habent, quos summa benevolentia & humanitate complectuntur, sed quod certo consilio & more maiorum, veteribus colonis regionis novos admisceri nolint, vt facilius in eodem statu respublica maneat & mutationes caveantur. Sed de Helvetia, eiusque partibus quæ dicta sunt hactenus sufficiant, ad Inferiorem Germaniam transeamus.

Vriorum pagus.

Suiciorū pagus Suicia Opidum.

Vndervvaldiae pagus.

Glarona.

Imperium Maiorum.

Lacus.

Flumina.

BELGII IN
FERIORIS
Geographicæ
tabulę.
Per Gerardum Mercatorem Illustriß. Ducis Iulię Clivię &c. Cosmographum.
Cum Pr ivilegio.

EAm Galliarum partem quam obtinet Hiſpaniarum Rex deſcripturus, idem quem in Francorum Regno conſtitui, ordo ſequendus mihi erit. Primum ergo ea quæ de Inferioris Belgij politico ſtatu mihi in ſtudioſorum gratiam communicauit vir clariſſimus D. Dominicus á Burmania accipe, poſtea prouincias Dominiaque enumerabo & deſcribam.

POLITIA BELGII
SVB BVRGVNDIONIBVS.

OMNIS Gallia ſecundum Iulium Cæſarem diuiſa eſt in Belgicam, Celticam & Aquitanicã. Belgicæ mediam fortè partem Hiſpaniarum Rex aliquot iam poſſidet ſæculis: alteram, Picardiam ſcilicet, Campaniam, Normandiam (quanquam hæ duæ poſtremæ non in totum ſub Belgio continentur) & reliquam Belgij partem poſſident Dux Lotharingiæ, Iuliæ, Cliuiæ, Archiepiſcopus Treuirenſis, Moguntinenſis, Colonienſis, Epiſcopus Leodienſis & alij. Produxit hęc Belgica, teſte Iulio Cæſare, illuſtriores ſemper ac fortiores milites quam reliqua Gallia, ita vt non modo illius tempore, verum etiam noſtro ſęculo omnem belli molem ſuſtinuerit.

Continet autẽ circiter 320. vrbes munitas, & circiter 230. oppida priuilegiata, pagos vero plus minus 12000. Et quanquam tota hæc Belgica propter diuerſas Imperiales & Regales dignitates, Electoratus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, coronationem tam Imperatoriæ Maieſtatis Aquiſgrani, quam Regni Franciæ Seſſionæ mirè inclareſcat, illa tamen pars, quæ Regi Catholico ſemper paruit, longè nobiliſſima eſt: tum propter ortum ac natalem quamplurium Monarcharum, Regum, Principum & Ducum, tum etiam propter frequentes in ea & opulentiſſimas vrbes, infinita oppida, & innumerabiles pagos, adeoque inhabitatorum admirandam frequentiam, eorum diuitias, ciuilitatem, ac animi fortitudinem. Quibus etiam Carolum V. Imperatorem motum fuiſſe ferunt, vt in deliberationem multoties traxerit, in Regnum eas prouincias eſſe erigendas; verum propter priuilegiorum, morum, atque legum in ſingulis prouincijs diuerſitatem, tum continuorum bellorum difficultates, quibus opprimebatur, ab inſtituto reuocatum fuiſſe.

Hæc pars in circuitu habet fere 340. milliaria Flandrica, Italica 1000. continet vrbes clauſas 208. & circiter 150. oppida, vrbibus propter ſplendorem & priuilegia haud inferiora: pagos vero plus minus 6300. maiores: minores autem infinitum numerum fere, ſicut & diuerſa Dominia ac principatus merum aut mixtum imperium habentia.

De Præſide aut Gubernatore totius Belgij.

Eadem in hoc Belgio eſt adminiſtrandæ Relp. ac iuſtitiæ ratio, quæ in regno Galliæ, eadem Magiſtratuum nomina, eademque autoritas Prouincijs omnibus. Vnus à rege Catholico ſemper eſt generalis cum ſumma authoritate Præfectus, qui & Burgundię quoque Comitatui præeſt, neque enim præ multitudine regnorum ac prouinciarum ipſius eam, ſicut Burgundiæ Duces ſolent, adminiſtrare valet. Quapropter tempore Maximiliani Cæſaris eiuſque filij Philippi, ſummæ rerum prefuit ad tempus Georgius Saxoniæ Dux. Caroli V. Imperatoris tempore primum Margareta Auſtriæ, Imperatoris matertera, qua defuncta ſoror dictæ Cesariæ Maieſtatis Maria Vngariæ Regina ab anno 1531. ad 1555. quo Imperatoria Maieſtas totum Belgium filio Philippo renunciauit, qui ſucceſſiue eaſdem prouincias demandauit ſuo nomine regendas Emanueli Philiberto Sabaudiæ Duci conſobrino, puta ex duabus ſororibus Regis Luſitaniæ vtroque nato, qui à Rege Ducatui ſuo Sabaudiæ reſtitutus Prefecturæ renunciauit, itaque in eius locum ſurrogata eſt Regis ſoror Margareta Parmæ ac Placentiæ Ducis vxor, cui præter alia cõſueta aſſignati fuere in ſingulos annos 36. millia coronatorum. Hic præfectus licet ſummam adeoque pleniſſimam haberet per totum Belgium authoritatem, cuncta tamen maiora munera ac officia, vt ſunt, Præſidatus, Cancellariatus Statuum, ita omnes leges, decreta & negotia ſub Regis nomine diſtribuuntur, atque emanant. Scire autem hic oportet, antequam de ſingulis conſilijs ſeorſim quid dicamus, olim duo illa conſilia Statuum & Priuatum vnum tantum apud Principem fuiſſe, quod Priuatum nuncupabatur: verum excreſcentibus negotijs in duo diuerſa id partiri neceſſe fuit.

De Conſilio Statuum.

Conſilium Statuum, vt vocant, quod apud Gubernatorem reſidet, incerto conſtat Conſiliariorum numero, pro arbitrio enim Principis negotiorun neceſſitate plures vel pauciores adhibentur. Conſtat vero ex diuerſis Prouinciarum Belgij Præfectis, nonnulliſque doctoribus, qui propter doctrinam, integritatem, ac virtutes ſubinde adhibentur. Huic ordini vnus præeſt Iudex ſeu Præſes conſilij. Cum hoc conſilio deliberat Belgij ſummus Præſes ſuper rebus Principis & publicis, puta de bello & pace deque generali totius patriæ regimine. Eodem in deliberationem veniunt, quæ ab omni parte adferuntur. Item fœdera cum Principibus ac vicinis, an dimittendi vel retinendi ſint belli Duces. Item de propugnaculis, munitionibus, prouiſionibus armorum, qui demandãdi & recipiendi legati, cunctaque huc referuntur ex conſilijs magis ardua negotia, deniq; vt ſummatim dicamus, quicquid conſeruationem ac protectionem totius patriæ intus & foras concernit, in hoc conſilio deliberatur. Solent & extraordinarijs & magis arduis negotijs adhiberi quoque omnes Ordinis aurei velleris, & ex alijs gubernatoribus prouinciarum, officiarijſque Regijs nonnulli.

De Conſilio Priuato.

Conſilium quod vocant Priuatum ſeu Secretum ſimiliter apud Gubernatorem reſidet. Conſtat ordinariè 10. vel 12. Conſiliarijs, ijſq; Doctoribus aut Licentiatis à Rege vel eius locum tenẽte electis. Hoc cum diuiſum ſit propter multitudinem negotiorum à præcedente conſilio Statuum ſibi reſeruauit quicquid ad iuſtitiã, Ius, & Politiam pertinet, & inſpectionem aliorum conſiliorum. Huius itaq; eſt concedere priuilegia, conſenſum, gratiam, veniã, remiſſiones. Item condere leges, ordinationes, ſtatuta, edictaq;, vnde & Magiſtri ſupplicationũ

vocantur. Huius item consilij est cognoscere de limitibus, ac confinibus provinciarum, deq; partibus principalibus dominij, superioritatis, & authoritatis Principis, Dominorum & aliorum aulicorum immatriculatorum. Denique consilium hoc robur est ac conseruator Iustitiæ, cæterarumque rerũ omnium inspector, quanquam subinde magis ardua consilio Statuum communicet, ac viceuersa illud quæ politiam ac Iustitiam aliquo modo concernunt cum hoc conferat ac communicet. Habet & hoc Consilium suum Præsidem.

De Consilio Finantiarum.

In eadem curia residet & aliud Consilium, quod vulgo Finantiarum vocant. Huic communiter præfecti semper fuere tria ex prudentioribus dominis patriæ capita, vnus Thesaurarius, vnus receptor generalis, & tres Commissarij docti ac prudentes, cum duobus Greffiarijs alijsque officiarijs. Hoc Consilium curam habet bonorum patrimonialium & redituum Principis, subsidiorum ordinariorum & extraordinariorũ, Cameræ rationalis, Receptorum, aliorumque officiariorum Regias pecunias tractantium. In eodem fiunt taxationes, rationes assignantur soluendi quicquid concernit pacem vel bellum, fortificationes, munitiones, provisiones, adeoque omnes expensas, tam ordinarias quam extraordinarias pro conseruatione Status patriæ. Hoc item bona Principis elocat, facit moderationes ac restrictiones contentas eius ordinationib. Breviter totam agit curam Regij thesauri vniuersi.

De Consilio Cameræ Rationalis.

Est alius Bruxellæ Magistratus Regius, qui est tanquam membrum Consilij Finantiarum, appellaturque Camera rationalis, cui præest vnus Præses & septem Magistri rationum, quatuor scilicet ordinarij & tres extraordinarij, cum nonnullis alijs officiarijs. Reddunt huic rationem administrationis pecuniarum regis omnes thesaurarii & Receptores Brabantiæ & adhærentis ditionis. Itẽ agri Lutzenburgici, recipiuntque omnes hic suas quitantias. Præter hanc vero Cameram sunt adhuc in Belgio tres aliæ Cameræ rationales, in Flandria scilicet, Hollandia & Geldria, quæ omnes summariè rationem reddere coguntur Finantiarum consilio tãquam omnium inspectori. Atque hęc sunt consilia & Magistratus vel officiarij, qui perpetuo generalẽ Belgii Præfectum comitantur vel apud eum resident.

De Consilijs Prouincialibus.

Est & aliud in hoc Belgio Consilium in singulis fere prouinciis, quod Parlamentum Regiũ vulgo nominant, quale est Mechliniæ, in Brabantia vero Cancellariã vocant. Præsunt huic communiter secũdum diuersa loca vel 12. vel 16. vel 18. Cõsiliarij Doctores & Licentiati, vnusque Præses seu Cancellarius tanquã iudex. Adsistunt pariter Aduocatus & Procurator Fisci, Greffiarij, Secretarij, alijque officiarij, omnes a locum tenente Regio electi, & a Rege stipendiati. Hic Magistratus summa pollet authoritate cunctarum ciuilium & criminalium causarum, & omnium in hisce prouincialibus, Dominijsque Regijs controuersiarum cognitionẽ habens. Habet & actiuam & passiuã cognitionã fundamentorum, confinium ac differentiarum, quæ a prælaturis eorumque iurisdictionibus procedunt, exceptis bonis mortuis, vulgo amortisez, eorũ enim cognitio ad curiam Ecclesiasticam pertinet. Similiter obseruari facit priuilegia, exemptiones, officia, beneficia, ac prouisiones a Principe concessa, saluis nihilominus semper iurisdictionibus & priuilegijs locorũ particularibus. Huc vocantur in ius non solum omnes regij Officiarij, & ministri prouinciales, sed et Rex ipse, pro quo respondent eius Procurator & Aduocatus, minimeque summa eius authoritas, aut dignitas cuiquã præiudicio ac damno est. Quinimo accidit iam pridem in Geldria regnante Rege Philippo, vt cum Maiestas ipsius in causa quadã garuissima contra Dominum de Anholt succumberet, nullusque officiariorum, sentẽtiam executioni mandare auderet, Rex ipse eam realiter executus sit. Ad hoc tribunal cunctæ deuoluũtur appellationes inferiorum cuiusque prouinciæ iudiciorum, neque hoc vllam econtra appellationem admittit, sed duntaxat syndicatum, quem reuisionem vulgo vocant. Rarius vero fit vt non reuisionem petens, & maximarum expensarum, eo scilicet nomine faciendarum, & ipsius causæ iacturam patiatur. Sed nec per reuisionem hanc sententiæ prioris executio differtur. Iudicatur in omnibus hisce summis Curijs secundum Ius cõmune, saluis tamen legibus municipalibus singulorum locorum constitutionibus, quæ plurimæ quidem sũt, decretisque Principum vulgo Mandamentis, quæ quatenus priuilegia non lędant, cæteris legibus omnibus præferuntur. Veruntamen antequam hæc publicantur in deliberationem & cognitionem prædicti Consilij trahuntur, suntque eatenus in iure fundata, quatenus cum legibus scriptis conueniunt.

Præteriã dicta deputat etiam Regis nomine Præses certos singulis annis legatos per singulas fere prouincias, qui reuisorum funguntur officio, vt scilicet rationes proventuum seu redituum aliaque patriam concernentia reuideant animaduertanque, & specialiter in Brabantia, vbi Rex singularem habet in loca sacra authoritatem. Quã propter mandat etiam vt animaduertant in rationes Ecclesiarum, monasteriorum & Xenodochiorum, & si indebite administratum quid deprehendatur, relatione facta ad Curiam, seuere corrigitur, & reparatur, adeo vt licet singulæ regiones & ciuitates suis etiam legibus & priuilegijs viuant & gaudeant, sũma tamen administrationis Iustitiæ ratio a Rege dimanat, atque in eum redundat, fitque ab omnibus officiarijs suæ Maiestati fidelitatis iuramentum.

Militia Belgica.

Tempore pacis Rex non nisi paucis vtitur in solis confinibus Regni præsidiarijs militibus, ea autem loca sunt numero 26. maximi quidem momenti propugnacula. Alia deinde equestris militia ab omni antiquitate obseruata a Carolo V. anno 1547. prudenter restituta & reparata est, quã ordinarias bendas seu legiones vulgo vocant, trium milliũ electorum equitũ, qui distributi in 14. bendas præcipuis prouinciarum dominis commituntur, atque hi suos habent Locumtenentes, aliosque officiarios. Vnus est generalis Quæstor militiæ, qui Regis nomine hisce legionibus ordinarijs soluit, Is fuit *Art Molikeman.*

Præterea nullam fere habet Rex pacis tempore classem maritimam instructam, sed quia omnes regni portus nauibus diuersis abundant, necessitatis tempore omnes eas naues, vel quot & quas ex ijs libet sisti iubet; Suisque eas sumptibus ad bellum adornat, soluto nauium domino quod æquum est. Atque in hunc finem toti rei maritimæ vnum præfecit summum belli totiusque classis Ducem, quem Admiralium vulgo vocant. Is fuit Comes Hornensis, hic omnis prędæ belli tempore, omnium confiscationum, omnis denique generalis mercaturæ, quæ cum licentia Regis ex hostili solo ad nos defertur, suam habet partem. Hanc vero regis licẽtiã Admirali' sua manu approbare & cõfirmare debet ãtequã indẽnitatẽ sibi promittere mercatores queãt. Est & alius maximę quidẽ dignitatis præfect' tormẽtorũ bellicorũ, & quicquid id gen' armorũ cõcernit, quæ quidẽ arma ordinariè Mechlinię asseruari solent, atq; horũ cura domino de Glaion Aurei velleris Equiti demandata fuit.

Venationes, aucupia, & piscationes per hasce terras pro distinctione Iurisdictionum sunt Principis, civitatum propriorumq; dominiorum, excepta Brabantia, vbi quinque tantum sylvæ Principi ab omni venatione & aucupio liberę sunt, per reliquam totam Provinciam vnicuique cum canibus & avibus, non retibus, libera est venatio, aucupium, & piscatio. Princeps in singulis fere Provincijs suos venationi Præfectos habet, & nominatim per Brabantiam, magnæ dignitatis officium est, cui præesse solet Marchio Bergensis, eoque nomine vulgo, Magnus Brabantiæ Venator appellari solet.

Præcipuæ quæque earum regionum sylvæ ad Regis vsum non modo venandi, sed & lignandi spectant, estq; non minima suorum redituum pars. Reliqui reditus in civitatibus, villis, castellis, terris, molendinis, alijsq; ab omni antiquitate Principibus patriæ attributis consistunt, qui vulgo *Domaines*, Latine *Dominia*, vel proprius *bona patrimonialia* vocantur: sed & vectigalia quædam mercãtiarum tam mari quam terra inter eos reditus connumerantur, similiter & reditus quosdam in præcipuas civitates Rex habet, puta in Antuerpiam, vbi præter partem suam omnium confiscationum: habet & monetæ, carcerum, & piscationum locationem, aliaque nõnulla quæ Regium dominium, vt vocant, mire adaugent.

Modus conuocandi Status.

Princeps petiturus quid, vel nouum tributum, nouasue leges impositurus, conuocare solet, certo assignato die & loco, qui communiter Bruxellis esse solet, tum propter Regiã Curiam, tum quod Brabantini extra ditionem suam nihil deliberent, omnes totius Belgij ordines, qui sic debite interpellati haud gratatè comparent, vel saltem secundo, sub mulcta aliqua pecuniaria appellati legitimo numero plures vel pauciores, prout citati sunt, pro causa necessitatis conueniunt. Sunt autem qui communiter Bruxellis comparere solent hi, Brabãtini, Flandri, Artesij, Hannonienses, Valentij, Ryssel, Douay & Orchies, Hollandi, Traiectenses, Zelandi, Namurcei, Tornaci, & Tournesij, & Mechlinienses. Reliquarũ prouinciarũ ordines, vt sunt Geldri, Frisij, Luxeburgij, quia remotiores sunt à suis Gubernatoribꝰ (nisi grauissimæ sint deliberationes) cõuocantur, & cũ eo transigũt. Cæterum ordinum generalium tres sunt status, 1. Ecclesiasticus, 2. Nobilitas, 3. præcipuæ ciuitates. Horũ statuum membra, Personæ ac deputati ij qui ab omni antiquitate ad id electi & constituti fuerunt comparent, vel suos deputant legatos, licet alij, nisi legitimas habeant excusationes in persona comparere teneantur. Verum non omnium regionum idem est in hac parte vsus & consuetudo. Exempli gratia. Brabantini, Hannonienses, Artesij, Namurcenses, & Zelandi diuersis commissarijs rem expediunt, puta Ecclesiastici Abbatem, Nobilitas, Ducem, Marchionẽ, Principem, Baronem, & nobiles, ciuitates veró Consules, vulgo Burgimagistros, & duos vel tres Scabinos, Vnumque ciuitatis Pensionarium, plures vel pauciores pro facti exigentia delegant. Flandri per vnum solum legatum vel Commissarium vulgo, ratione quatuor membrorum comparent, quæ quidem 4. membra omnes tres supradictos status repræsentant. Quanquam & hi separatim suos delegare queant, qui inspectionem in factum legati 4. membrorum habeant, ne quid prejudicij illis pariat. Verum cõmuniter quod quatuor ea membra statuũt id ratum firmumque habetur. Hollandi duorum tantum statuum nomine, nobilitatis scilicet & ciuitatum legatos deputant, ijque totam prouinciam repræsentant. Hoc modo coacto Consilio in præsentia Præfecti regij Præses, vel quis Statuum Consiliarius Principis seu Regis nomine petitionem eiusdem perpulchro huic ordini humanissimè exponit. Illi post consuetas deliberationes singuli pro se in scriptis res dependunt, quo equidem responso si regi non sit satisfactum, multis conatur rationibꝰ Ordines ad suam petitionem permouere, nec enim illud hic tyrannicum locum vllo modo habet. *Sic volo sic iubeo*, quin etsi ad vnũ pene omnes Odines regis voto consensissent, sola tamẽ Antuerpia hunc consensũ infringere & annullare poterit, siquidem Ordines omnes ea lege & conditione consentire semper censentur, si in eã omnes status, atque singula eorum membra id comprobant, & in suam portionem consentiant. Quocirca omnino necesse est non modo omnes Ordines seu status generaliter consensisse, sed & omnium statuum singula quoque membra consensum suum vnanimiter dedisse. Vnde plerunque fit, vt non attentis quibusuis regis demonstrationibus, iustisque rationibus, nihil pene vnquam Regi propter votorum diuersitatem concedatur, quo quidem casu Rex pro eo tempore patienter acquiescit, & in commodius tempus differt. Attamen rarius est, vt non moderatus Princeps à subditis discretis ac placidis voti sui tandem compos fiat. Si quam pecuniam Principi promiserint, neque eam commodè in parato habere queant, aliam ineunt inter se, cũ consensu tamen Principis conquirendi rationem, decimam, vel vectigal quoddam rebus communibus ad tempus imponendo, vel alio quodam commodo modo pro ratione loci, temporis, & occasionis, quæ iuxta modum, taxam, & proportionem consuetam suo tempore dependitur. Ecclesiastici suam portionem separatim soluunt, nobilitas & ciuitates propter affinitatem commerciorum & vtilitatis inter se simul soluũt, Brabantini quidẽ vt primi, propter antiquitatem & dignitatem Ducalem, suam dependunt partem in florenis 20. stuferorum. Flandri propter opulentiam suam in florenis 24. stuferorum, & sic reliquæ quoque prouinciæ iuxta consuetas taxas, quæ non facilè immutantur vel transgrediuntur.

Quod Pontificum ius in hasce ditiones attinet, non maius illud est quã in regno Franciæ, cunctæ enim nominationes & ordinationes Prælaturarum, Episcopatuum, &c. ad Principem pertinent. Pontifex solam habet confirmationem & expeditionem, nec vllum cuiuscunq; status laicum vel sæcularem propter quoduis delictũ, vel causam extra patriam euocare potest. Quare si quid eiusmodi prętendat, legatum expressum expediat, de facto vel iure cogniturum, necesse est. Nullum præterea conferre beneficium potest, nec gratiam vel bullã expedire, quæ sorciatur effectum; nisi exequendi potestas, ex Principis placito quod vulgo nuncupãt, supplicãti concedatur. Quantum ad decimas, eæ ferè per totam ditionem soluuntur, sed diuersis modis: alibi enim solis Ecclesiasticis, alibi vero partim his, partim loci dominis, alij vndecimam tantum partem dependunt, alij minus, secundum diuersarum prouinciarum & locorum consuetudines & priuilegia: extatque prudens Caroli V. Imperatoris decretum, ne liceret in posterum vllis Ecclesiasticis personis, vel locis sacris vllam rem immobilem absque Principis licentia coemere.

INDEX TABVLARVM BELGII INFERIORIS.

v. Belgij vniuersalis — x. Flandria — y Flandria Orientalis — z. Brabãntia
&. Hollandia — ct. Zelandia. — a. Geldria cum Oueryssel in Germania sita
b. Artesia — c. Hannonia & Namurcum — d. Lutzenburg & Trier.

Ad regimen Belgij huius pertinet etiam Frisia, quæ inter Germaniæ tabulas prima est, litera .

BELGII INFERIORIS TABVLA.

- Belgij *inferioris* 17. *sunt prouinciæ Regi Hispaniarum patrimoniales.*
  - *Ducatus*
    - *Brabant.*
    - *Limburg, cum Comitatu Dalem & Dominiis Valckenburg ac Rode le Duc, Brabantiæ annexa sunt, & à Iustitia, & Cancellaria Brabantiæ dependent.*
    - *Lutzenburg.*
    - *Geldre.*
  - *Comitatus*
    - *Vlaenderen*
    - *Artois.*
    - *Hainault, Henegou.*
    - *Hollandt.*
    - *Zeelandt.*
    - *Namur, Namen.*
    - *Zutphen.*
    - Marchionatus *Imperij, qui 4. principales ciuitates habuit, Niuellam, Louanium, Bruxellam & metropolim Antuerpiam, nunc Brabantiæ pars est.*
  - *Dominia*
    - *Magnum Frisiæ Dominium.*
    - *Mechelen.*
    - *Vtrecht.*
    - *Oueryssel.*
    - *Groeningen, siue Frisia Orientalis, liberum Dominium.*

Harum prouinciarum quædam, vt Zuphen, Oueryssel, Magnum Frisiæ Dominium, & Orientalis Frisia, licet in Germania sint sitæ, tamen quia Belgij inferioris Dominio subiectæ sunt, hic recensentur, primo autem loco in Germania tabulis describentur.

Status harum ditionum Politicus, *tàm generatim, quam speciatim ferè triplex est:*

Primus *est Ecclesiasticus, in quo præcipui sunt Abbates.*

Secundus *Nobilitatis, vt sunt Duces, Comites, Maregrauij, Principes, Barones, & magni Domini.*

Tertius *Ciuitatum, quem primariæ cuiusque ditionis ciuitates repræsentant.*

Hi *Status à Principe conuocantur, quoties de rebus ad Principem, aut ad Principatum, aut ad conseruationem & vtilitatem ditionum pertinentibus deliberandum est.*

Status Ecclesiasticus. *Quatuor sunt in hoc inferiore Belgio Episcopatus, Camerick, Dornick, Atrecht, Arras Gallis, hi tres subsunt Archiepiscopo Rhemensi, & Vtrecht, qui Archiepiscopo Coloniensi subest.*

Prouinciæ *Leodiensis & Morinensis, siue Taruannensis in aliquam partem huius Belgij extenduntur.*

Academiæ *sunt duæ, Louanium & Douay, olim institutæ, & nunc tertia addita, Lugdunum Batauorum.*

Collecta sunt hæc ex Ludouico Guicciardino, qui amplè & eleganter Prouincias Regias Belgij descripsit.

Medius Tabulæ Meridianus 26·0. reliqui ad hunc inclinantur, pro ratione 50. & 52. latitudinis Parallelorum ad circulum maximum.

BELGIVM, SIVE GERMANIA INFERIOR.

Regio.

Nomina et vnde deducta.

REgnum Galliæ, qua potui fide, hactenus perlustraui: *Germania inferior* nunc adeunda est; quam vt patriam mihi longe charissimam, adibo perquam libens. Vt autem ab ipso nomine ordiar: Partem Europæ, quæ hoc tempore *Germania Inferior, Belgium* dictam Cæsari nonnulli volunt, in quo scribit se tres legiones collocasse, Hircius quatuor. Marlianus tamen & Glareanus pro vrbe, non pro regione accipiunt. Vnam vrbem capacem esse quatuor Legionum, fortasse vix credet Vegetius. Ipse etiam Cæsar sub Belgio plures ciuitates comprehendi, lib. v. docet; ibi dicit Britanniæ maritimam partem ab ijs incoli, qui prædæ ac belli inferēdi caussa ex Belgio transierant, qui omnes fere ijs nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ciuitatibus eo peruenerunt. Non tamen sub Belgio totam Belgicam intelligit. A Belgio enim, (eodem libro) Neruios, Morinos, & Essuos, Belgicæ populos, distinguit. Partem Belgicæ itaque secundum Ortelium videtur vocare Belgium, eam forte an, quæ versus Septemtriones est, quæ Hollandiam, Zelandiam, Flandriam, Geldriam & Cliuiam complectitur. Alij Belgicam quam tertiam Galliæ partem constituit Cæsar, nuncupant. Quam vocem nonnulli ab Vrbe huius Regionis celeberrima, nonnulli à Belgio quodam Belgarum Duce, alij aliunde deriuant. Hadrianus Iunius Belgarum appellationem ad nationis ferociam referendam autumat, vt sint *Belgæ* quasi *Velgæ*, hoc est atroces & violenti: nisi mauis, inquit, *Belgas* mutatione secundæ vocalis in primam, dici velut *Balgas*, à dimicandi pugnandique ardore ac studio: est enim *Balgen*, conserere manus, ac confligere. Regio tamen quæ nobis præ manibus, est tantum dimidia circiter ipsius Belgicæ pars. *Germania Inferior* nuncupatur hodie. *Germania* quidem quod lingua, moribus, legibus, & vitæ institutis parum ab Alemannis & reliquis Germanis discrepet. *Inferior* vero quod Mari propior sit reliqua Germania, & Superioris Germanię respectu cāpos Agrosq; situ humiliores habeat. Vulgo *Nederlāt*, Gallis *le Pais bas*. Appellatur quoq; per vniuersam fere Europam *Flandria* πανικδοχικῶς, vel propter illi⁹ Regionis potētiā & splēdorē præ reliquis partib⁹: vel propter prima & celeberrima illic commercia, & nundinas Brugenses vetustissimas, notissimaque Emporia, vel denique quod Galliæ, Angliæ Hispaniæ & Italiæ finibus propior, nota magis & diuulgata sit. Atq; hęc de nominibus; sequitur Situs siue Quātitas. *Germaniæ Inferioris, Belgij* vel *Belgicæ* (ntā voces has ἀδιαφόρως vsurpabo) Termini, ab Aquilone Oceanus: à Meridie Lotarīgia, Cāpania & Picardia; ab Ortu Rhen⁹ & Mosa fluuij: ab Occasu Mare. Vicinos autē habet hos Principes, Comitem Frisię Orientalis, Episcopum Monasteriensem, Ducem Cliuiæ, Archiepiscopum Colōiensem & Treuirensem, Regem Galliæ. Is igitur est Situs: sequitur iam nunc Qualitas; cuius caussa plurimū Clima. Subest Germania inferior medio Septimi, totiq; Octauo Climati; inter Gradus Lōgitudinis quidē XXII cum semisse, & XXX; Latitudinis autem inter XLVIII cum semisse, & LIII cum semisse. Maxima Dies Æstatis ad medium Climatis horarum est XVI & ad initium Noni horarū XVI cum tribus quartis. Continet vero omnes Parallelos, qui sunt inter XVI & XXI. Aer in Belgio humidior est, sed tamen qui incolarum sanitati conducat. Aestates iucundę, peramoenæ, & temperato calore tolerabiles: non feruent æstu, non abundant muscarum culicumque examinibus, non tonitru quatiuntur: terræ motus vero rarissimi. Hiemes longæ, ventosæ. Spirante Aquilone vel Euro subitum excitatur & arctum gelu; Austro vero & Zephyro tepescit aer, frigusque in pluuias conuertitur. Ager multis locis sabulosus; qualis est, magna pars Flandriæ Teutonicæ, & Brabantiæ fere omnis, frumenti tamen aliarūq; frugum mediocriter fertilis, ac nonnullis locis fertilissima, vt Zelandia, Flandria Gallica, Hannonia, Artesia, Geldria. Ac frumento, hordeo, siligine, lino, cannabi abundat. Fruct⁹ etiam omnis generis profert magna copia, Mala, Pira, Pruna, Cerasa, Mora, Mala Persica & Armeniaca, Nuces, Avellanas, Mespila, ac nonnullis locis Castaneas. Rubia item tinctorū hic abunde colligitur, & per omnes Europæ oras cum magno lucro distrahitur. Fodinæ metallicæ magni momenti nullæ. Quod ad arbores aliaq; id genus, iucundum præbent adspectum densæ, bene ordinatę & fructibus onustæ arbores; nec non materiam ædificijs & igni præbentes, omnis generis altissimæ & miræ crassitiei, quę hic magno numero, reperiuntur. Lauri & Cupressi ratiores. Tiliarum vero copia maxima, vulgo *Linden*, forma & folijs vlmis simillimę sunt, sed proceriores ac citius proueniunt. Nam XVI aut XVIII annorum spatio viri medij crassitudinem adæquant. Harum quoq; in ædificando mediocris est vsus: fiunt præterea ex ijs carbones, pulueri nitrato saligneis aptiores. Inter corticem & lignum reperitur lanugo quædam instra Cannabis, vnde funes & vincula confici solent. Eius tamen folia quamvis tenera animalia multa respuunt, vt Virgilius hoc carmine indicat:

Situs.

Aeris tēperies.

Soli fertilitas.

Nec Tiliæ leves, nec torno rasile Buxum. Et Ovid. *Nec Tiliæ molles, nec Fagus & innuba Quercus.* Habet & magna copia Taxum, Arborem venenatam. Hęc materiem conficiendis arcubus præstantissimam suppeditat. Ex eius succo venenum conficitur, quo se exanimasse Cattiuulcum Eburonum Regem memoriæ prodit Cæsar. Est & aliud arboris genus, quod alibi fortean non reperitur, (incolę numero plurali *Abeelen* nuncupant) quæ species Populi Albę videtur. Magna eius in Brabantia copia succrescit, eiusque ad res varias vsus, inprimis Bruxellæ. Soli preterea bonitatem in alendis armentis extollere Belgis licet. Boues, Equi, Oves, Pecora, Armentaque nusquam terrarum felicius nascuntur, aut aluntur. Equi imprimis grandes, robusti, bello apti. Boves opimi, præsertim in Hollandia & Frisia, quibus vnus bos pondere sæpissime mille ducentas libras excedit. Ludouicus Guicciardinus homo Italus, cui nostra Belgica ob accuratissimam verissimamque descriptionem plurimum debet, refert Comiti Hoochstratēsi Mechliniæ bouem dono datum, cuius pondus fuerit bis mille quīgentarum viginti octo librarum; quem is propterea depingendum, in Palatio suo curauit. Laxos capacesque vberum vaccarum sinus, lactisque copiam quid ego commemorem? Constat namque aliquibus Hollandiæ partibus eas æstiuis diebus, quatuor & quadraginta lactis heminas in mulctralia refundere. Multa hic, ne prolixior sim, prætereo. Ad venationes exstimulant, cum alia, tum Damæ, Cerui, Capreæ, Capreoli, Apri, Meles siue Tassi, Lepores, Cuniculi, quibus abundat. Ad Aucupia autem inuitant cum aves aliæ, tum Ardeæ, Accipitres

Animalium varietas.


BELGII
inferioris descriptio emendata
cum circumiacentium regionum
confinijs.
Zeelant insularum loca aliquot
numeris signata
1 Middelburg
2 Oster poldre
3 Tere
4 Middelburg
5 Vlissingen
6 Corkuen
7 Stauofent
8 Valkenisse
9 Bommeno
10 Alpe
11 Kouwe
12 Herkinge
13 Oude tonge
14 Ockt Spiet
Germanicus Oceanus
Zeelant
Zwyder see
Britannici maris pars
Weft
falię
pars
Cleve
Bere
Trier
Leyden
Scala milliarium

cipitres, Vultures, Perdices, Phasiani, Turtures, Coturnices, Turdi, Ciconiæ, Anates, Anseres, & Scolopaces, quas *Rusticulas* Plinius, *Rusticas perdices* Martialis vocat, vulgus *Sneppas*. Nemesianus eas ita describit.

Præda est facilis & amæna Scolopax
Corpore non Paphijs avibus maiore videbis.
Illa sub aggeribus primis, qua proluit humor,
Pascitur, exiguos sectans obsonia vermes:
At non illa oculis, quibus est obtusior, etsi
Sint nimium grandes, sed acutis naribus instat
Impresso in terram rostri mucrone, sequaces
Vermiculos trahit, atque gulæ dat præmia vili.

Non desunt etiam Gallinæ Africanæ, & communes magna copia. Sed de his satis, ad alia pergamus. Quomodo Belgicæ Prouinciæ coniunctæ sint, inque vnum corpus coaluerint, quomodo item ad Carolum v. & Filium eius Philippum deuolutę sint, operæpretium est cognoscere. *Ludouicus Malanus* Comes & Dominus Flandriæ, Niuerniæ, Rastellæ, Salinarum, Antuerpiæ & Mechliniæ, post Matris vero obitum Comes Burgundiæ & Artesię, vxorem duxit Margaretam, Filiam Ioannis Ducis Brabantiæ, quo coniugio ipse Dux Brabantiæ, Limburgi & Lotharingiæ factus est. Ex hac vnicam Filiam genuit *Margaretam*, Ditionum patriarum Hæredem: quæ anno CIↃ CCCLXIX Gandaui nupsit *Philippo Valesio* Duci Burgundiæ, cui ob virtutem singularē cognomentum fuit *Audacis*. Vixit is annos LXX. Obijt Hallæ iuxta Bruxellam, anno Christi CIↃCCCCIIII. Liberos reliquit Ioannem, Antonium, Philippum Valesios: Catharinam, Matiam, & Margaretam. Hi omnes cōiugio res patrias auxerunt. Catharina Lupoldo, Duci austriæ nupsit; Maria, Amedæo Duci Sabaudiæ: Margarita Comiti Hollandiæ & Hannoniæ. *Antonius Valesius* à patre constitutus Dux Britanniæ, Lotharingiæ & Limburgi, vxorem duxit Elizabetham Ducissam Lutzenburgi, ex qua Filios suscepit Ioannem, maritum Iacobę Comitis Hollandiæ, & Philippum, ambos Britanniæ Duces. Antonius cum Fratre natu minimo Philippo Valesio perijt in bello Gallico ad Terrouanam anno CIↃ CCCCXV. Filij Antonij sine liberis postea exstincti, patruum *Ioannem Valesium* Hæredem reliquerunt. *Ioannes* igitur *Valesius* qui *Intrepidus* dictus est, quum esset è Fratribus natu maximus, anno CIↃ CCCC IIII patri successit, auctusque Fratrum Nepotumque obitu multis & amplis Ditionibus, misere & præter fas trucidatus est anno CIↃ CCCC XIX à Carolo Duce Aurelianensi, cum quo capitales inimicitias & quidem apertas quamdiu vixit, susceperat. Liberos reliquit, Philippum, Margaretam, Isabellā, & Catharinam. *Philippus* cognomento *Bonus* vel *Pius*, XXIII ætatis anno patri suo successit in Ducatu Burgūdiæ, Comitatu Flandriæ, Burgundiæ, Artesiæ, Marchionatu Imperij, Salinarum & Mechliniæ: Hic Atrebati cum Duce Aurelianensi Caroli Filio pacem contraxit, eumq; è carcere in quo annos iam XXV ab Anglis detētus fuerat, liberauit, soluto insuper pretio redemtionis, & sorore Maria ipsi in vxorem data. Hic obitu Theodorici Comitis Namurcensis factus est eius Comitatus Heres: obitu Philippi, auctus est Ducatibus Brabantiæ, Lotharingiæ & Limburgi; obitu Iacobæ, Comitatibus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandię, & Frisiæ. Ducatus quoque Lutzenburgicus ei accessit ab Elizabetha, Antonij patrui sui Vidua. Ita factum est, vt vnius Philippi Boni imperio subiectæ fuerint amplissimæ & opulentissimæ prouinciæ, Burgundiæ vtriusque, Brabantiæ, Limburgi, Lutzenburgi, Flandriæ, Artesiæ, Hannonię, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, Frisiæ, Mechliniæ, & Marchionatus Imperij. Vxorem is habuit Isabellam Portugalliæ Regis Filiam; vixit annos LXXII. obijt anno CIↃCCCC vno filio tot Prouinciarum Hærede relicto *Carolo Audace*, qui non tantum patrium imperium seruauit, verum etiam auxit, adiuncta Geldria, Sutphania, & Ducatu Iuliacensi. Atque hic est Carolus ille *Caroli V* Abauus, nati anno M. D. ex Ioanna Ferdinandi Regis Aragonum Filia, Philippi Austriaci vxore: qui Philippus Filius fuit Maximiliani Austriaci, ex matre Maria filia Caroli Audacis. Sub his Prouinciæ quæ antea plures Dominos habuerant, coniunctæ, in vnum quasi corpus coaluerunt, atque hodie communi Belgicæ vel Inferioris Germaniæ nomine censentur. Bello autem iam olim nobiles Belgę. Cæsar I Commentar. de bello Gallico libro, omnium Gallorum eos vocat fortissimos. Sic enim scribit: *Gallorum omnium fortissimi sunt Belgæ: propterea quod a cultu atque humanitate prouinciæ longissime absunt, minimeque ad eos sæpe Mercatores commeant, atque ea quæ ad effœminandos animos pertinent, important; proximique sunt Germanis qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de caussa Helvetij quoque reliquos Gallos virtute præcedunt, quod fere quotidianis prælijs cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt.* Horum quantum robur quantumque libertatis defendendæ studium fuerit, ex eo cognosci potest, quod Romanorum imperium summa vi auertere etiam C. Cæsaris tempore adnixi sint. Itaque contra ipsum copias distributim conscripserunt. Bellouaci LX millia armatorū. Suessiones L. Millia; Nervij (quorū adeo fuit indomita feritas, vt nunquā in id temporis mercatores passi sint ad se vina aut res alias venales deferre,) etiā L. millia. Atrebates & Ambiani X Millia; Morini XXV Milia; Menapij nouē Millia. Caleti X millia; Velocasses & Veromandui æque X M. Aduatici XVIII M. Condrusi Eburones, Cæmani qui vno nomine Germani vocantur XL millia. Vt summa fuerit CCLXXII millium armatorum lectissimorum teste Orosio: vel vt Cæsar ipse prodidit CCCLXVIII. Bello ergo iam olim nobiles, vt ex Cæsare didicimus. Idem Cæsar II Commentar. Solos esse ait qui patrum memoria omni Gallia vexata Teutones Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuissent: eaque re factum, vti rerū istarum memoria magnam sibi auctoritatem, magnosque spiritus in re militari sumerent. Experti id etiam nostro seculo tot peregrini exercitus, qui tanquam tirones cum veteranis congressi, in ciuibus, rusticis, nautis, ferociam, & vim veteranorum deprehenderunt. Vrbes habet Belgium plurimas easque munitissimas, quarum numerum, vt & Opidorum & Pagorum apud Mercatorem habes. Inter Vrbes autem maxime excellunt, *Louanium, Bruxella, Antuerpia, Silua-Ducis, Gandauum, Brugæ, Hipra, Mechlinia, Cameracum, Atrebatum, Tornacum, Mons, Valencena, Insulæ, Durdrechtum, Harlemum, Amstelodamum, Lugdunum Batauorum, Namurcum, Neomagum, Traiectum*, & aliæ. Lacuum, stagnorum & Paludum maximus in Belgio numerus, quæ præter Pisces quos magno numero suppeditant; regiones istas aduersus hostium impetus muniunt. Flumina in hac regione perpauca oriuntur, sed alibi orta maxima non pauca scindunt eam beantque plurimum. Præcipua sunt, *Rhenus, Mosa, Scaldis Amisia*; Minora, *Mosella, Lisa, Aa, Sambra, Dela*, & alia permulta. De Rheno & Amisia dicemus in Germania. De Mosella diximus in Lotharingia. Reliqua hic describamus. *Mosa* profluit ex monte Vegeso, qui est in finibus Lingonum, haud longe ab Araris Matronæque fontibus: & in Septemtrionem procurrens

Imperium Maiorum.

Eorum virtus.

Vrbiū nomina.

Lacus.

Flumina.

S.

S. Theobaldi Fanum (S. Tibaut) radit, vbi nauigabilis esse incipit; inde Virdunum perlatibur: ab eo in Cœciam vergẽs, Mosonem & Maseriacum pergit. Inde ad Septemtrionem se conuertens Carolomontem, Bouiniacum, Dinantum & Namurcum lustrat: ibique *Sabi* auctus & tumidus ad ventum Græcum se flectit, atque Heyum contemplatus, & Leodium Traiectum perlapsus, ac Stochemum, Ruremundam & Venloium præterlegit: vbi ad Occidentem conuersus Cuickam, Grauiam, Rauesteinum & Megenam adluens; post apud Hervverdum pagũ recepta Rheni, traditaque vicissim sui parte, cum Vahali commiscetur: & continuo seruatis nominibus suis iterum disiunguntur, & separatim Louesteinum labuntur: vbi insulam Bomelianam includunt, ac rursus confluentes iunguntur, & pristino amisso Merouæ nomẽ accipiunt: atque ita Worcomium & Gorcomium præterlapsi, maximo sinu Durdrechtum perueniunt, ibiq; facta Insula Iselmonda, Mosa propriũ nomen recipit, idemque retinens Roterodamum & Vlaerdingam præterlapsus nobili ostio circa Brielam Oceanum tam violẽter ingreditur, vt longo spatio cursum retinens, aquam suam dulcem conseruet, idque maximo cum fructu. Præter alios enim pisces viam aperit Acipenseribus, qui in mari dulcem hanc aquam, quam maxime expetunt, inuenientes, eiusque ductum donec in ipsum flumen perueniant sequentes, facillime capiuntur. Quod alijs fluuijs innumeris non contingit, quod placide Mare ingredientes & cursum suum non seruantes, aquam suam salsam efficiant, quales sunt Sequana, Iberus, Tamesis, alijque permulti quamvis maximi. Contra Eridanus, Tibris, Rhodanus, Garumna, alijque fluuij rapacius longiusque mare ingredientes, idem efficiunt quod Mosa, alliciunt nempe & adducunt acipenseres, sed non tanta copia. Præterea Mosæ, aut vt alij viri docti malunt, propter vtriusque fluuij adfinitatem, Rheni Acipenseres, meliores, gustui ac palato gratiores & maiores videntur, quam Maris Mediterranei. Colore sunt argenteo, & lucidiore, & mira magnitudine. Inueniuntur enim qui 400 librarum pondus excedant. Memoriæ prodit Guicciardinus, se vidisse Acipenserem in foro Antuerpiensi 420 librarum, eundemque longitudine XII pedes Antuerpienses excessisse: & alio die mane ibidem LXX simul vidisse, quorum minimus V pedum longitudinem superabat. Piscis hic in Hollandia, Zelandia & Frisia mense Aprili primum conspicitur, & tres menses continuos, vel diutius quoque inuenitur: quo tempore magnus eius capitur numerus. Atque inde in regiones alias, inprimis in Angliam mitti solet; sale etiam conditur, idque magna copia, quo pacto facile a putredine conseruatur: & præter id quoque tempus, toto fere anno, minores quidem, sed delicatissimi capiuntur. Ex hoc Mari Mosæ ostium quoque subeunt, dulcis aquę illecebra, qua mire pinguescunt, Salmones, Trutæ, & toto hic fere reperiuntur anno: item Lampetræ, Alosæ, Mugiles, Congri, & alij optimi quique pisces, quos hic breuitatis gratia omittimus. Id autem non caret admiratione, quod viles fere sint isti pisces, si in mari capiantur; optimi vero et pingues vbi dulces ingressi sunt aquas. Fluuius hic preterea, sponte & natura sua producit præter alios pisces, Trutas genuinas, & Lãpetras alias maiores quidem excellentes, alias vero minores & delicatas. *Scaldis* Ptolemæo Ταβέδα, Belgis *Schelt*, Gallis *Escault*, oritur in Veromanduis, prope Abbatiam, vt vocant *D. Martini*, quo inter *Castelletũ (Chastelles)* & *Bellivorum (Beau-reuoir)* duo Gallorum propugnacula, placidus incedens, Cameracum vrbem Imperialem adit, eamque perlabitur; Hinc Hannoniam regionem petens, Valencenam vrbem nobilẽ suis aquis ditat: hinc nauigijs vehendis se commodum præbens, ac Hania recepto, Condatum præterfluit: ac deinde flumine Scarpa auctus S. Amandum lustrat; ab eo in Septemtrionem vergens Tornacum, Aldenardam, & Gandauuum vrbem celeberrimam perlabitur, vbi flumina duo Lisam & Liuiam, aliasque Aquas recipit. Sinuosis inde flexibus multisque Mæandris Teneramundam pergit, ibique Tenera amne recepto, ad dextram fluens, Rupelmõdam petit: ibiq; Rupelam ac paullo post Delam suscipit: vnde auctus & tumidus, mox Antuerpiæ moenia adluit; Emporioq; huic portũ insignem, & tutam nauium stationem efficit; deinde paullo longius progressus, bipartito cursu Brabantiam ac Flandriam à Zelandia discriminat: siquidem sinistra in Austrum contortus ac deflexus, Flandriæ oras ac littora persequitur, alioq; nomine insignit[9], *de Hont* à latratu ac fremitu vocatur, quo per Zuytbeveland iam ac Vualachriam in Oceanum occidentalem patefaditus, ac rursus in has oras accessus: dextra vero relictis Brabantiæ finibus continuato cursu, seruatoque veteri alueo per Scaldiæ insulæ littora violento vastoque gurgite in Oceanum devoluitur. Cæterum flumen hoc æstum Oceani reciprocantis sentit Gandauuum vsque, ab ostio Milliaribus (hisce tamen adnumeratis eius amfractibus) plus quam XXX. Subeuntque flumen hoc, Acipenseres, Salmones, Trutæ, Lampetræ ingentes, Rhombi, Congri, Alosę, Cuculi, Mugiles, Cammari, Soleæ, Locustę admirabiles, Sardæ, alijq; permulti pisces delicatissimi qui ex mari aduerso amne in Scaldim penetrãt, ibique pascuntur & oua pariunt, quod eius ipsis ad id aqua aptissima sit. Atque hinc duobus aut tribus mensibus, inter ver & æstatem præter maiores pisces, tantus numerus pisciculorũ minutorum, vix natorum, capitur, vt incredibilis inde hominum multitudo victitet. Flumen hoc quoque plurimi Canes Marini, & Tursiones ingrediuntur; quæ duo genera piscium ex eorum numero sunt, quæ non oua, sed membris proprijs fœtus iam formatos & perfectos pariunt. Canes Marini suos terra gignũt, & suis vberibus, dum ad mediocrem magnitudinẽ peruenerint, lactant. Præterea Fluuius hic ex se, nullo Maris adminiculo, varia toto anno Piscium producit genera, quorum hæc sunt pręcipua: Lucij, Barbi, Tincæ, Cyprini nobilissimi & commune pondus excedentes, vt XX sæpe librarum reperiantur, Gobiones, & alij pisces permulti maiores & minores. Anguillæ variæ, varia Cãmarorum genera, & in Fluminis Ostio Ostrea nonnulla, quæ tamen eo ex Mari subeunt. Itaque Fluuius hic subsidio Maris, Piscium multitudine & varietate nulli, non modo Galliæ, sed nec totius Europæ Flumini cedit. *Aa* prope Teroanam oritur, & in Cæsiam vergens, Fanum S. Audomari perlabitur, ac Greuelingam delatus, prope quam anno CIↃ ↃLVIII inter Burgundos & Gallos celebris illa pugna commissa est, in Britannicum Mare se exonerat. *Lisa* vulgo *de Leye*, in Artesia oritur, in Pago Lisburgo (*Lisbourg*), qui hinc nomen obtinet, prope Teroanam & Ariam, Armenteriam, VVervicum & Meninas (*Meenen*) contemplatus, inde Cortracum medium secans, Gandauicum aquis Scaldis commiscetur: Piscibus plurimis ijsque optimis abundat. *Sambra* vulgo *Sambre*, *Sabis* Cæsari; in Hannonia prope Pagum Nouionem (*Nouion*) nascitur, & in ventum Hellespõtium conuersus, Lustratis Opidis, quæ vulgo, *Landrecy*, *Sassene*, *Barlaymont*, *Mabeuge*, *Merue*, & *Chassele*, tandem Namurcum perlapsus in Mosam se exonerat, pisces delicatos subministrans. *Dela* in Brabantia, prope Pagum

Tilam oritur, & verſus Septemtrionem tendens *Waveram* petit: deinde Louanium permeat tribus inde Milliaribus diſſitum; & curſum iſtum tria circiter Milliaria ſeruans, poſtea in Occidentem flexus, multis Brachijs Mechliniam perlabitur, ac tandem quatuor Milliaribus a Rupelmonda, admodum auctus in Scaldim deſinit. *Sena* (*la Seine*) nomen, vt videtur, obtinuit, à Senonibus Britanniæ populis, cum in haſce Regiones ad vexandam Galliam veniſſent. Naſcitur prope Opidum *Seigni* in Hannonia: & ad ventum Helleſpontium vergens, Hallã petit: & Bruxellam perlapſus, Vilvordam permeat: inde ad Cæciam flexus, dextra Mechliniam relinquit, ac paullo vlterius progreſſus in Delum ſe effundit. *Dizia* apud Leodienſes prope Opidulum *Per* oritur: & in Septemtrionem conuerſus Eindovam interluit: inde priſtinum curſum ſeruans Siluam Ducis petit, infra quam in Moſã evoluitur. *Demera*, prope Tungros in Leodienſi quoq; Dioeceſi, ſcaturit, & in Occidentem verſus Bilſenum, inde Haſſiletũ (*Haſſelt*), & Dieſtũ interluit, vnde Sichenũ & Arſchotum perlapſus, in Delam effunditur. *Netha* prope Pagũ *Rheti* Originẽ habet, & ad ventum Africum conuerſus vrbem *Herentals* perfluit, vnde curſu ſuo ſeruato, ad Dominiũ Grobendonkianum defertur, receptoq; fluuiolo *Aade* Liram tranſit Dufflenũ & VValemum adluit, & paullo poſt Delæ miſcetur. *Rueur*; forte *Adrana* Tacito, vt ſcribit Ritheimerus, prope Pagum, Bulinge, in agro Iuliacenſi, oritur, & Cæciam ſequens Duram & Iuliacum perlabitur, & tandem Ruermondæ, cui nomen indit, in Moſam delabitur. Sunt & alia minorum gentium Flumina, quibus delineandis breuitati ſtudens, ſuperſedeo. Quæ cum Torrentibus & riuis, quos etiam, ne lectori tædium pariam, prætereo; præterquam quod incredibilem piſcium copiam ſubminiſtrant, regioneſque ipſas ornant & muniunt, magni quoque momenti ſunt in commeatu & mercibus tranſportandis. Ruſtici præterea horũ fluminũ adminiculo multas Aquas inter ſe connectentes, magna induſtria foſſas aliquot Milliarium, eaſque Navigiorum patientes ducunt: ita vt vix vlla Ciuitas aut Locus inueniatur, qui Nauigia & quidem magna, non admittat. Viuis tamen Aquæ Fontibus, vt plurimum Regio hæc caret, exceptis locis montoſis. Monſtratis autem, quæ per Inferiorem Germaniam ſunt, Fluminibus; ſequitur vt aliquid etiam de Oceano dicamus: cum & propter adfinitatem aliaſque cauſſas non tãtum membrum, ſed & prouinciæ ipſius Caput ſit. Magnam igitur immo vaſtam & ſuperbam Oceani dico eſſe

Mare.

Faciem: & ſi intumeſcat & commoueatur formidabilem. Nam tanta ſæpe vi, tantoque furore commouetur ac tempeſtatibus horreſcit agitaturque, vt ſpatioſos campos & totas aliquando regiones abluat ac mergat: inprimis autem circa Zelandiæ oras, magnas ſæpe irruptiones fecit. Incolarum autem induſtria, illi aggeres & Chelas opponentium, tandem periculum fere omne eſt amotum: niſi forte Cauri cum ſummo Maris æſtu & aquis viuis colliſio fiat. Venti qui Mare pre cęteris turbant, ideoque regioni maxime noxij, ſunt Caurus, Zephyrus, & Libs. Nouilunio quoque & Plenilunio præter duo Æquinoctia quibus maxime, (Cornelio Tacito teſte) tumeſcit Oceanus, aeerrime vexatur. Quoties enim cum Sole congreditur Luna, atque innouari incipit, aut in orbem circumducta plene conſpicitur, maximos excitari eſtus, fluctuſque attolli in immenſum, ac maximas cieri tempeſtates cernimus. Effectus Aeſtus alios nouimus & experimur commodos, alios incommodos. Illos quidem quod Aquas purget, ne ſtantes & quietæ (docet hoc experientia) ſitu & putrefactione corrumpãtur: quod item promoueat Nauigantes. Nam vt inquit Veget. lib. IV de re militari cap XLII, *hæc reciprocantis meatus ambiguitas Curſum Nauium ſecunda adiuuat, retardat adverſa.* Hos autem, Inundationum & perruptionum violentia. Nam tanta ſæpe vi terris immittitur Oceanus, vt etiam vaſta Flumina retroagat, inundans abluenſque ſpacioſos campos, vt ſupra quoque attigimus. Scribit hoc Pomponius Mela; clamantque tot multorum ſeculorum calamitates. Sed hæc hactenus: cum autẽ indicaverimus, quantum nonnullis huius Prouincię Regionibus detrimentum adferat Oceanus, vbi commoveri cæpit, etiam aliquid dicendum eſt de commodis, quibus dum tranquillus pacatuſque manet, vniuerſam Prouinciam adficit, quibus ſi carendum ipſi eſſet (tot & tanta ſunt) vix dimidiam Incolarum partem alere poſſet. Quamvis enim regio per ſe ſatis ſit fertilis (vt ſupra diximus) tamen nec ipſa victum, nec hominum induſtria res alias incolis neceſſarias, ſufficere poſſet. Mari eo quotidie, quæ ad victum cultumque pertinent, tanta copia importari ſolent, vt inde etiam in alias Europæ regiones multa tranſportentur. Atque hinc fit vt Prouincia hæc totius fere Europæ ſit quaſi Portus & Forum, ita vt ibi infinita Mercatorum & Negotiatorum ſit multitudo & veluti Chaos quoddam tam incolarum quam extraneorum. Emolumentum, præter hæc, Oceanus, dignum certe ſua magnitudine regioni adfert, quod, vt quivis per ſe videt, in copioſa alecum, piſciumque omnis generis captura, fidẽ omnẽ ſuperante conſiſtit, qui non tantũ potentiorum voluptatibus, ſed etiam tenuiorum hominum ſuſtentationi inſeruiunt: nec ſolummodo victum, ſed & opes incolæ inde ſibi parant. Quod enim ipſis ſupereſt, magnæ parti Galliæ, Hiſpaniæ, Germanię, Angliæ, alijſque Regionibus ſufficit: imo in ipſam vſque Italiam plurimi ab ipſis Piſces muria conditi mittuntur, inprimis Salmones & Aleces. Cum autem hæc negotiatio piſcium muria conditorum maximi momentũ ſit, tres eorum ſpecies præcipuas recenſebo, nempe Alecem, Aſellum maiorem & Salmonem. Primum de alecibus quarum prouentus præcipuus, agemus. Aleces in nullo reperiuntur fluuio, vel Mari Mediterraneo, Hiſpanico, aut alio (niſi fallor) ſed in hoc ſolum Oceano Septemtrionali: earũ magnitudo, forma, & bonitas neminẽ latet. Hæ poſt quam ex Arctoi maris latebris diſcedentes, id quod præcipitante iam vere ſolet fieri, velut commutatis natalibus in æſtiua contendunt, tanta interdum multitudine, vt oppoſitis retibus ſiſti nequeat impetus, quin illa rapiantur ac liquidi æquoris faciem offuſcent: (Quæ cauſſa eſt cur tam copioſa ſit illarum in retia infuſarũ captura;) Tum vero claſſes varię, inter quas Hollandica, Zelandica, Friſica, Flandrica, Gallica, Britannica & Scotica, quaſi ex condicto ad evitandas ſimultates & contentiones partitæ inter ſe certas ac definitas ſtationes ſub Britannia, Scotiæ ora & Orcadibus, ſingulæ pro viribus iſti piſcium generi inſidiantur nauigijs rotundis, alvo panda, obtuſa prora, quas *Buſas* nuncupant. Hi piſces viui, quo ad eius fieri poteſt (nam ſimul cum deſerto ſalo vitam quoque protinus expirant) per jugulatorem eundem & eviſceratorem, cui præ cæteris omnibus liberaliſſima merces datur, aperto prius jugulo exenterantur, dein per ſalitorem condiuntur, feſtinatis operis, inde conduntur ſalſamentarijs cadis (*orcas* Latini dicunt) poſtea venditi, per alecarios cupariosque de integro ſtipantur, inani turba quæ lactibus aut ovis caret, numero ſubmota, nova muria obruuntur, poſtremo per delectos juratoſque arbitros bonitatis fides exploratur, ſigilloque addito obſtringitur, non abſimili religione a vetere, qua Dianæ Sacerdos *Lemniam Rubricam* probatæ notę ſigillo impreſſo inſigniebat, vti Galeni teſtimonio conſtat. Atque iſtud quidem primum genus alecum eſt, conditaneum ſeu muriaticum nominandum

Commoditates maris.

cum

cum Plauto: alterum est quod leviter salitum in fumario fumo duratur, vbi auri vel æris potius colorem ducit, vnde *Soretum* voce Gothica Galli id genus nuncupant, quod subruffus ad atrum accedens color ea lingua *Sorus* vocitetur. Ista alecum piscatio quantum operæpretium, quantam reipublicæ inprimis Hollandicæ & Zelandicæ vtilitatem præstet, quo ore efferam ignoro, quando non vnius, sed plurium civitatum salus & fortunæ inde pendere propemodum videantur: inde plebs vrbana pariter & rustica victum quærunt, æs alienum dissolvunt, familias sustentant, opes qualescumque conquirunt, aut partas tuentur. Alterum præcipui piscis genus, quod condiri solet Latinis vocatur *Asellus Maior*, ad differentiam Minoris, vulgo *Cabeliau*. Hic certe piscis inter minimos habendus non est: & reperitur aliquando LX librarum, atque optimus est, sive recens, sive sale conditus sit. Multis anni temporibus, sed potissimum tempore quadragesimę, locis huic mari proximis, in primis in Mari Frisio capitur, magnaque eius copia sale condiri solet, magnum emolumentum regioni quotannis adferens. Tertium genus piscium præcipuum, quos sale conspergi dixeram, Latinis vocatur *Salmo*: optimus quoque tam recens quam conditaneus. Piscem hunc Hollandia & Zelandia proferunt, omnibus fere mensibus, sed maxime Aprili, Maio, & Iunio: cuius tanta sale conditur copia, vt collectum in caput fœnus annuum 200000 Coronat. excedere credatur. Sed de his satis, ad reliqua pergamus. Planum *Montes.*
& æquum est Belgij solum: pauci in eo reperiuntur Colles, Montes pauciores, præterquam in Lutzemburgo, Namurco, & nonnullis Hannoniæ locis, vbi densiores sunt, & apud Leodienses sunt quoque plurimi. Ne- *Silva et Nemora.*
moribus Silvisque, quantum voluptati aut venationi satis est, aut regionis decor exigit, sparsim ornatur. *Arduenna Silva* tempore Iulij Cæsaris (vt ipse scripto mandavit) totius Galliæ maxima erat, & ingenti magnitudine per medios fines Trevirorum a flumine Rheno ad Nervios (nunc *Tornacenses*), & Rhemorum pertinens, millibus passuum amplius quingentis in longitudinem patebat. Et hoc quoque tempore nulla totius Galliæ silva cum ea adæquari potest: sed cum hodie sit bene culta regio, multum ipsam de pristina magnitudine amisisse videmus: ita vt pars quoque superstes sæpius interrumpatur, & mutato nomine ab agricolis colatur. Pars autem eius maxima, & minus interrupta, est a Thionis-villa prope Leodium vsque, quod spatium ad XXX milliaria se in longitudinem extendit. In medio sita est vrbs S. Huberti, quæ Gemma Frisio teste, longitudinis continet grad. 26 & min. 40; latitudinis vero grad. 50, & min. 4. Arbores habet hæc silva omnis generis amœnas, altitudinis ingentis & latitudinis, quæ eam non minus fructuosam quam jucundam efficiunt. Ἀρδένα Strab. Adcolis Ardenne, Rhenano *Luitticher Waldt*, (quod sonat, *Leodiensium Nemus*) dicitur. *Mormavia* (*Mormau*) Hannoniæ silva amplissima, initium sumit prope Quercetum (*Quesnoy*), & ad Meridiem se longius in Veromanduos extendit: ac multa in se continet Opida, Pagos & alia loca fontibus & aquis perennibus amoenissima. Carbonum hic magna conficitur copia: vnde eam nonnulli partem Silvæ Carbonariæ esse arbitrati sunt: alij tamen Silvam Carbonariam magis in Orientem Solem spectasse asserunt, inter Mosam & Sabin, & amoenam Archiæ Siluam ex eius esse reliquijs, in qua Pagus cognominis egregia Arce munitus continetur, ibique domicilium Dominorum Berlaymontiorum esse solet. Amoenissima *S. Amandi Silva*, in Hannonia quoque sita est: dicitur etiam *Silva Raymensis*, ob earum affinitatem. Initium capit in finibus Flādriæ Gallicæ prope Pagum *S. Amandi*, vnde nomen habet, & ad Orientem Valencenas vsque excurrit, magna latitudine & spissitudine. *Silva Raymensis* est Domini *d'Emery*, qui propterea Magnus est Hannoniæ Venator: Hæc enim dignitas huius Silvæ propria est. *Silva Faignensis* (*Le bois de Faigné*) in Hannonia quoque sita, prope Avennas initium habet Magetobriam (*Masieres*) vsque fere pertingens, spatio XVI Miliarium, & antiquitus maior erat. Videtur adhuc retinere nomen, quamvis corruptum a Faunis & Satyris: qui forte hinc a Poetis, cornua & pedes caprinos habere fingebantur, quod huius Silvæ primi incolę tam essent feri & immanes, vt non multum a brutis differrent. *Soniensis* Silva, duobus aut tribus teli ictibus Bruxella distat, & in meridiem Brennam vsque Alleudam & Brennæ castellum excurrit, spacio III Miliarium. Magna est certe & nō contemnenda Silva, ita vt in circuitu amplius Septem P. M. pateat: & tot in ea sunt Vrbes, Pagi, Abbatiæ & Monasteria, vt miraculum videatur; ideoque non pauci æstate Nobiles & Cives honestiores cum tota familia se eo recreationis gratia conferunt, ibique ad septimanas tres aut quatuor remanent. *Saventerloo*, Lovanio, Bruxella & Viluordia includitur. Silva amoenissima est, nomenque accepit a Sauentria pago illi adiacente. *Grootenhout* itidem Brabantiæ Silva est, non multum supra Turnholtum sita, in qua nascitur Fluvius Ada, qui postea in Flumen Netham se exonerat. Silva est magna, in qua Regina Maria, ad quam Turnholtum pertinebat, multum venari solebat. *Mærlaigne* Namurci Silva, prope Namurcum vrbem initium sumens: & ingenti latitudine ad ventum Africum porrecta, Philippopolin versus: prope Mosam vsque se extendit. *Niepa* Flandriæ Silva primaria, non procul ab Artesiæ finibus, duobus a Flumine Lisa, Castello Morinorum & Balliolo distat Miliaribus, quamvis diversis sui partibus: amœna est, ampla, & antiquissima Silva, Arcem & opere, & Natura continens munitissimam. *Nonnen* itidem in Flandria sita est, ac prope Hipram, maxima in Septemtrionem Latitudine se extendens multos Pagos, & Abbatias nonnullas cōplectitur. *Poodsbergia*, Silva inter Flandriam & Hannoniā nō procul a Gerardimōtio & Lessina, magna est, & ob rotunditatē iucunda. *Guilielmi-Silva* in Artesia posita est, prope Rentiacum, vbi pugnā Imperator cum Galliæ Rege cōmisit, anno CIↃ IↃLIIII. *Echterwallia*, Geldriæ prope Arnhemū, Silva amœna, in Ventū Hellespontiū vergit. *Septem-Silvæ*, sunt VII ingentes & Transisalanis finitimæ Silvæ, quæ vni ex quatuor Frisiæ partibus nomen dederunt, quæ hodie dicitur *Sevenwolden*, quasi dicas *Septem Siluæ*; quarum singulę multū Spacij cōtinent, & pagos plurimos adspectui iucundissimos. Sed hæc hactenus de Silvis, Ad Opera publica venio. Innumera in hisce Regionib' *Opera publica.*
magnifica Templa, plurimæ Abbatiæ, innumera Cœnobia & Monasteria, plurima Xenodochia, Nosocomia, Prochodochia, & Orphanotrophia. Certe in vna Vrbe Antuerpia duo & quadraginta eiusmobi loca numerantur: inter ea augustissimū, *Templum Cathedrale D. Virginis* capacissimum, cum turri excelsa CCCC XX pedū, ex candido Marmore, ex qua prospectus in vrbem opulentissimā, in Fluvium navibus tectum, in vicinam regionē pagis vrbibusque abundantē, amoenissimus patet. Quid reliqua templa Monasteria & eiuscemodi loca describā, quæ hic & in alijs vrbibus & Pagis magno numero conspiciuntur? Quid Ducū Comitūq; & illustriū Procerū sūtuosa Palatia? Quid reliqua tū publica tū priuata Ædificia? ea si cōmemorare pergā tēp' me citius & loc' quā materia deficiat. Quare de his silere meli', quā parū dicere. Ad Academias pergo, quas hic quatuor *Schola*

Lova-

Lovanienſem& *Duacenſem*, *Lugdunenſem* & *Franekeranam* numero. *Lovanienſis* frequentia Collegiorum, Studioſorum, Doctorum celeberrima. Collegia potiſſima ſunt *Lilium*, *Caſtrenſe*, *Porci* & *Falconis*, quibus Philoſophia traditur. Eſt & trilingue *Buſlidianum*, in quo Græca, Latina, Hebraica docentur. Vniverſitas iſta flagitatione nobilium Brabantinorum primum conſtituta eſt, ornataque privilegijs a Ioanne I V Brabantiæ Duce, Anno M.CCCCXXVI Pontifice Martino V. Reliquæ noſtra memoria erectæ ſunt. Ex his tanquam ex Equis Trojanis innumeri viri docti prodierunt, & quotidie prodeunt. Viros enim doctos, & omnium facultatum & ſcientiarum peritiſſimos Belgium habet: & vt olim, ſic & hodie celeberrimos producit. Quos omnes vno ductu enumerare, nimis longum foret. Bibliothecæ hic, varijs locis variæ, optimis rariſſimiſque refertæ libris. Inter quas Lugdunenſis non poſtremi loci. Incolæ ſunt formoſi, quieti, parum cholerici, parum ambitioſi, parum ſuperbi: non admodum Veneri dediti, civiles, aperti, comes, blandi, ad omnia prompti, ſalſi & interdum dicaces: laborioſi, induſtrij, fideles, grati in bene meritos, artium omnium ſcientiarũque capaces, libertatis & privilegiorum avitorum præfracte etiam ad mortem vſque ſtudioſi. Id etiam in genere dici poteſt vere & cum laude, Belgas eſſe frugi, & attentos æconomos patreſque familias: qui formicæ exemplum ſequuti condunt ſub hyemem, quę illa anni partis injuria negatura videtur, coemptis piſcibus carnibuſque, quę vel muria domant, vel fumo durant. Vix etenim eſt honeſtior vlla domus, quæ pro ratione capitum familiæ (vt quæque eſt vel numeroſa vel exigua) non macte in Autumno Boyem integrum, aut dimidiatum ſaltem, præter Porcum, quorum carnes bonam anni partem eſui futuras, dum ver ſinum plenũ effundat, ita vt dixi, condiunt. Complures tamen plus æquo avari, aurique avidi ſunt. Mulieres formoſæ, geſtu decenti, & comes. Solent enim more regionis a prima ætate familiariter cum quovis converſari; ideoque & in agendo & loquendo aut alia re promptiſſimæ: nec vero libertas hæc ſeu licentia honeſtatem ipſarũ minuit. Nec tantummodo peragrant ſolæ civitatem, ſed etiam exiguo comitatu in vicina opida commeant, ſine vlla vel leviſſima criminis ſuſpicione. Sunt admodum continentes, & ad quidvis agendum adpoſitæ. Nec ſolum rei familiaris ſtudioſiſſimæ ſunt (de qua viri parum ſolliciti ſunt) ſed etiam mercaturam exercent: imo & negotijs reliquis ad viros ſpectantibus os & manus adhibere ſolent: idque tanta dexteritate & diligentia, vt multis eius Provinciæ locis, velut in Hollandia & Zelandia, viri rem omnem eis committant. Atque hac vivendi ratione mulierum dominandi aviditati adiuncta, ipſæ plerumque nimis imperioſæ, imo molestæ & ſuperbæ redduntur. Moris eſt tam apud Principes, quam inferioris ſortis homines, vt etiam apud nationes reliquas Ciſalpinas primogenitis parentum, licet adhuc viuentium, & ætate vigentium indere nomina. Et Nobiles, cuiuſcumque ſint qualitatis aut ſortis, Dynaſtarum more, plus ſemper filiæ natu maximæ tribuent, quam reliquis minoribus, licet parem omnes dotem habeant: ita vt reliquas alicui ſæpe deſpondeant, cui illam denegarent, ipſam meliori conditioni aut marito reſervantes. Atque hoc nomine laudandi, quod facile (vt & eos tempore Iulij Cæſaris, & ante, feciſſe comperio) cum exteris matrimonia contrahant, ſi id occaſio poſtulet: nec patriæ ſoli adſtringuntur. Quę ſane res vtiliſſima & commodiſſima eſt; hæ enim adfinitates & ipſis & Reipublicæ non parum conducunt. Indecens autem eſt, imo abſurdum videtur, Adoleſcentes vetulas, Senes contra puellas ducere: item ignobilem nobili, Herum ancillæ, Dominam famulo matrimonio jungi. Imprimis vero Belgæ dediti ſunt artibus Mechanicis, non ſordidis quidem & ſervilibus, ſed nobilioribus; panni contexendi; lanificia & telas tractandi, aulæa tapetiaque conficiendi; quę non tantum proprijs regionis vſibus inſerviant; ſed etiam vlterius in Galliam, Hiſpaniam, Germaniam, reliquamque Europam, atque adeo in Africam & Aſiam deportentur. In picturis nulla æque natio excellit: nulla in Muſicis: nulla in variarum linguarum cognitione acquirenda. Oleo colores miſcere primus docuit *Ioannes Eickius* Belga. Vix eſt quiſquam in Flandria, Brabantia, Zelandia, qui non & vernacula, hoc eſt Germaniæ inferioris lingua loqui poſſit, & Gallica: nautæ, mercatores, & viri litterati, etiam Italicam, Hiſpanicam, Latinam, Græcam plerique norunt: ſunt etiam qui Hebræam, Chaldaicam, Arabicam. Rei etiam navalis Belgæ peritiſſimi ſunt. Ad victum venio; Vſus eſt apud Belgas Tritici, Secalis, Avenæ, Fartis & Hordei. Legumina, præter Fabas & Piſa non ſunt magni momenti: viciæ quoque parum habent, Panici & Milij nihil. Vẽti enim vehementiores ea ſternunt & deturbant. Sobrie ac frugaliter vulgus familiam educare ſolet. Potus fere eſt Cerviſia, quę conficitur decoquiturque ex ea quam *Maltam* (forte ἀπὸ τοῦ μαλθακοῦ, quod mollis eius & ori gratus ſapor,) vocamus: inde adijcitur poſtea triticeum far mola fractum, cum lupo ſalictario. Atque hic potus bonus & ſanus ijs eſt, qui ſe ei adſuefacere poſſunt. Multum quoque bibunt lactis. Opulentiores vino vtuntur. Pane vulgo veſcũtur ſecalitio. Solent etiam veluti feſtis præcipuis, inprimis nomine ipſorum indigetatis, item Bacchanalibus, convivia inſtruere, parentes, conſanguineos, & amicos invitare, & cum eis pollucibiliter commeſſari: natura enim amant oblectationes, epulas & conviuia; Potentiores vero ſplendide & magnifice epulantur, ſeque vere magnanimos oſtendunt. Nitidas & abſterſas conſervant domos, ab omni ſupellectile, & quidem commodiſſima, inſtructas, ita vt merito in ijs nihil deſiderari poſſit. Et certe pulchrum & gratum habet adſpectum iſta bene ordinata, munda & copioſa ſuppellex: qua in re fortaſſis omnes totius mundi nationes (imo ſine dubio) facile ſuperant. Hoc autem habent Belgæ vitij, vt potu ſe nimio ingurgitent, quo maxime delectantur: ita vt ſępe nec interdiu nec noctu bibendi finem facientes, præter incõmoda reliqua, maximo corpus & ingenium adficiant incommodo; idque ſine dubio illis immaturæ ſæpe mortis adfert cauſſam, juxta illud Propertij *Vino forma perit, Vino corrumpitur ætas.*

Et ipſi id quoque norunt, fatentur, & ſeipſos reprehendunt: ſed quid agas? vincit mala conſuetudo. Quamvis aliquo modo poſſint excuſari. Cum enim humidus & melancholicus fere ſemper ſit aer: nulla forte re alia melancholiæ iſti odioſæ, & ſanitati infeſtiſſimæ mederi poſſent; quod Horatius indicaſſe videtur, inquiens: *Vino pellite curas.* Iſtud tamen Terentij nobile quoque dictum ſervarent: *Ne quid nimis.* Quod quidem ab omnibus, honeſtioris exiſtimationis et conditionis viris fieri jam cœpit. Incolæ ſcito et commodo ſunt veſtitu, et pulcre formato. Magnam denique et copioſam exercent Mercaturam, cuius quæcumque etiam ea ſit, peritiſſimi ſunt. Atque ipſa Belgica, maximam partem, mercatura et Artibus nititur.

Bibliotheca.
Moret.
Opificia.
Victus.
Veſtitus.
Mercimonia.

COMITATVS, Vlaenderen.

Status Politicus Flandriæ, trib' constat mēbris

- Primum mēbrum, Prælati Ecclesiastici
  - Ordinis *S. Benedicti Abbates 7. S. Peter & S. Baefs Gandaui, S. Winnock in Bergen, S. Andries, 24 23: 51 15. S. Peter in Oudenarde, Eename 24 52: 50 51. Marchienne.*
  - Ordinis S. *Bernardi Abbates 5. Ten Dunen, Boudelo 25 15: 51 13. Doest 24 25: 51 20. Clammerez 23 25: 50 49. Marchienne, & Prioratus in Waerschot 24 50: 51 12.*
  - Ordinis *Præmonstratensis Abbates 3. S. Niclaes in Vuerne, Dronghene 24 53: 51 5. S. Cornelis in Nienoue.*
  - Canonicorum *Regularium Abbates 6. Eechoute, Soetendale 24 37: 51 17. Vvarneston, Sunnebeke 24 10: 50 54. Cysoing, Falempijn 24 11: 50 52.*
  - Eiusdem *ordinis 6. Præpositura*, S. *Marten in Iperen, Vormeseele 24 4: 50 52. Watene, Loo 23 53: 51 2. Euersam 23 52: 51 0. Petendale.*
- Secundum membrum, Nobilitas.
  - Vicontez *5. Gendt, Iperen, Werne, Bergen, Haerlebeke 24 30: 51 53.*
  - Principatus *3. Steenhuse 25 7: 50 52. Gauere, Espinoy 24 8: 50 29.*
  - Barones 4.
    - *2. in Comitatu Cysoing & Heyne 24 51: 50 24.*
    - *2. in Dominio Pamele in Oudenarde & Boelare 25 7: 50 49.*
  - Tribuni militares, Bāderheeren
    - *In Comitatu Teutonico, Dominus de Neuele 24 46: 51 4. D. de Dixmude, D. de Beueren, de Praet prope Brugge, Haesskercke, Vvatene, Heuerghen, 24 56 51 9. Vvaestine, 23 27: 50 48. Caesten 24 22: 50 59. Ingelmunster, Poucke, Gruithuse 24 27: 51 10. Male 24 29: 51 15. Maldegem 24 40: 51 16. Oostcamp 24 26: 51 12. Vvinendale, Colscamp 24 24: 51 3. Ghistele 24 9: 51 13. Sevecote 24 6. 51 12. Rousselare, Vvaestene 24 8: 50 47. Hondscote, Cassel, Nortvrie 24 22: 51 20. Haesskercke, Halewijn 24 19: 50 49.*
    - *In Comitatu Gallicano, Castellanus de Lille. D. de Vvaurin 24 6: 50 36. D. de Comene.*
    - *In Dominio Flandriæ Dominus de Rode, D. de Gauere, Sotteghem, Gontero 25 2: 51 0. Scorisse 24 51: 50 48. Poitz 24 35: 50 46. Liekerke 25 20: 50 54. Lumbeke 25 22: 50 50. Rotselar in Meerbeke 25 18: 50 50. Vvedergraet in Neyghem 25 21: 50 49. Steenhuse 25 7: 50 52.*
- Tertium mēbrum sunt præcipuæ ciuitates
  - *In Flandria Teutonica 4 præcipuæ ciuitates hoc membrū repræsentant.*
    - *Gendt cuius sortem sequuntur*
      - *In Comitatu Burgrauiatus Gandensis, & Castellaniæ Cortracensis ac Oudenarde & Bieruliet, 24 55: 51 23.*
      - *In Dominio quædam sunt feuda Imperij, vt 4. Ambachten, dat Landt van Waes, T Graefschap Aelst, Alia libera Dominia, vt Bornhem 25 29: 51 8. Dendermonde, Geerdsberge.*
    - *Brugge cuius sortem sequuntur in censu & armis, quæ sunt post 4. officia, vsque ad Nieuport, totus videlicet Franconatus (het Vrie) oppida eius clausa & nō clausa.*
    - *Iperen ad quam referuntur in censu & armis, Iperen Ambacht, Bellen Ambacht, & Cassel Ambacht.*
    - *Franconatus Campestris (het platte Vrie) cuius sortem sequuntur in censu & armis Wern Ambacht, Bergen Ambacht, & Broucborg Ambacht.*
  - *In Gallicana 3. Ciuitates principales*
    - *Lille, Rissel*
    - *Douay*
    - *Orchies*

Tornacense *Dominium, & Status Flandriæ annexus, per se constat tribus membris, Ecclesiastico, Nobilitate, & 4. supremis iustiijs.*

Status Ecclesiasticus. *Vnum habet Flandria Episcopum Tornacensem, Archiepiscopo Remensi subiectum, in 5. tamen Diœceses Episcopales diuisa est. Traiectensi subsunt 4. officia Hulst, Axele, Assenede, Bochoute. Tornacensi subsunt Gent, Cortrijck, Oudenarde cum illarum Castellanijs, Vvaes territorium, Brugge, Franconatus, & Lille cum sua Castellania. Atrebatensis comprehendit Douay & Orchies. Cameracensi subest Dominium Flandriæ vltra Scaldim versus meridiem. Tatuannensis habet Castellanias Iperen, Cassel, Vverne, Berghen, Broukborg, Belle.*

Iurisdictio.

In Flandria Teutonica sunt 14 principales Curiæ Comiti feudales, Viesburg, Gandaui, Burgus Brugis, Sala in Iperen, Castellum in Cortrijck, Curia in Harlebeke, in Tielt, Domus in Deinse, Curia in Peteghem, dicta Beaulieu, & domus Deinse subiecta, Tribunal in Oudenarde, Burgus in Vverne, Curia in Berghen, in Broucborg, in Cassel, & in Belle.

In Flandria Gallicana sunt 3 Curiæ Comiti feudales, Salla in Lille, Castellum in Douay, Curia in Orchies.

In Flandriæ dominio sunt 4. Curiæ Comiti feudales, Tribunal in Aelst, Domus in Dendermonde, Prætorium Vvasiæ apud Sanctum Nicolaum, & Castrum Beueren.

Ex omnibus Curijs & Iuris dictionibus dictis appellatur ad Consilium Principis prouinciale, quod est Gandaui, inde ad Parlamentum, quod est Mechliniæ.

Hæc ex Petro Oudegherst sumpta sunt, qui exquisitissimè res Flandricas conscripsit.

Meridiani distant iuxta rationem Paralleli 51.

FLANDRIÆ COMITATVS.

Landria nomen quamuis non magnæ antiquitatis, nulla tamen eius certa ratio reddi potest. Sunt, qui ab vrbe eius nominis appellationem deducant, sita vbi nunc Ardenburgum; *Regio. Vnde dicta.* sunt qui à Flandberto filio Blesindæ, quæ soror fuit Clodionis, Regis Galliæ: Vixit autem Flandbertus Anno Christi cccc.xlv. Sunt qui à Lyderici primi Comitis sponsa Flandrina nomen regioni datum arbitrantur. Sunt qui à flatu & fluctibus, quorum magna ob vicini Oceani impetum vis huic terræ incumbit. Adeo vt etiam anno M.cccxl in agrorum


FLAN
DRIA CO
MIT
MARE GERMANICUM
Den dullart
Brabantiæ
pars
Brabantiæ
pars
Iprem
Arte
Hainaut
pars
Hainaut
pars

cenſu venditioneque caueretur, vt ſi intra annos x mare in ea loca exæſtuaret, caſſus irritusque eſſet contractus.

Situs. Ego rem in medio relinquo. Eius hodietni limites ſunt, ad Auſtrum Arteſia cũ Hannonia, & parte Picardiæ. Ad Ortum Hannonia & Brabantia, ad Septemtrionem Oceanus, cum Honta ſiue oſtio Scaldis, quod Flandriam à Zelandia diſterminat; ad Occaſum Oceanus Britannicus ſiue mare Germanicum. Longitudo patet itinere tridui, à Scaldi ſcilicet contra Antuerpiam, vſque ad nouum foſſatum, mill. paſſ. xxx. Latitudo eſt mill. paſſ. xx.

Aeris tẽperies. Aer regionis totius eſt temperatiſſimus: Ager fertilis; potiſſimum qua Oceano & Galliæ eſt vicinus. Pa-

Solifertilitas. ſcua læta, cuius rei argumentum eſt, quod pulli equini ex vicinis regionibus in Flandriam, quotannis delati ab

Animalium varietas. equiſonibus, ſoleant pabuli bonitate, aeris ſuauitate, ex ſtrigoſis & macilentis reddi generoſiores. Alit item varia animalia domeſtica ſaporis delicati & exquiſiti; nec non ferarum copiam pene incredibilem. Nec deſunt A-

Maiorum virtus. ves cum aliæ; tũ Phaſiani, Perdices, Pauones, Ardeæ, Ciconiæ. Regionis incolæ ita olim bello addicti fuêre, vt quieti pacatiue vix vnquam viuerent: ac Syriam etiam, terramque Sanctam, ac Hieroſolymam, eorum arma perua-

Vrbiũ nomina. derent. Vrbes in Flandria muro ac foſſa cinctæ ſunt xxx. *Gandauum, Brugæ, Ypra, Inſulæ, Duacum, Tornacum, Cortracum, Aldenarda, Aloſtum, Hulſta, Teneramunda, Birſletum, Neoportum, Sluſa, Dunkercka, Grauelinga, Burburgum, Dammum, Dixmuda, Furna, Ardenburgum, Ninoua, Berga, Gerardimontium, Caſtellum, Donza, Orchianum, Lanoyum, Axella, & Oſtenda.* Præter has ſunt etiam Municipia patentia quæ vrbibus neque nobilitate, neque priuilegiorũ dignitate, neque ſtructuræ magnificentia, neque frequentia municipum cedunt. *Bella, Poperinga, Hondſcota, Eecloa, Giſtella, Middelburgum,* & alia viginti. Pagi in vniuerſum M.C.LIV: vt non immeritò triuiali prouerbio dicatur, Flãdriam omnes totius Chriſtiani orbis Comitatus ſuperare, & Hiſpani quum in hanc Prouinciam cum Philippo Rege venirent, iudicauerint totam Flandriam continuam vrbem eſſe. Hodie vniuerſã in tres partes diuiditur, Teutonicam, Gallicam & Imperialem. Primaria vrbs eſt *Gandauum*, conditum vulgi opinione, tum hiſtoricorũ omnium recentiorum conſenſu, (nam veteres de eo ſilent:) tum Petrachę aliorumque iudicio, à C. Iulio Cæſare, quum in Morinis ageret. Meierus hos verſus incerti Poëtæ citat.

Hanc Clarineam veterẽ dixere coloni *Mercurio Cæſar, Chriſto ſacrauit Amandus.*
Gorduni, populique truces coluerẽ Sicambri,

Enimuerò Gordunorum meminit C. Cęſar libro v. Comm. de Bello Gallico. Poſtea à Wandalis dicta eſt *Wanda*, & litteræ primę mutatione *Ganda*: vt V Valli, Galli: hinc *Gandauum*: vernaculè dicitur *Gendt*, Italis *Guanto*, Gallis *Gand*. Situ eſt quarto à mari lapide, quatuor fluminib⁹ amoeniſſimè irrigatur. *Scaldẽ* enim ex Hannonia, *Liſam* ex Arteſia, *Liuiam* ex portu Sluſano, *Moeram* ex quatuor Officijs quas *Ambactas* vocant, accipit. Præterea Alueum habet manufactum magnorũ etiã nauigiorum patientem, per quem perque prædicta flumina quantam omnium rerum ab omni Orbis parte accipiat copiam, incredibile dictu eſt. Ex his enim in mare patet via per alveum ſiue Aquæductum, qui ſe ad oſtium vulgo *Het Sas* in Oceanum exonerat cataractis ad hanorem ſtupendo artificio exſtructis. Decem milliaribus diſtat Antuerpia, totidem Bruxella, Mechlinia, Middelburgo. Ambitus intra muros eſt 45640 pedum Romanorum: hoc eſt Italicorum miliarium ſeptem. Inſulas habet XXVI. Pontes maiores, XCVIII. Molas aquarias IIII. Truſatiles infinitas: centum quæ vento aguntur. Eccleſias in vniuerſum LV, Abbatias V. Ciues huius ciuitatis frequentia, nobilitate, opibus, animis ſunt eximij. Hæc Carolum V. Imperatorem orbi dedit. Hæc litteris Iudocum Badium, Ioannem Cornarium, Læuinum Brechtum, & alterum Læuinum Torrentinum, Balduinum Ronſæum, Vtenhouium, alioſque protulit. Opificiorum genera in hac vrbe LII. Textorum præterea ordines XXVII inſtituti primum a Comite Balduino, filio Arnoldi Magni, Anno D. CCC.LXV. *Brugæ* (*Brugge*) vel a pontium frequentia nomen habent, vel a ponte *Brugſtock* iuxta Oldenburgum & Ardenburgum, e quarum vrbium ruinis ante annos D.CCC. prima arx Brugenſis exſtructa eſt, ſita eſt tertio milliari a mari loco plano. Ambitus intra muros eſt 26600 pedũ Romanorum, hoc eſt Italicorum mill. quatuor cũ dimidio. Vrbs eſt non Flandriæ tantum, ſed etiam totius Belgicę amoeniſſima: templa habet LX. quorum præcipuum & auguſtiſſimum eſt S. Donatiani, olim ſacrum B. Virgini, exſtructum a Liderico primo Flandriæ Comite, anno D CXXI. Opibus in tantum floruit, vt Ioanna vxor Philippi Pulcri quum huc veniſſet Anno M. CCCI vidiſſetque virginum & matronarum ornatum, ſtupore primum, poſtea muliebris ęmulationis æſtro percita, cõqueſta ſit, non ſe ſolam reginam eſſe. Opificiorum genera exercentur LXVIII. Et in hac rerum copia neq; flumen habet, neque portum neque fontem. Foſſa eſt humana ducta induſtria, ipſi *Reye* vocant, quæ per totam vrbem diuiſa, ad Sluſam ſeſe exonerat in Oceanum. Et quia hæc maioribus nauigijs nondum ſufficiebat, aliam in longe maiorem altitudinem perduxerunt, oppoſitiſque Catarractis a Mari diſcluſerunt. Sunt & huius vrbis cives bello, imperio, literis celebrati. Tanta etiam olim huius vrbis in mercaturis potentia fuit, vt cum quauis alia totius Europæ vrbe conferri poſſet. Brugenſes primi Caſſiterides (Hiſpanis *Açores*) inſulas in Oceano inuenerunt, quæ propterea Flandricæ vulgo dicuntur: ijdem Burſam primi Mercurio ſacram habuerunt, a qua poſtea Antuerpiæ, Rhotomagi, Londini, & in alijs vrbibus mutatis rerum vicibus loca mercatorum conuentui deſtinata nomen traxerunt. *Ypra* a riuulo Ypra præterlabente dicta, uulgo *Yperen*, anno CMLX. condita eſt. Huius vrbis fundus dicitur eſſe plumbeus, idque propter magnam plumbeorum tuborum vim, quibus aqua varie per ciuitatem vniuerſam diſtribuitur. Atque hæ quidem ſunt Vrbes primariæ. Portus ſequuntur, *Sluſa* a Catarracte nomen habet, quæ Flandris vocatur *Sluys*: Vrbs eſt maritima: portum habet capaciſſimum, quo quingentæ naues cõmodiſſime recipi poſſunt. Ex aduerſo eſt inſula *Cadſant*, Georgij Caſſandri patria. *Ooſtenda* ad Oceanum ſita, obſidione Alberti Ducis Brabantiæ grauiſſima, quam ad annos tres & aliquot menſes fortiſſime ſuſtinuit, ac innumeris pene vtrinque cæſis nobilis. *Neoportus* (*Nieuport*) tertio ab Oſtenda miliari vrbs eſt maritima, patria Iudoci Clichthouei, cui proxima eſt abbatia S. *Bernhardi*, in qua Bibliotheca olim totius Belgij inſtructiſſima & celeberrima. *Dunkerka* exſtructa anno CMLXVI a Balduino Arnoldi F. Flandriæ Comite, portum habet breuem admodum & mari vicino infeſtum. Vrbis iuriſdictio pertinet ad Regem Nauarræ. Reliquas vrbes Flandriæ Teutonicæ prætereo. In Flandria vero Gallica eſt *Inſula* a veteri poſitione ita dicta, erat enim ſtagnis & paludibus cincta; vrbs frequentia ciuiũ, opibus, legibus ornatiſſima, & quidem poſt Antuerpiam & Amſtelodamum potentiſſima. *Duacum* (*Douay*) ad Scarpam fl. vbi olim *Catuaces*, patria eſt Roberti Gaguini. Academiam habet paucis ab hinc annis a Philippo II Hiſpaniarum Rege ibi conſtitutam. *Orchianum* (*Orcies*) etiam in hoc tractu eſt, & *Lannoyum* celebre dominis & ciue *Franciſco Raphelengio*; preterea *Eſpinoyum, Armentiers* & *Tornacum, Tournay*. In Imperiali Flandria eſt *Aloſtum*, ciuitas ampla & munita ad Teneram fl. Comitatus titulo inſignis. Pagos ſub ſe habet CLXX. Principatus II, Steenhuſenſem & Gauerenſem, Baronatus complures: Territorium etiam V Vaſiæ, cuius quatuor ſunt opida, *Hulſta, Axela, Bochoute, & Aſſenede. Rupelmonda* ad Rupelam flu. arx eſt, hoc loco minime omittenda, vel propter Gerardi noſtri Mercatoris Illuſtriſſimi Mathematici & Coſmographi, ac noſtri ſeculi Ptolemęi, memoriam. Flumina ſunt *Scaldis, Liſa, Tenera, Liuia, Ypra, Aa, Scarpa, Rupela*, & alia; montes perpauci; Sed Siluæ plurimæ eaque valde vtiles, inter quas *Niepenſis* & *Nonnenſis* principes. Plura erant de hac nobili prouincia dicenda, quibus loci angustia prohibitus, ſuperſedere coactus, ad Brabantiam tranſeo.

Flumina. *Montes.* *Silvæ.*

FLANDRIAE PARS ORIENTALIOR.

Sed antequam Brabantiam adeo, ea quę hæc Tabula exhibet paucis explicanda sunt, quã in gratiam Lectoris Typographo inserere placuit. Ea autem describitur pars Flandrię, in qua plurimæ res admodum memorabiles nostra memoria gestæ sunt: quemadmodũ ex sequentibus planum fiet. Vt autem ordine tractum hunc describamus, primo loco in eo occurrit *Wasia*, vulgo *Tlandt van Waes*, territorium fertile ac dives, cum quatuor Officijs, vulgo *Ambachten*, quæ sunt, Guicciardino teste, quatuor civitates, quarum duæ mœnibus cinctæ, *Hulsta* & *Axela*: duæ mœnibus carent *Bouchouten* & *Assenetum*. *Hulsta* siue *Iuiustum*, harum primaria, civitas elegans, & satis munita. Gravissimam hæc passa ad aliquot menses obsidionem anno CIↃIↃXCVI. Sed tandem plurimis factis insultibus, Cuniculisq; actis, multisque millibus amissis Archidux Albertus ea per deditionem potitus est. *Axela* Opidum mediocre, miliari cum dimidio Hulsta, quatuor vero Gandavo distat. *Bouchauten* tertius locus, duobus Milliaribus Axela dissidet. *Assenetum* quartum officium II Milliarium intervallo a dicta Axela distat: habẽtque hæc quatuor officia multos sub se pagos. Inter quos *Watervliet* & *Bouchaute*, in quibus duo exercitus anno superiore confederunt. Ordinũ exercitus Duce Comite Mauritio in priore: in altero Regis Hispaniarũ Duce M. Ambrosio Spinola. Sũt præterea in hoc tractu Arces & Propugnacula plurima, quæ in hac Tabula conspiciuntur; inter ea quæ vulgo *Philippinen*, *Patientie*, *Ysendijcke*, *S. Philippe*, *S. Cateline*, *Coxie*, & alia, quorum præcipuum & munitissimũ *Ysendijcke*. Hoc cum tribus sequentibus Dux Mauritius Anno CIↃIↃCIV facile per deditionem occupavit. E regione Ysendyckæ *Birsletum* sive *Biervliet* in Insula sitũ. Opidum olim non ignobile, portu oportuno gaudens. Sed vt caduca & fluxa est mortalium rerum conditio, atque interitui obnoxia, ita & Opida olim florentissima pessum ire videmus, multa etiam in cadavera converti; Estque nunc dumtaxat propugnaculum. Sequitur *Sluysa* cum *Cadsanto* Insula. *Sluysa*, Teutonicæ Flandriæ Opidum, perquam elegans, quomdã *Lammersæ vliet*, ut palam fit ex publicis literis, nunc eupatum, copiosum olim & dives, quinque Middelburgo, tribus Milliaribus a Brugensibus abest, qui arte manuque facto aquæductu, seu Canali largissimo copiosissimoque, omnes eius territorij aquas, singulari industria facile in unum locum colligunt, easque pluribus fossis navigabilibus, per vrbem ducunt, ac vnum in alveum denuo revocatos, ad Dammum Opidum, indequad Catarractas, *Ter Sluysen*, vocant, deducunt, eique *Reia* nomen faciunt. In cuius exitu, portus etiam, quo *Sluysa* opibus olim floruit, (quando non minus, quam tunc etiam temporis *Bruga*, Hanseaticis Orientalibus Mercatoribus domicilia præbuit) tota Flandria Teutonica commendatur. Is 10 Naves facile admittit, sicuti & Annales Flandriæ perhibent, Anno CIↃCCCCLXVIII, paullo ante Natalem Dominicum, in hũc portum appulsas CL uno tempore naves onerarias, inspectasque ab opidanis magno gaudio & lætitia. Ad Opidi latus, Arx egregia constituta. In hac *Dux Bovillonius*, & Galliæ *Hamiralus* siue maris Præfectus, ille prius Hesdini, hic posterius, ad S. Quintini vrbem capti, & in custodia illic habiti fuerunt. Ea Arx, licet nunc ab Opido seiuncta sit, illi tamen antea per ædificia complura, quæ deinde consulto Brugenses everterunt, coniuncta fuit. Slusanum namque Opidum, bellis contra Brugenses & dissensionibus fractum, ad extremum etiam venditione ipsis a Principe addictum, in eorum potestatem devenit. Acerrimæ namque diversis tẽporibus commerciorum causa inter Brugenses & Slusanos viguerũt contentiones, quarum præcipuæ Anno CIↃCCCXXIII, quas motum novum, sive magnum vocarunt, hac occasione sumsere initium. *Ioannes* Comes Namurcensis, Filius Principis Guidonis, Patruus magnus Ludovici Comitis, ea tẽpestate portum Brugẽsem, ad Slusam possidebat; Simul præfecturam aquæ, quę hactenus Prætoris Dammensis fuerat, ab Ludovico, rerũ adhuc per ætatẽ imperito, obtinuit, Slusæq; quascũq; vellet merces, maioris etiã põderis exponere, & vendere, licere sibi persuasit: quæ tamen merces bonaque omnia, iuxta leges & privilegia Brugensium, Brugas ad statum Emporium subvehi debebant. Tympanum versatile ad exponenda quæcunque bona, Sluse erexit. Ea re quoniam emporium quod stabile Brugis erat, cum summa pernicie Reipublicæ Slusam transferri videretur, summa ope cum Comite agunt Brugenses, vti ea omnia, quæ absque communi terræ consilio Namurcæo concesserat, prorsus & in solidum revocaret: alioqui multo gravissimam rerum omniũ secuturam esse perturbationem, quam quidem revocationem, postquam fortiter contra nitente Namurceo, obtinere non possent Brugenses, ad arma se converterunt. Magno numero fortiter instructi, Slusam versus movent. Distat tribus nostratibus Miliaribus: *Ludovicus* ea de re certior factus, advolat Cortraco Brugas, vt, si fieri posset, impediat, frangatque eorum inceptum: sed frustra omnia conatur. Coniurant vnanimiter omnes in Slusensium interitum, nisi donationem illam Namurcæo factam, Comes protinus per novas tabellas rescindat, atque abroger. Et ne omnia privato videantur agere consilio, Ludovicum vna secum Slusam ducunt. Namurceus, qui hæc futura minime ignorabat, quantis potuit munitionibus, militumque robore se ad resistendum parabat: mente autem consternatus erat, quod vna cum inimicis suis Comitem accedentem videbat. Venientem nihilominus hostem facta eruptione acriter excepit: primum occisis Signiferis retrocedere coegit, interfecta aliquanta parte. At postquam reliqua manus accessit Brugensium, longe impar evasit, fusus, fugatusque est, atque a Brugensibus captus, ductusque Brugas in arctissimam custodiam, quæ Lapis dicitur. Desideravit eo prælio ex suis nobiles viros, vsque ad viginti, si modo veri sunt, quos invenio, Commentarij: quo ex numero primarij fuere Florentius Bersaliensis, Simon ab Bruchdammo, & Ioannes Beruagius, omni pene vulgari milite, aut cæso, aut fugato, aut submerso. Ipse per vrgentissimas Comitis preces protectus & servatus est, alioqui ab furiosa multitudine discerpendus. Slusam Brugenses diripiunt, direptamque, nullius habito respectu, periram incendunt, ac funditus evertunt. Paullo post,

Wasia, cum IV Officijs.

Opida.

Birsletum.

Sluysa.

dum

TLANT VAN De Casselrie
WAES
GANDAVUM
Oudenaerde.
De Casselrie van Cortricke.
De Moere
De Vier
Amba ch ten.
Veld ouckden landt
BULS CAMP VELT
MALDE GHEM VELT
TLANT BAUGE
VANDEN VRIEN
DEN DUL
ZEE YDT BEVER
LAN LANDT
DIAE FARS
MARIS GERMANICI PARS
Petrus Kerius celavit

dum pro Namurcæi liberatione apud Fanum Audomari conventus indicitur, vbi multa primorũ virorum, ea de causa frequentia, nuntium, ipsum Namurcæum e custododia elapsum, Brugensium animos ad pacem invitat; Maxime quia Carolum Galliæ Regem Namurcæo favere, idque agi cognoscerent, vt ademta Sluta, atque maris accessu, emporio spoliarentur, eumque in modum in pertetuum vrbs ipsorum humiliaretur, novo emporio ad Slusam constituto. Itaque sex & sexaginta millium nummum solutione admissorum veniam a Comite sibi comparat. *Slusa* Civitas est hodie munitissima, Mœnibus & Fossa duplici vallata. Hanc Princeps Mauritius Anno CIƆIƆCIV Mense Maio obsedit, eamque tertio postquam eo accesserat mense, fame ad deditionem compulit. Iuxta portum Slusanum XXVI Maij Anno CIƆIƆCIII pugna navalis VIII. Lõgarũ Naviũ (quæ quod remis frequẽtiꝰ quã velis incitãtur, Tiremes vocãtur) *Fre.* Spinolæ, cũ trib⁹ Navib⁹, & II Triremib⁹. Ordinũ Fœderatarũ Provinciarum iuxta aditum portus Slusani iacentibus. In quo cõflictu Præfectus ipse *Spinola* interijt, cumque eo CIƆCCCC, feruntur & amplius cum fusi tum submersi. Ex Zelandis desiderati sunt Navarchus Iacobus Michaelis F. eiusque Locum-tenens, cum Nauclero. Erant in Portu Slusano Propugnacula II, alterum in ipso portus ostio vulgo de *Hase schantse*; alterum non procul ab Opido situm vulgo *Beck-of*: quorum illud per deditionem a Mauritio occupatum, hoc per vim expugnatum

Insula Cadsãs. fuit. E regione huius Civitatis posita exigua Insula, quam *Cadsant* incolæ appellant, in qua & eiusdem nominis pagus. Multo pridem maior erat, cum et vrbem haberet, & pagos complures amœnos, ac divites. Ad hanc prælia navalia, diversis temporibus multa commissa fuerunt: cum eo fere semper Flandrorum adversarij Britanni, Batavi, & alij quivis, ad portum adpellerent. Sed partim Oceani tempestatibus, partim ejusdem fluxu & refluxu, plus dimidia parte, ea Insula consumta est. In hac Insula propugnacula II sunt quorum alterum Mauritius vacuum, alterum vulgo ter *Hofstede* dictum deditione recepit. Offert se

Ardenburgum. hinc primo a Slusa Milliari *Ardenburgum:* quomdam Metropolis illius primæ partis, quę obtinuit nomen Flandriæ, complectens *Tourout*, & *Oostburgum*, cum territorio Brugarum (quæ nondum eo tempore muris cinctæ erant) totamque oram maritimam Bononiam vsque. Hodie tota pene vastata est. Templum habet

Middelburgũ. Deiparæ virgini sacrum, quo pulchrius neque sumtuosius vllum Flandria habuit. Est et *Middelburgum* distãs a Brugis II Milliaribus cum dimidio nunc Mœnibus & Fossa cinctum. Hæc Opida eodem anno Mauri-

Damnum. tius occupavit. Est etiam secundo a Slusa lapide *Damnum*, valde opulentum, populo & Mercatoribus frequẽtissimum olim Opidulum, portu etiam & Vinorum statione celebre, clavis & ostium maris: claudebat quippe, & aperiebat Brugensibus, Mercatoribusque omnibus Oceanum. Sed nunc incursionibus Gallorum, intestinis etiam Gandavensium atque Brugensium dissidijs, alienata Mercatorum frequentia, instar vici est: & portus iam nostra memoria, nihil est aliud, quam fossa manufacta, per II Milliaria Flandrica vsq; ad portam Slusæ, æstu concitato tantummodo navigabilis. Sequuntur *Brugæ*, quas supra descripsimus: cum

Franconates. Territorio eorum quos *Franconates Francos*, seu *Liberos* vocant, eo quod iugum Brugensium excusserint, cervicesque suas liberarint, continetque agrum illum qui est circa Brugas fere ad VII Milliaria, ac vulgo vocatur *T'landt vanden Vryen.* Iurisdictionem habet pagorum plurimorum, ac omnibus fere oneribus exemti sũt.

Ostenda. Constituunt hi nunc IV Membrum Flandriæ. Continet denique hæc Tabula *Ostendam* in terra Francorum sitam. Ante hæc tempora vile Piscatorum fuit Opidum magna ex parte munitione carens, etiamnum ãno CIƆIƆIXXII, sed sex annis post Mœnibus septum fuit. Portum habet tolerabilem. Huc VIII immania Cete appulerunt Anno CIƆCCCCIV quorũ singula erant longitudine pedum LXXIV. Anno etiam CIƆCCCCXXVI captus fuit Porcus marinus, terrestri similliⁿ, nisi quod altero tãto maior esset. Anno autẽ CIƆXCIX & ãno CIƆIƆC tẽpore Archiducis Alberti, Flandri ad inhibendas Militũ excursiones, eam circum circa vallis cinxerunt, eo tamen excursiones impedire minime potuerunt: quamvis in circuitu XVII propugnaculis circumvallata esset. Inter quæ *S. Catharina*, *Isabella*, *Albertus*, *Clara*. Quare Flandri vehementer instabant, vt hæc vrbs obsidione premeretur. Quod factum est V Iulij an. CIƆIƆCI. Obsidionis initium terribile fuit, ipsaque ad finõ vsque admodum formidabilis: quod omnibus notissimum, imo tam gravis & diuturna hæc fuit obsidio quam vlla post hominum memoriam: adeo vt tempore huius obsidionis vtrimque Centum et decem plus minus Millia hominum perierint. In vestibus cuiusdam Conquisitoris, vulgo Commissarij Hispani mortui Pugillares reperti in quibus nominatim ratio confecta erat, qui numerus interijsset virorum, & item separatim pueri mulieresque: quarum omnium rerum summa hæc erat. *Tribuni* seu *Præfecti militum* vulgo *Mareschali del Campo* IX. *Chiliarchæ* qui vulgo *Collonelli* XV. *Castrorum Præfecti* XXIX. *Duces* vulgo *Capitanei* IƆLXV. *Signiferi* CCCXXII. *Locum-tenentes* CIƆCXVI. *Ordinum Ductores* ad IV Milia CCIƆXI. *Vulgares Ordinũ Ductores* ad IX Millia CLXVI. *Magistri Equitũ* IƆC. *Gregariorum Militum* & *Cunicularioruṁ* LIV Millia IƆCLXIII. Nautæ IƆCXI. Pueri Mulieresque CXIX. Summa omnium fuerunt ad Millia LXXIII & XXVI. Longum esset omnia Propugnacula & Valla, longum omnes Machinas & Instrumenta bellica, longum reliqua omnia commemorare. Porro inter Ostendam & Neoportum II Iulij an. CIƆIƆC commissum pręliũ illud inter Archiducem Albertum & Principem Mauritium, in quo vtrimque ad VII peditum & Equitum Millia occubuere. Certatum est initio ancipiti dubioque Marte ad horas tres. Tandem vero Mauritius victoria potitus est, Hispani victi fusique. Desiderati in ea pugna in Alberti exercitu ad VI Millia armatorũ: capti præter gregarios milites, quorũ magnus fuit numerus, *Admirans* Aragoniæ, ac cũ illo plurimi proceres aulici: erepta hosti CV Signa militaria peditũ cũ IV Equitũ. Nõ tamẽ incruẽta Mauritio fuit hæc victo-

Aldenburgum. ria, ex parte enim ipsius facile CIƆ occubuere. Ostenda I Milliaris intervallo dissidet *Aldenburgũ*. Vnicã dũtaxat portam habet, civitas est vetus, ac quomdam celebris, & emporium. Reliqua quæ hac Pinace continentur Descriptione proxima exposita sunt.

BRABANTIA, GVLICK ET GLEVE.

Status *politicus Brabantiæ tria habet membra,*

- Ecclesiasticos, *qui sunt*: Abbates *Afflighem* 25 22: 50 56. *Grimbergen* 25 39: 50 57. *Tonzerlo* 26 14: 51 8. *Grunendal* 25 44: 50 47. *S. Gertrudis Louanij. S. Bernardi* 25 36: 51 10. *Vileer in Indice Belgico. Dieleghem* 25 37: 50 53. *Parck prope Louanium. Vlierbeke prope Louanium. Prior Magnus Ordinis. S. Augustini in Leeuw, Gemblours* 26 00: 50 35.
- Nobiles, *qui sunt*:
  - *Abbas Gemblours Comes.*
  - *Dux Arschot.*
  - *Marchio Bergen op Zoom.*
  - Barones. *Diest*, Breda, Boxtel, Gaesbeeck 25 29: 50 49. *Wesemael*, Boutersem 26 11: 50 51. *Perweys, Hoochstraten nunc Comes, Renes* 25 42: 50 33.
  - *Domini. Asche, Merchten* 25 29: 50 58. *Vuerne*, Gheel, *Lummen* 26 13: 50 46. *Thurnout, Oosterwück, S. Oedenroy, Walem* 25 45: 51 6. *Duffel.*
- Ciuitates, 4 *principales, Louanium*, Bruxella, *Antuerpia* Buscunducis.

Status eius Ecclesiasticus. *Partim paret Leodiensi Episcopo, partim Cameracensi. Leodiensis Curiam & Magistratum Ecclesiasticum habet Louanij, Cameracensis Bruxella.*

Iuliæ Gulick

- Status politicus *constat similiter 3 mẽbris, quæ sunt*:
  - *Ecclesiastici, videlicet Abbates, & Collegia Canonicorum ac Monasteriorum.*
  - *Nobilitas.*
  - *Ciuitates.*
- Præfecturę *ditionis* 24. *Caster* 28 9: 51 0. *Greuenbroich* 28 7: 51 2. Gladbach 27 49: 51 11. Brugge 27 35: 51 17. *Waßenberg* 27 37: 51 7. *Millen* 27 31: 51 1. Born 27 16: 51 2. Geilenkirchen 27 40: 50 48. *Rangenrayd* 27 42: 51 1. Bõisseler 27 51: 50 59. *Hensbergh*, *Duren*, *Noruenich.* Eußkirchen 28 19; 50 42. *Thonberg* 28 29; 50 36. *Nuenar Graffschaff Gulich.* Munstereyffel 28 19: 50 36. *Berchem* 28 11: 50 56. Monjou 27 50: 50 37. *Heimbach* 28 3: 50 39. *Nideken* 28 5: 50 44. *Eschwiler* 28 17: 50 38. *Wilhemstein.*

Clivia Cleve

- Status politicus *similiter tres ordines continet. Ecclesiasticum Nobilitatem, & civitates.*
- *Satrapa sive præfectus provincialis Cliviæ has sub se habet civitates 8.* *Cleve metropolim, Calcar* 27 38: 51 45. *Sonsbeke vbi residet.* 27 43: 51 56 *Santen*, Burick. 27 56: 51 37. *Vdem* 27 35: 51 41. *Griet.* 27 40: 51 48. *Griethusen* 27 31: 51 51
- Præfecturæ *sunt* 14. *Cranenburg.* 27 22: 51 49. *Lymers.* *Dinslaken Præfectura, in qua sunt quatuor civitates, Dinslaken, Wesel, Duysburg, Schermbeke* 28 16: 51 43. *Duffel* 27 28: 51 52. *Emmerick.* *Gennep* 27 18: 51 44. *Hetter.* *Gech.* 27 29: 51 42. *Aspel.* *Orsoy.* 28 2: 51 30. *Ringenburg.* 27 50: 51 44. *Holte.* 28 11; 51 29. *Huessen iuxta Arnhem. Bisselick.* 27 49: 51 38.

Dominium *Raveßtein annexum est Curiæ Clivicæ.*

Meridiani distant iuxta rationem paralleli 51. 10.
ad circulum maximum.

DVCATVS BRABANTIÆ.

Regio.

Vnde dicta.

Brabantia maxima parte Aduaticorũ, Ambivaritorũ & Tungrorũ regionẽ complectitur; cæterum quonam tempore regio hæc Brabantiæ nomen nacta sit, plane incertum est: alijs a Brenno Gallo deducentibus, alijs ab vrbe quadam eiusdem nominis, cuius neque in terris neque in historijs vestigium vllum: alijs a Bratuspandio Opido Bellovacorum, cuius meminit Cęsar lib. 2. Alij novum Ducem comminiscuntur Salvium Brabonem Arcadẽ, qui cũ Cæsare in Belgicã profectus est, cuius vxor Suana Cæsaris neptis. Sunt etiã qui a Gotefrido Barbato Comite Lovaniensi Barbantiã postea Brabantiã dictã suspicantur: Nomen

 sane

Jackdrie
Fed
Horn comit.
Dux Montis pars
Marchiae comes pars
Occidens
Oriens
Hennegau pars
Comi Namur
Ci pars

Situs. ſane nuperum eſt: quod vt certo cõſtat, ita origo eius non conſtat. Longitudo Brabantiæ a *Gemblours* ad D. Gertrudis vſque ſacrum montem eſt milliarium XXII. Latitudo ab Helmontio Bergas vſque XX. Ambitus LXXX. Habet a Septemtrione Moſam fluvium quo Geldria & Hollandia ſeparantur. A Meridie, Hannoniam, Comitatum Namurci, & Epiſcopatum Leodienſem, qui etiam ad ortum fines eius tangit. Ab Occaſu eſt Scaldis cum Comitatu Aloſtenſi. Regio gaudet aere ſalubri, planitie fertili, frugum imprimis feraciſſima, tametſi Campania ſive Campinia *die Kempen*, ob arenas ſit ſterilior. Quæ tamen pars non omnino infructuoſa exiſtit. Adeo vt Iacobus Spiegelius ſcripſerit, Agricolas Brabantinos tam induſtrios eſſe, vt ſiticuloſiſſimas arenas cogant triticum ferre. Armentis namque ovibuſque, gratiſſima pabula affatim ſuppeditat. Ferunt præterea oves campeſtris Brabantiæ in cibatu reliquis delicatiores haberi, ac lanam quoque reliquis ovibus ferre molliorem ac ſubtiliorem. Cæterum Brabantia & Lotaringia primum ſub Principe Auſtraſiæ vnum Ducatum conſtituerunt vſque ad annum Chriſti DCCCCLVI. Quo tempore ad *Lotarium* Caroli magni nepotem Lotaringia, ad *Carolum* eius fratrem Brabantia devoluta eſt: Cuius extincta ſtirpe, multos perpeſſa Dominos, tandem devenit vna cum Hollandia, Zelandia, Hannonia, Flandria & Arteſia ad *Philippum* penultimum Burgundiæ Ducem jure vxorio: ſuſcepitque ex ea conjuge *Carolum* Ducum vltimum; Carolique vnica filia *Maria* nupſit *Maximiliano* I. Auſtriæ Principi. Ex his ſati *Philippus* & *Margareta*. Philippo nati duo filii *Carolus V.* & *Ferdinandus*. *Carolus V.* Hiſpaniarum Rex, Imperator Romanorum filium habuit *Philippum* quem heredem 17 Prouinciarum in quibus Brabantia caput eſt, conſtituit, qui filiam ſuam Iſabellam Ducatu Brabantiæ vna cum reliquis Belgij prouincijs dotis nomine donauit. Vrbes huius Ducatus ſunt XXVI. *Louanium (Louen)* antiquiſſima eſt, & prima Grudiorum ſedes, in qua Dux publico Sacramento ſe obſtringit: Comitatus quondam titulo inſignita. Vrbs eſt amœna prolatis aliquoties pomœrijs extenſa, eius ambitus intra muros eſt quatuor mill. paſſ. Fluuio irrigatur Dela. *Bruxella (Bruſſel)* vrbs ſplendida eſt & magnifica, duplici muro munita, ſita ſolo fertili, rerumque omnium abundanti. Mirum, tam numeroſæ ciuitati, aduenis quamplurimis, Ducis aulę, & peregrinis principibus cum vniuerſo ſatellitio illic agentibus, omnia ſemper benigne & copioſe potuiſſe ſuppeditari. *Antuerpiam* vulgo *Antwerpen* vocant, Galli *Anuers*, Itali *Anuerſa*, Germani *Antorff*. Petrus Appianus putat eandem eſſe cum Ptolemæi & Cæſaris *Atuacuto*. Nomen *Antuerpiæ* creditur eſſe a proiecta manu. Nam Gigas quidam Druo qui hæc loca ante C. Cæſaris aduentum inſedit, prætereuntibus ſi dimidium ſuarum mercium non ſoluiſſent, manum dexteram præſcindebat, eamque in profluentem abijciebat: argumento ſunt ipſius vrbis inſignia, & oſſa quædam immania quæ in Curia hodieque adſeruantur ipſius Druonis, quem alij Antigonum vocatum dicunt. Sed hęc fabuloſa. Illud vero ſimilius; nomen datum ab indigenis ab aggeſtu terræ ad Scaldim, hoc enim Belgis eſt *Antwerpen*: nam aggeribus oppoſitis flumen pariter anguſtius reddiderunt & profundiorem eius alveum. Sita eſt ad flumen qua id profundiſſimum, grad. long. XXVI min. 42. lat. LI. min. 58. Diſtat á mari IIII. mill. paſſ. Mechlinia totidem; Louanio octo: Gandauo X. Brugis XV.; Bruxella VIII. Londino LX. Colonia Agrippina XXIX. Francofurto LX. Ter muro cincta fuit. Primum arctiore ambitu, Anno M. CC. I. Poſtea ampliore, Anno M. CCC. XIV. qui annus fame, vt ſequens peſtilentia notabilis fuit. Denique ad Septemtrionem extenſa pomœria Anno M. D XLIII. Ambitus eſt extrinſecus quatuor millium paſſ. octingentorum & duodecim. Foſſæ intra vrbem ex fluvio deriuatæ aptæque maximis plurimiſque nauibus recipiendis ſunt octo. Mercimonia omnem fere æſtimationem ſuperare ſolent. Guicciardinus eam iniuit rationem, vt demonſtrarit ſingulis annis commercia excedere duodecim milliones coronatorum: cuius calculus rebus Antuerpianis florentibus non modo non ſuperauit, ſed ne æquauit quidem iuſtam æſtimationem. Proinde merito cecinit Iulius Scaliger:

Oppida quot ſpectant oculo me torua ſiniſtro:
Tot nos inuidiæ pallida tela petunt.
Lugdunum omnigenũ eſt, operoſa Lutetia, Roma
Ingens, res Venetũm vaſta, Tholoſa potens.
Omnimoda merces, artes priſcæque nouæque,
Quorum inſunt alijs ſingula, cuncta mihi.

Buſcoducum ſeu *Silva Ducis*, vernacule *Shertogen Bosch*, Gallis, *Bolduc*, nomen habet a Silvis. Vrbs eſt ampla, amœna, firmiter munita, ſita ad riuulum *Diſam*, altero lapide à Moſa, duodecimo ab Antuerpia. Atque hæ ſunt quatuor vrbes primariæ, quarum tres primæ cum *Niuella* Marchionatum conſtituſit ſacri Imperij. *Mechlinia* a quibuſdam Brabantiæ adnumeratur, reuera tamen ab ea diſtincta eſt; vrbs alias pulcherrima & nitida, Archiepiſcopatu inſignita, & ſede Ampli Conſilij ad quod vltima eſt in Belgica prouocatio. Eſt præterea in Brabantia Ducatus *Arſchotensis*, Marchionatus *Bergenſis* ad *Somam* riuulum, Comitatus *Hoochstratensis*, *Megenis*, Baronatus *Bredanus*, *Dieſtensis*, & *Grimbergensis*. Vrbes præterea in Brabantia ſunt *Traiectum ad Moſam*, vulgo *Maeſtricht*, *Lira*, *Vilvorda*, *Gemblacum* (*Gembloui*) *Ioudoigne*, *Hannut*, *Landen*, *Halen*, *Leeuwen*, *Sichenen*, *Herentals*, *Eindouen*, *Helmont*, *Graue*. Sunt & municipia complura, nondum muris cincta, *Oostenrijck*, *Oorschot*, *Turnhout*, *Duffel*, *Waelem*, *Merchtem*, *Asche*, *Vueren*, *Duisburch*, *Hulpen*, *Waure*, *Breine*, *Genape*, *Geele*, *Arendonck*, *Dormal et Isca*. Sunt & pagi inſuper DCC. Referuntur etiam ad Brabantiã Dominatus Raueſtein, Ducatus Limburgenſis, cum Dominatu Dalem & Valckenburg. Lacus, ſtagna, & flumina non parum adferunt commodi Brabantiæ. Horum autem principes *Moſa* & *Scaldis*. Sunt, & alia minora. Siluis quoque abundat regio, quarum præcipuæ ſũt quinque, *Soniensis*, *Sauenterloo*, *Grootenhout*, *Grootenheiſt*, & *Meerdal*. Opera publica tam ſacra quam prophana hic ſunt plurima. Inter ea Templum Louanienſe præcipuum, eſt Diuo Petro ſacrum, magnificum valde, & ſumptuoſum. Bruxellæ templa ſumptu excellunt, egregia & debita ſupellectili ornata. Ædes quoque ſacras habet Antuerpia plurimas, inter quas Ædes B. Virginis ampliſſima. Alia hic & in alijs locis quæ pene innumera ſunt, prætereo: atque etiã opera prophana plurima, Palatia, Nobilium domos, Arces, caſtella & eiuſmodi. Academiam habet Louanium celeberrimam; de qua in generali Belgij deſcriptione vberius. Brabanti hilares, feſtiui, in ſcenicis comiciſque moribus immodici, teſte Lenio.

Aeris temperies.
Soli fertilitas.
Imperium Maiorum.
Vrbes.
Lacus.
Flumina.
Silvae.
Opera publica.
Schola.
Mores.

Status Politicus *Hollãdiæ, tres ordines cõstituunt*

Primus *ordo sunt Equites aurati (Rãderheren vocãt) quorum præcipui sunt.*

Com. *Egmont* 25 51:52 44.

Com. *Ligne cuius sunt Dominia, Wassenar* 25 38:52 15. *Valkenbotch* 25 40:52 18 *& Vicecomitatus Leidensis ciuitatis.*

Invenio & hos Comitatus in Hollandia. Maeslandt 25 30 :52 2. *Texel* 25 55:53 13. *Goylandt* 26 27:52 20. *Kennemerlandt* 25 55:52 45. *Steenberge* 25 33:51 39.

Dom. & Baron. *Brederode* 25 52: 52 34. *cuius est & dominium Vianen* 26 25:52 4. *Baronatus de Lysfelt.*

Inuenio & inter Baronatus in Chronico Hollandiæ numerari hæc dominia. Lecke, Seuenbergen 25 52:51 32. *Voorn* 25 25:51 56. *Isselstein* 26 21:52 6. *Stryen* 25 42:51 49. *Teylingen* 25 45: 52 21. *Puttem* 25 38:51 55. *Harlem* 25 53:52 31. *Leerdam* 26 25:51 58. *Asperen* 26 27:51 57. *Arckel* 26 19:51 55. *Altena* 25 35:52 6. *Bottersloet.*

2. *est Dominorum, quorũ qui nomine Statum in Hagã Comitis comparere solent, sunt hi præcipue.*

Poelgeest 25 51:52 14. *Polanen, Lockhorst, Aßendelfft,* 26 0:52 35. *Waermont* 25 45: 52 19. *Sparwoude* 25 57:52 32. *Matenes* 25 40: 52 0. *Schooten* 25 54:52 33. *Noortwyck* 25 41:52 21. *Verdoes, fortè Does* 25 48: 52 15. *Myne van Amstel, Spangen* 25 40:52 1. *Alkemade* 25 44:52 17. *Benthuysen, Kenenborch* 25 34: 52 4. *Raaphorst* 25 39: 52 14. *Sweten* 25 47:52 14. *Heemskercke* 25 55: 52 39. *Ruuen* 25 41 : 51 57. *Duyn & Sprangen.*

Sunt *præterea & hæc in Hollandia dominia Hoesden, Oudthuesden* 26 27 : 51 46. *Papendrecht, Wyngarden, Gryssenborch, Ameyde,* 26 17:52 2. *Woerden* 26 10: 52 11. *Waterlandt* 26 2: 52 38. *Scagen* 26 0:52 56. *Purmerende* 26 11:53 0. *Goude* 25 58: 52 6. *Naeldtwyck* 25 28:52 5. *Ryswyck* 25 35: 52 9. *Schoonhouen. Wateringen* 25 31:52 7. *Soetermeer* 25 45:52 9. *Heemstede* 25 53: 52 29. *Heichtwoude* 26 8:52 51. *Merwen* 25 59: 51 54. *Haestrecht* 26 2: 52 5. *Dalen, Spyck, Hardinxvelt, Bardtwyck, Wyck.*

3. *Ordo sunt sex magnæ ciuitates quæ nomine omnium Hagã cõuocantur,*

Dordrecht, alias Dort, metropolis totius Meridionalis Hollandiæ, habet Prætorem & Magistratum, cui ciues parent, & Balium cui exterius territorium, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

Harlem Prætorem & Magistratum domi habet: Ruri Balium, qui in ciuilibus & criminalibus præsunt.

Delft Prætorem & Magistratum pro ciuibus, Balium pro Rusticis, habet, in ciuilibus & criminalibus iurisdictionem habentes.

Leyden, Prætor & Magistratus intus, foris Balius præsunt, qui in ciuilibus & criminalibus iurisdictionem habent.

Goude, Prætorem & Magistratum habet pro ciuibus & incolis, Balium quoque & arcis Præfectum.

Amsterdam intus Prætorem & Magistratum, ruri Balium habet, qui ciuilia & criminalia iudicant.

Traiectensis *ditio per se statũ habet 3. membris cõstantem:*

Primum *membrum est Clerus primarius 5. collegiorum vrbis, quorum primarium est Canonicorum S. Martini, vulgò den Dom, cuius Decanus omnes Status semper evocat ad Conuentus, in Conuentu difficultates proponit, vota colligit & concludit: cætera collegia sunt S. Saluatoris, vulgò oude munster. B. Mariæ. S. Petri. S. Ioannis.*

Secundum, *Nobilitas, Com. Montfort caput nobilitatis. Dom. Abcoude* 26 15:52 23. *Dom. Culenborch* 26 33:52 2. *qui nunc subest Geldris. Dom. Sulen, Dom. Vteneng, Dom. de Wael, Dom. Nienrode, D. de Brakel, D. Amerongen, D. de Ryneuelt, Dom. Vecht, Dom. Canter, Dom. Vermaten.*

Tertium, *quinque ciuitates capitales: Vtrecht, Amersfort, Vvyck te Duerstede, Rhenen, Montfort.*

Iurisdictio. *Ex omnibus diœcesibus iuridicis prima instantia prouocatur ad consilũ prouinciale in Hagã Comitis* 25 33: 52 11. *vbi summa est Hollandiæ Iurisdictio, & Comitis Consilium. Inde ad magnum Consilium Mechliniense fit appellatio. Est & in Vtrecht Parlamentum, vndè appellatio nulla fit: sed solùm ab ijsdem revisio.*

Status Ecclesiasticus. *Tota Hollandia in spiritualibus subest Episcopo Traiectensi in Vtrecht sedem habenti.*

Hæc partim ex Ludouico Guicciardino, partim ex vulgari Chronico primùm collecta sunt. Deinde à clarissimo D. Godefrido à Muisenbroeck, Consiliario Hollandiæ: & Michaele ab Isselt Amorfortio recognita.

Meridionalem Hollandiam, quia hæc tabula comprehendere non potuit, in Zelandiæ tabula invenies, in qua etiam aliquot loca hic signata sunt quærenda.

HOLLANDIÆ COMITATVS.

HOLLANDIAE nomen a Silvarum saltuumque frequentia quidam ducunt, lignum enim *Regio.* & Silvam promiscue *Holt* & *hout* vocamus, vt *Hollant* sonet regionem silvestrem: omnia enim arbustis olim inhorruisse referta prædicant, toto quaquâ patet Hollandiæ tractu. Alij a cavitate dictam putant, quasi *Hol-landt.* *Vnde dicta.* Est enim vniversa regio palustris ac pedum pulsu vacillans. Alij a foeno *Hollandiam* quasi *Hoylandiam* nominatam arbitrantur. At eruditissimus Iunius aliam sententiam indicat, Hollandiam Gothicæ Danicæve gentis coloniam esse, vt & Zelandiam, Danosque & Normannos desertis in Codano sinu insulis Olandiæ Zelandiæque in hæc loca migrasse, & a sua patria Hollandiam Zelandiamque cognominasse, plane, vt de Heleno Priamide refert Maro, qui in Epiro Opidulum Troiam cum arce Pergamo exstruxit, addita et imagine Scææ portæ & rivulo xanthi Troiani amnis nomine: & vt Indijs novam Hispaniam, novam Franciam Europæi effecerunt. Eam a plaga mundi Occidua Britannicum mare, a Septemtrione Cimbricum *Situs.* ambit & littora pulsat, ab Ortu Solis fretum amplum Frisiam procul aperit, ad Euronotum Transiselana & Velavia, ad Austrum Traiectina ditio obtenduntur. Ambitus eius ad LX milliaria extenditur, latitudo perexigua est, quandoquidem e meditullio eius creditur viatori patêre aditus ad extremos ipsius fines in latum trium horarum spatio, vel etiam hinc ad Oceanum, illinc ad maris sinum, est, vbi latitudo non æquat millare. Habet regio ista agros frugiferos, ac luxurioso & opimo frumento supra modum scatentes, sed qui *Soli fertilitas.* tantillo in spatio & in regione, qua vix populosiorem invenias ad suppeditandam tantæ multitudini alimoniam sint impares. Sed pascuorum vbertas summa est: qua boum alit armenta infinita: Vaccas quoque corporum vastitate, lactis copia, eximias. Constat sane, aliquibus Hollandiæ partibus boves æstivis diebus, quatuor *Animalium varietas.*


HOLLANDI
comitatus
Vtricht episcop:
MARE
GERMANICVM
STEFT
VTRICHT
DVCA
TVS
GELDRI
AE
PARS
DE
ZEE
FRISIAE
OCCI
DENT
ALIS
PARS
De Weert
Texel
Vlie
Ameland
Schiermonnikoog
Rottumerplaat
Rottumeroog
Borkum
Rottum
Bill
Wieringen
Vlieland
Terschelling
Ameland
Schiermonnikoog
Rottumerplaat
Rottumeroog
Borkum
Rottum

tuor & quadraginta lactis heminas in mulctralia singulas refundere. Ioannes etiam Benningus Consiliarius Curiæ Hollandicæ referente Guicciardino certâ observatione & minime fallente calculo ostendit, tantum Assendelphi, & quatuor vicinis pagis lactis vno anno è vaccis colligi, quantum è Germania superiore Rhenensis vini devehatur Durdrechtum. Ex hac lactis optimi copia, butyrum conficiunt, non barbararum modo gentium, vt Plinius vult, sed regum etiam et principum cibum laudatissimum. Conficiunt etiam caseos Parmensibus aut Placentinis nihilo inferiores. Primæ tribuuntur Tessalico & Grauesandico, Secundæ Edammensi, quem imprimis vetustas commendat. Equos etiam generosos profert. In collibus arenarijs cuniculorum innumeram multitudinem habet. Ceruorum etiam Damarum & Leporum frequentiam, inque Hagiensi nemore capreolorum greges, auium quoque capturam quæstuosam, imprimis anatum, anserũ, & autũnalibus mẽsibus Scolopacũ, quas Plinius rusticulas, Martialis rusticas perdices, nostri *Sneppas* vocãt. Habet & cespitem fossitium qui ex intimis haustus terræ penetralibus, ipsisq; adeo ex aquis eductus, ventoque & sole exsiccatus, ad focos adhibetur. Hollandia olim suos reges habuit, quorum meminit Suetonius in Caligula cap. 44. Verum Anno Christi DCCCLXIII. à Carolo Calvo Francorum Rege in Comitatum redacta est, eique præfectus est *Theodorus* è Regio stemmate ortus. Patri *Theodoro* successit *Theodorus* filius, huic *Arnoldus*, Arnoldo *Theodoricus*, atque huic alij ex ordine, quorum seriem apud Munsterum & alios habes. Bellica olim gloria clari admodum fuerunt. Hoc enim præsidio cum fide coniuncto in fraternitatem Imperij Romani accepti sunt Batui. Hac Duce beneuolentiam sibi apud Principes constabilierunt, & stabilem sui fiduciam plærisque illorum Tyrannis impresserunt. Per hanc vulgo formidabiles, inuictæ virtutis opinionem acquisiuerunt. Per hanc denique vera laudis imagine conspicui esse ambierunt. Vrbium nunc nobis est proponenda descriptio. Quam nos ita partiemur, vt in Tabula Zelandiæ cui & Meridionalis Hollandia adiuncta est, illius Vrbes recenseamus; hic autem reliquas referamus: sunt autem, *Harlemum, Amstelodamum, Naerdenum, Muda, Wesopum, Edamum, Monachodamii, Purmerenda; Almeria, Enckhusa, Horna et Medenblyckum. Harlemum* amplitudine vrbis, ædificiorum cultu, situs amœnitate nobile est. Templum habet totius Hollandiæ pulcherrimum, firmissimis innixum columnis, foro imminens. Vrbem *Sparnus* interlabitur. Exstructa creditur a Frisijs, circiter ãnum D.VI. Huic vrbi inuentæ typographicæ artis gloria debetur. Est & altera huius vrbis gloria, capti nouo consilio *Pelusij*, quam Damiatam vocant, cuius rei symbolũ habet, nolas binas ex ære Corinthio quæ a re Damiatæ appellantur. *Amstelodamum* nobilissimum hodie totius Orbis Emporium ab Amne *Amstela* nomen habet, paucis initio piscatorum tugurijs habitatum, iurisdictionis fuit Dominorum Amsteliorum. Hanc vrbem postea Giselbertus Amstelius ante annos ducentos octoginta plus minus, communiri propugnaculis, portis ac turribus fecit: quibus per inuidiam vicinorum conflagratis, muro cingi cœpit anno CIↃ CCCCLXXXII. Ex eo perpetuo aucta et Hollandici iuris fuit. Nunc vero non Hollandiæ solum, sed omnium vicinarum regionum ad Sarmatas vsque Gothos & Cimbros est apotheca. In hac vrbe stabulantur non solum Itali, Hispani, Lusitani, Britanni, Scoti, Galli, Sarmatæ, Cimbri, Sueci, Noruagi, Liuones, Germani; sed etiam Indi Americani, Orientales, Mauri, alijque ex omnibus pene Orbis plagis. *Naerdenum* opidum est Chaucorum (*Goeylanders* nostri dicũt) a *Goedela* Altenatis cœnobij antistita: cui ab Ottone Imperatore regio ista donata fuit: a qua transijt in Hollandi Principis ius. Opidũ Textores magna ex parte incolunt. *Muda* ad Vectæ amnis ostium sita incolas habet piscatores. *Wesopum* hinc muro cingitur, inde Vecta alluitur. Ædificia habet pro loci conditione satis splendida. Opidani cere visiam coquunt, propter bonitatem per vniuersam Hollandiam expetitam. *Edamum* Maioribus *Ydamum* ab *Ya* vel *Yda* fluento, cuius nomen adhuc servat pagus *Middelye*; In hoc Opido navale est, in quo nauigia summa Naupegorum exstruuntur industria. Caseus etiam huius ditionis reliquæ Hollandiæ caseo præfertur. *Monachodamum* miliari vno distat Edamo; exstitit iam anno salutis M.CC.XCVII. nomen habet a vicino lacu quod *Monickmeer* dicitur. *Purmerenda* ad Lacum Purmerum piscosum & spatiosum sita est, vnde & nomen habet; anguillarum captura ita quondam felix, vt multa navigia pertusis carinis ita fabricata, vt anguillis interludẽdi esset spatium, in Britanniam mitteret, ingenti quæstu & emolumento. De capta Nereide in Lacu Purmero Anno CIↃ XLIII lepida est Hadriani Iunij in Bataviæ Historia narratio. *Almeria*, vulgo *Alcmaria*, nomen habet a lacubus quib' vndique cingitur, ac si dicas *Al-meer*. Alij opinãtur dici oportere quasi *a lec meer*, quod sonat lacum ex variorum rivulorum confluentibus constantem: *a* articuli vicem obtinente. Fertur primũ condita ab Agillo Radbodi filio; circa ãnum IↃ CCXX. *Enchusa* dicta est ab ædium raritate quasi *Enckelhuysen*. Opidum est elegans, natura loci munitum, in extremo terræ margine ad mare situm: nobile nunc longinquis navigationibus, & arte Salem excoquendi. *Horna* a sinuoso & instar cornu inflexo portu nomen habet; exstructa demum CIↃ CCC anno post Christum natum, quum eo Dani ad Mercatum cum bubulo pecore frequentes appellerent, qui mercatus adhuc solennis est & anniuersarius Euro flante sub Aprilem mensẽ. Est autem nunc totius VVestfrisiæ Metropolis: eam vna parte Mare alluit, parte altera cingunt amœni agri, cũ lætis pascuis. Præ cęteris nobilis est litterarum studijs & eruditione: cuius tanta hic admiratio, vt vix in vlla alia Hollandiæ vrbe plures viros doctos & quidem singulariter invenias, cuius rei argumentum esse potest solus Hadrianus Iunius Hornanus, qui suis scriptis Bataviam illustrauit. *Medenblicum* municipium est maritimum, Horna II Miliaribus distans, sedes quondã regia Radbodi Frisij, illius qui baptisma recepturus, mutata sententia pedem alterum aquæ immersum retraxit, quum ex Episcopo iam ad officium initiationis accẽto intellexisset, Maiores suos apud Inferos torqueri, eo quod a Christiana Religione fuissent alieni, in quem non absurda apostrophe Poeta quidam Barbaro illo seculo ita scripsit:

O iocus, o dirum, & tibi formidabile semper
Elogium, Radbode tuum, post tristia fata.

Nunc de Episcopatu Vltraiectino paucula subijciamus. Traiectum quondam *Antonia*, nunc *Vtrecht* dicitur. Id Iunius ex eo factum putat, quod ibi quintę tricesimæ legionis stativa essent. Itaque quum imperitum vulgus legeret V. TRIC. LEG. STAT. fecit ex eo VTRIC. quod postea abijt in *Vtrecht*. Tẽpla in hac vrbe permulta sunt, primaria vero quinque. Inter opida vero quæ Vltraiectinæ provinciæ subdita sunt, primum occurrit Batavodurum ad Rheni elicem Leccam, cuius mentionem Tacitus facit lib. V. Histor. postea vero nomen habuit *Durostati*, incolis *Wijck te Durstede*; Vrbs fuit potens et opibus florens: sed a Normannis fæde excisa dirutaque. *Grinnes*, opidulum est IIII a Traiecto miliari ad Rhenum, Tacito non indictum. *Amerfordia* a traiectu Amisi fl. dicitur, (vulgo *Eems*) plane vt a Francorum traiectu *Francofurdia*. Opidum initio parvum fuit, vt ex antiquo vallo & fossa liquet: postea extensis pomœrijs amplificatà. Ad ortum & meridiem agros habet frumenti feracissimos, ad occasum silvas: ad Septemtrionem pascua, & interiecto milliari vno, mare. *Monfortium* ad Iselæ fluvij ripam pari intervallo distat Iselsteinio, Oudevvatera, & VVoerdeno.

Imperium Maiorum.

Maiorum virt'.

Vrbes.

Episcopatus Vltraiectinus.

Vrbs & Opida.

ZEELANDT
COMITATVS.

Et Hollandiæ pars Meridionalis.

Status politicus *Zeelandiæ* constat tribus membris,
- Vno *Prælato, qui totius Ecclesiastici Ordinis locum supplet, Et ẽ Abbas S. Nicolai Ordinis Præmonstratensis in Middelburg.*
- Vno *Nobili pro toto Ordine, qui est Marchio de Vere* 24 54: 51 37.
- *Et ciuitatum communitate, quarum præcipuæ sunt* Middelburg, *quæ est capitalis totius Comitatus Zeelandiæ.* Sierickzee 25 8:51 42. *Vere,* Vlissingen 24 48: 51 30. *Tolen* 25 27: 51 35. *S.* Martens dyck 25 20:51 36. *Rommerswale* 25 25:51 33. *&* Goes 25 8:51 34.

Causæ omnes referuntur ad Hagam Comitis in Hollandia.

Meridiani distant ratione Paralleli 51 40.
ad circulum maximum.

ZEELANDIÆ COMITATVS.
Et Hollandiæ pars Meridionalis

ZEelandia nihil aliud sonat quam terram ac solũ maritimum, à terra ac mari conflatũ nomẽ. Mari enim vndiq; cingitur. Hanc veteribus non fuisse incognitam ex Tacito colligit Lemnius, non hoc quo nunc innotescit nomine, sed ex vsu ac vulgata alloquendi consuetudine ac compellatione, nempè *Maet*, qua populares & indigenę inter se sunt vsi. *Mattiacorum* enim illos nomine designat, cum inquit, *Est in eodem obsequio Mattiacorum gens Batavis similis, nisi quod ipso terræ suæ solo ac cælo acrius animantur.* Zelandiæ nomẽ accepit à Danis & Nortmannis, qui ex illa insula Cimbrica quæ in Dania Zelandiæ nomine inscripta est, profecti ad nouas terras quærendas, quum graui indigenarum multitudine laborarent, Britanniæ ac Galliæ oras intuserunt, ac VValachriam vicinasq; insulas à patrio solo Zelandiam vocaverunt. Harum insularum situs est inter Mosæ & Scaldis fluminum ostia, à Septemtrione Hollandiam, ab Oriente Brabantiam, versus Meridiem Flandriam vicinas habent regiones, ab Occidente mare Germanicum respiciunt. Aeris clementia destitutitur Zelandia, qui in nonnullis partibus paullo asperior est, & quam vicinarum gentium minus salubris, præsertim æstate ob paludum & stagnorum graues halitus, & quod regio arboribus minus consita. Hoc tamen habet commodi, quod contagioni ac pestiferis morbis minus sit obnoxius ac serius inficiatur: at infect' immaniter in hominum corpora grassatur, nec facile conquiescit. Magna vero hic soli vbertas, pingues ac glutinosæ glebæ, feraces, ac fœcundi agri tritico quo nusquam gentium candidius aut magis ponderosum, alijsque frugibus: coriandro item & Rubia vulgò *Meedecrappe* nominata, adornandis pannis, ne color defloresçat, eumque intime concipiant necessariæ: vt insignes atque in immensum fastigiatas lauros perpolitis maturitate baccis onustas: ut efficaces & salubres herbas, cum medendis morbis, tum esui accommodas sileam. Vberrima etiam hic saginando pecori pascua, non solum intra exporrectos aggeres ac ambitus, sed etiam extra littora, in ipsa Oceani crepidine, in quibus oberrant pecudum aliquot myriades maximo negotiatorum emolumento, quæstuque vberrimo, non solum supra vulgarem magnitudinem, sed saporis etiam delicati atque exquisiti, soli ac graminum beneficio, quod salubertimum ijs pabulum suppeditat, adeo vt exteri quoq; summopere ijs delectentur. Anno autem Domini DCCCLXIII. imperante Carolo Caluo apud Batavos illisque affines Zelandos, principatus primum constitui cœpit, ac Comitatus nomine designari, primusque Comitis nomine inauguratus Theodoricus filius Sigisberti Principis Aquitaniæ, qui annos octo & triginta in eo dominatu versatus, successorem Theodoricum secundum herilem filium constituit, à quo ad nostra vsque tempora: hæc Regia potestas longa heroum serie ad Hispaniarum regem Philippum deuoluta Comitatus nomine censetur, eiusque prouincię principes Comites appellantur. Insulæ Zelandiæ numero septem sunt, tres vltra Scaldis ostia, Batauiam & Orientem versus, quæ propterea dicuntur Orientales, *Scaldia, Duvelandia,* & *Tolen.* Quatuor cis Scaldim, Occidentem versus, *Walachria, Zuitbeuelandia, Nortbevelandia*, & *Wolferdijck.* Omnium vltra Scaldim insularum maxima & prima est *Scaldia*, indigenæ vocant *T'landt van Schouwen*, cuius ambitus nunc est septẽ mill. olim tamen maior fuit, ac tantum exiguo freto distincta à *Nortbevelandia.* Vrbes in ea primariæ sunt *Zirizea*, & *Brouwershauia. Zirizea* omniũ Zelandicarũ vrbiũ creditur esse antiquissima, circa annum D. ccc. xlix. exstructa à quodam Siringue: nobilis diu fuit mercatu omnium rerum, propter celebrẽ portum, frequentiamque aduenarum; sed obstructo arenis portu multum de antiqua gloria remisit: spes est tamen, eam nouo portu effosso paullatim vetus nomen recuperaturam. In hac vrbe natus est vixitque *Levinus Lemnius* doctrina & arte medica clarus. *Brouwershaviam* piscatores incolunt, & qui mari victitant. Secunda insula Scaldiæ proxima est *DVVELANDIA*, a columbarum frequentia sic denominata, patetque eius circuitus mill. pass. quatuor. In hac tantum pagi sunt & vici, vrbs nulla. Anno CIↃ. D. xxx. Oceani fluctibus obruta fuit, cũ magna mortaliũ iactura, sed aggeribus confirmatis exclusoq; Mari, haud multo post facile illud damnum compensatum est. Tertia insula est *Tolen*, Brabantiæ contermina, exiguo tantum freto discreta, in qua consistit *Toletum* a vectigali & portorijs (Belgis *Tollen*) ita appellatum, vetustum Opidulum: a quo non procul abest *Martinianus agger*, vulgo *S. Martens Dijck*, locus amoenus atque arboribus vndiq; consitus, in quibus maxima alitum, præsertim Ardearum copia nidificat. Cis Scaldim ad Occidentem (indigenæ vocant *Bewester Schelt*) primaria insula est *Walachria*, vel ab eius cultore denominata, aut a VVallis vel Gallis. Insula hæc ab ortu Brabantię obuersa est, a meridie Flandrię, ab aquilone Batauiæ, ab occasu æquinoctiali Britanniæ. Hæc totius Zelandiæ caput, situ, opibus, incolarum frequentia, vrbium & pagorum splendore, mercimonijs eminentissima, decem in ambitu milliaria complectitur. Vrbes in ea sunt *Middelburgum, Veria, Flissinga, Arnemuda;*

Regib.
Vnde dicta.
Situs.
Aeris qualitas.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium Batorum.
Vrbes.

MARE GER
MANICVM
Hol
land
ræ
pars
Voorn
Voorn
Crommer
Fra
ban
tiæ
pars
ZELAN
DIA
Comitatus
Per Gerardum
Mercatorem
Cum priuilegio
De Dollaert
De Heete
Flan
dri
æ
pars

nemuda. Pagi complures. *Middelburgum* a situ nomen habet, est enim burgus in meditullio insulæ. Vrbs est ampla publicis privatisque ædificijs, pontibus, turribus, propugnaculis ad vsum & cultum egregie exornata: omniumque Zelandicarum Vrbium primaria, atque emporium negotiatorum frequentatione celeberrimũ. *Veria* siue *Campoveria* nomen habet a traiectu, qui Zelandis dicitur *Veer*. Muro cinctà primum est Anno CIↃ CCC.LVIII. Ex eo cœpit etiam esse Scoticarum mercium Emporium. *Flissinga* nomen & signum habet lagenæ, Belgis een *Flesche* nominatæ. Vrbs est nouitiola, sed potens & mari imperans: ac strenuis piscatoribus, atque exercitatis naucleris, quos *Pilotas* vocant, referta. *Arnemuda* Middelburgensium est municipium, & statio nauium tutissima. Post VValachriam secunda est *Zuidbevelandia*, quam alij a tremoribus & concussionibus nomen habere existimant, nos a Bauaris, quorum etiam insignia in eius Insulæ scutis spectantur. Hæc spatiosissimo amoenissimoque versus Flandriæ ac Brabantiæ oras tractu exporrigitur, tametsi paucis ab hinc annis maximam iacturam passa, dimidio iam sit angustior. Ab hac avulsa est ciuitas non ignobilis *Romersualla*, quam nullis exultam agris, nullis exornatam pomœrijs Oceanus vndique alluit, ita vt vnica salis negotiatione subsistat. In Occidentali vero Insulæ parte sita est *Goesa* ciuitas, ad ostium vnum Scaldis quod *Scenge* vocant. Vrbs non tam ampla quam amoena & divitijs pollens, quum vnicà nunc sit in ea Insula: ciues habet morum humanitate perpolitos, Senatum prudentem. Tertia Insula Zelandiæ cis Scaldim ad Occasum spectans, est *Nortbevelandia*, in qua Vrbs *Cortcheene*, pagi permulti: tota hæc cataclysmo anni CIↃIↃ.XXXII perijt: nunc tamen paullatim restituitur. Quarta Insula est *Wolferdijck*, quasi dicas agger VVolfardi; exigua admodũ, vtpote in quà duo duntaxat pagi sint. Decem igitur sunt *Zelandiæ* vrbes, pagi plures: centum scilicet atq; amplius. Incolæ sunt ingeniosi, lagaces, prouidi. Statura Incolis media. Referunt tamen Annales a VVilelmo Bono Hollandiæ Comite ad nuptiarũ solennia Caroli Pulchri Franciæ Regis, adductã fuisse inusitata corporis mole fœminam, natione Zelandam, præ quà proceri etiam viri pusiones videbantur: tanto enim erat virium robore, vt bina dolia cereuisia referta ambabus vtrimque manibus portaret, quæ singula quadringenta pondo Italica appendebant, trabemque cui attollendæ impares octo viri fuerant, quo vellet, transferret. Nauigandi artis sunt peritissimi: Salem atrum & sordidum qui ex Occidentalibus regionibus adfertur, singulari artificio excoquunt, magnis atque amplis lebetibus, redduntque ita purum & candidum, vt eum niue etiam certare possit. Rudi Hispanico vel Armorico adfundunt aquam marinam, decoquunt, colliguntque pro centum libris salis Hispanici, centum quadraginta quinque libras puriores. Hunc salem per Galliam, Angliam, Daniam, & reliquam Europam diuendunt. Ex re præterea frumentariâ, lectissimoque tritico, atque ex rubia, salsamentis, pecorumque & imprimis ouium copia, magnos quæstus faciunt. In re familiari ac domestica omni elegantia nitidi sunt & expoliti: in rem attenti, in Mercatura industrij, in pauperes benefici ac liberales. Sed de Zelandia hæc pro loci angustia sufficiant. Restat vt pauca de Hollandia Meridionali subijciamus.

Mores.

Opificia.

Mercimonia.

Hollandiæ pars Meridionalis.

Regio. Situs. Soli fertilitas Vrbes.

A *Medio* Rheni ostio ad Mosam vsque Austrum versus quicquid ad Oceanum vsque terrarum iacet, id omne *Hollandiæ Meridionali* adscribitur, inquo tractu præter soli bonitatem, pagorum, villarum, atq; arcium frequentiã, portuum opportunitatem, vrbes sunt *Durdrechtum, Delphi, Lugdunum Batavorum, Gouda, Woerda, Oudewatera, Schoonhouia, Iselsteinium, Viana, & Roterodamum. Durdrechtum* quod vulgus parum scite vocat Dordracum, idem sonat quod *Dureti forum.* Drechtum enim antiquis Batauis est forum, quæ vox etiam extrema est in hisce, *Haestrechtum, Motendrechtum* &c; plane vt in Italia sunt Fotũ Varronis, Forum Cornelij & huiusmodi. Sigillum etiam eius ciuitatis augustius epigraphem hanc habet, *Sigillum Opidanorum in Durdrecht.* Facies Vrbis oblonga exit ad modum triremis: ipsa opulenta & copiosa, imo eorum omnium quæ in annonæ reique alimentariæ vsum venire atque expediri possunt, locuples quoddam penu est; Fluminibus, vadoso mari, stagnisq; incredibilẽ piscium volucrumque fœturam & copiam submiñistrantibus. Non autẽ nunc qualis initio fuit, vrbis facies. Anno enim CIↃCCCCXXI atroci & miseranda tempestate disiectis ac disruptis aggeribus avulsa est a continente, submersis duobus & septuaginta pagis cum centum prope mortalium millibus. Quã rẽ Chonologico versu cõplexus est Iunius. *DVrdre Chto In CVbVIt VIs atroX InCIta VentIs*

VrbsqVa dIssILVIt protInVs haVsta Marl.

Vrbs hæc totius Hollandiæ est primatia. Ius habet sistendi & retrahendi ad se merces exoticas, quęcumque secundo amni importantur, vt nimirũ eo loco stabulentur ac conquiescant, donec venditæ sint: & inde rursum non alijs quam popularibus navigijs alio deuehantur. Hoc priuilegium a *Stabulo* vocant *Stapulam. Delphi* sequuntur, non Apollinis tripode, sed Cereris & Bromij munere insignes. Coquitur enim in hac vrbe cereuisia post Britannicam optima. Nomen habet a fossã, quam Batani *Delf* vocant, ducta a Mosa ad vrbem vsque: opus est Gotheftedi Lotharingi cognomento Gibberosi, qui non absque manifesta tyrannidis nota Hollandiã fere quadrienniũ possedit, & nauali demũ prælio a Theuderico V legitimo principe superatus in Mosa, imperiũ iniusto titulo occupatũ amisit. Anno M.DXXXVI quinto Nonas Maij, ignis nato ex fauillis forte incendio, luctuosam & funestam vrbis faciem reddidit, absumta deformataque pleraq; vrbis parte: ex quo incendio postea pulcrior emicuit. *Leida* est Ptol. *Lugdunum Batavorum*; quod Antoninus caput vocat Germaniarum: siquidem Lugdunũ extrita Latina terminatione est *Lugdun*, ex quo nostrũ *Leyden*, quod etiã euphoniæ gratiã dicũt *Leyen*. Sita est vrbs ad mediũ Rheni ostiũ, Plin. & Ptol. nominatũ, ad quod castella Romanorũ exstructa, quę postea pro horreis fuerunt. Auso. *Addam præsidijs dubiarum conditarerum*

Sed modo securi, non castra sed horrea, Belgis.

Sustinuit hæc Vrbs anno M.DLXXIV grauem & calamitosam obsidionem, sed pulsis hostibus diuina ope & aquarum stagnantium vi, liberata est. *Gouda* a Cimbrica voce *Gow* nomẽ habet, quæ & fossam & aggerem fossæ oppositum denotat; sita ad Iselam non illam quidẽ superiorem in quã Rhenus Drusiano divertigio sese exonerat, nam is Isala est, sed ad inferiorẽ, quæ ex medio Rheni alveo ducta per Traiectẽses, Iselsteiniũ, Montfortium, Oudevvateram leniter fluens, mediam vrbem secat copiosam & rebus omnibus adfluentem. Sunt & *Woerdenum, Oudewatera, Scoonhovia, Iselsteinum, Viana, Worcomium, Goricomium, Leerdamum, Hueclonium, Aspera, Roterodamum, Sciedamum, Vlaerdinga, Briela.* Præter Opida vero hactenus a nobis commemorata sunt etiam municipia quædam, inter quæ primaria est *Haga* comitis in quo & sanctiori Principis Ordinumque Consilio locus est, & forum litibus soluendis dicatum. Reliqua, ne prolixior sim, omitto, ad Geldriam transitum faciens.

GELDRIA DVCATVS,
COMPLECTENS ZVTPHANIAM COMITATVM, ET Ouerissel DOMINIVM.

Status Politicus *Geldriatria habet membra.*

- Baronias *quæ sunt.*
  - *Die Veluwe 27 5: 52 15.*
  - *Die Betouwe 26 30: 52 0.*
  - *Bommelerwert 25 35: 51 52.*
  - *Tielerwert.*
  - *Zutphen Comitatus sub quo sunt*
    - *Bronchorst Comit. 26 55: 52 9.*
    - *Sherenberg Comitatus 27 35: 51 55.*
  - *Superior Geldria in qua sunt Roermund & Gelder.*
- Nobiles *qui sũt*
  - *Bronchorst Comit. Sherenberg Comit.*
  - *Domini Batenborch 26 59: 51 53. Groesbeke 27 17: 51 49. Montfort 27 24: 51 8. tab. Brab. Wel tab. Brab. 27 26: 51 35. Wachtendonck tab. Brab. 27 42: 51 25. Grol 28 0: 52 8. Anholt 27 49: 51 52. Keppel 27 35: 52 4. Bredefort.*
- *Buren Comitatus 26 41: 51 59 sui iuris est in Geldria.*
- Ciuitates 4. *Capitales.*
  - *Nimmegen Viconte, & feudum Imperij, Ciuitas libera, metropolis totius Ducatus Geldriæ, quæ habet sub se, Die Betouwe superiorem & inferiorem, Bommelerwert, Tielerwert, & Maeswael territorium inter Wahalim & Mosam.*
  - *Roermunde Superioris Geldriæ caput, quæ habet sub se Venlo, Gelder, Vogdie, Stralen, Wachtendonck, Ercklens, Montfort, Echt, Nieustat, Keßel, Midler, Crieckenbeck.*
  - *Zutphen, cui subsunt Doeßburch, Doetecom, Lochem, Grol, Bredefort, Bronchorst, Sherenberge.*
  - *Arnhem sub qua sunt Wagheningen, Hattem, Harderwijck, Elborch, & tota Veluwe.*

Iurisdictio. *Arnhemij resident Parlamentum Principis & Præses totius Geldriæ, ad quos referuntur iudicia quatuor dictarum Ciuitatum, sine vlteriore appellatione, ad has quoque eorum oppidorum & locorum quæ ipsis subesse dictum est.*

Status Ecclesiasticus. *Geldria Episcopis 4. subijcitur*
- *Nimmegen cum suo territorio subest Episcopo Coloniensi.*
- *Roermunde cum suis Leodiensi.*
- *Zutphen cum suis Monasteriensi.*
- *Arnhem cum suis Traiectensi.*

Ouerissel.

Status Politicus *Overissel in duobus Ordinibus consistit*
- Officiarij Principis *cum nobilitate in qua sunt Almelo, Ghoer, &c. idq; per tres ditionis partes. Isselland, Twent, & Drent, quæ in tabula Frisiæ Occidentalis tota describitur.*
- *Tres Ciuitates capitales*
  - *Deuenter quæ est Metropolis totius Transisulanæ Prouinciæ.*
  - *Swol.*
  - *Campen.*

Iurisdictio. *Summus Magistratus & Parlamentum est in Vollenhoue 27 15: 52 49. vnde appellare non licet.*

Status Ecclesiasticus. *Tota Ouerissel in spiritualibus paret Episcopo Traiectensi.*

Hæc ex Guicciardino sunt collecta.

Meridiani distant ratione Paralleli 52 29. ad circulum maximum.

Gelriæ Ducatus, complectens Zutphaniæ Comitatum & Ouerissel Dominium.

Geldria à *Gelre* arce, quam VVicardus à Ponthe vna cum fratre Lupoldo ædificasse fertur, nomen retinuisse dicitur: quamvis complures à *Gelduba* Opido cuius meminit Tacit. appellatam credant. Aliam etiam nominis rationem referunt alij. Hæc a Septemtrione Frisiam, & sinum Germanici maris, vulgo *Zuyderzee* habet: ab Ortu Cliuiæ Ducatum, à Meridie Iuliacum attingit: Brabantia & Hollandia eam ab Occidente respiciunt. Aer regionis salutaris & purus: ager fertilissimus, & ad quamvis culturam aptus, frumenti in primis ferax; pascuis item fœcundus, vnde pecorum ingentes alit greges: quin & ex remotissi

Regio. *Vnde dicta.* *Situs.* *Aeris temperies* *Soli fertilitas.* *Animaliũ varietas.*

GELDRIA et TRANSYSVLANA
Die Zuyder See
Hollandie pars
Groent pars
DLANT VAN
landt
Isel
Dat Stift van Vtracht
De Veluwe
GELDER LANT
PHEN COM
Dat stift Munster
Brabantie pars
Wael
Occidens
Oriens

motissima Dania eo pascendi saginandique gratia, numerosi greges aguntur: Lætissima namque ac amplissima, præsertim circa Rheni, Vahalis & Mosæ defluxus prata habentur. Initio recta gubernataque Gelria est à Præfectis: inde à Principibus. Martini enim Austrasiæ præfecti ex Lãberto nepos *Leopoldus*, siue vt alij memorant *Guidus*, his locis præfuit. Post Caroli Magni tempora *Domini de Ponte* eũ rexerũt, sub titulo præfecturæ. *Otto* inde *Nassouius* Princeps eius dictus est Anno M. lxxix, si Lazio est fides. Sequuti sunt *Gerardus, Henricus, Otto, Reinaldus*, cuius tanta fuit apud Imperatorem gratia, vt comitijs Francofurtensibus Anno M.CCC.XXXIX die XIV. Aprilis Gelriæ Dux à Ludouico Cęsare Augusto fuerit renunciatus. *Eduardus* Reinaldum fratrem post varia prælia cepit, vinctumque in carcere detinuit totos annos decem; Successit *Guilielmus*, huic frater *Reinaldus, Reinaldo Guilielmus Arculanus*. Hic sine liberis Gorichemi perijt. Eius soror Ioanni Egmundano nupsit: ac tandem post varias rerum mutationes eo res delapsa est, vt Anno M. CCCCXCII Carolus filius Adolphi è Gallia ab Ordinibus Gelriæ revocatus hæredem instituerit Guilielmum Ioannis Cliuiæ ducis filiũ, qui etiam cum maxima Caroli V. Imperatoris offensione rebus Gelricis aliquandiu præfuit, donec Anno M D. XLIII maxima Iuliacensis parte exutus Imperatori supplex factus est in castris ad Venlonum: hac tamen lege, vt totius Gelriæ possessione cederet, & subditis iusiurandum remitteret: Cæsar autem territorium Iuliacense ipsi redderet, duobus tantum opidis exceptis Hensbergo & Sittarto. Atque hoc pacto Gelri initio liberi, postea sub Principibus vixere: seruata tamen legum Ordinumque suorum autoritate. Hodie ijdem Optimatum solum agnoscunt imperium, ac pro libertate sua contra Hispani impotentiam fortiter pugnant.

Imperium Maiorum.

Vrbes. Ducatus hic Vrbes complectitur duas & viginti, quarum præcipuæ *Nouiomagum, Ruremunda, Zutphania*, & *Arenacum*, quod nunc vocant *Arneheimum*. *Nouiomagum* vel *Neomagum* (*Nimmeghen*) vrbs est antiqua, sita ad sinistram Vahalis ripam, cuius eo loco profundissimus est alueus; videtur Batonis quondam regia fuisse, certè Batenburgum arcem vicinam habet, & intra vrbem Hessi montem, à filio (vt opinio est) Batonis Hesso cognominatum. Vrbs vero ipsa situ atque opere permunita est, prædiues, rerumque omnium affluens; quâ Cliuensem ditionem propinquam respicit, in arduum collem assurgit, cũ vetustissima arce, Iuliano, vt vulgo, creditur, opere, à qua parte nemorosis montibus & frequentibus fontium scatebris amœna regionis facies se aperit: diuersa vrbis ora in paludes depressior sidit, reliquum solum tumulo fermè perpetuo acclíue est. *Ruremunda* ad ostium Ruræ amnis, qua se in Mosam exonerat, vrbs est amœna, diues, potens, in veteribus Menapiorum sedibus. *Zutphania* ad dexteram Isalæ ripam Comitatus titulo insignis est, de qua postea. *Arenacum*, Tacito, quod posteri mutarunt in *Arneheimum*, ceu aquilæ domicilium; Vrbs est Gelriæ primaria et Consilij Senatorij sedes, copiosa, elegans & omnibus modis munitissima: ad Rheni ostiũ dexterum sita. Sunt & minores vrbes, *Hatten, Elburgum, Lardervicum, Wageninga* quæ *Vada* Taciti, *Tiela, Bomelium, Bronchorstum, Doesburgum, Doetecomium*, & aliæ complures. *Gelria* tribus celeberrimis fluuijs, Rheno nempe, Mosa, & Vahali irrigatur. Præter hæc & alia quædam ignobiliora flumina eandem perluunt, cuiusmodi sũt *Worm, Roer, Sualm, Isela vetus, Berckel, Niers, Regge, Aa* & *Vidrus*. Ad Septemtrionem respicit Sinũ maris quem hodie *Zuyder zee*, velut Australe fretum, quod in meridiem vergat, nũcupamꝰ, vbi sicut Hollãdia patente gremio accommodat se commercio Orbis. Terra plana ac humilis, montes rarissimi sunt, ijdemque silvis saltibusque consiti. De Statu politico apud Mercatorem habes. Incolæ bellicosi ac armis mirum in modum addicti erant, paullo ante nostra tempora: hodie humanitatis studia maiore industria sectantur. Mercaturæ quoque negotiationique insistunt, magna ex parte, reliqui mechanicis partim artibus addicti, partim agriculturæ, ob soli benignitatem inhiantes, vberrimos fructus consequuntur. Complectitur hic Ducatus præter alios Comitatus & Baronias Comitatum Zutphaniæ. Hæc nomen à ratione soli, si Goropio Becano credendum, accepit, a paludibus nempe, quas *Venen* vulgo vocant. Huius regionis incolæ vt vicini proauorum indolem ac geniũ referunt, fortes sunt belloque vt plurimũ apti. Gelriam quippe, & Zutphaniæ potissimum Comitatum, Sicambri multorum sententia, quondam obtinuerunt, quibus præcipua feritas, & bellandi præ cæteris Germanis studium inerat, vnde perpetuis incursionibus, Gallias infestabãt. Qua de causa, pacato iam Orbe Terrarum, aliquandiu portas Iani claudere non poterat Octauianus Augustus, quod intellexisset Sicambros adhuc Gallijs infestos esse. *Otho* aũt *Nassouius* Gelriæ Dux præter filiũ Gerardũ qui ipsi in Ducatu Gelriæ successit, ex Sophia Zutphaniæ Comitis filia *Gerlacum* genuit, quẽ in Zutphaniæ Comitatu successorem habuit. Quo improli e viuis sublato, Zutphaniæ Comitatus Gelriensibus adscriptus fuit, a quibꝰ postea num quam descivit. Vrbem habet cognominem quam *Vspetum* ciuitatem esse autumat Iunius, frequẽtem, copiosam & aquis munitam, ad dexteram Isalæ fluuij ripam. Eam Berckel fluuius perfluit, & ibidẽ Isalæ miscetur. Comitatui porro Zutphanico assignatæ sunt vrbes & præfecturę ordine sequentes, *Dousburgum, Doetecomium, Lochemum, Grolla, Bredevorda, Bronckhorst*, hæ quidem vrbes, præfecturæ autem eę, quæ nomen ab his ipsis vrbibus sortiuntur. Atque his rursum præest, summus vnus præfectus, quem lingua vernacula Zutphanici Comitatus *Drossartum* appellitant. Huic quoque parti adscribitur, vrbs *Tiherembergensis*, & ipsa Comitatus nomine insignis.

Flumina.
Mare.
Montes.
Silvæ.
Mores.
Mercimonia.
Comitatus Zutphaniæ.
Etymon.
Maiorum virtus.
Imperium Maiorum.
Vrbes.

Transisalania.
Vnde dicta.
Situs.
Soli fertilitas.
Imperium Maiorum.
Vrbes.

Restat nunc vt pauca de *Transisalania* subiungamus, ob situm Isalæ sic dicta. A Septemtrione Frisiam Occidentalem; ad meridiem Geldriam respicit; qua Oriẽs est VVestphalia est; qua Occidens Sinum amplissimũ, (hodie *Zuyder zee*) & Fluuiũ Isalam habet. Regio plana est ac humilis: ager feracissimus, frumenti inprimis; pascuis item fœcundus. Transisalana prouincia multis seculis Vltraiectensibus Episcopis subdita fuit: donec anno M. D. XXVIII hortatu Henrici Palatini Episcopi Vltraiectensis sese Carolo V eiusque successoribus submisit. In hac prouincia vrbes mœnibus cinctæ octo sunt, videlicet *Daventria, Campi, Swolla, Steenwijckum, Wollenhova, Haßela, Oetmarsia*, & *Oldeseela*. *Daventria*, (*Deventer*) omnium primaria & maxima, Ansuariorum ciuitas, vnde manet notum illud omnibus & lippis & tonsoribus, *Ansen stadt*, vrbs rerum omniũ copia circumfluens, opulenta & beata ac valide munita: ad dexteram Isalę ripam sita. *Campi* sinistram Isalæ ripam, secundum amnis decursum opportuno loco sita vrbs, circuitu ampla & spatiosa, ædificijs splendidis & elegãte structura superbis. Hanc vrbem volunt esse *Naualia* Ptol. sic dicta forte quod eo loco navigia quæ aduersum hostes & piratas instruebantur, illic apparari aut stationem habere consueuerant. Reliquas prætereo. Habet præter *Isalam*, *Vidrum*, aliaque minora flumina. Præterea amœna & vtilia nemora quamuis exigua & sine nomine. Mercimonijs porro inprimis Dauentria, celebris est, cuius incolæ in remotis orbis partibus negotiantur. Sed hæc de Transisalania dicta sufficiant, Artesiam nunc ingrediamur.

Flumina.
Mercimonia.

ARTESIA
COMITATVS.

Continet hæc tabula etiam Picardiam veram, & Ducatum Cameracensem, Cambresis dictum, qui est Principatus Imperij, & ab Episcopo qui Cameraci residet in temporalibus simul & spiritualibus regitur. In spiritualibus tamen Archiepiscopo Rhemēsi subest, & in temporalibus sub protectione est Regis Catholici Hispaniarum.

Statum politicum Artesiæ mihi communicauit vir quidam doctissimus, eiusque rei scientissimus. Huius historiam, quia prolixior est, seruabo, si forte alij suæ quoque patriæ gloriam hoc modo sint illustraturi, atque inde de Statibus Regnorum & Prouinciarum, opus per se cudendum, & Geographiæ accommodatissimum colligi possit. Membra tamen omnia quæ assignauit ilie, quibusque nominibus, iuxta ipsius distributionem ponam, quod ad præsentis tabulæ declarationem sufficiet.

Status Politici *in Artesia tres sunt Ordines,*

- *Ecclesiastici in quibus sunt*
  - *Episcopi duo, Atrebatensis & Audomarensis S. Omer.*
  - *Præpositi duo, Bethuniensis, & Ariensis.*
  - *Abbates 20. quorum hæc monasteria*
    - *Ordinis S. Benedicti 7. Atrebatense, Aquicinctense Auscin 23 54: 50 15. Audomarense, Blangiacense Blangis 22 44: 49 53. Montēse, Hamense Hames, Alsiacense.*
    - *Ordinis S. Augustini 7. Auriasiēse, Mons S. Elegij, S. Eloy. 23 50: 50 19. Choquense Choques 23 42: 50 34. Henninēse Hēnin lietard 23 47: 50 26. de Raselli villa, Mareolēse Mareul 22 58: 50 2. Aquicurtense in Eaucourt 24 0: 49 56.*
    - *Ordinis Cisterciensis 2. Ceruicāpense Cerchamp 23 12: 50 48. Clarimarense Clommeres 23 24: 50 49.*
    - *Ordinis Præmonstrat. 3. Dammartinense Dammartin 23 3: 50 17. Sāctandreanum 23 6: 50 20. Auguatianum.*
  - *Collegia Canonicorum 10. Atrebatense, Audomarense, Bethuniense, Ariense, Hesdinense, Lensiense, Sanpaulitanum, Lillerienſe, Falcobergense, Douriense.*
- *Nobiles in quibus*
  - *Principatus d'Espinoy 24 8: 50 29.*
  - *Marchionatus Rentinensis 23 19: 50 36.*
  - *Comites 7. S. Pol, Falquenberg 23 12: 50 37. Harliensis 23 46: 50 28. Busquetensis, Henninensis, Arquensis, Blangiacensis. Sed hi duo postremi pridem in dotem monasteriorum S. Bertini & Blangis cesserunt, nec in conuentum ordinum accersuntur.*
  - *Castellani præcipui 4. Atrebatensis, Audomarensis, Bapalmensis, Lensiensis.*
  - *Equestres familiæ ordine alphabetico sunt hæ: Aussy, Auerdoin, Anbigny 23 42: 50 19. Aix 23 51: 50 15. Annequin 23 52: 50 32. Annezin 23 44: 50 33. Aueroult, Avion 23 50: 50 24. Allennes, Anuin, Bailleul 23 45: 50 10. Beaufort 23 40: 50 14. Beaumez 23 18: 503. Beaurains 23 7: 50 23. Beausart 23 9: 50 6. Bellone 24 11: 50 17. Berles, Billy 24 3: 50 25. Boffles, Boisleux, Bonnieres, Boncourt 23 23: 50 37. Boubers 23 10: 50 28. Bours 23 34: 50 26. Brias, Buissy 24 18: 50 5. Caumont 23 9: 50 15. Conroy, Contes 23 9: 50 21. Coupigny 23 40: 50 26. Croisilles 24 6: 50 8. Cunchy, Diuion, Dourin 23 46: 30 32. Enne, Erin 22 57: 50 32. Esquerdes, Estree, Fosseux, Freuin 23 46: 50 18. Fleschin, Gomiecourt 24 0: 50 4. Gouy 23 47: 50 12. Greboval, Geulesin, Habarcq, Hachicourt, Hamelaincourt, Helfault, Houchin, Houdin, La Viesville, La Plancque, Lignereul, Licques, Longastre, Malanoy, Maisnil 23 42: 50 27. Mammez, Marles, Mes en Conture 24 14: 49 57. Mingoual, Moiry, Nedoncelles, Neufville, 23 53. 50 20. Noielle 23 10: 50 5. Noircarmes, Ococh, Olham 23 43: 50 25. Oignies, Oresmiaux, Planques 24 13: 50 25. Plouich, Pronville 24 11: 50 8. Querecques, Rāchicourt 23 40: 50 25. Ransart 23 51: 50 8. Recourt, Rebecq, Regnauuille, Rely 23 30: 50 35. Rolancourt 23 17: 50 22. Rumenghien, Sains, S. Aldegonde, S. Venant, Sombrein, Souastre 23 46: 50 2. Tieuloie, Tramerie, Vaulx 24 8: 50 4. Villers 23 50: 50 20. Vrolant, Wancourt 24 4: 50 14. VVarluzelle, Waurans, Willerual.*
- *Ciuitates præcipuæ.*
  - *Regiæ 7. Atrebatum Arras, Fanum Audomari S. Omer, Bethun, Arien, Hesdin, Lens, Bapalmes,*
  - *Priuatorum Dominorum, S. Pol, Perne, Lillers.*
  - *Item Pagi maiores vrbium prærogatiua uientes, qui etiam ad conventus ordinum euocantur 28. Arques, Aubigny, Auesnes, Aussy, Beaurains, Blangy en Ternois, Busquoy, Caruin 24 8: 50 31. Caumont 23 9: 50 15. Choques, Dourier 23 0: 50 17. Fauquenberghe 23 12: 50 37. Fresin 23 14: 50 23. Fleurbay, Freuene, Frages 23 16: 50 33. Gorgue 23 51: 50 40. Hennin, Lietard, Heuchin, Housdain, Labroie, Libourg 23 23: 50 29. Oisy 24 19: 50 13. Pas, Reichebourg, Tornehem, Ventie, Vitry.*

Iurisdictio. *Consilium prouinciale est Atrebati, vnde appellationes ad Parlamentum Mechliniense deferuntur.*

Status Ecclesiasticus. *Atrebatēsis Episcopus in spiritualibus toti Comitatui præest, & Archiepiscopo Rhemēsi subest.*

Quædam loca in Bolonienſi tabula, litera e ſignata quærenda ſunt.

Meridiani distant pro ratione 50 10. paralleli ad circulum maximum.

ARTESIA
Comit:
Bokuiensis comi:
tatus pars
Maris Britannici pars
Norfoundiæ pars
Vimeux
comte
S. Paul
Hannoniæ
pars
CAMBRE:
:SIS.
La Tiraffe
Tarrenois
Laonnois
Beaumoiss
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio

Regio. Vnde dicta.

Situs.

Aeris tēperies, & Soli fertilitas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

Lacus.

Flumina.

Artesia maximam partem complectitur eorum qui Cæsari *Atrebates*, ab vrbe primaria, quā ipse vocat *Atrebatum*. Marius tamen Niger hic constituit Ambianos. Ptolemæus etiam Atrebatios inter Sequanam & Phrudium qui nunc dicitur *La Somme*, collocat. Nomē autē recens *Artesia* a voce *Arras* qua nunc Metropolis nuncupatur, quasi *Arratesia* per syncopen extrita syllaba formatum, vulgo *Artois*. Termini hodie sunt, a Septemtrione Flandria, a qua discreta est fluuio *Lisa* & noua Fossa: ad Austrum & Occasum *Picardia*, ad Ortum *Flandria Gallica*, & ager Cameracensis. Aer suauis & serenus, regio fertilis, inprimis tritici, cuius copiam non suis tantum abunde suggerit, sed vicinis quoque Flandris, Brabantis, alijsque. Antuerpiensium & Mechliniensium hoc vnicum horreum est. Vino caret, ignaua potius incolarum socordia, quamvel Cœli vel Soli iniuria. Ditio hæc olim Flandrorum: Totam enim *Balduino Arduennati* dotis loco dedit Carolus Calvus, quum is Iuditham vxorem duceret. Postea Philippus Alsatius quum neptem suam Isabellam locaret Philippo Ludovici VII. Galliarum regis filio, dotem ei dedit Flandriam occiduam, hoc est tractum eum qui est a noua Fossa, vsque in Picardiam. Eum Philippus anno M.D.XCVIII. fecit Comitatensem, deditque filio suo *Ludouico*, qui primus Artesiæ Comes fuit, postea Galliæ Rex, & pater Ludouici sancti. Anno vero M.CCC.LXXXII. *Ludouicus Malanus* Comes Flandriæ post matris obitum factus est Comes Artesię: atque ita rursum vterque Comitatus coniunctus fuit. Obitu autem Caroli Audacis Burgundiæ Ducis, *Ludovicus* XI. Galliē Rex iterum Artesia potius est: quæ postremū pacto & fœdere Caroli VIII. Galliæ Regis & Maximiliani Imperatoris cessit *Philippo Austriaco Maximiliani* F. patri Caroli V. Anno M.CCCC.XCII. Vrbes præcipuas habet *Atrebatum*, *Fanum S. Audomari*, *Bethuniam*, *Ariā*, & *Bapalmam*: cæteræ minores sunt. *Atrebatum*, vulgo *Arras*, *Atrecht*, ad Scarpam Fluuium situm est, ingens, propugnaculis fossisque munitissimum, speciem refert duarum vrbium, quarum alteram vocant *La cite*, estq; iuris Episcopalis illa; alterā *La Ville* estq; iuris Principalis. minor Illa est, sed amœna, habetq; tēplū cathedrale elegātissimū, sacrū B. Virgini. Hic magna religione, & egregio cū peregrinorū lapidū apparatu, certū Māna adseruatur, quod D. Hieronymus, ætate sua, ad hanc regionem pluisse, suis in Epistolis, refert. Hæc maior, ædificiorū platearumq; capacitate & fori āplitudine vehemēter laudata. Domus omnes fornicibus subterraneis capacissimis sustētātur, aduersus obsidionis vim excavatis. Habet præterea Bibliothecā Manuscriptorū librorum omnis generis, sed potissimum Theologici. patria hæc fuit Fr. Balduini, Iurisperiti celeberrimi, cuius Parisijs Monimentum in æde Maturini est tale. CVIACI, BALDVINVS HIC IACET. HOC TECVM REPVTA ET VALE: MORTVIS NOBIS IVRISPRVDENTIAM GRAVIS CORRIPIET SOPOR. *Franc. Bald. Iurisc. ob. anno æt. LIIII. XI. Nouemb. a partu Virginis M.D. LXIII. Papirius Massonus Balduini auditor P.* In eadem civitate natus vir elariss. CAROLVS CLVSIVS eruditionis omnis atque elegantiæ decus, qui post regiones plurimas peragratas in Batavico Athenæo senex leniter conquiescit, manumque extremam imponit dignis immortalitate operibā. Vrbs sic satis frequētata, quorū alij Mercatores, alij opifices. Horū fūt multa collegia, quorū maxima pars Lanariē studet. *Fanū S. Audomari*, priā vocatū fuit *Sithiu*, teste Metero; postea a S. Audomaro *S. Omer*. Audomarus iste Morinorū dicitur fuisse Episcopus circa annū DC. LXX, & eo loco Cœnobium exstruxisse, ad fluuium *Aa*. Vrbs nitore & frequentia ciuium eximia. Quibusdam *Itius Portus* censetur, vt in Descriptione *Bononiæ* diximus. Tertio inde lapide ad flumen Lisam fuit antiquissima Morinorū Metropolis *Teroana*, de qua eadem descriptione. *Bethunia* nobile quoque in Atrebatibus opidum, annonæ Frumentariæ horreum, magnæ olim celebritatis in Atrebatibus, siue Flandris Occiduis, Dominatus, ante quam in Atrebatium nomen Comitatumque vna cum alijs concederet. Mercimonijs, rei frumentariæ negotiatione aliarumque rerum, quæ vitæ humanæ vsui sunt, & exportari solent, varietate, est pro re nata, florentissima. *Aria* ad Lisam sita est, qui eam mediam secat: distat *Teroana* II Miliaribus: opidum nobile & munitum. Arcem habet antiquissimam, & ædificia satis commoda. Est et *Hesdinū* nobile Gallo obiectum vallum ac propugnaculum, quod prostrato a Cæsarianis eiusdem nominis opido, occasione belli inter potentissimos Europæos Principes excitatū. Situm habet commodissimum ad ripam fluminis Canchiæ, vnomilliario propius Galliā, distans quatuor miliaribus Monstrolio & quinq; a S. Paullo. Rigatur & altero fluvio, vulgo Blangis a loco in quo oritur. Ita vt propter loci commoditatem, munimentū habeatur validissimum, & propter translationem iuris & omnium privilegiorū, quibus olim gaudebat Hesdinum vetus, brevi tempore habitatoribus repletum fuit. Iuxta Fanum Audomari Lacus est piscosus, in quo aliquot insulæ natantes, quæ funiculo arboribus alligato, aut contis quo libeat impelluntur attrahuntur que: quales in Lydia *Calaminas* Plinius recenset. Et ne quis nugas putet, aut exiguas aliquot terræ particulas: scire debet, etiam boves in ijs pasci aliaque pecora posse. Sub hisce insulis, brumali tempore, & æstivo, maxima latet piscium copia, dum gelu devitant & calorem. Fluvij sunt præcipui *Lisa*, *Scarpa*, *Aa*, *Canchia* & *Authia*: præter alios rivos etiam navigabiles. Estque non procul *Teroana* ingens Canalis, quem Fossam nouam indigetant: eum alij putant humana industria effossum tempore Balduini Comitis, siue aduersus hostiū excursiones, siue ad confinia Flandriæ Artesiæque distinguenda; alij Sinum esse existimant maris inclusi. Certe Morinos Oceano vicinos fuisse agnouit etiam Virgilius, quum eos *hominum extremos* dixit. Atqui nunc Teroana octo milibus pass. a mari discreta: Præterea ex fundo fossæ novæ sæpenumero educuntur partes anchorarum, aliaque ferramenta nautica, certissima argumenta vicini olim & adluentis Oceani. Siluis etiam non omnino destituitur, præcipue Meridiem & Occidentem versus. Atque hæc de Artesia sufficiant; ad Hannoniam pergamus.

HANNONIA COMITATVS

Cui adiungitur Namurcensis Comitatus.

Status Politicus Hannoniæ 5. constat membris quæ sunt

- 1. Pares 12. qui sunt: Longeville, Lens 25 10: 50 34. Filly, Chieure 25 3: 50 37. Auesne, Chimay, Lerouex, Barbanson 25 36: 50 14. Baudour 25 57: 50 29. Rebaux, Waletourt.
- 2. Prælati Ecclesiastici:
  - Abbas & Comes vnus, S. Wauldrut 25 26: 50 25.
  - Abbates 26. S. Guislain 25 5: 50 27. Marchennes, Cambron 25 10: 50 35. Hasuon, Maroille 25 4: 50 6. Ancin 24 24: 50 24. Haultmot, Liessy 25 24: 50 5. S. Denys 25 18: 50 30. Vicogne 24 43: 50 24. S. Feullien, Crespin 24 55: 50 26. Bonne Esperance 25 25: 50 24. S. Ian, S. Aldegonde 25 32: 50 26. Geilenghien, Spinleu, Ath, Fontenelle 25 13: 50 0. Beaumont, Denain, Quesnoy, Watiebraine Loliue 25 34: 50 28. Belliay, Letuve 25 27: 50 18.
  - Collegia Canonicorum.
- 3. Nobiles, in quo sunt:
  - Principatus vnus, Chimay.
  - Comitatus 10. Lalain 24 21: 50 24. Beaumont 25 32: 50 15. Osteruant cuius villa capitalis est Bouchain, Barbanson, Auesne, Berlaimont, 25 6: 50 10. Bossu 25 41: 50 15. Montigni 25 3: 50 22. Reux 25 25: 50 30. Terrache.
  - Baroniæ 22. Enghien, Leuze 24 51: 50 37. Haure 25 18: 50 29. Ligne 24 56: 50 39. Anioing 24 40: 50 35. Vuerchin, Fontaine 25 38: 50 25. Hamaide 24 57: 50 42. Kiurain, Barlaimont, Ville 24 50: 50 30. Gomegnie 24 58: 50 15. S. Aldegonde, Sezelle, Condet, Haurdain 24 32: 50 14. Belleule, Fagneille, Bousie, Roesin, Frasne 24 50: 50 26. Harchies 24 55: 50 29.
  - Marescallus vnus.
  - Senescallus vnus.
  - Venator magnus vnus.
  - Camerarius perpetuus vnus.
- 4. Officia ordinaria (Castellaniæ opinor) Valenchene, &c.
- 5. Civitatum communitas.

Status Politicus Comitatus Namurcensis 3. constat membris quæ sunt

- Ecclesiasticus Ordo in quo sunt Abbates Floref 26 6: 50 26. Grampre 26 22: 50 25. Anden 26 29: 50 30. Bonef 26 21: 50 36. Wasore 26 12: 50 13. Hastieis 26 12: 50 13.
- Nobilitas, Done Visconte 26 12: 50 25. &c.
- Civitates principales, Namur, Bouines, Charlemont, Valencourt siue Walecourt 25 46: 50 11.

Hæc desumpta sunt partim ex Guicciardino, partim ex tabula quæ inscribitur Hortulus Hannoniæ.

Meridiani distant iuxta rationem paralleli 50 20.

Hannoniæ Comitatus. Cui adiungitur Namurcensis Comitatus.

Regio.

Nomina & vnde deducta.

Situs.

Cali temperies.

Hannonia Nemiorum olim sedes, quorum caput hodie dicetur Tornacum quod Ptolemæus, Βάγαιον vocat. Sæpius hæc regio mutauit nomen; initio dicta est *Pannonia*, Lessabæo teste, à Panos cultu; postea *Saltus Carbonarius*, inde *inferior Picardia*; Postremum Hannonia, ab Hania Fluuio qui mediam regionem secat, vernacule *Hainault* vel *Henegouw*, ab eodem fluuio Gallis *Haine* siue *Hene* dicto, & antiqua voce Germanica *gouw*, quæ regionem vel pagum significat. Habet à Septemtrione Brabantiam, & Flandriam; ab Austro Campaniam & Picardiam, ab Ortu Namurcenses & Leodienses, cum dicta Brabantia, ab Occasu Flandriam cum Artesia. Longa est vniuersa regio viginti milliaribus; Lata XVI. Aer tem-

peratus

HANNONIA.
NAMVRCVM
Comitatus
Septentrio
Oriens
Occidens
Meridies
CAMBRE
SIS
La Ti: raf:
Lux
emburg:
pars

Soli fertilitas. peratus, suauis & serenus: solum fertile, ac ceteratum frugum, sed præcipue frumenti præstantissimi vbertas maxima. Abundat pratis, pascuis, pomarijs, alijsque ad vitæ vsum rebus necessarijs. Habet & metalla ferri optimi, & plumbi: præterea Lapidicinas variorum marmorum, atque etiam duri silicis quem Ouidius indicē: & λιθανθρακων, *Houlles* vernacule Leodienses vocant. Ignem flammamque concipiunt fouentque, vt carbones; nec alius eorum vsus quam focis exstruendis, lignis aliquot adiectis. Conflantur hicquoque vitreæ illæ laminæ pellucidæ, quibus omnem cœsi iniuriam ex templis & ædibus propellimus, hæque præ alijs quæ alibi locorum fiunt, palmam prestantia ferunt. Omne item vitreorum vasorum genus, & supellex hic conficitur.

Imperium Maiorum. Prouincia hæc frequenter Dominos mutauit, ac tandem à stirpe Montensium ad Flandriæ Comites, inde ad Batauicam, deinde ad Bauaricam, ex hac in Burgundicam, postremo ad Austriacam familiam devoluta est.

Vrbes. Vrbes in Hannonia fossa valloque munitę sunt XXIV, inter quas primariæ *Montes* & *Valencena*. *Montes, Mons* vulgo, vrbs ad scaldim flumē, qua id nauigia ferre incipit, sita, āplitudine & vallatis moenib⁹ inclyta est. Fōtes in ea viui permulti: opes amplæ ex mercimonijs, opificijs, agricultura, & Canonicatu nobilium Virginum S. VValtrudæ. *Valencenæ*, vel *Valencena*, seu, vt quidam volunt, *Valentinana* (*Valenciennes*) ab eius nominis Imperatore, vt autor est Sigebertus Gemblacensis, ad Scaldim sita est planitie peramoena, eoque tuta ab hoste. In ea est Armamentarium ad belli vsus instructissimum. Templa duo, vnum Sacrum B. Virgini, structura antiqua, cuius columnæ, ex marmore & lapide Porphyretico; alterum B. Ioannis recentius, opus Pepinī, patris Caroli Magni: Coenobia plura: vnum præ cæteris nobile Franciscanorum, quo Comites Hannonię & Domini Valencenæ seorsim sepeliuntur. Curia amplissima cum horologio celeberrimo, opus Guilielmi Boni Comitis Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ. Sunt præterea *Condatum* (*Condé*) ad dexteram Scaldis ripam duobus milliaribus Valencena distans, opidum elegans. *Landresium* (*Landrefy*) ad Sambram, celebre obsidione Caroli V. Anni M.D.XLIII, qui tamen eo per vim potitus non est; *Auesnæ* (*Auesnes*) Vrbs & Munimentum Gallorum finibus oppositū; ad fl. Heprā; *Chimacum* (*Chimay*) vrbs ad fluuiū *Blancā* in media silua; id nuperis bellis sæpiuscule incensū, diutum; tamen ad extremum ita restitutum, vt multò elegantius renatum videri possit. Palatium habet principale cum horto & labyrintho singularis artificij: *Halla* Brabantiæ finibus contermina, Templo D. Virginis celeberrima; *Bouchain* municipium est situm ad ripam Scaldis fl. inter Cameracum & Valencenas, exstructum a Pepino in memoriam nobilis victoriæ quam hoc loco retulit ab exercitu Theodorici Gothorum Regis; *Quercetum*, *Quesnoy*, oppidulum est, tertio lapide a Valencena, mercimonijs nobilitatum. *Bellus-mons*, (*Beaumont*) opidulum perelegans, a re nomen habet. *Philippolis* (*Philippe-ville*) a Rege Philppo; *Mariæ-burgum* a Regina Hūgariæ Maria nomina habēt; loca munitissima ad Gallos reprimēndos cōdita. *Bauacū*, (Gallice *Bauais*) quod nōnulli *Baganum* vel *Bagacum* Ptol. esse arbitrantur: nonnulli illud *Belgium* Cæsari in Commentarijs dictū volūt: sed refelluntur ab ijs, qui in Bellouacis seu Picardiæ quodam loco firmioribus argumentis eamdem collocant. Sunt & *Maubeuge*, *Bins*, *Reux*, *Soigny*, *Braine le Comte*, *Engien*, *Lessine*, *Cheure*, *Ar*, *S. Guillein*, & *Leuze*. Pagi sunt

Lacus. Flumina. Silvæ. præterea C M.L. quorum plerique omnes pulcri, amœni, opulenti. Regio Lacubus, Stagnis, Fontibus, ac Fluminibus vndique irrigua; fluminibus *Scaldi*, *Sambra*, *Tenera*, *Hania*, & alijs. Silvas habet & Nemora admodum iucunda; præcipua vero sunt *Mormau*, & S. *Amandi*. Porro Respublica Valencena tanta prudentia constituta, & tam bonis legibus ornata est, vt Noribergēses ad eius exemplum celeberrimam suam Rempublicam voluerīt componere, missis ad hanc rem aliquot viris prudentibus; quod & Romanos fecisse accepimus in Rep. Athenienſi. Proinde non est mirum si ex tam præclara Politia orti fuerint cives per vniuersum Orbem virtute celebres; Inter quos primas ferunt, Henricus VII Imperator, Dux Lutzemburgicus: Maria Filia vnica & Heres Caroli Audacis, avia Caroli V. Ioannes Froisardus, Historicus Nobilissimus, qui etiam hocipsū initio sui operis testatus est.

Namurci Comitatus. Restat *NAMVRCI COMITATVS*. Hic situs est inter Brabantiam, Hannoniam & Leodiensem Diœcesim: exiguo territorio & montoso, sed peramœno. Aerem habet salubrem & temperatum. Solum ferax Rerum quibus ad sustentationem sui vita humana indiget. Habet & Ferri Plumbiq; Fodinas, & Latomias, in quibus varij generis saxa exscinduntur, atque imprimis Marmora subnigra, & quę lapidem referunt. Neque ita pridem cœperunt effodi saxa illa ad ignem idonea (*Lithanthracas* nominare possumus) de quibus diximus in præcedenti Descriptione Porro ditio ista omnis initio Dominum habuit titulo Marchionis; postea Dominū sæpius mutauit. Marchio fuit *Philippus*, Frater Balduini Comitis Flandriæ Anno M.CC. Comes fuit *Theodorus*; cuius obitu tota ditio cessit *Philippo Bono* Burgundię Duci, quemadmodum in Germaniæ Inferioris descriptione a nobis explicatum est. Vrbes in hoc Comitatu muro cinctæ sunt quatuor, *Namurcum*, *Bovina*, *Carlomontium* & *Valencourtiū*. Pagi C.LXXXII. *Namurcū* (*Namur*) Vrbs est primaria, cui⁹ nomē vnde ductū sit, ignoratur: alij putāt a *Nano* Deo Gentili, qui quū antea oracula fūdere solitus esset, sub aduentū Christi Seruatoris obmutuit. Ergo a Nano muto *Namurcum*: alij a nouo Muro illic Romanorum opera exstructo. Vrbs sita est inter duos Montes, in Leva Mosæ ripa, qua Sambram recipit. Distat VIII Mill' Louanio, X Leodio & totidē Bruxellis. Dives est, & splendida publicis priuatisque ædificijs, arce etiam instructissima bene munita. Quarto milliari a Namurco sunt *Bovina* (*Bouuines*) opidum exiguum, quod bellorum iniurijs iam aliquoties vastatum, postremū vero ab Henrico II Galliæ Rege Anno CIↃIↃLIV magna parte destructum est. Id ex eo tempore Civium industria restitui & restaurari cœpit. *Carlomontium* (*Charlemont*) exstructum est a Carolo V. Anno CIↃIↃLV aduersus Gallos, qui tunc Marienburgo potiebantur. *Vallēcourtium* oppidum minime aspernandum Namurco VII Milliarium intervallo distans. Flumina habet hęc regio piscosa; inter quæ primas obtinēt *Mosa* & *Sambra*; Fontes vivos & largos: Siluas nō tantum ad delectationem, verumetiam ad venationem aptissimas, feris refertissimas. Multa sunt in hoc Comitatu Templa, & Cœnobia splendida Namurcensium Comitum sumtibus olim constructa, & opimis honorata reditibus. Tertio Milliari a Namurco dives est pag⁹ *Audennas*, in quo vetustissimū Monasterium Canonicarum nobilium feminarum exstructum institutumque a Begga filia Pepini veteris, a qua primum creduntur dictæ Vestales *Bagginæ*. Id vrbe Namurcensi sedes est Consilij Regij, a quo appellatio est ad Curiam Mechliniensem. Est & Sedes Episcopi, cuius Templum Cathedrale sacrum est S. Albino. Cives armis adsueti sūt, Gallicus ijs sermo, sed corruptus. Mercatores pauci & opifices: Nobilium magna turba: sed qui nothi sint illustrium Principum, vel e nothis oriundi.

Cali temperies. Soli fertilitas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

Flumina. Silvæ. Opera publica.

LVTZENBVRG DVCATVS, ET TREVIRENSIS PROVINCIA.

Status Politicus *vt in cæteris, tria habet mẽbra, quæ sunt*
- Ecclesiasticus *Ordo*
- Nobiles
  - Comitatus *Vianden, La Roche en Ardenne, Salme 27 29: 50 16. Durby 26 59: 50 21. Marche 26 46: 50 15. S. Vit 27 39: 50 18. S. Iansberg 27 30: 49 31.*
  - Barones *Complures*
  - Dominia *multa.*
- Civitates principales, *Lutzenburg, Arlon, Theonville, alias Diedenhove, Rodemarck, forte Rodemacherem; 27 42: 49 31.*

Consilium *Regis Principale residet Lutzenburgi, à quo prouocatur Mechliniam.*

In Treuirẽsi *Prouincia hæc sunt*
- Abbates, *Prumiensis 27 56 & 50 17. S. Maximini proxime Treuiros. Metloch 28 4: 49 34. Himmelrodt 28 11: 50 5. Toley 28 30: 49 34.*
- Comitatus, *qui sunt intra Treuirensem ditionem. Manderscheidt 28 15: 50 9.* Keyhel *28 7: 50 5. Veirnenborgh 28 34: 50 23. Gerrestein 28 7: 50 18. Veldentz 28 26: 49 56.*
- Baroniæ. *Winnenbergh 28 36: 50 11. Bilstein 28 41: 50 7.*
- Dominia. *Passenheim 28 58: 50 22. Saffich 28 55: 50 24. Zur Leyẽ 28 55: 50 18. Eltz 28 46: 50 13. Permont 28 42: 50 16. Wildenborgh 28 43: 50 9. Eerenborch 28 53: 50 13. Waldeck 28 51: 50 10. Hertelstein 28 3: 50 12. Kerpen 28 15: 50 24.*
- Præfecturæ *Schoinbergh 28 23: 50 21. Schoinecken 37 55: 50 14. Hildesheim 28 8: 50 22. Daune 28 19: 50 15. Ouer Manderscheidt 28 15: 50 9. Kylborch, Vlmen 28 26: 50 15. Cocheim, Kempenich 28 37: 50 28. Meyen 28 43: 50 22. Monreal 28 38: 50 21. Kaisers Esch 28 35: 50 16. Munster Meivelt 28 49: 50 16. Ouer Hammerstein 28 53: 50 30. Welsch Billich 27 59: 49 56. Broich 28 14: 50 1. Pfaltz 28 7: 49 51. Witlich 28 18: 50 2. Sarborch, Grimborch, S. Wendel, Bleiscaßel 28 48: 49 16. Hunolstein 28 28: 49 53. Baldenaw 28 35: 49 54. Berncastel 28 29: 49 57. Cell 28 34: 50 3. Baldeneck 28 46: 50 5. Schoineck 28 56: 50 12. Coblentz, Boppart, Ouer Wesel, Eerenbreitstein, Mont abour, Vilmar, Brechen, Caemborch. Ha 6. indicabuntur Tab. 3. Westphaliæ.*

Comitatus *confines Prouinciæ Treuirensi in hac tabula comprehensi sunt Blanckenheim 28 70: 50 26. Arnsberg 28 20: 50 30. Nuenar 28 40: 50 34. Reiferscheidt 28 5: 50 30. Sleiden 28 4: 50 33.*

Dominia *Crouenburg 27 59: 50 25. Smidheim 28 3: 50 18.*

Residuum *Prouinciæ Treuirensis, quod hac tabula contineri non potuit, inuenies in 3. tabula Westphaliæ.*

Meridiani distant ratione 49 50. Paralleli ad circulum maximum.

Lutzenburgicus Ducatus, et Treuirensis Provincia.

Restant in Inferiori Germania duæ Provinciæ, *Ducatus Lutzenburgicus & Treuirensis Prouincia*, paucis explicandæ. Ducatus *Lutzenburgicus* nomen habet a primaria totius regionis ciuitate: hæc (vt nonnulli opinantur) à fluuio *Elza Alisontia* forte Antonini. Ab Elza fit Elzenburch; inde *Lutzenburch.* Petrus Divæus aliam de Lutzenburgo sententiam notat his verbis: *Leucorum gentem* (inquit) *iuxta Treuiros, Mediomatrices, ac Lingonas habitasse indubitatum est, Opida eorum Tullus ac Nasium, Ptolemæo celebrata nomen seruant, Toul & Nanly, vernacule crediderim appellatos, Die Lutzen, & Late imperasse, vt ab ijs Lutzenburgij celebris Opidi nomen ortũ sit, quasi der Lutzenburch.* Hæc ille. Terminant hũc Ducatũ ad Septẽtrionẽ Leodiẽses & Namurcẽses; ad Austrũ Lotharingi, ad Ortum, Mosella cum Episcopatu Treuirensi, ad occasum Mosa cum silva Arduenna. Ambitus totius regionis est lxx. milliarium. Regio hęc licet montosa & Saltuosa, bona tamen, benignaque ac fertilis est. Diuiditur in duas partes quarum altera *Famenna* altera *Arduenna* dicitur. *Famenna* fertilior est segetis & vini. *Arduenna* asperior; sed quæ asperitatem venationum bonitate & ferarum optimi generis mirifica abundantia compenset. Metalla ferri sunt non procul à *Manderscheid*, in dominijs Keyla, Cronenberch & Sleida, ad vallem cui nomen est Hellẽthal: Conflantur hoc loco ab istis Cyclopibus incudes, fornaces ferreę, pyreteria, quæ per totam Germaniam ingenti lucro distrahũtur. Titulum duntaxat Comitatus initio habuit, atque adeo

Regio. *Vnde nomẽ habeat.* *Situs.* *Soli fertilitas.*

Namurci pars
Bouillon
Bar
Palatinatus
pars
Lotha ringæ pars
TRIER
LVTZEN
BVRG

Imperium Maiorum. Henricus Septimus Imp. Comes fuit Lutzenburgicus non Dux. Postea in Ducatus dignitatem, qua hodie ad huc vtitur, euecta fuit. Hoc alij VVenceslao Romanorum Regi, alij Carolo quarto tribuunt; Conradus autē Vercerius Henrico VII. adscribit primo ex ea familia Romanorum Imperatori. Primum huius Comitem Sigifridum fuisse, in schedis manu exaratis se reperisse scribit Ortelius: eumq; filium fuisse Tacuini Ducis Mosellani. Fuit olim Lutzenburgum Treuirorum portio. *Vrbes.* Vrbes habet vigiuti, vallo & fossa munitas, quarum nomina hæc sunt, *Lutzenburgum, Arlonum, Rodemachera, Theonis villa, Grauemacherum, Coningsmacherum, Dierichum, Virtonium, Echternachum, Vianda, Bastonacum, Mommedium, Nouum Castrum, Danuillerii, Marvilla, Rocha, Durbis, S. Viti vrbs, Marza,* & *Sahna.* Sunt & vrbes aliquot quarum mœnia solo æquata. Sunt & arces vrbium pene æmulæ, S. Ioannis & *Mandrescheid,* quibus titulus est Comitatus. Vrbs primaria *Lutzenburgum,* alijs *Lucemburgum,* & *Leuceburgum,* Ptolemæo *Augusta Romanduorum.* Guicciardinus dictum vult quasi Lucisburgum, hoc est, arx Solis. Quemadmodum pleraque alia huius tractus loca à Gentilium Dijs denominata videri possunt: *Arlon* ab ara Lunæ; *Iuois* à Ioue, *Marche* a Marte; sed an hæc vera origo sit, alius esto arbiter. Vrbs sita est loco peramœno, parte altera mōtoso, altera plano. Hanc Elza fluui' interluit, partē vrbis superiorē et montanam, ab inferiori & plana dirimēs. Adificia in ea domusq; vtcunque splendidæ, verū belli iniurijs varie afflictę: ac templum sacrum Nicolao: Cœnobium Franciscī, in quo sepultus Ioannes Lutzenburgicus Rex Bohemiæ, filius Henrici VII. Imperatoris & pater Caroli IV. Vrbs hæc etsi Martis frequenter deformata furoribus, cui nihil cum Musis otio & tranquillitate gaudentibus commune, illustres tamen eruditione viros edidit. Atque inter multos Nicolaum Nauium, hominem vsque adeo doctrina, & rerum prudentia magnum, vt Curiæ iudicialis apud Lucemburgum Præses, non ante munus quam vitam, filium autem reliquerit sibi cognominē, qui paternas æquans virtutes, tantum apud Carolum V. Cæsarem gratia valuit, vt in toto Imperio Cancellarij vicarius ab eo constitutus, id muneris cum vita finierit. *Arlonum* vernaculē *Arlon,* situm est in montis vertice, oppidum satis elegans. Lunam Deam hic olim gentilitio more cultam, & inde nomen habere putatur. Hic multa antiquitatis monumenta eruta quæ Comes Petrus Ernestus hinc ad ædes suas amplissimas, quas habet in Pomœrio vrbis Lutzenburgēsis, transferri curauit. Patria hæc fuit Bartholomęi Latomi, viri egregie docti. *Flumina.* Fluminibus regio omnis rigatur plurimis. Eorum primum nobilissimumq; est *Mosella,* de quo in Lotharingia diximus. Reliqua sunt *Chier, Mosa, Bemoij, Houl, Lech, Alsatus, Atardus, Sourus, Prumeus, Mineus, Ghomeus, Orto, Albis,* ac innumeri penē riuuli. *Montes.* Montibus regio vndique attollitur, siluisque innectitur densissimis. *Silvæ.* Eæ omnes Arduennæ totius Galliæ Siluæ maximæ, rami sunt. *Ratio gubernādi.* Curia totius Prouinciæ in vrbe Lutzenburgo ius dicit, sermone vel Gallico vel Germanico, pro locorum ratione quibus ius dicitur. Germanice enim loquuntur Lutzenburgi, Arloni, Rodemaræ, Theonvillæ. Gallice vero Iuoys, Mommidi, Marueil & Danvilliers, atq; ob hanc causam necesse est & iudices & Aduocati & alij curiæ ministri vtramque Linguam calleant. Ab hac autem curia prouocatur Mechliniam, vbi quæ scripta sunt Germanice, bona fide Gallice redduntur.

Treuirensis Provincia.

Regio & vnde dicta. Hæc de Ducatu *Lutzemburgico,* sequitur *Trevirensium* antiqua admodum ditio, cui ab vrbe nomen. *Situs.* Terminatur à Septemtrione Comitatu Nassauiensi, Ducatu Montensi, & Episcopatu Coloniensi: ab Ortu Ringouia & Hassia: à Meridie VVestrichia, & Bipontino Ducatu: ab Occidente Ducatu Lutzēburgensi. *Aeris qualitas.* Aer frequenter hic est nubilus & pluuiosus, vt quidam huc accommodent cloacam Planetarum, verum id propter conuallem, vbi nebulæ suspenduntur, euenire nonnulli asserunt. *Soli qualitas.* Regio ipsa inæqualis est: alicubi enim montibus sterilibus aspera est: ob idq; silueſtris & squalida, & præter auenam vix quicquam proferens: alicubi vero fœcundior est versus Rhenum & Mosellam. Metalla generat varij generis, Argētum, Aes, Ferrum, Plumbum. Proprium semper Ducem legitur habuisse. Nunc autem Archiepiscopum in Electorū *Imperium Maiorum,* ordine agnoscit Dominum. Armis autē Treuirenses ita potentes fuere, vt duce Ambiorige Cottam & Sabinū legatos Cæsaris apud Eburones interfecerint, tota funditus legione deleta. Sed capti postea sunt a Labieno. Fatetur Cæsar, Treuirorum ciuitatem propter Germaniæ vicinitatem cotidianis exercitatam bellis, cultu et feritate non multum absimilem a Germanis fuisse, neque imperata vnquam nisi exercitu coactam fecisse. Tantū scilicet antiquitus fuit Belgis libertatis studium.

Vrbes. Vrbs primaria *Augusta Trevirorū,* vulgo *Trier.* Hæc cū antiquissimis Europæ vrbib' de ātiquitate cōtendit; atq; hui' antiquitatē trecētis & mille annis, ante vrbē Romā perscrutatus est Æneas Siluius. Eam Mosella mediā perlabitur. Natura loci (vt Simon Richvvinus ad Munsterū scribens testatur) satis est ad delitias & amœnitatem ficta, siue montes & valles, siue flumina & riuos pratis interiectis spectare velis. Montes Bacchico cultu virent. Ager satis hic est fœcundus: omnis generis pisces & ferina hic abundant. Comitatus sunt *Manderscheyt, Keihel, Weirnēborgh, Gerresleyn, Veldētz. Baronia Winnēberg, & Bilstein.* Vrbes præter Augustā Treuirorū sūt ad Mosellam: *Niuomagum diui castra inclyta Constantini, Veldentz, Cella Beilstein, Confluentia,* & alibi aliæ. Duo hic sunt Lacus miræ profunditatis, nempe *Vlmensis* & *Laichensis;* in quorum posteriore reperiuntur Lapides *Lacus.* viridis, crocei, & rubicundi coloris, qui Smaragdos & Hyacinthos æmulantur. Maiori autem ex parte fluuijs, *Flumina.* torrentibus, ac rivulis irrigatur, qui omnes Mosellæ commixti ad Rhenum deferuntur: vnde omnis generis *Montes.* pisces hic abundant. Inter fluuios sunt *Kil* qui & *Gelbis, Pruin, Vr, Sara, Abra, Sura,* & alij. Mōtes *Melibocí, Agnobi.* *Silva.* *Silva Arduenna* varie hic diffunditur, diciturque pro locis modo *Westerwalt,* modo *Eider-Waldt,* modo *Ebers-Waldt,* quæ Siluæ feris refertissimæ sunt. *Palatium* Treuiri est spectandæ antiquitatis. Aliæ insuper moles *Opera publica.* adhuc exstant, aliæ sub cæcis terræ speluncis sepultę iacent, quæ cum indies eruuntur admirandam exhibent *Schola.* vetustatem: Antiquissima etiam totius Germaniæ Academia insignitur. Artium & linguarum studia quæ hic floruerunt, commemorare nihil attinet, quum ex media etiam Italia eo contendisse plerosque, certum sit. *Mores.* Mores hominum hic natorum plerumque tristes sunt, & ad Melancholiam proclives, sed tamen mansuescunt paullatim commercio extraneorum, & Stoicum illud supercilium conuictu seu recreatur. Ausonius bene de Treuiris meritus, alicubi de ijs aptissime ait: *Quinetiam mores & latum fronte seuera*
Ingenium Natura suis concessit alumnis.

In vniuersum Mosellanorum corpora laboribus induruerunt ad miraculum vsque. Per Montes aerios, veluti aptæ reptare & evadere spectantur.

GERMA
NIAE
tabulę geogra:
phicæ.
Per Gerardum Mercato:
rem Illustriß. Ducis Julię
Cliuię &c. Cosmographum
Cum Privilegio.

IN GERMANICAS TABVLAS VTILIS ET PRÆNOSCENDA INSTRVCTIO.

QVandoquidem Imperium Romanum penes Germanos est, & politicé admodum in sua membra diuisum, opere precium existimaui eius dispositionē & ordinem, qualis in scripto, quod matriculam Imperij vocant extat, hodieque in vsu est, oculis subijcere: deinde in tabulas sua quæque Imperij membra commonstrare, quo vbi terrarum quæque sedem habeant, studiosus politiæ lector facilè reperire possit. Duo autem eius matriculæ exemplaria sum nactus, vnum scriptum, alterum Venetijs Italica lingua excusum; vtrumque plus satis deprauatum, & multo aliam huius matriculæ formam nunc in Imperio extare intelligo, proinde nemo quæso mihi vitio vertat, nemo offendatur oro, si quæ Imperio hic adscripta inueniat, quæ illius non sunt, aut si quę sunt omissa, non enim mea est intentio de omnibus singulisque Imperij membris definite dicere, neque id mihi ex corruptis admodum exemplaribus fuit possibile, præcipuè cum sciam multa quæ olim Imperij fuerunt, post in priuatum Principum ius cessisse, siue permutatione, siue oppignoratione, siue donatione ob insignia erga Imperiū merita, siue redemtione, siue alijs de causis, neque verò ista quæ politicorū sunt nō geographorū studia prosequi meū est, sed ex qualicunq; matriculę exemplari hoc tantum quæro, vt elegantissimam Imperij dispositionem, & per Germaniam distributionem ostendam, duoque studia, Geographiæ & politicæ administrationis quomodo se mutuò illustrare possint, declarem. Est ergo talis Imperij constitutio & ordo.

Imperator caput est Imperij.

Et tria sub se habet membra, quorum comitijs de omnibus Imperij negotijs consulitur & concluditur, videlicet Electores septem, qui sub Gregorio X. anno Domini circiter 1273. primum instituti, & à Carolo quarto Imperatore confirmati sunt, vt ostendit Onuphrius in Comitijs Imperatorijs, & Ioannes Auentinus lib. 5. historiæ Bauaricæ. His solis competit Imperatoris electio. Secundum membrum sunt Principes Ecclesiastici & sæculares. Tertium ciuitates liberæ.

Primum igitur membrum Imperij sunt 7. Electores.

Archiepiscopus Moguntinus Imperij Romani Archicancellarius per Germaniam.
Archiepisc. Treuirensis Impe. Rom. Archican. per Galliam & Regnum Arelatense.
Archiep. Coloniensis Imperij Rom. Archicancellarius per Italiam.
Rex Bohemiæ Imperij Ro. Archipincerna.
Comes Palatinus Rheni Imperij Romani Archidapifer.
Dux Saxoniæ Imp. Rom. Archimarscalcus.
Marchio Brandeburgensis Imperij Romani Archicamerarius.

Secundum membrum est Principum virorum & Nobilium.

Nomina locorum vulgaria ponam, vt sunt in tabulis, & numeros apponam Circulorum in quibus postea repetuntur, quo facilius in tabulis inueniri queant.

Archiepiscopi		Chur	4	Minden	7
Magdeburg	9	Halberstatt in 9. opinor circulo		Lubeck	8.9
Saltzburg	2	Ferden	7	Vtricht	7
Besancon	5	Munster	7	Camin	2
Bremen	9	Osenburg	7	Svverin	9
Episcopi.		Passavv	2	Geneue	5
Bamberg	1	Frisingen	2	Camerick	7
VVurtzpurg	1	Kempse		Verdun	5
VVorms	5	Gurck alias Goritz	3	Losan	5
Spier	5	Seckavv, Segouia	3	Metz	5
Strasburg	5	Hauandt		Toul	5
Eichstatt	1	Basel	5	Luyck	7
Pr. Augspurg	4	Sitten siue VVallis	5	Trent	3
Costnitz	4	Regensburg	2	Brixen	3
Hildesheim	9	Maissen	8	Merspurg	8
Paderborn	7	Naumburg	8	Labach	3

Vienna 5
Brandenburg 8
Rätzenburg 9
Schlesvvick 9
Hauelburg 8
Sæculares Principes & nobiles.
Dux Bauariæ 2
Archidux Austriæ 3
Dux Burgundiæ 10
Dux Saxoniæ 8
Palatinus Bauariæ 2
Dux Iuliæ, Cliuiç, Berge 7
Marchio Brandeburg 8.1
Dux Brunsvvick 9
Dux Lunenburg 9
D. Pomeren 8
D. Mekelnburg 9
D. Lavvenburg 9
D. Holsten 9
D. Lotringen 5
Landgr. Hessen 5
D. VVirtenberg 4
D. Zvveibrug 5
D. & Co. Spanheim 5
Marchio Baden 4.5.7
Landgr. Luchtenberg 2
Princ. Anhalt 8
Com. Hennenberg 1
Burggr. Meissen
Gallici Principes.
D. Meiss, alias Massa
D. Sauoye 5
D. Chalon, forte Calim in circulo.
Ecclesiastici.
Pr. Abbas Fuld. 5
Pr. Ab. Hiersfeldt 5
Pr. Ab. Kempten 4
Ab Reichenavv 4
Pr. Præpos. VVissenburg 5
Pr. Ab. S. Galli 4
Pr. Ab. Salisfeldt 8
Pr. Præpos. Elvvangen.
Teutsch ordens Maister 3
Iohans ordens Maister 5
Ab. VVaingarten 4
Ab. Salmansvveiler 4
Ab. Kreutzlingen 4
Pr. Ab. Murpach 5
Ab. VValkenriedt 8
Ab. Schuttern 4
Ab. VVeissenovv, siue Minderavv 4
Ab. S. Blasi 4
Ab. Maulprun 4
Pr. Ab. Corbey 7
Ab. Schussenriedt 4
Ab. Rittershausen 8
Ab. Stein am Rhyn 4
Ab. Schafhausen 4
Ab. Kempeseck 2
Ab. VValdsachsen 2
Ab. Einsideln 4.
Ab. Rockenburg 4
Ab. Ochsenhausen 4
Præpos. Seltz 6
Ab. S. Gilgen Norinbergæ 1
Ab. Nuenburg
Ab. S. Maximini iuxta Trier 6
Ab. Heueldshausen
Ab. S. Iohanszu Curtel
Ab. Gengenbach 4
Ab. Konigsbrun 4
Ab. Rodt, alias Roden 2
Ab. Markthal 4
Ab. Rockenhausen
Ab. S. Peter im Schvvartzvvald. 4
Præpos. Odenheim 5
Pr. Ab. Stablo 7
Ab. Disidiense 4
Ab. Berkenhausen
Ab. Elchingen 4
Ab. Henzlingen
Ab. Vrssenis
Ab. Planckenburg
Ab Yslui 4
Ab. Pfessers 4
Ab. S. Iohan im Thurtal 4
Ab. Petershausen Constantiæ 4
Ab. Pruim 5
Præpos. Camberg 1
Ab. Reishaim 2
Ab. S. Heimeran Ratisbonæ 2
Pr. Præpos. Berchtolsgaden 2
Ab. S. Gregorie Munster 5
Ab. Muncherode 4
Ab. S. Cornelis Munster 7
Pr. Ab. VVerden 7
Ab. Aursperg 4
Ab. Yrse 4
Ab. Brun
Ab. Echternaken 7
Ab. Heruorden 7
Abbatissæ.
Pr. Quedelnburg 8
Essen 7
Alt Munster to Regensburg 2
Pr. Ober Munster to Regensburg 2
Kauffingen 5
Lindavv 4
Pr. Gernrode 8
Buchavv 4
Rotenmunster 4
Heppach 4
Gutenzel 4
Beundt 4
Baley { Coblentz 6, Elsas 4, Osterich 3, In der Etsch 3 }
Comites Barones & Domini.
Com. Helfenstein 4
Co. Kirchberg 4
H. Tussen 4
Co. VVisenstaig 4
Co. Lauffen 4
Co. Montfort 4
Co. Furstenberg 4
Co. Zimmeren 4
B. Gundelfingen 4
H. Stutgart 4
H. Iustingen 4
H. Schenslingen
Marckg. Eberstein 4
B. Geroltzeck 4
B. Ober Hevven 4
Co. Otingen 4
B. Rapoltstain 5
H. Rapoltzkirchen 5
B. Stauffen 2.4
H. Hohen Rechperg 5
H. Berletzick
H. Hohen Konigsperg
H. Hohenfeldt & Tipoltzkirch
Co. Sultz 4
Co. Hohen Zollern 4
H. Braides
B. Sonnenberg 4
Com. Castel 1
Co. Vertheim 1
Co. Rheineck 1
Co. Hohenloe 1
H. Reichelsperg 1
H. Limburg 1
Co. Erpach 1
Co. Leiningen 5
Co. Falckstein 5
Co. Hanavv 5
Co. Luchtenberg 5
Co. Nassavv, Breda, & Dillenborg 10.7
Co. VVisbaden & Iltzstain 5
Co. Sarbrucken 5
Co. VValdtpurg 4
Co. Nassavv in VVeilpurg 5
Co. Beilstein 6
Co. Konigstein & Epstein 5
Co. Eisenberg superius 5
Co. Eisenberg inferius 6
Co. Mersen
Co. Budinghen
Co. VVirnenberg 7
Co. Solms 5
B. Vinnenberg aut Vanenberg forte 7
Co. Arnsberg 7
Comites Rhenenses 5
H. Falckenstein 4
H. Kunseck 4
H. Kunseckerberg 4
Co. Horn 10
Co. Seyn 7
Co. Vintzlingen
Co. Reyen
Co. Bitsch 5
Com. Salm 5
Co. Veldentz 5
Co. Dengen 4
Co. Rappin 8
Co. Hardech 3
Co. Hohenstein 8
Co. VVolkenstein 3
Co. Schaumburg & Giengen 7.3.
Co. Dierenburg & in Someravv. 7
Co. Mansfelt 8
Co. Stolberg 8
Co. Buchlingen 8
Co. Barbey & Mullingen 8
Co. Gleichen 8
Co. Schvvartzenburg 1.8
Co. Suenberg, Schonberg opinor 8
Co. Iude H. im Ruech

H. Geravv

H.Geravv
Co.Pless. 5
B.Plavven 8
Co. VVeda & Ringelberg 7
H.Reichenstein
Co.Olnbrug
Co.Loebenstain 4
Co.Regenstain
Co. VVestfreislandt
Co.Ostfreislandt 7
Co. Van der Lippe 7
Co.Oldenburg 7
Co.Delmenhorst 9
Co.Hoya 7
Co.VVestenburg 5
H.Muntzenburg 5
Co.Lemgovv
Co.VValdeck 5
H.Lossenstein
Co.Diepholt 7
Co.Steinfort 7
Co.Benthem 7
Co.Brunchorst 7
Co.VVitgenstein
Co.Spigelberg
Co.Biuersdorff
H.Ridberg 7
Co.Teckelnborg 1
H.Linge
Co.Dortmund 7
Co.VVinsdorff
Co.Ortenberg 2
Ro.Rippershoden
Co.Hagen 2
Co.Hoonfels 2
Co.Leiseneck 8
Co. Bergen 10
B.Degenberg 2
B.Obersultzberg 2
H.Somiriss.
Co.Manderscheid 7
Co.Reiferscheidt 6
Co.Egmont & Isselstein 10
H.Bergen & V.Vaelhem 10
H.Haber, alias Hauere 5
H.VVildenfels, aut VVidersfels forte 8
B.Tautenberg 8
Co.Tubingen 4
Co.Blankenberg siue Blammont 5
Co.Kirchingen, Krehanges 5.
H.Senster 3
H.Roggendorff 3
H.Alendorff
H.Kunigsuckerberg
H.Morspurg & Besort 5.
H.Brandenstein & Ranss.
H.VVolfstein
H.Permont
H.Fronsbek
H.Flackensteia
H.VVitten
Ritt.Fridberg
Ritt.Gleichausen

In hoc secundo membro quædam numeris carent, quia postea in circulis non repetuntur. Pr.Principes, ghe fursten prelaten signat, D.Duces, Co.Comites. H.Herrschafften, Dominia, B. Barones.

Tertium membrum Imperij est Ciuitatum liberarum.

Rhinische Banck.
Coln 6.8
Aken 7
VVorms 5
Speir 5
Turckheim 5
Hagenavv 5
VVeissenberg 5
Straesburg 5
Ober Ebenhaim 5
Roshaim 5
Schletstat 5
Colmar 5
Altach 5
Basel 5
Kaiserberg 5
Mulhausen im Suntgovv 5
S.Gregoris Munster 5
Metz 5
Toul 5
Verdun 5
Landavv 5
Kaufmans Sarbruck 5
Besancon 5
Camerick 7
Franckfort 5
Fridberg in VVederavv 5
Gelnhausen 6
VVetzlar 5
Alen 4
Lubeck 9
Hamborg 9
Dortmund 7
Mulhusen im Duringen 9
Northausen 9
Gosler 9
Gottingen 9
Brakel 7
VVartburg 7
Lemgovv 7
Duysburg 7
Dantzick 8
Elbinghen 8
Schvvabische Banck.
Regensburg 2
Nurenberg 1
Rottenburg an der Tauber 1
VVeissenburg an Nortgavv puto. 2
Donavverd 4
VVinshaim 1
Schvveinfurt 1
VVimpfen 4
Hailbrun 4
Hal in Schvvaben 4
Norlingen 4
Dinckelspuel 4
Vlm 4
Auspurg 4
Gengen 4
Bopfingen 4
Gemundt in Schvvaben 4
Eslingen 4
Reutlingen 4
VVeyl 4
Pfullendorff 4
Kauffbeurm 4
Northausen
Vberlingen 4
VVangen 4
Ysui 4
Levvkirch 4
Memmingen 4
Kempten 4
Buchorn 4
Rauenspurg 4
Bibrach 4
Lindavv 4
Costnitz 4
Rotvveil 4
Offenburgk 4
Gengenbach 4
Zel in Hamersbach 4
Schaffhausen 4
S.Gal 4
Buchavvam Federsee 4

Præter hanc trium membrorum ordinationem, ad vitanda schismata in Imperio, ad mutuam Principum Germaniæ defensionem ac pacem communem seruandam, diuisæ sunt prouinciæ imperij in ditiones aliquot, quas Circulos appellant, inque ijs instituta sunt particularia imperij consilia, Circulorum videlicet. Primũ sex anno 1500. Augustæ, deinde 10. anno 1522. Norimbergæ. Eligit autem quisque Circulus sibi ex suo corpore Præfectum sæcularem, qui sit Princeps, Comes, Baro, aut ex præcipua nobilitate, cui ex eodem corpore 4. Consiliarij, viri sæculares, honesti & prudentes adiunguntur. Numerabo & distinguam hic Circules, verum in tabulis eorum Principes & membra describam.

Primus Circulus est Franconiæ & in tabula Franconiæ declarabitur.
Secundus est Bauariæ & in eiusdem Tabula explicabitur.
Tertius est Austriæ & in Austriaca tabula describetur.
Quartus Sueuiæ, in tabula VVirtenberg.
Quintus est Circulus Rheni, qui in Alsatiæ inferioris tabula exponetur.
Sextus 4. Electorum Rheni, in Palatinatus tabula.
Septimus Germaniæ inferioris siue VVestphalicus, tabula VVestphaliæ prima.
Octauus Saxoniæ superioris, in eiusdem tabula.
Nonus Saxoniæ inferioris, in eiusdem tabula.
Decimus Burgundiæ, in Burgundiæ superioris tabula.

Camera Imperialis.

Præter hæc circulorum consilia, ad causas grauiores, quæ per imperium accidunt [illegible] iendas, [illegible] & Spiræ Camera imperialis, cui præest Iudex Princeps, aut vt minimum, Comes, vel Baro, isque sæcularis, si ad hoc munus idoneus reperiri possit. Assessores huic & coniudices ab Imperatoria Maiestate duo ex Comitibus aut Baronibus, duo ex Iurisperitis, duo item ratione terrarum, quas hæreditariè in Imperio possidet, aut ab Imperio habet, ex equestri ordine nobiles, hoc est, sex in vniuersum dati sunt. Ab Electoribus item singulis vnus, & ab vnoquoque circulo duo superadditi sunt, quorum dimidia pars ex Iurisperitis, dimidia altera ex equestri ordine sunt electæ.

CATALOGVS TABVLARVM

Germaniæ.

Germaniæ vniuersalis
Frisia Occidentalis
Emdensis Comit.
VVestphaliæ tabula 1.
VVestphaliæ tabula 2.
VVestphaliæ tabula 3.
Leodiensis Diœcesis
Comitatus Murs locaque circum jacentia particulatim.
VValdeck
Palatinus Rheni
VVirtenberg
Alsatia inferior
Alsatia superior
Saxonia inferior
Brunsvvick
Hassia.
Thuringia
Franconia
Bauaria
Palatinatus Bauariæ cuius extrema ad Septentrionem vide in tabula Franconiæ.
Saxonia superior
Brandeburg
Bohemia
Morauia
Austria
Saltzburg
Polonia
Hungaria

Germanicæ ditionis *præcipuæ & primariæ partes, quæ sub hoc titulo cum minoribus subiectis aut cõiunctis describentur.*

- Regna, *Bohemia Electoratus. Poloniæ regnum, etsi alterius quàm Germanicæ sit linguæ, nec in Imperij matricula comprehenditur, tamen quia intra veteris Germaniæ limitem Vistulam fluuium est situm, Germaniæ tabulis apponemus.*
  Hungariæ etiam regnum, quod extra veteris Germaniæ limites situm est, quia multos insignes imperatores dedit, & pluribus sub Imperio sitis regionibus dominatur, Germaniæ illud adiungemus.
- Ducatus *Saxonia superior Electoratus, Austria Archiducatus est.*
  Duc. Holst, Mecklenborg, Pomern, Lunenburg, Lauwenburg, Brunswyck, Meissen, Schlesen. Morauia, Cleue, Berge, Franconia siue Francia Orientalis, Bauaria, Wirtenberg, Sueuia.
- Comitatus *Palatinatus Rheni Electoratus, Palatinatus Bauariæ, Landgrauiatus, Hessen, Duringen, superioris & inferioris Alsatiæ, Marckgra. Brandenburg Electoratus, Baden.*
  Com. Emden, Oldenburg, Benthem, Lip, Diepholt, Hoy, Mansfelt, Anhalt, Stolberg, Tirol.

Liuonia *quia Germanis subest, inter Germaniæ Prouincias recensetur, sed quia longius intra Sarmatiam recedit inter illas describitur.*

Archiepiscopatus 7. *per Germanicum Imperium numerantur, quorũ prouinciæ, excepta Liuonia, sub hoc titulo describentur.*

- Moguntinus *Mentz, cui 12. subsunt suffraganei*
  Curia Chur, Constantia Costnitz, Argentina Strasburg, Spira, Wormacia, Herbipolis Wurtzburg, Augusta Augspurg, Aystett, Hildesheim, Paderborn, Halberstatt, Ferden.
- Coloniensis *Colen, 5. habens suffraganeos qui sunt,*
  Monasteriensis Munster olim Mimigardeuordensis, Traiectensis Vtrecht, Leodiensis olim Tungrensis, Mindensis Minden, Osnaburgensis Osenbrug.
- Treuirensis *Trier, cui 3. suffragantur, qui sunt,*
  Metensis Metz, Tullensis Toul in Lotharingia, & Verdunensis Verdun.
- Madeburgensis *Meydburg, Primas Germaniæ, cui subsunt 4.*
  Morsenburgensis Morspurg, Naumburgensis Naumburg siue Cizzensis, aut Mãmillensis, Brandeburgensis, & Hauelburgensis.
- Salzburgensis *Saltzburg, 9 habet sub se Episcopos, qui sunt,*
  Tridentinus Trent, Brixiensis, Patauiensis Passaw, Frisingensis, Viennensis Vienna, Secouiensis Seckaw, Gurcensis Gurcz, Lauentinensis Lauentmund, Chiemensis Chiemse.
- Bremensis *cui sunt sex suffraganei,*
  Lubecensis, Suerinensis, Lebussinensis Lebus, Schleswicensis, Ratzenburgensis, Hamburgensis olim Archiepiscopus.
- Rigensis *Riga, habet quatuor sub se, qui sunt.*
  Reualiensis Reuel, Curiensis, Oeseliensis Oesel, Derptensis.

Liberi & exempti Episcopi sunt *Misnensis, Babenbergensis Bamberg, & Ratisbonensis.*

Academiæ *Germaniæ sunt Basel, Colln, Dillingen, Mentz, Marburg, Liptzig, Ingolstadt, Heildelberg, Gripswald, Friburg Briscoia, Franckfurd ad Oderam, Erphord, Praga, Rostoc, Coningsberg, Trier, Tubingen, Vienna Austriæ, Breslaw, Wittenberg, Wurtzburg.*

Medius Meridianus 34. reliqui ad eum inclinantur pro ratione 48. & 53 Parallelorum.

GERMANIA.

Se habet & vniuersim & speciatim *Germania Inferior*; iam nunc Flumine Rheni transito, Germania vulgo *superior*, Ptol *Magna*, se offert, Europæ latissima regio, Romanique Imperij decus. Hanc, qua fere illam Methodo percurram; Generalia priore loco indicaturus, inde Specialia. Vt autem a nomine ipso ordiar: *Germania* siue *Germanorum* nomen varie deriuant. Hic namque *Germani* quasi *Gaar mannen* 1. prorsus viros, ob martium ac viriles virtutis robur: ille a certa obstinataque fide quam sibi mutuo integram præstabant, æternũ nomen inuenisse existimat: neque perperam diuinasse creditus est, qui ab honorata militia nominis etymon deducere voluit, quasi *Geert man*, contracta vocis mole, *German*, dictus populus fuerit. Alius pure pureque latina voce, veluti genuinos & gnesios dictos censet, quod priscæ integritatis & rusticanæ simplicitatis nulla fere gens plus retinuerit; cuius somnij auctorem in aures populi influere, & ad gratiam loqui voluisse apparet: quamuis simili errore involutus cum Liuio Geographus Strabo, summo iure inditum illi genti a Romano populo illud nominis putat, quod pene legitimi ac Germani Fratres Celtarum essent, siue mores & viuendi ritum, siue proceritatem corporum & rutilam cæsariem spectare quis velit. Ioannes Goropius Becanus, a cogendo militem & ad se colligendo non absurda ratione deducit a *Geren*, quod est, cogere, Cuius opinioni adiumento esse & adminiculi vicem præbere videtur Tacitus, qui in commentario de morib'

Regio. Nomina & vnde deducta.

Oceanus
Germanicus
Die Oostersche
see
GERMANIA
POLONIA
HVNGARIA

Germanorum profitetur, *Germaniæ vocabulum recens esse*, & *nuper auditum, quoniam qui primi Rhenum transgressi* (vt eius verbis dicã) *Gallos expulerant, nunc Tungri, nunc Germani vocati fuerint, ita nationis nomen, non gentis evaluisse paullatim, vt omnes primum a victore ob metum, mox a seipsis inuento nomine Germani vocarentur.* Neque desunt qui Germanos conuenas & collectitium populum interpretantur, a *Geren* quod congregare significat. Sunt & qui bellicosos & prælionum amantes innui autumant a *Gerra*, siue *Guerra*; cuius vocis notior est significatio, quam vt hic apponi debeat. Vir in gente Saxonum doctissimus a Carmanis Asiæ populis, Lucano etiam memoratis, vocabuli auspicium deducit, vti a Sacis Saxonum: alibi Hebræo etymo illos dedicat, vt sint quasi *Gerim ant*, quod lingua illa significat aduenas inopes & egenos. Vlterius etiam prouectus plenis velis, & quadam studij in patrium nomen voluptate delibutus Peucerus Germanos, quasi *Hermenner*, hoc est militares viros dictos existimat. Eruditissimus Iunius huius nominis originem ad famosum illud aquarum diluuium, quo totus interijt Orbis, reuocat: quando Noacus in ternos liberos Orbem Terrarum partitus est, quo tempore Iapeto (vt de Semo & Chamo nihil dicam) in sortem cessit Europa. Huic natum esse masculam prolem, nomine Gomerum, constat ex Moyse. Ex hoc triplex propago exstitit, *Asknaz, Rhiphath, & Thogarma.* Ex his *Thogarma* Germanorum progenitorem fuisse contendit; quamuis *Aescanazim* communis Rabinorum opinio teneat Germanos esse. In *Tho-garma* enim siue per secundam vocalem *The-germa*, manifeste relucet origo nominis Germanorum, reiecta tau adiectitia, & secunda vocali sumpta pro prima, ac siquis nostrate lingua per articulum *the*, efferat, *the germans*, id est, Germani; & respondet voci etymon aptissimum & genti, quod est *garam* siue *geram*, quod os significat, & methaphorice robur, quod ossea sit gens tota, & solidarum virium firmamento ac robore prędita. *Alemanniam* etiam vocant hanc Europæ partem nonnulli, eiusque incolas Alemannos, quo nomine sub inclinati Imperij tempora vocari coeperunt. Berosus ab Hercule Alemanno nomen accepisse fabulatur, quem hisce populis præfuisse scribit. Alij a Manno Deo patrio Tuisconis F. *Alemanniam* appellatam volunt. Asinius Quadratus inclytæ fidei Historicus, Alemanos velut collectitiam gentem, aut conuenarum colluuiem qui longe lateque patentem regionem inundarant, nuncupatos scripto prodidit: qui parum exacte peregrinæ vocis vim perspexisse creditur, propiusque ad verum collimaturus fuisse, si vniuersos bellatores, & a virtute viros eius nominis ambitu contineri censuisset. Qui a Lemanno deriuant Alemanniam, hescio quo iure Germaniam velint appellatam a lacu qui est extra eorum Limites in Sabaudia: nisi forte quis Acronium lacum putet esse Lemannum, cuius in vtraq; ripa Alemannos habitasse autor est Ammianus lib. xv. Et quamuis vtramque hanc, Germanorum inquam & Alemannorum gentem nonnulli confundant; tamẽ obseruatum est, distinctas eas fuisse. Spartianus in vita Marij: *Omnis Alemannia, omnisque Germania, cum cateris quæ adiacent gentibus.* Flauius Vopiscus in vita Probi: *Testes sunt Franci, inuijs stratipaludibus, testes Germani & Alemanni, longe a Rheni semoti littoribus.* Aliorum testimonia, ne prolixior sim, prætereo. *Teutoniam* etiam a nonnullis appellatam inuenimus, a Teutone quodam eorum Duce. Alij *Teutonas* qui vernacule *Teutsche*, Italis *Tedeschi*, & a quibus Teutonici vocantur, & regio *Teutschland*, nomen habere a Thuistone, quem alij vocant Tuisconem, creduntque filium fuisse Noachi. Huius meminit Tacitus: *Celebrant carminibus antiquis (quod vnum apud illos memoriæ & Annalium genus est) Thuistonem Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis, conditoresque.* Eos Strabo collocat in Norico: quidam opinantur fuisse contra Coloniam Agrippinam, locumque eum idcirco *Teutsch* denominatum. Incolis ipsis nuncupatur hodie *Teutschlandt*, exteris *Alemagna*. Slauones *Nimiecha*; Græci *Elamagi* hodie vocant, & Turci *Alaman*. Sed de Germaniæ Etymo eiusque varijs appellationibus satis copiose; nunc ad situm siue quantitatem venio. Porro in Limitibus Germaniæ adsignandis nõ consentiunt inter se omnes. Antiquissimi Germaniam definiuere Rheno, Danubio, Oceano, Tanai & Ponto Euxino. Posteriores quos inter Strabo, Ptolemæus, Mela, Plinius, ac plærique Scriptores Græci & Latini, Rheno claudunt & Vistula; Tacitus non tam Vistula quam mutuo metu aut Montibus Germanos scribit a Sarmatis Dacisque separari. Hodie adcensentur Germaniæ omnes regiones, quarum incolæ lingua vel dialecto vtuntur Germanica. Itaque extra Ptolemæi fines, vtraque Danubium continet Rhetiam, Vindeliciam, superiorem Pannoniam, partemque Illyrici, ad Tridentina vsque claustra. Vltra Rhenum quoque occupauerunt Germani Romanorum colonias & præsidia, Constantiam, Augustam Rauracorum, Argentinam, Nemetes, Vangiones, Moguntiacum, Confluentiam, Bonnam, Coloniam Agrippinam, aliaque loca ad Mare vsque. Nam vt testatur Ambrosius II Hexaem. Rhenus olim Romani Imperij limes fuit; inque eius ripa Gallica Præsides Romanorum perpetuo Germanos oppugnabant, partim vt eorum excursiones prohiberent, partim vt in eos ipsi infesti excurrerent, partim etiam vt deficientes ad se Germanos in ea loca reciperent. Atque hæc caussa est, cur in altera Rheni ripa multæ admodum & pervetustæ ciuitates constitutæ sint, in altera vero nullæ: quod etiam in Danubij ripa obseruari debet. Heluetij quoque Germanis hodie adnumerantur: & Pruteni vltra Vistulam: vt hodiernus Limes Ptolemaico multis modis amplior fit. Nam ab occasu Rhenũ trangressus, vsque ad Picardiam & Burgundiam, Galliæ partes, extenditur. A meridie, vltra Danubium ad Alpes vsque: ab Ortu, vltra Vistulam Prussos continet. Septemtrionalis limes est Oceanus. Situ exposito in medium prodit Qualitas, cuius caussa plurimum in Climate, Situque Cœlesti. Subest Germania Sexto, Septimo, Octauo Climatibus, inter Gradus, Latitudinis quidem XLVII & LV; Longitudinis autem inter XXIV & XLVI. Maximus dies Aestatis in Australi Parallelo horarum est XV cum dimidia: In Boreali horarum XVII cũ quadrante. Licet autem Cornelius Tacitus Germaniam asperam cœlo scribat, atque apud Germanos perpetuas esse hyemes memoriæ prodat Seneca; Cœlo tamen satis clementi gaudet ac temperato, frigidiore quidẽ, sed ad sanitatem & robur conferente. Solum Hordeo, Tritico, Siligine, Farre, Milio, Auena, ac omni Frumentorum ac Leguminum atque obsoniorum genere fœcundum: campi vberes, prata læta. Optanda est vbique vbertas soli, ac frumenti magna copia. Germania diues quoque varijs in locis, preciosissimis Argenti, Aeris, Ferri, Plumbi, aliorumque Metallorum thesauris; atque alibi etiam Auri: Metallorum fertilitate nullis cedit terris. Sunt & Salis præstantissimi nobiles fodinæ plurimæ. Veteri quoq; Germaniæ a Plinio tribuuntur Lapides, Cadmia, Callais, Chrystallus, Onyx, Topazius, Adamas, & Cerauni; Herbæ: Corruda & Britãnica. Mille hic iam hortorum ac villarũ deliciæ, nulla viridaria, pomariaue magna pomorũ vbertate scatẽtia desiderãtur.

Situs.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Quid

Quid Vina cõmemorabo, optimi saporis odorisq;? Passim quidẽ admodũ generosa legũtur, alijs tamẽ & alijs locis præstantiora. Varij præterea generis videre hic est animalia, magnamq; Pecudum & Ferarum copiam, quibus recensendis omnibus ne tempus teram: Scribit Cæsar *multa in Silua* Hercynia *genera ferarum nasci, quæ reliquis in locis visa non sint: ex quibus quæ maxime*, inquit, *differãt ab cæteris & memoriæ prodenda videantur, hæc sunt: Est bos cerui figura, cuius a media fronte inter aures vnum cornu existit excelsius, magisque directum his quæ nobis nota sunt cornibus, ab eius summo sicut plumæ ramique late diffunduntur; est fœminæ marisque natura eadem forma, magnitudoque cornuum. Sunt item quæ appellantur Alces. Harum est consimilis capris figura, & varietas pellium, sed magnitudine paullo antecedunt, mutilæque sunt cornibus & crura sine nodis articulisque habent, neque quietis causa procumbunt, neque si quo afflictæ casu concciderunt, erigere sese aut subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus, ad eas se applicant, atque ita paullum modo reclinatæ quietem capiunt: quarum ex vestigijs, qui est animaduersum a venatoribus, quo se recipere consueuerint, omnes eo loco aut a radicibus subruunt, aut abscindunt arbores tantum, vt summa species earum stantium relinquatur: huc cum se consuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, aut vna ipsæ concidunt. Tertium est genus eorum qui Vri appellãtur: ij sunt magnitudine paullo infra Elephantos: specie & colore & figura Tauri. Magna vis est eorum, & magna velocitas: neque homini neque feræ quam conspexerunt, parcunt: hos studiose foueis captos interficiunt.* *Animalium varietas.*

Hæc ille. Ad Imperium Maiorum venio. SACRA ROMANI IMPERII SEDES, quæ in Occidentem Orientẽque diuisa, varijs multarum gentium excursionibus labefactata, diffidijs lacerata, mole sua ruinam minitabatur, relicta Italia, non alia potius regione, quam Germania, præsidium, robur, salutem quæsiuit, electo in Imperatorem *Carolo Magno* Francorum Rege, quem *Ingelhemij* (pagus est secundo Milliari a Moguntiaco) natum ferunt, atque ibidem nobile exstruxisse palatium, cuius rudera adhuc visenda sunt. Mansit Imperium in stirpe Carolina annos centum, & quod excurrit: qua deficiente, translatum est ad *Conradum* Franconiæ ducẽ: quem *Henricus Auceps* sequutus est: hunc *Ottones* tres: quorum vltimus quum intelligeret Romanos Crescentio Consule rursum adfectare Imperij titulum, coacto exercitu Romam cepit, impetrauitque a Gregorio Pontifice, vt ius eligendi Romanum Imperatorem perpetuo apud Germanos permaneret. Impetrauit autem hac lege, vt electus primum vocaretur Cæsar & Rex Romanorum: postea vero accepta a Pontifice corona haberet titulum Imperatoris Augusti. Electores constituti sunt septem: e quibus Archiepiscopi tres; Quatuor Principes quos vocant seculares: Ab his post excessum Ottonis primus lectus est in Imperatorem *Henricus* cognomento *Sanctus*. Eandem electionis formulam postea Imperator *Carolus* IV in bullam auream quæ hodie exstat, redegit. Insequentibus temporibus varia officia in Germania constituta sunt, ad augendum Imperij decus, de quibus Mercator. Germanorum fortitudinem Tacitus qui sub Vespasiano Præses Belgarum fuit, breui ornat elogio: *Nemo bellum Germanis* (inquit) *intulit impune*. Expertę id quondam tres sub Augusto Legiones superatæ. Experti Carbo, Cassius, Scaurus, Aurelius, Seruilius Cæpio, Manlius, magni Imperatores, quos modo cæsos, modo fugatos vidit Germania. Ac Rhytmi veteres noti sunt: *Imperium Maiorum.* *Maiorum virtus.*

Welcher im Krieg wil vngluck han
Der fang es mit den Deutschen an.

Fortes vocat Iosephus; Martiales Dionysius, Bellaces Arrianus. Germano, nihil animosius, nihil ad incursũ acrius, nihil armorũ cupidi° est, teste Seneca de ira. Est porro hodie Germania regio, adeo amoena adeo, pulcherrimis nitidissimisq; vrbib°, castris ac pagis exornata & exculta, vt nõ Italiæ, non Galliæ, nõ Hispanię ipsa cedat. Ciuitates liberę in ea numerantur LXXXIV; inter quas *Colonia Agrippina, Witemberga, Lubeka, Luneburgum, Francofurtum, Erema, Lipsia, Spira, Argentina, Friburgum, Augusta Vindelicorum, Tubinga, Heydelberga, Ratisbona, Vienna, Praga, Buda* &c, de quibus suis locis. Tot etiã aetantis Germania (vt de Lacubus & paludibus, quibus eam abundare frequentibus testantur Veteres, nihil dicam) irrigatur fluminibus: vt etiam hac parte facile cum optimis regionibus certare possit. Huius Fluuiorum crebritatis caussam indicat Seneca libro Natur. Quæstion. III. *At contra*, ait, *constat Germaniam Galliamque, & proxime ab his Italiam abundare riuis, & fluminibus: qui a Cælo humido vtuntur, & ne asias quidem Imbribus caret.* Fluuij autem Germaniæ celebriores sunt, *Danubius, Rhenus, Amasius, Mænus, Neccarus, Albis, Sueuus, Visurgis, Vistula. Danubius* Δανοβιος Ptolemæo & cæteris: *Ister* quoque Plinio & Straboni dicitur, hic horum nominum mutationem ponit ad eius cataractas; ille vbi primum Illyrium alluit; Ptolemæus ad Axipolim urbem: Appianus ad Saui fluminis cum eo confluentiam: itaque vt superior pars *Danubius*; inferior vero *Ister* vocetur. Stephano ματόας quondam dictus fuit; item Δάνοβις & Δάνοεος *Addubanus* nominatur apud Festum, nisi locus depraauatus sit. Antiqua Numismata *Danuuius* legunt; *Donc* & *Donaw* hodie appellatur, ab vndarum sono & strepitu, vt habet Althamerus. Hunc secundum Nilum amnium maximum qui in mediterraneum pelagus fluunt, Sallustius scripsit; ac μέγιστος τῶν ποταμῶν Arriano lib. I de rebus gestis Alexandri dicitur. Oritur in silua Hercynia, in pago *Don Eschingen* ex terræ visceribus magna scaturigine ebulliens. Veteres vocant montem, vnde prodit Abnobam, quãquam itinere vnius horæ, vt scribit Munsterus oculatus testis, nullus mons ad Scaturiginẽ eius pertingit; sed effunditur copioso aquarum meatu & nunquam deficiente, ex colliculo quodam, cuius eminentia vix habet, XV aut XVI Cubitos, id quod se diligẽter lustrasse, addit. Hujus fontẽ Tiberius visendum sibi existimauit. Herodotus e Pyrenæis iugis oriri credidit, cuius fidem Aristoles sequutus est II Meteorologo: Pyrenæos istos Maginus ponit in Germania, vt errorem excusset grauissimorum Scriptorum. Fonte suo prolapsus, diuagatur in palustria, mox in alueũ receptus & subinde allabentibus riuis auctior, multas gentes, Sueuos, Pannonas, Dacos, Bulgaros adit, donec sexaginta amnibus receptis, medio numero nauigabilibus in Mare Euxinum euoluitur, ostijs vt Dionysius, Strabo, Herodotus prodiderunt, V: vt Plinius VI; vt Ammianus & Solinus Septem; tanto impetu & vndarũ copia, vt XL Millium passuum longitudine, intra amaras Maris vndas, dulcem exhibeat hausum quærentibus. Et constat ab vltimis nostri finibus Maris, agminatim pariendi gratia petere pisces (Ammiani verba sunt) vt aquarum suauitate salubrius fœtum educant, nec intercipiantur. Super hunc fluuium Traianus Neua Pontem miri operis in Mœsia construxit, quem denuo Adrianus demolitus est, Dione Cassio referente. De Danubio Georgius Fabritius in quodam itinerario suo sic: — *Ister,*

Qui centum populos & magnas alluit vrbes,
Euxinum irrumpit his terno flumine pontum.

Nam in mare tandem pleraque flumina celebriora omnium terrarum deferuntur, quod etiam Ouid. lib. VIII Metamorph. hoc versu prodidit:

In quo desinimus, sacri in quo currimus amnes.

Rhenum ſecundo loco nominaui, ab Cæſare alijſque nobilitatum: ῥῆνος Ptolemæo; hodie *Rhijn*. Hic e Lepontijs, vt Cæſar: ex Adula monte ſummarum Alpium brachio quodam, vulgo *Etzel* dicto, ſicut Strabo & Ptolemæus voluerunt: e Rhetia, vt Claudianus, oritur. Rhenus autem initio ex Alpibus (vt ſentiunt Strabo & Ptole.) ſumpto; ab Orientali quidem earum parte vbi Adulæ, monti coniunguntur, populique Lepontij habitãt, duobus naſcitur fontibus, vnius, vt minimum, diei itinere, propter montium iuga diſtantibus. Altero magis Occiduo magiſque Septemtrionali, qui *anterior Rhenus* vulgo; Altero magis Orientali magiſque Auſtrali, qui *Rhenus poſterior* adcolis dicitur. Hi tandem confluunt, & efficitur e duobus fontibus tandem vnus Rhenus, qui prope a capite duos efficit lacus *Acronium* ſiue *Conſtantienſem* a Conſtantia ad eum ſita, de quo in Heluetiæ deſcriptione: alterum *Venetum* hodie *Cellenſem*, a Cella opidulo, omnis generis piſcibus abundantem. Hinc conuerſus ad Occaſum Opidũ *Rhinfelden* alluit, eundemq; tractũ Baſileã vſq; ſequitur; ibi vero prorſus ad Septemtrionem conuertitur, donec Argentoratum attigerit: inde multas regiones interluens, vrbibus multis luſtratis, amnibus vbique magnis & exiguis receptis: *Spiram*, *Wormatiam*, & *Moguntiam*, altus admodum & tumidus peruenit. Hinc ad Occaſum conuerſus Bingium alluit. Inde ad Cæciam vergens, a tergo Confluentia Bonna & Colonia relictis, demum circa initium agri Bataui (qui locus nunc Cliuici iuris eſt, & Lobeco vetuſta arce & telonio nobilitatur, ſcindit ſe bifido curſu in diuerſa labens: quam diuiſionem eleganter Mamertinus *diuortium*, Frontinus *diuergium* amnis nominant; ille a diuertendo, hic a vergendo in diuerſum. Apud Lobecum igitur bipartito curſum ſuum diuidit, ita vt pars altera Rheni nomine appellata *Arenacum* recta petat vrbem Gelriæ primariam. Inde non multum ſinuoſis mæandris flexuoſus *Vadam* properat. Ab eo ſe flectit *Renam*, *Rinnes* Tacito nominatam; Hinc Batauodurum decurrit. Inde Rhenus mutato nomine Lecca dici incipit, quondam riuulus elicis potius cognomento tunc dicendus; at nunc reuera e riuo flumen factus. Culenburgum, & vianam præterlapſus, luſtrataque Scoonhouia, in Meruam amnem, priuſquam Moſæ nomen induat, ſe effundit. Pars Rheni altera ad læuam ſe flectit, & Neomagum vrbem antiquam prætexit, vrbiſque moenia areamque naualem radit, Vahalis iam nomine clarus. Longo inde agmine Tielam pergit: iſtinc anfractuoſo meatu Bomelium ad læuam relinquit: deinde non procul Woricomio Moſam accipit, mox apud Goricomium, Lingæ amnis incredibili lenitate ſegnis, incremento auctus, Merouæ nomen accipit, a Merouæorum arce: quam vbi præterierit, Durdrechtum nobiliſſimam ex vrbe inſulam prælabitur; demum receptis Lecca & Iſela Rheni brachijs, Iſelmondam præterfluens, ſub Roterodamo Moſa appellari incipit, vbi recedentibus latius terris, vaſto iam ore Sciedamum & Vlaerdingam ad dextrum latus relinquit, deinde Gervlietum opidum & Brielam a læua præterlabitur, ibique mox Oceano miſcetur. *Amaſius* ſequitur ἀμάσιος Ptol. *Amaſias* Straboni; *Amiſia* Tacito; *Amiſius* Plinio & Pomponio; hodie *Eems*. Hic paullum infra Paderbornam VVeſtphaliæ vrbem caput fonteſue ſuos ducit, adque ad Cæſiam conuerſus, Varendorpium, Grevam, Rhenam, Lingham perlabitur; inde Meppenum & Nebuiſum pergit: hinc in Septemtrionalem Oceanum exiens apud Embdam Caucorum minorum emporium, nomẽ illi ſuum mutuatur, *Eems* dictus. Quartũ locũ tenet *Mænus* Plinio; *Mænis* Pomponio, *Menus* Ammiano; hodie *Meyn*. Hunc Regino Hiſtoricus, & eius tẽporis Scriptores *Mogonũ* vocãt. Fortean *Iulia* flumẽ eſt apud Velleiũ Paterculũ. Niſi pro Iulia *Lupia* apud hũc legendũ, vt viri docti quidã ſuſpicãtur. Oritur ex mõte qui *der Fichtelbergk* dicitur, & Francofordiã, quæ inde ad Moenũ dicitur, VVerthemiã, Herbipolĩ & Pabebergã præterlapſus, iuxta Moguntiacũ Rheno miſcetur; Germanoſq; inferiores a ſuperioribus eis Rhenum diſpeſcit. Eius litteræ Græco computo efficiunt CCCLXV, totidem quot ſunt in anno dies. Quintum in locum venit *Neccarus*, vnde vina Neccarina optima & laudatiſſima, antiquis *Nicer*, teſte Rhenano: fontes habet duarum pene horarum interuallo diſtantes a Danubio, lapſuſque per agrum VVirtebergicum Rheno recipitur ſupra Heidelbergam. *Albis* ſequitur ampliſſimum Germaniæ flumen, quod Sueuos a Cheruſcis (ita enim legendum cenſet apud Vibium Sequeſtrũ Iunius pro Ceruecijs) diuidit: Velleius Semnonum atque Hermũdorum fines præterfluere teſtatur. Dioni vocatur Ἀλβίος, quem e Vindelicis montibus decurrere ait, ſic enim huius ſcriptoris emendandus eſt locus, vbi vulgati C. habent ῥεῖ δὲ ἐκ τῶν οὐανδαλικῶν ὀρῶν, pro οὐινδελικῶν prono lapſu. Tacitus in Hermunduris Albin oriri flumen inclytum ſcribit, at Conradus Celtes ex Hercynio inter Bohemos. Multas vrbes claras præterlapſus tandem inter Caucos minores & Cimbros Oceano inſinuatur. Hic eſt cuius in crepidine mulieris ſpecies humana amplior, Druſum compellans, pergere vlterius vetuit, Dione & Tranquillo referentibus. Barbari ſeculi ſcriptores Latini *Albiam* vocant; Germanis *Elbe* dicitur. Bohemis vero, apud quos originem ſumit; *Labe*. Nomen habere a numero indicat Fabritius in ſuis Rerum Miſnicarum libris, fontium nempe XI, vt Bohemi, ſiue, vt Saxones dicunt, tot amnium influentium. Oritur enim, vt idem tradit, in tractu Hercynię ſiluæ, qui a Gigantibus nomen habet, vulgo *Riſenberg*, ex XI (quorum ſingula nomina adijcit) fontibus; qui tandem conflati, Albim fluuium conficiunt. *Elve* & *Elbe* Germanis XI ſignificante. *Sueuus* ſeptimo loco eſt, quem alij *Viadrum* nominant, qui corrupta deflexaque voce *Odera* dicitur, quod ex Oderbergo monte cognomine fontes trahat ad Marcomanniam ſiue Morauiam: qui multorum amniũ acceſſione auctus Francofordiam Gymnaſio celebrem præterlabitur: tandem poſtquam hinc Stetinum Sidenorum ſedem, maritimam Emporium, illinc Caminum vrbem Epiſcopalem prætexuit, ibi lacu ingenti effecto in Germanicum Oceanum eluctatur. Nam qui *Spream* (*die Spree*) (qui inter nobiliores quoq; amnes habetur, & Brandenburgum inclytam Marchionum ſedem prætermeans, apud Haueloburgum in Albin decurrit) Sueuum eſſe autumant, erroris comperti ſunt, quorum e numero eſt Bilibaldus, qui in Oceanum abire Spream iuxta Sundam maritimam vrbem ſcribit. *Viſurgis* ſequitur vulgo *die Weſer*, Variana clade nobilis, vt Paterculus ait, male a Dione ἐισουργός, vocatus, quum vera ſcriptura eſſe debeat ἴσουργος lib. 55. Hunc Ouidius *Iurgum* videtur appellaſſe eo verſũ, *Decolor infectatetiſtis Iurgus aqua*; ἐισουργὶς Ptolemæo; ἐισουργὶς Straboni; *Viſuris* in Adami Hiſtoria eccleſiaſtica; *Veſatis* Sidonio. Hic ex Haſſia venit, & iuxta Mindenſem, VVerdenſem, Gotingenſem, ac Bremenſem ciuitates præterlapſus, Veſeræ nomine notior in Oceanum defertur. Vltimum *Viſtulæ* dedi locum, ſiue *Iſtulæ*, quem etiam Bilibaldus *Vandalum* nominat. Hic Germaniæ terminus, quod vltra eum Sarmatiam Europæam Ptolemæus collocet; Iornandes Scythiam, qui Sarmaticis iugis decurrens, Cracouiam Polonici Regni metropolim, alluit, auctuque fluminum vaſtus in trina ſe fundit oſtia; hinc Gedanum (ea vox Heneto idiomate præſidium Danis obiectum ſignat) nobiliſſimum emporium Dantiſci nomine notius: inde Elbingam Prutenici Boruſſorum Reguli Academiam: tertio Lochſtetum Opidum præterfluit, ſicque trifido agmine in Venedicum ſinũ effunditur. Sunt & alij cõplures nobiles fluuij, qui vel in mare vel in grandiorẽ aliquẽ fluuiũ deferuntur: quos ne prolixior ſim, prętereo. Ad Mare quod a Germania Germanicũ dicitur, tranſeo. Cũ enĩ Germaniã vniuerſam hac deſcriptione exhibeamus, de Mari quoque eius Littora alluente nonnulla ſubijcienda videntur. Cæterum cum de Mari vniuerſim fuſius alibi, & proxime in generali Belgicæ Deſcriptione egerimus; pauca de æſtu

Mare.

Maris,

Maris, quæ loci augustia prohibiti ibi addere non potuimus, præfati; nonnulla Germanici Maris propria enumerabimus. Oceani æstus excitare Lunam, causamque reciprocandi illi præbere, nunc constat inter omnes. Quemadmodum vero Luna varias in Motu vices sustinet; ita etiam dissimilibus vicibus agitantur Æstus. Nã Lunam sequentes bis inter duos eius exortus adfluunt, bis refluunt, vicenis-quaternis semper horis: hoc est, Maria singulis diebus naturalibus bis inundant, bis recedunt: intumescentia, adscendente Luna supra Horizontem ortiuum; relabentia vero, ipsa ab Meridiano fastigio in occasum vergente: iterũ exsurgentia, recedẽte subter ima cœli Luna, partemque meridianæ contrariam accedente; hinc subsidentia, donec iterum exoriatur. Vt item Luna non semper eodem tempore neque loco oritur; sed adsidue aliunde, quam pridie, prodit: sic nec æstus statis horis recurrunt, sed illo tantum tempore, quo ipsa iter facit per cœli cardines. Hoc etiam notandũ, Lunam aliter Maria movere, quum plena; aliter, quum dimidiata. Maior enim vis Lumini copioso, quã debili & velut exstincto. Nota nostratibus Plenilunij tempore vox, *Sprinckvloeds*, quasi Aestus altius solito exsiliẽs. Non minus vere, quam eleganter Agellius lib. xiv, Oceanum quasi Lunę Comitem, cum ea simul & senescere, & adulescere solere, ait. Configurationes quoque nonnullius hic momenti. Luna enim, si Venerem, dicis gratia, in idoneo adspectu respiciat, & humidas percurrat mansiones; Accessum Maris præter solitum auget, sin Martem, & siccas permeet, minuit. Obseruanda & hic adscensio Signorum. Luna enim si fuerit in Signis Rectarum Adscensionum, longiore tempore producit Aestus; quam si in Obliquarum. Hoc namque animaduersum viris magnis, nunquam Accessus Recessibus pares esse temporis duratione; nisi quum Luna in Signis Aequinoctialibus sine Latitudine. Neque hoc silentio prætereundum, alias Aquarum partes magis vi luminis & radiorum corporis Lunaris adfici, quam alias; vel ob rectitudinem radiorum, vel vim quamdã aliã occultiorem. Quin & alia efficacia radios suos in Aquas demittit Luna, si Septemtrionalis; alia, si meridionalis: hic enim Accessus auget in Littoribus Meridianis; ibi in Septemtrionalibus. Cæterum Aestus marini alijs alijsque locis manifestiores, obscurioresque, vt pene nulli sunt. Nam vt de nostro hoc Germanico Mari nõnihil dicamus: Certum est Aestus in eo vix vllos percipi, nisi quantum ventis concitatum, nunc in hanc, nũc in illam partem vndabundum rapitur: Coroque flante altius aliquando intumescit, neque vsquam latius dominatur Mare, multum fluminum huc atque illuc ferens, nec littore tenus accrescit aut resorbetur, sed influit penitus atque ambit. Cumque Hispanicus Atlanticusque Oceanus profunditatis pene sit imperscrutabilis, ita vt demissa bolis ad ccc aut cccc Orgyas necdum fundum pertingat: Germanicus tamen plerisque locis lx tantũ cubitis depressus esse compertus est, aut vix vsquam centum cubitorum altitudinem excedere, præterquã Norwegicis Littoribus nonnullis, ita in immensum abruptis profundisque, vt imperuestigabilis cẽseanturprofũditatis. Insuper & hoc memorandum, quod, quum reliqua Maria pene omnia aquis constent amarissimis ac salsissimis, hoc nostrum Mare dulcibus potuque haud omnino insuauibus vndis conflatur; idque ob divitem maximorum fluminum e Sarmaticis Montibus influxum: quodque Solijs locis imbecillior videatur, quam vt id quod limpidius leuiusque est aqueæ substantiæ, eleuare queat: quam causam nonnulli adserunt præcipuam Salsedinis in Mari. Quæ si sufficeret satisque esset idonea, *Amalchium* quoque & *Chronium mare* salsedinis expers foret, cuius contrarium contingit. Quare liquefactæ nives potius, dictique Fluuij e Sarmaticis Montibus profluentes, id mare dulce limpidũque reddunt. Vnde illud quoque emergit, cur facilius reliqua Maria onerarias naues ponderibus maximis onustas sustineant, quã id de quo agimus. Solent quippe salsa Maria plus oneris ferre ob aquę crassiorem substantiam; tenuitas siquidẽ leuissimis ponderibus peruia est. Natatio quoque in hoc mari facilior, quam in cæteris. Nauseam tamen navigantibus contingere solitam, vomitumque excitat maiorem, ob vehementiores motus, quibus modo ad æthera vsque attolli, modo in imũ vsque infernum deprimi videtur. Varias hoc Mare pro locorum varietate sortitur appellationes. Dicitur enim *Oceanus Germanicus*, a vicina quam alluit Germania: & a Gallico Britannicoque qui Occidentalis est in Orientem Sarmatiam vsque porrigitur. Dicitur et *Mare Septemtrionale, Arctoum, Cimbricum, Balthicum, Codanũ, Sueuicum, Vandalicum, Scythicum, Sarmaticum* &c. Atque hæc de Mari pro huius loci angustia paucis sint dicta. Non Desunt Germaniæ Montes, inter quos nominatissimi sunt: *Rolbergus, Mons Isidis, Melibocus, Pinifer, Hessus, Ostbergus, Senus, Sueuus, Pauonis, Rheticus, Sprulius, Vocetius, Vosagus*. Sunt & Silvæ plurimæ, longe autẽ maxima *Hercynia*. *Silvæ Hercyniæ* optimi maximi quique autores cum latini, tum Græci meminere; Pomponius Mela qui eadem fere cum Cæsare disserit: Strabo lib. 7 aliquantum diuersa; Plinius item multis in locis. Eius cum sint haud dubie late cornua, & varij tractus, ipsa tamen intra Germaniam, quod ad Occasum et Meridiem attinet, continetur. Ideoque Arduennam silvam vt illius partem neutiquam adnumeraverim, inquit Glareanus, quod quidam nostra ætate temere, fecere. Cæsar lib. vi Comment. de bello Gall. scribit lx dierum spacio extendi; secundum latitudinem autem novem dierum iter expedito patere. Adsciscit sibi hac nostra ætate varia nomina: alicubi enim *Nigra Silua* a pinuum immensa vi, *Der Schwartz Wald*: Alicubi *Ottonis*, a venationibus Imperatoris Ottonis in illa Silvæ parte frequentibus: A populis etiam, quos adit, nomina mutuatur, vnde *Thuringica & Bohemica* dicitur. Apud solos autem Cheruscos hactenus constanter retinet nomen suum vetus, veteribus Græcis atque Latinis Scriptoribus celebratum Hercynię Silvæ, *Der Hartz Wald*: a resina. *Hartz* enim vocant resinam & Galli & Germani. Meminit huius Silvæ etiam Pandulphus Collenuti Pisaurienſis in descriptione Germaniæ, his verbis: Silva Hercynia ad Dacos & Getas diuersa sibi nomina sumẽs defertur, donec ad extremos Tartaros perueniat, vbi obscuræ Silvæ nomen accipit, ignotisque finibus, itineribusque imperuia, & ob ferarum immanitatem, & monstrificos Faunorum terrores penitus inaccessa. Sed de his satis, ad alia pergo. Sequuntur Opera publica & priuata inter quę, vt infinita præteream: Templum Argentoratense celeberrimum elegantissima structura, præcelsa turri conspicuum nequaquam silentio prætereundum. Inter totius enim vniuersi Miracula, non immerito octauum obtinet locum. Cœptum est autem angustissimum hoc templum iactis fundamentis ædificari Anno Christi CIↃ xv. Anno autem Domini CIↃ CCLXXVII sub Episcopo Cõrado a Liechtenberg, Erkuinus a Steinbach Architectus turrim exstruere cœpit, opus nobile & ingẽs, cuius simile nec in Germania, neque in Italia aut Gallia reperitur: quæ XXVIII annis fere vsque ad fastigiũ cõsummata. Hæc ab ipsis fundamẽtis vsq; ad supremũ culmẽ quadris & pulchre figuratis lapidibus est erecta. Vbique aeri & vento est peruia, patetque ascensus eius quatuor cochleis. Vbi vero crassities eius in fastigium incipit acuminari, ibi octo consurgunt cochleæ. Supremus nodus, qui inferius vix modij magnitudinem habere videtur, tantus est, vt capacitas eius recipiat quinque aut sex homines. Longitudo eius habet pedes Geometricos IↃLXXIV. Est & horologium artificiosissimum atque inprimis admirandum. Academias & Gymnasia publica Mercator enumerat: ex quibus tanquam ex multis equis Troianis innumeri viri eruditissimi exierunt. Testantur id permulti, omnium artium genere instructissimi: testantur Linguarũ Græcæ, Latinæ, Hebraicæ peritissimi: hic diserti Oratores, hic acuti disputatores; hic absoluti Arithmetici; hic

Altitudo.

Montes.

Silva.

Opera publica.

Scholæ.

Bonarum artũ studijs celebres viri.

Astrono-

Astronomi exactissimi inueniuntur; Geometras vero nulla Europæ vel Orbis regio magis consummatos dabit. Taceo Medicinæ accuratam cognitionē, atq; alia id genus. Nunc ad Mores venio. Germenis in vniuersum ab auctoribus corporum moles & firmitas tribuitur. Truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida, a Tacito; Immanes vocāt Hegesippus, & Plinius; Truces & Feroces Sidonius; Superbos Pausanias & Cassiodorus; immites, Appianus; Barbari, Perfidi & simulatores dicuntur a Cæsare; in summa feritate versutissimi, natique mendacio a Patereculo. At quis ab hoste, in primis lacessito, & non semel fugato, cæsoque elogia expectet mitiora? Sincerius, qui inter hos vixit Tacitus, dicit, milites huius atrocissimos: & lætam bello gentem, sed minime astutam nec callidam: aperientem secreta pectoris, atque detectam omnium mentem, & fidei cōmissæ patientiorem. Idem Iulianus Imp. in Misopogone dicit se experientia didicisse, gentem esse quæ adulari nesciat, sed libere ac simpliciter cum omnibus viuere. Natura temperatos, & placidos moribus hos esse docet, ex regionis quam incolunt qualitate, Ptol. 11 Quadrip. Quod ad Religionem attinet, qua mentes hominum velut illigantur tenenturque præsumpto Numinis metu, Germani *Sacrificijs*, vt scribit Cesar, *non student: Deorum numero eos solos ducunt quos cernunt, & quorum opibus aperte iuuantur: Solem & Vulcanum & Lunam*. Postea tamen, vt patet ex Tacito, qui vixit sub Imp. Nerua, sibi alios quoq; Deos adsciuere: vt Mercurium, Herculem, Martem, Isidem, & Matrem Deorum: item Alcim quendam. Idem Tacitus addit, his quoque Velledam & Auriniam loco numinis fuisse. Huius meminit & Suidas, qui Beleda, pro Velleda legit. Post hos etiam Gannam virginem oracula reddidisse, scribit ex Dione Theodosius. Tanfanæ templi apud hos quoque meminit dictus Tacitus, qui & Suetonius terram matrem colere ait, quam *Aertham* (vt legit Lipsius) vocant, vt hactenus, *Aerde*. At his nulla simulachra. *Belenum* Deum (si sincera lectio) Noricorum esse scribit Tertullianus. Sacras quasdam mulieres, quas Fatidicas Tacitus, Vates vocant Agathias & Polyænus, eos etiam habuisse, docet Plutarchus, & ex eo Clemens Alexandrinus: quæ ex fluuiorum sonitu, vorticibus, ac circumvolutionibus futura prædicebant. Ælianus eos etiam per aues, viscera signa & omina, futura prædicere, annotauit. Ex equorum quoque hinnitu eos præsagia experiri, testis est idem Tacitus. Aruspices eos quoque habuisse, ex Suetonij Domitiano patet. Maxime vero Mercurium siue Teutaten coluerunt, ab humanis non abstinendo hostijs, teste Tacito, qui ita; *Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus, humanis quoque hostijs litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant*. In pace nullus cōmunis erat Magistratus, tempore autem belli qui ei præessent deligebantur. Qua de re sic Cæsar: *Cum bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert, magistratus qui ei bello præsint, ut vitæ necisque habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controuersiasq; minuūt. Atque vbi quis ex principibus in consilio se dixit ducem fore, qui sequi velint profiteantur, consurgunt ij qui et causam & hominem probant, suumque auxilium pollicentur, atque ab multitudine collaudantur: qui ex ijs secuti non sunt, in desertorū ac proditorum numero ducuntur: omnium que rerum postea ijs fides derogatur*. Omnis vita in studijs rei militaris: Neq; Latrocinia vllam habere infamiam apud eundem Cæsarem legimus. Et ut placet Senecæ, armorum illis vna cura: his innascuntur, his innutriuntur. Si Patria, teste Tacito, longa pace torpeat, eas nationes vltro petunt, quæ bellum aliquod gerunt. Conducunt matres, pignora, & vxores, quæ pugnātibus hortamina & cibos gestant: nec plagas exsugere pauent. Prælium cantu, sono armorum, tripudijsque incipiunt. Scutum in eo reliquisse, prēcipuum flagitium: ita vt multi ex bello superstites, infamiam laqueo finierint. Hos fluuios tranare, aiunt Dion & Herodotus: leuitas enim armorum, & proceritas corporum, eos teste Tacito attollit. De armis porro Germanorum loquentem audiamus Tacitum: *Rari gladijs, aut maioribus lanceis vtuntur. Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto & breui ferro, sed ita acri & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent. & eques quidem scuto frameaque, contentus est. pedites & missilia spargunt, pluraque singuli, atque in immensum vibrant, nudi aut sagulo leues. nulla cultus iactatio: scuta tantum lectissimis coloribus distinguūt. paucis loricæ, vix vni alteriue cassis aut galea*. Inter Germanos siquis in vniuersum æstimet, plus penes peditem roboris, idem testatur: & ob id mixtos prēliari solere, apta & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuventute dilectos ante aciem locabant. Plinius tradit apud hos durare morem porrigendi herbam victos victoribus. Eos mortis contemptores, persuasione futuri in vitam reditus, apud Appianum legimus. Sera his iuuenum venus: & intra annum vigesimum feminę notitiā habuisse, in turpissimis eos habere rebus, inquit Cæsar. Seuera his matrimonia, singulis vxoribus contenti sunt: exceptis admodū paucis: qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptijs ambiuntur. Paucissima adulteria: quorū pœna præsens hæc: accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Sic Tacitus. Sua quemque mater vberibus alit, neque ancillis & nutricibus delegantur. *Hospites Violare* (inquit Cæsar) *fas non putant, qui quaque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent sanctosque habent; ijs omnium domus patent, victusque communicatur. Nemo apud Germanos, inquit Tacitus, vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi, seculum vocatur. Plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges. Maior pars victus eorum*, Cæsare memorante, *in lacte & caseo & carne consistit*. Non alia pulte quam ex auena viuere, Plinius testis est: in egestate crudis contentos Appianus. Crudis etiam carnibus vesci, addit Mela. In prandio, auctore Athenæo, adferūt carnem membratim assam, & superbibunt lac, vinumque merum. Cibi simplices, recens fera, agrestia poma, aut lac cōcretum. Potus, humor ex hordeo aut frumento est, Tacito. Neque vlla gens in hospitij aut conuictibus effusius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur. Sed, vt nemo sine vitio nascitur, diemque noctemque continuare potando, nulli probrum. Quod ad vestitum, *Tegumen*, inquit Tacit., *omnibus Sagum, fibula aut si desit, spina consertum*, qua refixa refibulatave diffluebat de humeris sagum. Idem Germanos non fluitante veste, sed strictā artusque singulos prope exprimente & quasi corpori assuta, dicit fuisse vsos, qualem & Francis dat Sidonius oculatus testis. Idem fæminis habitus qui et viris. Tunicæ erant illis striatæ, rusticis etiamnum apud nos alibi vsitatæ: Ferarumque pelles in honore & vsu fuere. Quondam etiam Germani corpore quidem robustissimi, animo vero rudes, & ad artes inepti fuere. Nunc vero omnis generis opificia studiose & cum laude exercent: & (vt vulgares omittam) Specta ęris fundendi cudendique peritiam, spectra Metallorum tractandorum scientiam, & similes artes. Hæc primum machinas tormentaque ahenea inuenit, prima typographiam nostro Orbi dedit: prima horologiorum confectionem demonstrauit: denique ita Germania omnium artium asylum facta est, vt nullam elegantiorem scientiam admiserit, aut artē quam non exornarit, auxerit, polierit; multas vero ipsa inuenerit. Larga etiam manu Confinalibus suis alijsque remotioribus Populis subministrat, Vina præstantissima, Aurum, Argentum, Cuprum, Stannū, Plūbum, Argentum viuum, Vitriolum, Alumen, Colores pictorum varios, Lamellas, Frumentum, cunctaq; Fabrilia ex Ferro & Cupro, aliasque merces.

Mores.

Victus.

Vestitus.

Opificia.

Mercimonia.

FRISIA OCCIDENTALIS.

Stat' Politic' *Frisia tres habet partes principales*	Oestergoe *Comitatus cuius Metropolis Leewarden, diuiditur in Grieteneyen, id est Præfecturas has,*	*Leevvarderadeel, in qua Leevvarden*	26 58: 53 22.
		Tiezerck sterdeel in qua Tietzarck	27 6: 53 22.
		Ydarderdeel in qua Ydaert	26 59: 53 17.
		Rauwerderahem in qua Rauwert	26 57: 53 15.
		Ferwerderadeel in qua Ferwert	26 59: 53 30.
		Dongerdeel in qua Wetzens	27 12: 53 31.
		Dantummedeel in qua Dantummawolt	27 11: 53 27.
		Acht Kerspelen in qua Suyrhusum	27 22: 53 22.
		Colmerlandt in qua Collum	27 20: 53 27.
		Vesterlandt in qua Beetz	27 13: 53 14.
		Smalingerlandt in qua Smalingerlee Abbatia ordinis S. Benedicti	27 11. 53 7.
	VVestergoe *Comitatus in quo sunt Grieteneyen*	*Wonseradeel in qua Witmarsum*	26 39: 53 16.
		Franickeradeel in qua Franicker	26 44: 53 21.
		Banadeel in qua Mimersgae	26 47: 53 24.
		Meynaldummadeel in qua Meynaldum	26 50: 53 23.
		Baerderadeel in qua Baerdt	26 51: 53 18.
		Hennarderadeel in qua Hennaert	26 48: 53 16.
		Weynbritzeradeel in qua Gavve	26 53: 53 13.
		Gheesterlandt in qua Wickel.	26 49: 53 3.
	Seuen VVolden *Comit. in quo sunt Grieteneyen*	*Donyewerstal in qua Donigae*	26 55: 53 4.
		Lemster vijfgae in qua Lemmer	26 53: 53 1.
		Aenghewert in qua Cathrybant	27 7: 53 9.
		Schotterlandt in qua Nye & Olde Schotten	27 9: 53 6.
		Wittingerdeel in qua Olde horn	27 5: 53 12.
		Hasscher vijfgae in qua Hasscherhorn	27 1: 53 7.

Iurisdictio, *Supremum Consilium & Parlamentum Frisiæ est Leewardiæ, ad quod minores Iurisdictiones referuntur, sine vlteriore appellatione.*

Status Ecclesiasticus *Tota Frisia Occidentalis cum Groeningensibus Episcopo Traiectensi subest.*

Groeningen *per se Satum habet in duobus membris constitutum, in Vrbe & circumsita regione.*

Meridiani distant iuxta rationem Paralleli 53: 50. ad circulum maximum.

FRISIA OCCIDENTALIS.

Hactenus in genere Germaniam descripsi: postulat Methodus, vt speciatim & per partes eam perambulem: earum omnium, quo ordine a Mercatore proponuntur, delineationē, quam potero fidelissime, proponam. Offert se primo loco Frisia Occidentalis. *Frisiā a Phrygia* genitali patria dictam, sunt qui scribunt; alij a gelu extremo, quo ditio rigeat, nomen deriuant. Abbas Spanheymus auctoritate Hunibaldi, teterrimi historicæ veritatis corruptoris, a Friso Clodionis eriniti Francorum Regis filio nomen accepisse fabulatur, quasi non multis ante sæculis Plin. ac Tacitus illo nomine eos nouerint. Hadrianus Iunius ad libertatem, cuius studio semper flagrarunt, nominis fontes referendos existimat. *Frisij* autem gens antiquissima Germanorum Romanis ob bellicas virtutes nota, nomen nunquam mutavit. Hi Tacito duplices, Maiores scilicet & minores. *Maioribus*, inquit, *minoribusque Frisijs vocabulum est ex modo virium, vtraque nationes vsque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque immensos lacus, & Romanis classibus navigatos.* Maiores Tacito sunt *Oostfrisij* proprie dicti, non ij qui hodie illud sibi nomen vsurpant Embdani, hi enim sunt Chauci minores; sed ij in quibus numerantur Stauria, Sneca, Franicum, Harlinga opida, & Leuardia. Similiter *Westfrisij* qui in extrema Hollandię ora *Northollandi* appellantur, suntque continui Canninefatibus ex descriptione Pliniana: hæ namque duæ Frisiorum nationes vsque ad Oceanum Rheno prætexūtur. Hodie vero dividitur Frisia Amisia fluuio in Occidentalem & Orientalem. *Frisia Occidentalis* siue *Westfrisia* a posito Orbis, sic hodie nuncupata, quam hic ob oculos ponimus, Frisiæ nomen quasi proprium sibi antiquissimo iure vendicat, semperque præstantior fuit habita. Eam a plaga mundi occidua, & a Septemtrione Oceanus ambit & littora pulsat: a Meridie sinu amplissimo, vulgo *Zuyder zee*, Transisalanaque prouincia terminatur: ab Ortu Solis Amasio Fluuio prętexitur, qui eam a Bufactoris Westphalisque discriminat. Aer vtcunq; salubris est, nisi quātum paludum exhalatione inficitur, quanquam & id labis ventorum beneficio expurgatur. Estque hac tempestate Frisia Occidentalis regio longe maxima parte palustris, solo depressiore ac demerso plærisque locis, nō in novum modo sed in adultum quoque ver: atque ob hanc aquarum multitudinem, frumenti parum ferax. Inundationes enim ānuæ, quæ præterquam quod mature accedant, tarde etiam recedunt, sementē aut extinguerent, aut per agros omnes dissiparent. Sunt tamen hic vberrima faginando pecori vbique pascua, quorum bonitate cum alijs certare & verticē attollere Frisijs licet, vnde præcipui reditus ac proventus existunt: siquidē e caseis & Butyro, quæ exportantur in externa loca, in singulos ānos quātum emolumentum ad incolas redeat,

Regio & vnde dicta.

Frisia Occidentalis.

Situs.

Cæli temperies.

Soli qualitas.

 dictu

FRISIA
occidentalis
Amelandt
Hollandig pars
Die Drent
EXYSSEL
Weste Wold
Bentheim
Comit
pars
Tecent

dictu vix credibile videatur, præter ea quæ in quotidianum alimentum eedunt. Tot illa boum armentis abũdat, tam læta vaccarum parens ac nutrix est. Equos etiam generosos, & præstantes producit. Siluas vero etiamsi alicubi habeat, haud suppetit tamen tãta lignorum copia, quæ Martialis Flaccique votis responsura, perennem & larga manu exstructum focum onerare possit. Verum prouida rerum parens Natura alia via Frisijs, vt & Hollandis, affatim prospexit, qua inopiam lignorum leuarent, & quidem melius quam nonnullis inter Scythas populis, qui lignorum egentes, ossibus ignes alere scribuntur, nimirum fossitio cespite, qui e terræ fodinis erutus, sole excoctus, ventoque arefactus, igni alimentum obuium, minimeque contemnendum præbet, estque tuendo igni fomes, quam Promethea illa ferula, paratior. Huius tam copiosa materia & luxuries in lucem profertur, vt non tantum incolis abunde sufficiat, sed & vicinis regionibus ijs subvenire queant. Materiæ huius cespititiæ plura sunt genera, quæ colore, leuitate & pondere materiæ, adhæc cineris, quo se obruit, bonitate & candore, differunt atque examinantur. Primum genus vile est, rarum, inane, fungosum, valde leue, color illi impluviatus, qui rubiginem parietum e pluuiæ defluxu natam mentitur: quod genus deterrimum est, neque vsui ciuium expetitum, seruit fere cortinis ceruisiariorum inflammandis & concoquendis; quod accensum vultus e viuido colore plumbeos, cadaueroso, laruisque assimiles homines facit, tetramque exahalat mephitim: quo odore non raro etiam animi defectus (vti præsentius in bituminosis carbonibus fit) conciliatur, quem sal insperſus tollit. Alterum densius est, furuũ, segmentis virgultorum intermeantibus & palustribus cannis intercisum, grauitate mediocri, promiscui vsus. Tertium põderosum, laterum coctilium duritiem quandam imitans, quod cæteris natatu fluitantibus solum subsidit aquæ immersum, tardeque ignem concipit, sed conceptum diutissime continet, cinereum colore, sabulosoque solo effossum. Est & quod e salsuginosa terra cõformatur in glebas, Zelandiæ domesticum, *Dariam* vulgus vocat. Præter hæc est quod verriculis e fundo aquæ extractum pingui luto constat, quę materia in lacus quosdam quadratos, vbi aqua prius redundans diffluxerit, affunditur & complanatur, postea arefacta in metas rariores aggeratur, vt vento perflatæ solique penetrabiliores ad vsum durentur. Habent & inopes rusticorum familiæ inter Cisrhenanos Frisios peculiare cespitum genus in tessellas, prius dictorum more conformatum, fimo bibulo constans, interspersis straminis, arundinum, fœni quisquilijs, ad solem æstivum excocto: sed cuius fumus infesta acrimonia sic vrit oculos, vt lippitudinem facile conciliet. Frisia hęc olim regio Diademate claruit, ad Caroli Magni vsque tempora: a cuius obitu varijs agitata fuit molestijs, tametsi & ante quoque eiusdem tempora durissimum Danorum & Norvvegianorum senserit imperium. Tandem vero sub Carolo V Cęsare, Principe vere pacifico, halcyonios dies est adepta. Vrbes huius Frisiæ sunt numero XII. *Levardia, Leewarden*, totius Frisiæ est caput, vrbs opulenta, & vti priuatis ciuium domicilijs decenter ornata, ita aquarum ambitu, foueis & prævalida arce, contra hostiles insultus egregie munita. Curiam habet Iudicialem, & Frisiæ Cancellariam, a cuius tribunali nulla vlterius permittitur appellatio. Huic vicinum est Zuichemum, patria Viglij. *Doccum* duobus inde milliaribus distat, agrum habet fertilem, pascua læta. Abest a sinu Maris vno milliari. Paruit olim Geldris: in hac vrbe natus fuit Gemma Mathematicę & Medicinæ laude clarus. *Sneca* in Comitatu V Vestergoyensi tribus a Leuardia milliaribus loco humili & aquoso sita est, quo fit vt segetem ager non ferat, pascuis sit lætissimus. Vrbs tota recens, vix ante ducentos annos donata iure ciuitatis: progressu tamen temporis in tantum creuit, vt nulli nunc totius Frisiæ vrbi concedat. Bonorum ingeniorum alumna diu fuit: nam vt multos alios ex hac vrbe ortos omittam; in hac natus est & educatus Ioachimus Hopperus, non patriæ tantum ciuitatis, sed Frisiæ etiam totius, atque adeo Belgicæ dum vixit, lumen & ornamentum. In eadem orti Petrus a Fritema I.C. Albertus Hero Philosophus & Theologus, alijque complures. *Stauria, Stauéren*, in Littore maris Australis porrecta iacet: Ager finitimus planus est, fossis multis & paludibus intercisus. Hodie nihil magnificum habet ciuitas, præter arcem validam, portui maris imminentem, cuius fundamenta iacta sunt a Georgio Schenck Frisiæ Gubernatore, nomine Caroli V anno CIƆIƆXXII; vt Burgũdi eo opportune possent militem & commeatum bello necessarium ex vicinis Hollandię ciuitatibus transmittere. Olim tamen emporium fuit opibus & frequentia mercatorum florentissimum, & inter primas Ansuariorum ciuitates. Plinius incolas videtur *Sturios* appellare lib. IV ca. XV. *Harlinga* ad fauces maris Australis sita, vnico milliari a Franico, agrum habet fertilem, arcemque contra hostium impetus bene munitam, portũque loci situ oportunum: nam venientibus ex Septemtrionali Frisia & Germania Orientali primam commodamque stationem offert: quocirca plurimi eo confluxerunt, loci commoditate illecti, exque varia istã confluge hominum ciuitas vehementer aucta est. *Franicum* a Francis denominationem sortitum, patria est Ioannis Vlpij trium linguarum peritissimi. Gymnasium publicum habet. Sunt præterea *Damma, Bolswardum, Ilsta; Slaten, Worchum, Hindelopen*. Insulæ Frisiorum plures sunt; præcipua vero est *Schellingana*, nobilis canum marinorum venatione, qui in littore apricantes, saltu incondito rusticorum varie vestitorum longius protrahuntur, protracti dum mare repetunt, capiuntur dispositis in eam rem retibus. *Westfrisia* solet adcenseri *Groeninga* Frisijs finitima, quæ sola cum suo territorio quod vocant *Ommelanden*, prouinciam constituit. Patria hæc fuit Rodolphi Agricolæ viri suo seculo doctissimi, scripsit in Logicis, Rhetoricis, Physicis, Poesi libros eruditos. Claruit obijtque Heydelbergæ, anno CIƆCCCCLXXXV. Epitaphium ei fecit Hermolaus Barbarus, quod Viglius Zuichemus Monimento insculpi iussit hac forma:

Inuida clauserunt hoc marmore fata Rudolphum
Agricolã, Frisij spemque decusque soli.
Scilicet hoc viuo meruit Germania laudis
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet

Eidem ciuitati originem acceptam referunt V Vesselus siue Basilius, & Reinerus Predinius Theologi & Philosophi celebres. Frisiæ solum lacubus ac paludibus frequentibus abundat (vt supra diximus) ac fluminibus rigatur *Laubaco* (qui alijs *Lauica* & *Labola*, hodie *Lauwers*) & Amasio. Habet & a Meridie Sinum longe amplissimum, quem hodie *Zuijder Zee*, velut Australe fretum, quod in meridiem vergat, nuncupamus. Hic sinus varijs locis varia præfert nomina, alicubi *Orci æstuarium* seu vorago, ab vndarum rapiditate nuncupatus ad insulam eius nominis; alibi *Ganzorda*, a Ganzarum siue anserum illic stabulantium multitudine; apud Hornam Opidum *Hoppa*, ab vndarum feruore ebulliente ceruisiæ in modum æstuante seseque efferente: alibi *Tya*, a fluenti cuiusdam elice. Gens ipsa ferox, robusti corporis, atque animi intrepidi, ad necem prona, & libertatis studiosa; exterorum peregrinorumque impatiens, castitatis amans. Rei pecuariæ magnopere dediti sunt, nauticæ etiam studiosi: ac piscationibus plerique inhiant. Indies autem magis magisque mercaturæ sese applicant.

Imperium Maiorum.

Vrbes

Lacus.
Flumina.
Mare.

Mores.

EMDENETOLDENBORCH COMITATVS.

Ambo hi Comitatus sunt membra Imperij in Circulo septimo, VVestfalico. In quibus quemadmodum & in pluribus Germaniæ Principatibus cum nihil de statu Politico notum habeamus, statum & mēbra Imperij potius post hæc designabo, vt rem in primis cognitu dignam, magnos interim principatus, qui noti mihi erunt, vbi locus fuerit non prætermissurus.

Sunt in hac tabula, Comitatus Delmenhorst 30 6: 53 21. Et dominia Ezes 28 43: 53 56.

Norden 28 24: 53 47. Aurick 28 41: 53 41. Ieuer 29 5: 53 53. Vredeburg 29 0: 53 42. Ouelgunne 29 39: 53 51. Rheyde 28 38: 53 4.

Meridiani distant pro ratione Paralleli 43: 40. ad circulum maximum.

Comitatus Embdanus & Oldenburgensis.

Sequuntur in hac Tabula Comitatus duo, *Embdanus & Oldenburgensis*; eos nūc ordine describam*. *Comitatus Embdanus* appellationem ab vrbe primaria habet; nūc etiam *Frisia Orientalis* dicitur; non aliam, vt videtur, ob caussam, quam quod Frisijs contermina. Non enim locum hunc *Frisij* olim, sed *Chauci* tenuere, quos duplices commemorant Plinius & Ptolemæus, Maiores et Minores. Maiores sunt qui Bremensem episcopatum incolunt: minores sunt Embdani & Oldenburgenses. Siquidem inter Amisiam & Visurgim etiam Ptolemæus sedes illis constituit, cuius verba sunt, καῦχοι οἱ μικροὶ μέχρι τῆς εἰσόδου τῆς κατὰ μῆν, εἶτα καῦχοι οἱ μείζους, μέχρι τῆς ἄλβιος, id est, Cauchi minores ad Visurgin amnē extenduntur, at maiores Cauchi ad Albin vsque. Chaucos autem ita describit Plinius lib. xvi cap. 1. *Sunt vero & in Septemtrione visa nobis gentes Chaucorum, qui maiores minoresque appellantur. Vasto ibi meatu, bis dierum noctiumque singularum intervallis effusus in immēsum agitur Oceanus, æternam operiens rerum natura controuersiam, dubiumq; terra sit, an in parte maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus, ad experimenta altissimi æstus, casi ita impositis, nauigantibus similes quum integant aquæ circumdatæ; naufragis vero, quum recesserint, fugientesque cum mari pisces circa tuguria venātur. Non pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit; omni procul abacto frutice. Vlva & palustri iunco funes nectunt, ad prætexenda piscibus retia, captumque manibus lutum ventis magis quam Sole siccantes, terra cibos, & frigentia Septemtrione viscera suauiunt. Potus ijs non nisi ex imbre servato scrobibus in vestibulo domus.* Hæc olim Chaucorum facies. Ea nunc quantum ab illa mutata est? Hodie enim, quænam terra vberius præbet mortalibus alimēta? non incolis modo, sed vicinis, alijsque exteris? At olim quam informis, quā tristis cultu, adspectuque, quam misera incolarum habitatio? Non Frumenti, non aliarū Frugū mentionē facit Plinius: iam vbi maior vbertas? Frugiferarum arborum olim impatiens? nunc omne fere genus arborū producit. Non pecudem habebant, non lacte alebantur; vbi maior iam copia, & quis potior cibus. Agrum siquidem planum, & pascuis fœcundum, naturæ beneficio obtinent, cuius quidē quam glutinosæ & pingues sint glebæ, quam læta pascua, quam numerosi armentorum & pecudū greges, vix verbis explicari potest. Docet id exquisiti, delicatique saporis butyri & casei ad miraculum vsque copia, quæ vberrimo incolarum quæstu & emolumento maximo ad varias regiones & per vniuersam Germaniam defertur. Quinetiam non obscure id comprobant pingues & supra vulgarem magnitudinem boues, quorum aliquot myriades in pascuis passim oberrare videntur, qui soli graminumque beneficio adeo impinguescunt, vt exteræ etiam nationes ijs potissimum delectentur. Postremo si cum feris non dimicarint: hodie aliter docet crebra Nobilium venatio. Est ergo solum huius tractus hodie adeo diues vt regionum vicinarum ope indigere minime videatur; imo multis vsque adeo abūdat, vt equis, Bobus, pecore, carnibus porcinis, lana, butyro, caseo, hordeo, auena, Frumēto, Fabis & Pisis item sale, vt eorum quotannis magnam copiam larga manu Confinalibus suis, alijsque remotioribus Populis communicet. Porro *Fredericus* Imperator eius nominis III. Anno CIↃCCCC LXV cū variis Præfecturis hæc Provincia regeretur, Comitatus titulo auxit, totamque *Vdalricho* cuidā attribuit. Inde ad nostrū hoc vsque ævum continuo Comites suos habet. Vrbes in hoc Comitatu mœnibus clausæ duæ sunt, *Embda* & *Aurichum*. *Embda*, siue *Emdena*, vulgo *Embden*, vrbs huius regionis primaria & emporium celeberrimum ad Amisiæ fluminis ostium, portus opportunitate nobile, cuius alveus ita profundus est, vt navigia maxima passis velis admittat: propterea amplitudine opum, ædificijs publicis priuatisque, & ciuium multitudine omnibus

Regio & vnde dicta.

Soli fertilitas.

Animaliū varietas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

EMDEN
& OLDEN
BORCH
Comit.
Mare Germanicum
Septen
Occidens
Oriens
Meridies
Rheyderlant
Den Dullart
Oostrid
Ommerlant
Stadlanden
Stadium
Dlant to
Wunden
Die Lade
Ostfrisia
Ostfrisia
Ostfrisia

bus non Germaniæ modo, verum etiam Europæ angulis innotuit. Inter ornamenta præcipua sunt Comitis ædes sumptuosæ, Templum magnificum, & Domus Prætoria. Mira hic omnium rerum & exuberans copia videtur, non earum modo, quibus satis necessitati fieri, sed & quibus voluptatis studium concitari queat. Præstat hoc Ciuibus, tam Portus & importationis commoditas, quã natiua Frisiæ (de qua modo diximus) vbertas. Vrbs a fluuio *Ems* nomen habet, quẽ Tacitus *Amisiam* vocat. Hic ille est fluuius ad quẽ Drusiana fossa egressæ legiones Romanæ, latæque Oceano, secunda nauigatione peruectæ sunt, vt refert Tacitus *11* Annaliũ. *Aurichum* vrbs altera, Nobilium iucundissimus receſſus ob siluas & nemora, in quibus aucupio vel venatione liberaliter sese exercent. Ciues potentes habet mercaturæ vel opificio alicui diditos. Arces & villæ in hoc Comitatu infinitæ sunt. Pagorũ tantus numerus, vt alter alterũ interdũ contingat. Horũ magna pars, siue ædificiorũ splendorẽ siue plateatũ amplitudinẽ, siue incolarũ frequentiã spectes, cũ quibusdã Germaniæ vrib' potest contendere. Neque vero in ijs omnes rustici & agricolæ; sunt & Mercatores, & Artificum varia genera, Nobiles etiam sparsim interiecti. Sunt hic & duo alij Comitatus, qui Embdano Comiti subiecti sunt, *Esensis* & *Ieverensis* a primarijs eorum Opidis sic dicti. *Ieuerensis* ditio trans Iadam ad Occasum sita est, continetque pagos octodecim: ei Septemtrionem versus qua se Visurgis in mare exonerat, prætexuntur duæ Insulæ, *Wangeroga* & *Spikeroga*, desertæ magna ex parte. *Esensis* Comitatus ad littus Oceani contiguus est *Ieveria*; ab occasu Borumẽsi & Auricensi tractu: a Borea mari terminatur. Eius Dominus *Haio ab Huseke* Anno CIↃ CCC LXXX quũ petulantius vicinos infestaret, nauesque Bremensium in Visurgi interdum spoliaret, mariaque vicina piratis, terras prædonibus & grassatoribus suis impleret, tandem post leuiores cum Bremensibus pugnas quibus inferior fuit, quum Esenam confugisset, captus a Bremensibus Edoni VVimmeke Capitaneo Ieuerensi traditus est. Qui eum funẽ canabino diu tortum strangulatumque tandem frustillatim dissecauit, eo quod sororem, quam in matrimonium duxerat, nulla iusta de caussa repudiasset. Flumina hic *Amasius*, *Visurgis* *Iada* & alia. Incolæ huius regionis Germanica vtuntur lingua: sed ad secretiora propria quadam & vernacula, quã aduenæ non intelligunt. Omnis generis opificia studiose exercent, aut agros colunt; aut mercaturam faciunt. Vestitus honestus; etiam rusticorum: ita vt ex vestitu eos pro opidanis quis ducetet. Femineus sexus habitu multum ab alijs differente gaudet. Totam capitis comam in vnum cirrum componunt, eumque multis argenteis deauratisque sphærulis vel nodulis ornatum in tergum dependere sinunt. Caput ipsum in æstate reticulo ex rubri coloris serico contexto, argentoque deornato redimunt. Hyeme autem capitium ex panno viridi induunt, quo totum caput adeo cooperiunt, vt oculos tantum adspiciendos præbeant. *Hatte* vocant hoc genus vestimenti. Palla siue vestis exterior, quæ a capite ad talos vsque plurimis minutisque plicis striata est, argenteis deauratisque laminis tam frequentibus vndecumque rigescit, vt exuta, etiam erecta consistat. Hęc constat ex rubro, interdum quoque ex viridis coloris panno.

Flumina.

Opificia.

Vestitus.

Comitatus Oldenburgensis.

Regio & vnde dicta.

Hæc de comitatu Embdano: succedit *Oldenburgensis*: Comitatui *Oldenburgensi* impositum nomen ab vrbe primaria Oldenburgo. Hunc tractum olim Cauci minores incoluerunt sicut & Comitatum Embdanum, vt supra diximus. Comitum autem Oldenburgensium ditio quam etiam hæc tabula ob oculos ponit, ab ortu ad Visurgis ripam, prouincias Stegingiam (e regione Bremæ arci Delmenhorstæ subiectam) Stadlandiam in quinque, Butiadiam in septem parochias tributam, & huic subiectam Ieueriam, Frisiæ partem, XVIII parochijs insignem complectitur: ad Occasum Amerlangiam ad Amasium fluuium porrectam, in medio Morinos habet. Ad Boream Frisia & Oceano: ad Meridiem dioecesi Monasteriensi terminatur. Albertus Crantzius in sua Metropoli 3 cap. 15 scribit hunc Comitatum esse ex omnium vetustissimis: *Widekindum* enim Saxonię Ducem (qui vixit Caroli Magni tempore) inter huius Comites nominat, lib. 11 cap. XXX. Irenicus tradit vrbem *Oldenburgum*, a Carolo instauratam, Ecclesiamque illic in honorem S. Ioannis Baptistæ dedicatam consecratamque ab Adalgargo Episcopo. In eo autem ipsum errare puto cum Ortelio, quod hanc ciuitatem inter VVandalicas numerat, iuxtaque mare eam describat. Hęc namque alia est ab illa; in VVagria nempe, Holsatiæ regione. Hanc VVandali *Stargard*, Dani *Braunesiam*, quique pro suæ linguæ proprietate vocauere, vt idem Crantzius asserit. Laurentius Michaelis putat *Ambrones* (quos quondam cum Cimbris in Italiam profectos, & a C. Mario cæsos, tradit Plutarchus) hinc originem habuisse, eorumque nomen adhuc exstare apud Gentem quam *Amerlander* appellant. Idem de Alanis Saxonibus sentit, quos ad stagnum Alanum, in hoc tractu, & ab vtraque parte fluminis Alaniæ vsque ad arcem Oriam habitasse credit, hodieque *Lengener* id est *Alani*; & *Auerlenger* quasi *Vltralanos* vocari. Arx *Delmenhorst* ad riuũ *Delme* Anno CIↃCCC LVII exstructa cum LXV annos in Episcopi Monasteriensis potestate fuisset, ab Antonio Comite Oldenburgensi, die Palmarum anno CIↃIↃXLVII tacita militum manu, summo mane superato aggere expugnata & occupata est, & præfectus arcis Hermannus ab *Oer* in custodia seruatus. De Comitibus huius regionis quædam habet Andræas Hoppenrodius, in suo stemmatum libro. Sed optime de ea Dauid Chytræus in sua Saxonica historia. Sed libet de Chaucorum moribus pauca hic Coronidis loco addere. Gravissimus Scriptor Tacitus, ita de his scribit; *Populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit iustitia tueri. Sine cupiditate, sine impotentia, quieti, secretique, nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrocinijs populantur. Idque præcipuum virtutis argumentum est, quod superiores agant, non per iniurias adsequuntur. Prompta tamen omnibus arma, & si res poscat exercitus, plurimum virorum equorumque, & quiescentibus eadem fama.*

Situs.

Imperium Maiorum.

Vrbs.

Mores Chaucorum.

VVESTFALIAE
PRIMA TABVLA.

Comitatus continet Oldenburch, Hoya, Diepholt, vicinaq; Dominia.

Septimus Circulus Imperij VVestfalicus siue Germaniæ inferioris.

1. Ordo Ecclesiasticus Episcopi.

Paderborn.
Luyck.
Vtricht.
Munster.
Camerick.
Osenbrug
Ferden.
Minden.

Abbates.

Werden.
Stablo.
S. Cornelis Munster 27 42:50 43. tab. Brabantia.
Echternaken 27 51:49 51. tab. Lutz.
Corbei 31 15:51 48. } *tab. 2. West.*
Heruordē 30 15:52 12. }

Abbatissa 1

Essen 28 26: 51 25. tab. 2. West.

2. Ordo Principum Principes, Comites, & Domini.

Dux Cliuiæ & Comes Marchiæ.
Dux Iuliæ & Bergen.
Marckgr. Baden in Lutzenb.
Comes Frisiæ Orientalis siue Emdensis.
Com. Sein. 29 6: 50 27. Westfal. 3. tab.
Com. Dillenburg.
Com. Vernenberg. 28 34: 50 24. tab. Lutz.
Com. Manderscheid 28 15: 50 9. tab. Lutz.
Com. Weida. 29 0: 50 29. tab. 3. Westfal. & Ringelberg.
Com. Moers.
H. Brunchorst. 27 35: 53 9. tab. Geld.
Com. Steinford 29 48: 52 51.
Com. Bentheim.
Com. Dortmund.
Com. Oldenburg.
H. Ridburg.
Com. Hoya 30 50 53: 53 5.
Com. Diepholt 30 4: 52 53.
Com. Scaumburg 31 6: 52 18. tab. 2. West.
H. Spiegelberg 31 12: 52 13. tab. Brunsw.
H. Vanenberg.
Com. Arenberg.
Com. Dierenberg. H. in Somer auss.
Com. de Lip.

3. Ordo Ciuitatum liberarum.

Coln.
Aken
Vnder Wesel.
Duren.
Camerick.
Dortmund.
Soest.
Duysburg.
Heruorden 30 15: 53 40.
Brakel.
Wartburg. 30 49: 53
Lemgow.
Werden.

Meridiani distant ratione 53: 45. Paralleli ad circulum maximum.

VVESTPHALIÆ PRIMA TABVLA.

VV*Estphalia*, quæ in Methodo nostra sequitur, vnde nomen acceperit, opiniones variant. Nonnulli eam a Vesta Dea sic dictam arbitrantur, quasi *Vestaliam:* quod ea hic olim fuerit culta. *Westphalos* ergo quasi Vestalios dictos esse volunt. Malunt tamen alij a vento Occidentali sic dictos credere: qui enim inquiunt vltra Visurgim fluuiũ Orientalem plagam occupant, *Ostuali Saxones* cognominantur ab *Ost* vento Orientali, & *Valen*, quod lingua Saxonica pullum equinum significat, quem in militaribus signis habuerunt. Ætas id nominis aboleuit in Orientalibus, & generalis illa Saxoniæ appellatio permãsit. Sic VVestphali, qui cis Visurgim versus Occasum habitant, ab *West* occiduo vento, nuncupantur. Alij denique a campo id est *Veldt* potius quam *Valen*, *Westphalos* dictos arbitrantur. Ea hodie ab ortu habet Visurgim, ad Meridiem Hassiæ Montes, quos Ptolemæus Obnobios vocat: Ad Occidentem Rhenus est: ad Septemtrionem Frisiam, Hollandiam, Traiectensem ac Transisalanum tractum respicit. Aer est durus quidem frigidusque, at salubris. Regio satis est frugifera, sed earum rerum, quæ magis alendis gregibus quam hominibus conducunt. Arborum fructus generat varios, vt sunt Poma & Nuces, item glandes quibus saginantur porci. Fertilior est circa Susatum & Hammonem: fertilissima ad Paderbornam & Lippiam. Ad Amisiam vero quibusdam locis deserta. Compascua est Monasteriensis dioecesis, item is tractus qui alicubi Visurgim fluuium respicit. Nemorosa est per totam Surlandiam, & Bergensem Comitatum: Metallis non caret in ditione Coloniensi & Comitatu Marchico: Salinarum etiam fœcunditate alibi regio commendatur. Animalium domesticorum numerosissimos alit greges, & potissimum porcorum quibus abundat, qui principum mensis ob pernas delicatiores expetuntur. Ferarum quoque in siluis affatim habet. VVestphalos *Carolus Magnus* cognomine, primus devicit, & Christiana Religione imbui iussit. Episcopatus instituit, Monasteriensẽ, Osnaburgẽsẽ, Paderbornẽsẽ & Myndensẽ Quis vero post Carolũ Magnũ rerũ status per VVestphaliã, quis rerũ sũmæ præfuerit, an tota pontificibus paruerit, nõ reperitur in annalibus. Equidem in Orientali Saxonia erant seculares Domini, qui rerum tenebant gubernacula: primo quidem Reges de stirpe Caroli Magni, sub quibus tamẽ Duces Saxoniæ de genere VVedekindi paullatim magis atque magis increuerunt, vsque ad Henricum primũ Regem Romanorũ, a quo tres per ordinem *Ottones*, deinde etiam Marchiones Saxoniæ nati ex Henrico Duce Bauariẹ fratre primi Ottonis. VVestphalia vero quæ est occidua Saxonia, quos habuerit Principes Seculares illa tempestate rem cum Episcopis administranres, omnino non legimus. Sequenti tamen ętate *Henricus Dux Leo*, & ante eum auus illius *Luderus* Dux Saxoniæ inde Imperator, VVestphaliam tenuisse leguntur. Nam ab eodem Henrico cum destitueretur per sententiam Imperatoris Friderici I, Ducatus VVestphaliæ titulum sibi Archiepiscopus Coloniensis vendicabat, tenentque eumdem Duces Saxoniæ inferioris de genere Comitum de Anholt. Tenet & iam dictus Episcopus bonam partem eius Regionis, maxime Angriam; cui nunc VVestphali parent, suisque Nobilibus, quorum fere mancipia sunt, aciugum durissimũ sufferunt. Sedes hic olim habuerunt suas *Teutoni*, *Busacteri*, *Chamaui*, *Angriuarij*, *Longobardi*, *Dulgumnij*, *Angili*, *Chauci* & *Cheruisci*. *Teutoni* nominantur Melæ & alijs, qui Ptolemæo *Teutones*: hi ab littore Balthico vbi sedes eorum antiquissi-

Regio & vnde dicta.
Situs.
Cæli qualitas.
Soli fertilitas.
Animalũ varietas.
Imperium Maiorum.

WESTFA
LIA
Cum Diœcesi
Bremensi.
Mare Germanicum
Hortarsle
Pars
Emdensis Cõmit:
Frisiæ
occidentalis
pars
Die Drent
Lune
burg duc
atus pars
Fer:
densis
Episcopatus
Luneburg
ducat:
pars
Hoya
Comit:
Oriens
Occidens

quissimas Ptolemæus collocat, cum Cimbris in Galliam profecti, Teutoburgo, quod Tacitus in VVestphalia collocat, nomen dedisse existimãtur. *Eusdẽteri* Εὐσδήκτεροι, *Maiores* & *Minores* Ptolemęo; Tacito *Bructeri*. Hos habitasse Monasterium scribit VVillichius. Huic quoq; adstẽtitur H. Iunius. Per horum ditionem decurrisse Lupiam Amnem diserte testatur Strabo libro septimo, vnde conjectura augurari licet illos prædictum Flumẽ vtrinque prætexuisse, Rora amne inclusos. Eosdem Amisium flumen attigisse verisimile est: siquidem Strabo scripto prodidit eos a Druso navalibus prælijs devictos: Drusum autem constat per Amisiam classem invexisse; Apollinaris eorum fines ad Viserim vsque sive Visurgim extendisse videtur, ibi, *Bructerus vluosa quem Viseris abluit vnda*. Tacitus prorsus excisos a Chamavis & Angrivarijs scribit, eorum agris occupatis. *Chamavi* Tacito: Ptolemæo καμαυοὶ, vt censet Villanovanus. Ab his nomen Opidi *Chamen* in Comitatu Marchiæ reliquum esse putat David Chytręus. *Angrivarij* ἀγγρεβάριοι Ptolemæo. Hi versus Orientem ad Visurgim sederunt: vbi nunc *Hervordia* & Comitatus Lippiensis, Ravensburg, Diephold & Diœcesis Mindensis sita est. Prope Hervordiam enim, adhuc vestigium veteris sedis Angrivariorum superest vicus *Engern*. *Angeren* per A in prima est apud Had. Iuniuni: ad Luppiæ fluminis caput: in cuius templo Monimentum magni illius Saxonum & Angriuariorum Ducis VVitekindi hodierno die visitur cum hac inscriptione:

Ossa viri fortis, cuius sors nescia mortis — *Omnes mundantur hunc regem qui venerantur,*
Iste locus claudit: euge bone spiritus, audit. — *Aegros hic morbis cœli rex sanat & Orbis.*

Longobardi seu potius *Langobardi*, est enim vox Germanica, teste locupletissimo Diacono Regis Langobardorum Cancellario, qui sic dictos ait ab intactæ ferro barbæ longitudine, *Langobarbos* scilicet quasi *Longo barbos*. Hi collocantur a Ptolemæo in huius provinciæ finibus in quorum extrema ora Bardevvicum fuit: sicut & *Dulgumnij* δολγύμνιοι Ptol. *Dulgibini* Tacito; a quibus Opidum *Dulmen* in Diœcesi Monasteriensi, domicilio & morte Hermanni Buschij nobile, superesse consentaneum est) item *Angili* quos circa annum cccc xlv iii in, Britanniam traiecisse, & Angliæ nomen dedisse, tum ex alijs Historijs, tum ex D. Beda Scriptore Anglo cõstat; qui temporibus illis vicinus fuit. *Chaucos* vero, qui καύχοι Ptol. *Cauci* Suetonio, Lampridio & Straboni, χαῦκοι Dioni, *Chayci* Claudiano, Tacitus a Frisijs incipientes, vbi nunc Bremensis Diœcesis ad Visurgim & Albim vsq; pertingit, occupare, & omnium quas exposuit gentium lateribus, donec in Cattos vsque sinuentur, obtendi scribit. Ad horum latus *Cheruscos* statuit idẽ Tacitus: ex quo ditiones eorum situs facile innotescit: siquidẽ Dion Historicus eos vltra Visurgim habitasse testatur, quod ex Tacito etiam manifestum fit. Regem habuere Arminium Segimeri Principis filium, manu fortem, & vltra Barbarum ingenio promptum (quod de eo testatur Paterculus) qui securitate nimia Quintilij Vari ad occasionem rei bene gerendæ vsus, tres Romanorũ legiones cum totidem alis sexque cohortibus ad internecionem cecidit in saltu Teutoburgensi, teste Tacito, qui saltus Teutoburgo, nunc Duispurgo dicto, opido ad Roram amnem sito vicinus est. Vnde Colligi potest evidenter Cheruscos, a Caucis supra Visurgin habuisse initium, perque Monasteriensem, Paderbornensemq; Præsulatus ad Rhenum Duispurgo tenus desijsse, per longos terrarum anfractus. Hęc de veteribus Westphaliæ incolis hactenus: flagitat ordo, vt nunc vrbes et Opida explicemus. Sed cum de Diœcesi Bremensi hic nobis quoque dicendum sit, quæ etiam ipsius Tabulæ titulo continetur, intermissa parumper Westphaliæ descriptione, quam sequentibus tabulis resumemus, paucula de hac hoc loco subiungamus.

Episcopatus Bremensis.

Regio & vnde dicta. *Bremensis Episcopatus* vulgo *Stift Bremen* cui ab vrbe nomẽ est, trianguli Isoscelis figura, cuius latera fere æqualia sunt Visurgis & Albis Fluuij, in extremo anguli apice ad peninsulam, cui a nouo opere seu turri ad securitatẽ nauigantium ibi exstructa, nomen dederunt, coeuntes: Basis vero est linea ab Esta flu. per fines ditionis Luneb. & Verdensis, paullo infra Alleræ in Visurgim se exonerantis, ostium deducta. Esta enim fluuius Limes est regionis Bremensis & Harburgensis, quam a reliquo Ducatu Luneburgensi Seuena fluuius exiguus primũ, & tamen tribus ostijs in Albim influens, disterminat. Huius ditionis non eadem vbique qualitas, non idem

Soli qualitas. solo genius. Duæ enim oræ Diœcesios Bremensis extremæ ad Albis & Visurgis aggeres, admodum opimæ & frugum ac fructuum feraces sunt. Medius vero tractus inter Stadam & Bremam quem Mercatores vsitate trãseunt, horridus et incultus, sterilibus arenis, paludibus, et erycis consitus videtur. Itaque pallio extenso Diœcesin Bremensem vulgo comparant, cuius duæ anteriores oræ, a capite seu Albis & Visurgis confluente, ad vtriusque fluminis ripas adscendendo, fructuosissimis agris & pascuis velut Holosericæ prætextæ: reliqua latitudo Leuidensi filo, aut canabi contexta sit. Domicilium hic olim fuit *Caucis Maioribus*, qui a Visurgi Albim

Vrbes. vsque ad Hamburgum sedes tenuerunt. Metropolis *Brema* Φαβίφγνον Ptol. P. Appiano, Peucero & Irenico vulgo *Bremẽ* Vrbs Hansearici fœderis ad Visurgim flu. elegans, opere, arte & natura munita; Plateis Vicisq; insignis, Ciuibus plena, Mercatorum commercijs diues. Forum habet amplum, in quo hebdomatim rerum victui necessariarum frequentes sunt nundinæ. In medio Imperatoria & Regalis erecta est statua, strictum Iustitiæ gladium manu tenens. Vnum fori latus Metropolitana Ecclesia respicit; alterum Senatoria dom° cõdecorat, fundamentum habẽs preciosum ac gratum, Cellam nimirum vinariam ac publicam, in qua sub Prę-fecti gubernatione, Senatus vinum, tolerabili precio, & decenti elegantiq; œconomica ratione propinat. Quæ communis est multarum Wandalicarum & VVestphalicarum consuetudo, vt ad publica ferenda onera, vini popina penes Senatum maneat. Brema ignobilis primum vicus fuit, crescente vero Religione Christiana vires & incrementa sumere cœpit, quæ Episcopis suis potissimum debet, a quibus Metropolitica dignitate illustrata, Ecclesia Aquilonarium omnium Matrice condecorata, & murorum ambitu cincta fuit. Episcoporum seriem in Ecclesiastica Historia M. Adami, vide. Est et *Stada* siue *Stadium* Archiepiscopatus Bremensis civitas ad Zuingam fluuium in Meridionali Albis ripa, omnium Saxoniæ vrbium antiquissima. Sunt qui *Setutandam* Ptole. *Stadam* esse, ex graduum obseruatione notauerint. Nam cum Ptol. *Setutandæ* (quidam etiam legunt) in lat. 54 $\frac{1}{3}$ et in long. 29 $\frac{1}{3}$ assignet, eaque graduum assignatio illius loci vbi Stada condita est, situi pene respondeat; non est a vero prorsus alienum, ea voce Stadium apud Ptolemæum designari. Quomodo et Caspar Peucerus in Epist. ad amicum *Setedanum* veterem appellari scribit. Est etiam *Buxtehuda* opidum. Flu-

Flumina. minibus lętatur hæc regio *Visurgi*, *Albi*, *Esta*, piscosis; vnde piscibus abundat, Anguillis, Murenis, Salmonibus,

Mores. quos Bremenses ita Sale condre & fumo durare norunt, vt magno cum Lucro Ciuium vbique cari, grati & preciosi sint. Bremenses natura bellicosi, industrij et aliquantulum ad seditionem propensi. Literarum studia, artesque liberales tum primum amant et promouent, quando earum venustate apud exteros poliuntur: Minus alioqui in studia et studiosos propensi, Mercaturam libentius exercent. Ex amplissima negotiatione, & remotissima nauigatione opes sibi acquirunt. Vnde ciues pene omnes vel Mercatores, uel Opifices & multi nauium architect peritissimi sunt.

VVESTFALIAE
SECVNDA TABVLA.

In hac tabula sunt:

- Comitatus
  - *Lemgow.*
  - *Benthem.*
  - *Lingen.*
  - *Tecklenborch.*
  - *Diepholt.*
  - *Schouwenberg.*
  - *Rauensberg in quo sunt 4. Prafecturæ. Sporenberg 30 7:52 2.*
    - *Rauensberg 29 56:52 11. Vlothem 30 41:52 17.*
    - *Lymberg 30 6:52 23.*
  - *Lippe.*
- Episcopatus
  - Monasteriēsis *in quo sunt prafecturæ: Walbeck 29 14:51 58. Saßenburg 29 34:52 1.*
    - *Stromberg Burgrauiatus 29 46: 51 49. Werne 29 5:51 37. Bocholt 28 0: 51 51.*
    - *Ahus 28 31: 52 7. Horstmar 28 45: 52 10. Beuergern 29 7: 52 25. Rheine 28 58:52 23. Meppen 28 49:52 52. Nienhuis destr. 28 40:53 13. Cloppenburg 29 29:53 7. Wilshusen 29 56:53 10. Vecht 29 51:52 58.*
    - *Et Comitatus 2. Steenvordt 28 51:52 16. Gemen 28 7:51 3.*
    - *Et Erfmarschalck Nortkercken 29 4:52 45.*
  - *Osenbrug 29 36:52 25.*
  - *Minden 30 37:52 24.*
  - *Paderborn 30 30:51 46.*

Meridiani distant ratione Paralleli 52 : 20. ad circulum maximum.

VVESTPHALIÆ SECVNDA TABVLA.

IN nostra Westphaliæ descriptione sequūtur vrbes, inter quas offert se primū *Monasterium* totius VVestphaliæ Mettopolis, μεδιολάνιον Ptolemæo, vt censet Pyrchaimerus, vulgo *Munster*. Vrbs est omnium celeberrima & munitissima. In hac floruerunt litteræ & puritas Romanæ linguæ ante annos LX. Episcopatui adpellationem vrbs Monasteriensis præbet, & ab insigni Monasterio ibi fundato nomen adpellationemq; sortita est. Videndus Munsterus lib III Cosmographiæ. Hic magna retinctorum (quos Catabaptistas nominant) orta est factio, Anno CIↃIↃ XXXIII & sequente, vndique illius sectæ hominibus eo tamquam ad acropolim confluentibus, tantumque eorum creuit coniuratio, vt nulla humana autoritate potuerit comprimi, lecto etiam capite seditionis *Ioanne* quodam *Bukholdo* opificio sarcinatore, genere plebeio, ad omnia parato, ingenio, audacia, facundia, fraudibus supra reliquos omnes præcellente. Hic se Regem non est veritus prædicare. Episcopus igitur vi sibi debellandos hostes ratus, opibus Archiepiscopi Coloniensis, & Ducis Cliuiensis adiutus, post XIV obsidionis mensem vrbe sua potitus est: regem forcipibus candentibus laceratum, ferreaque corte inclusum, e turri suspendi iussit. *Susatum* (*Soest*) vrbs VVestphaliæ post Monasteriū opulentissima amplissimaque, decem populosis distincta Parœcijs. Primæua fundatione castrum seu præfecturam fuisse perhibent, quæ in tantam paullatim vrbem excreuerit. Indeque Susati appellationem natam, quod ob loci situsque opportunitatem, ædificiorum aliquid ad castrum ipsum semper accesserit, vt a quotidiano incremento, *Susatum* quasi *Ein Zusatz*, sit cognominatum. Complures pagos vicinos sibi subditos occupat olim Præfecturas minores, quos populari nunc lingua, *Die Burden* indigetant. Vrbs hæc nunc sub Cliuiorū Iuliacensium ac Montensium Ducis clientela est, quum ante fuisset Archiepiscopo Coloniensi subiecta. *Wesalia inferior* vulgo *Wesel*, vrbs clara opib⁹, dignitate, ædificijs & mercatura. Ad alteri⁹ superioris differētiā quæ in sinistro Rheni latere sita est, VVesalia est dicta inferior. Ex præterfluente Lippia fluuio commoditates haud poenitendas percipit, qui sinistrum eius latus adluens, statim Rheno consociatur. Est VVesaliæ memorabilis misericordiæ ara, a Clarissimi viri ac D. D. Henrici Oliserij, cognomento Baers, D. Cancellarij Cliuensis &c. parentibus consecrata & posita: Gerontocomium nimirum, vbi senio & ætate confectis viris vitæ necessaria liberalissime suppeditantur: cuius annuos prouentus filius, paternæ pietatis memor, adauxit. De *Oldenburgo* supra diximus. *Osnaburgum* siue *Ossenburgum* insignis ciuitas, a Comitibus de Engern erecta, autore Hermanno. Alij a Iulio Cæsare hanc vrbem inceptam esse perhibent, vt Annales Saxonum. Ferunt hanc a pellibus bouinis dictam, quibus vrbs hæc fuerat circundata. Situ amoenam obtinet vallem amnique Hasa irrigatur. Pinguem in ea coquunt cereuisiam, *Buse* vocatam. Carolus Magnus Saxonibus triginta trium annorum bello edomitis, VVidekindi etiam arce, huic vrbi vicina, expugnata, eaque imposito præsidio firmata decem in Saxonia Episcopatus instituit, quorum præcipuum Osnaburgensem esse voluit.

Vrbes.

Oriens
Occidens
Meridies
Septentrio
Drens
Ostiß Min den
Schouwen berg
Lem
gow
Roc
ling
husen
Mor
Mariahe
scnis episcop
Ostiß

Summe etenim hanc vrbem præ ceteris coluit, cui privilegium novæ scholæ concessit, in qua Græcæ & latinæ litteræ a viris doctis traderentur: vt scribunt Munsterus, Hamelmannus, & Argentinensium Chronica. *Minda*, vulgo *Minden* vrbs amœnissima et munitissima est, ex navigio Visurgis, eiusque alluvione, amœnitatem, pisces & alia commoda sentiens, coquit bonam cerevisiam, vicinis multis gratam, varijsque abundat mercaturis. De huius primis initijs ita scribit Munsterus. Cum *Widekindus*, primarius Saxoniæ Dux, ad fidem Christi pervenisset, permisit Carolo Imperatori Arcem suam ad fluuium VVeseram, vt in ea firmaret Episcopo locum, capax enim amborum fuit, ita vt Episcopo diceret, Mea atque tua erit communi iure arx ista, vt inde Saxonum lingua *Myndyn* diceretur. Sed temporum successu ex y factum est e, vocaturque civitas ipsa hodie *Mynden*. *Arensperg*um vulgo *Arnsperg*, Metropolis Comitatus eiusdem nominis. Situm est ad Ruram fluuium, arcem editiore monte adiunctam habet, gratum & commmodum Episcoporum Coloniensium domicilium, vt quæ jucunda simul & vtilia venationis exercitia, piscium item copiam ex præterlabente Rura præbeat. *Warburgum*, non inelegans VVestphaliæ Opidum situ inæquali, Dimulę aquis instructum, Comitatus olim titulo, vti Hamelmannus perhibet, illustre, qui idem hoc Opidum a prestanti commendat cervisia, gratissimo ijs potu, qui cum parvo crumenæ dispendio, genio indulgere cupiunt. *Tremonia*, *Dortmunt*, in meditullio Comitatus Tremoniensis. Hic sacri Imperij Comitatus atque etiam vrbs, earum ditionum albo recensentur quæ sine intermedio Romanorum Imperatorem agnoscunt Dominum. Vrbs quondam a Trutmannis Suevorum populis *Trotmannia*, posteris temporibus *Tremonia*, vulgari autem dialecto, *Dortmundt* appellata est. Annales veterumque quę extant Monimenta declarant eo loci, vbi postea vrbs Tremoniensis exstructa est, duos olim Pagos Veterem scilicet & Novum exstitisse, qui Imperium castri Trotmannorum intermedij sequerentur. Sub id vero tempus, quando Carolus Magnus hasce omnes Saxonicas Provincias subegisset, Ius municipij accipere, paullatimque in Opidum coalescere cœpisse. Is enim perspecta soli vbertate situsque non vulgari prestantia, Colonias huc deduxit, sedemque hic sibi Aulæque Regiæ domicilium firmavit. Ex qua vetustatis memoria in Agro suburbano fertilissimo equidem loco posita latifundia, (quorum possessio per Comites olim in Senatum translata est) *Konings-Hoffs Lands*, & curtes seu villæ istæ amplissimæ per vicinos agros ditionesque circumjectæ *Reichshofen* nuncupantur, quæ census suos frumentorum annuos ad Aulam ibi Regiam conferre tenebantur. Sunt & *Dusseldorpium* & *Hervordia*. Et minorum gentium *Widenbrugge* & *Coesvelt*. Sed de his satis, ad reliqua pergamus. *Westphalia* Stagnis, Paludibus, ac fluminibus multis irrigua. Flumina sunt *Visurgis*, *Amisia*, *Glaa*, *Neth*, *Hasia*, *Honta*, *Sala*, *Lippia*, *Stovera*, *Aa*, *Vidrus*; ad Amisiam pertinent *Dewera*, *Dexta*, *Glaa*, *Berckel*, quorum fontes plerique hic reperiuntur. Sũt & Montes in VVestphalia collesque plurimi, vtpote *Baemberg* & alij. Nec desunt Silvæ, inter quas: *Dat Heniler Holdt*, & *De Avert*, & *Holt marckt*. *Teutoburgiensis* saltus, ad Lippiæ ortum. Ad opera publica venio. Carolus Magnus multas Ecclesias in VVestphalia erexit. Primam vero Osnaburgi Episcopalem Ecclesiam in honorem Divi Petri, Crispini ac Crispiniani condidit. Est Susati templum celeberrimum miræ magnitudinis, cum maximæ altitudinis turri, S. Patroclo Sacrum, quem tutelarem Divum agnoscit hæc civitas. Reliqua cum templa, tum Monasteria, Nosocomia, Xonodochiaque quæ Monasterij & in alijs vrbibus conspiciuntur, prætereo. Carolum Magnum VVestphalos ad Christianam religionem vi compulisse, supra diximus. Cæterum cum sæpius subactos, rebellando tamen refractarios, datam semper fidẽ violare animadverteret, visum est illi ex re fore si diritate supplicij exemplorumque terrore castigaret illorum proterviam. Itaque judices arcanos constituit, quibus jus ac potestatem animadvertendi in perjuros, aut temerariæ fidei reos, aut facinoris compertos, inauditos atque indefensos, delegavit. Ea severitas & truculentia VVestphalorum gentem in fide atque officio continuit, cum sæpius in sylvis Magnates & non mediocribus fortunis viros suspensos perfractis laqueo cervicibus vitam finijsse cernerent, nulla accusatione præmissa. Scribit Æneas Pius ad suam vsque ætatem continuatum fuisse illud judicium, secretosque ritus observari, quibus criminosos judicant, & reos damnationis suę inscios, vbicumque reperti fuerint, supplicio affici; eosque Scabinos appellari, qui huic judicio cum potestate præsunt, testatur. Sed hæc hactenus. VVestphalum se esse profitetur Ioannes Levvenclaius nobilissimus vir doctrina multa atque lingua vtriusque Latinæ atque Græcę cognitione, conversoa se toto Xenophonte, omnibus Nazianzeni operibus, Historicis aliquot preterea Gręcis, & alijs Græcorum libris felicissime reddendis & interpretandis celeberrimus. Gentem habet hæc regio venustam, elegantis & proceræ staturæ, fortemque robustamq; corpore, & audacem mente. Militiam habet copiosam, promptamque ad arma & mox paratam. Ingeniosi etiam perhibentur Incolæ, ac proverbio dici solet VVestphalis plures astutos, subdolos, versipellesque, quam stultos gigni. Adulteriorum ac spurcitiei omnis severa olim censura hic erat. Cibus panis niger & caseus; Carnes quoque tam bovillæ quam suillæ, & quidem plurimæ, eæque plerumque fumo duratæ; Inprimis pernæ quas etiam cruda s edere, incolis non insuave est. Potus Cervisia; opulentiores vino vtuntur ex Rheno advecto, licet magno ematur precio. Cum vero ager plerisque locis minus gratus sit cultori, fit vt Artibus Mechanicis ac Mercaturæ se dedant incolę. Merces sunt Lapides statuariæ, ac ædificijs exstruendis aptissimi, Molares etiam ac Cotes: inprimis vero pernæ delicatissimæ vel principum mensis expetitæ. De hac regione hi versus Rhytmici vulgo circumferuntur;

Flumina.

Sylvæ.

Opera Publica.

Ratio gubernãdi.

Mores.

Victus.

Opificia.

Mercimonia.

Hospitium vile *Sunt in Westphalia;*
Cranck broot, dunbier, langhe mile *Qui non vult credere loco de*

TERTIA TABVLA.

In hac tabula comprehēduntur.

- Ducatus
  - Berghe *in quo sunt Ampter, id est, Præfecturæ 20.* Blanckenborg 28 51: 50 44.
  - Lewenberg 28 46: 50 43.
  - Huickeswagen 28 58: 51 5.
  - Bornfeldt.
  - Salighen 28 35: 51 8.
  - Lantzberg.
  - Dusseldorp.
  - Steinbach 29 5: 51 0.
  - Eyenborch 28 55: 51 11.
  - Meysenlo.
  - Medman 28 23: 51 15.
  - Windeck. Syberg.
  - Nuwenborg 29 3: 50 59
  - Portz.
  - Lulstorff 28 36: 50 48.
  - Monheim 28 23: 51 4.
  - Angermödt 28 12: 51 19.
  - Eruerfeldt 28 39: 51 13.
  - Borch 28 36: 51 6.
- Comitatus
  - *Marck in quo præfecturæ 14.*
  - Iserenloc 29 20: 51 21.
  - Huerde 28 57: 51 29. tab. 2.
  - Westfaliæ.
  - Altena 29 20: 51 17.
  - Boeckum 28 42: 51 27. in 2. tab. Westfaliæ.
  - Swartenberg 29 38: 50 8.
  - Wetter 28 57: 51 22.
  - Ham.
  - Swerten 29 6: 51 25.
  - Lunen.
  - Vnna.
  - Nustat 29 18: 50 54.
  - Blackenstein 28 44: 51 19.
  - Raede.
  - Werden.
  - Camen.
  - Waldeck.
  - Nassau 29 20: 50 15. & Dillenburg.
  - Seyen 29 5: 50 27.
  - Siegen.
  - Limburg 29 37: 50 21.
  - Altena in Comitatu Marckensi.
  - Arnsberg subest Episcopo Coloniensi.
  - Kunigstein 30 7: 50 8.
  - Hanau 30 27: 50 5.
  - Isenberg 29 9: 50 29.
- Stifft Coln *in quo præfecturæ 10.* Arnsberg. Fredeborch 29 50: 51 4. Bylstein prope Brilen ad ortum Medebach. Fredehardeskirchen. Houestatt. Werle 29 29: 51 33. tab. 2. Westfal. Nehem 30 21: 51 25. Balue 29 36: 51 17.
- Dominia *Wildenborg 29 26: 50 50. Homberg 29 11: 50 49. Hachnberg 29 29: 50 40. Hardenberg* 28 31: 51 18.

Meridiani distant iuxta rationem Paralleli 50: 40. ad circulum maximum.

VVESTPHALIÆ TERTIA TABVLA.

Tertia & postrema VVestphaliæ Tabula, sicuti titulus ipse præ se fert, tres partes graphice delineatas exhibet, *Ducatum Bergensem, Comitatum Marchiæ, & Diœcesin Coloniensem.* Eas, eo quo propositæ sunt ordine, percurramus. Offert se primo loco *Ducatus Montensis* siue *Bergensis* qui a Bergo ripensi opido nomen habens, incipit apud inferiorem VVesaliam, ascenditque iuxta Rhenum magno spatio. De huius autem Ducatus initio sic scribit Munsterus: Tempore *Henrici Aucupis* Ro. Regis, nempe anno CCIDXXIV fuere duo fratres, qui ob exhibitum ministerium honorati fuerunt a rege Henrico, qui designauit eis in VVestphalia certam quandam regionem, in qua senior, nempe *Adolphus*, construxit castellum quoddam prope Comitatum Arnsperg, nominauitque illud Volueshegh: & temporum successu non parum cultiorem reddidit terram illam per circuitum, opidis & vicis eam ornans. Alter quoque frater, *Eberhardus* nomine, construxit & ipse Castellum, appellauitque illud Aldenburg. Crescentibus autem fratribus illis in potentia & opibus, creauit Rex Adolphum in Comitem, & ditionem erexit in Comitatum, qui dictus fuit Comitatus de Altenna. Eberhardi quoq; terrā sublimauit in comitatū Bergensē. Paullo post Eberhardus factus monachus, tradidit fratri suo ditionē suā, & cōstructo Monasterio iuxta fluuiū Dune, factus est Abbas in eo. Ab Adolpho & posteris eius descenderunt comites isti; *Engelbertus, Adolphus, Engelprechtus, Adolphus.* Is vero Adolphus cū nullā reliquisset prolē, cessit Comitatus Bergensis filio sororis suæ, nēpe *Gerardo* Comiti Iuliacēsi. Post eum præfuit vtriq; ditioni filius eius *Wilhelmus*, & post Wilhelmū *Gerardus*, post Gerardū filius eius *Wilhelmus* atq; huic successit filius eius vocatus quoq; *Wilhelmus*, Dux primus Iuliacensis, Bergensis & Dux Geldriæ. Successit autem ei in his ducatibus frater eius *Rainoldus*, qui mortuus est anno Christi CIDCCCCXXIII; mansitque post hæc tempora ditio Mōtensis apud Ducatum Iuliacensem. Sunt qui aiunt Comitatum Montensem erectum eo tempore quando Henricus superbus fuit depositus a Frederico I. Anno tamen Christi CIDCCCXXVI fecit *Carolus* IIII ex Comitatu Marchionatum, & filius eius *Wentzeslaus* sublimauit ad Ducatum. Hæc ille. Est hic Imperiale, sub Montensis Ducis tutela Opidum *Essendia*, In quo Alfridus IIII Hildesheymensium Præsul Collegiatum vt vocāt Virginum Vestalium ex paternis falcultatibus fundauit Cœnobium, vt sub Abbatissæ educatione 52 virgines alerentur, & 20 similiter Canonici sub eius loci Decano, Canonicam viuerent vitam. Asyli priuilegio Abbatia gaudet, & locus in ea maxime *Die Borht* nuncupatus. Villæ aliquot vicinæ, eius subsunt dominio. Ecclesia ibi perelegans in qua Tabula exibetur visenda Brunij illius Agrippinatis opus. Ager frumenti & Tritici præstantissimi ferax, vnde candidus Essendiæ panis in precio est. Opidani Negotiationem etiam remotam, alij Artem Textoriam, Fabrilem complures exercent. Nō alium facile reperias locum, vbi plura conficiantur sclopeta. Fontibus abundat & atro carbonario lapide quem territorium vicinum suppeditat, potissimum vero, qua Steltium est, ad Ruram amnem Opidum. Est & *Dusseldorpium* a Duselo amne cognominatum.

Regio & vnde dicta.

Situs.

Imperium Maiorum.

Opida.

179

BERGHE
Ducatus
MARCK CO:
mitatus et
COLONIEN
sis Diœcesis
Ilsenburgh
Com.
Hanaw
Comit.
Trevirensis
provincie
pars
Iulia
Hal
sig
Pars

Comitatus Marchiæ. Sequitur *Comitatus Marchiæ*, vulgo *Marck*. Hunc & Ducatum Bergensem *Vbij* olim insedisse videntur, de quibus infra plura. Cæterum Comites Altena, eo titulo contenti fuerunt, vsque ad Adolphum Comitis Friderici Altena & Montis filium, qui cum Marc sibi parasset, se Comitem de Marck vel Marchiæ inscripsit, gessitque insignia citeriter annum c I 9 I I I I tempore VVichmanni XIII Comitis Cliviæ. Est autē Marchia Comitatus in VVestphalia amplissimus a Lippiæ fluvij ripa versus occasum multis insignibus Opidis, *Hammone*, *Vnna*, *Susato*, *Tremonia*, *Werdena* & alijs florens. De *Susato* & *Tremonia* supra egimus. *Werdena* in VVestphaliæ aditu, ad Rurę amnem in ditione Marckensi opidum, occasione Cœnobij, a S. Lutgero ibidem instituti, initium habet, a Guilelmo de Hardenberg XIII Coenobiarcha anno c I 9 ccc XVII excitatum, & ab Engelberto Comite Marckensi civitatis privilegijs quibus etiamnum gaudet, donatum. Opidani rem pecuariam, vnde & plurimum victitant, exercent. Agros habent lætos & compascuos, montes præaltos & silvosos, in quibus incredibiles porcorum greges oberrare quandoque videas, & rivulos gratissimo murmure ex montibus susurrantes. Quin & ex præterlabente Rura, commoditates haud mediocres percipiunt, vnde piscibus, & sapidis pinguibusque abundant Anguillis.

Imperium maiorum. Opida.

Diœcesis Coloniensis. Restat in hac Tabula *Diœcesis Coloniensis*, vulgo *Stift Colln*, cui ab vrbe primaria nomen. Hanc olim coluerunt *Vbij*; quorum sedes primum fuisse videntur trans Rhenum ditione Marchia & Bergensi Clivensis Principis propria: sed M. Agrippa in citeriorem ripam traductos ad victoris arbitrium ex Strabone constat. Horum ditio a Confluentibus incipiebat, ac etiamnum incipit. Dicuntur & *Agrippinenses* Tacito Histor. 5. Verisimile fit nominis Vbiorum vestigiū servari in pago Coloniæ obiecto (inquit Iunius), quē *Tuijsch* vulgus nominat, olim fortasse, *Te Vbisch*, & contracte *Tubisch*, atque inde *Tuijsch*, vbi nobile exstat & vetustum cœnobium, olim præsidiarium munimentum a Fl. Constantino constructum, & Divitense nuncupatū. Neque veri dissimile videtur nobilem illam primi ordinis sacerdotio aram, a Tacito non semel memoratā, eo loco exstitisse, apud quam *segimundus* (qui perperam Straboni Semiguntus vocatur) Segestæ Sicambrorū Principis filius sacerdos creatus fuerat, quem postea in defectione Germaniarum, Duce Arminio ad rebelles profugum, vittas abrupisse Tacitus scribit. Metropolis est, *Agrippina Colonia* Tacito, *COL. CLAVD. AVG. Agrippinensium* in antiqua inscriptione, quæ exstat in Aldi Ortographia: & *Col. Agrippina Vbior.* in nūmo Claudij; *Col. Agrippina Vbior. Legio XIX* in nummo Vitellij; *Agrippinensis Legio* est apud Ptolemæum: & *Agrippinensis Colonia* apud Suetonium & Plinium. Hodie *Colln*, incolis; *Coloigne* Gallis. Coloniam dictam quidam fabulantur a Colono Troiano; alij, quod Romanorum fuerit Colonia dictam volunt: Cornelius Tacitus de ea rescribit in hunc modum: *Agrippina quo vim suam socijs quoque nationibus ostentaret; in Opidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniam q; deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac forte acciderat, vt eam gentem Rheno transgressam avus eius Agrippa in fidem acciperet.* Ergo virumque nomen *Agrippina* & *Colonia* huic vrbi ab Agrippina muliere datum est; atque ex eo tempore *Colonia Agrippina*, cives vero *Agrippinenses* dici cœperunt. Romanorum deinde viribus sensim contritis ac debilitatis; Galli, *Childerico Rege* ductore, anno Domini CCCCLXII ijs omnibus profligatis & pulsis Coloniam vi occuparunt, eamque ad Ottonis I tempora suis habenis moderati sunt. At verō anno CCCXLIX Otto Imp. Aug. Coloniam armorum strepitu Francis ereptam, Romano Imperio reddidit. A quo tempore in hodiernum vsque diē, libera imperialis civitas extitit. Vrbs ad sinistram Rheni ripam sita, Ambitu magna, forma primum quadrata, nunc semilunari, visu pulchra, splendore & elegantia excellens, Templis celebris, Ædium pulcherrimarum frequentia nitidissime culta, Plateis Vicisque insignis, Hortis Pomarijsque hilaris, Mœnibus Turribusque valida, duplici fossa cincta, Civibus plena, Mercatorum commercijs dives, Mechanicis Artibus nobilis, Academia & studijs liberalibus illustris, atque opulentia sua plerisque Germaniæ civitatibus āteponenda. *Novesium*, alijs *Novesum*, *νεαίσιον* Ptol. Marliano *Nussia*, vulgo *Nuys*, insigne Diœcesios Coloniensis Opidum, IIII Milliaribus ab Agrippinensi Colonia distans. Tacitus Legnorum gentem, Vbijs proximam constituit & in ea *Novesium*. Hæc vrbs a primordio secundis Rheni fluctibus irrigata, sinistrum situ latus illustrauit, donec Fortuna minus propitia, alueum Rheni immutans, vrbemque non lōgo spacio adspiciens, brachium eius vsibus reliquerit. Sunt præterea in hac Diœcesi opida & ciuitates aliquot egregiæ, vtpote *Andernacum*, cuius meminit Ammianus qui sub Iuliano Cæsare militauit, vocatque *Antennacum*, habet autem situm amœnum iuxta Rhenum et inter montes. *Bonna* sita est in planicie amœna, vbi montes Rhenenses qui a Bingio descendunt Rhenumque includunt in planiciem euanescunt. *Sontina*, non ignobile opidum, & *Erula* vicus. Silentio non sunt hic prætereunda Opera publica. Ac primum quidē vt a sacris exordiar, est Colonię maximum Fanum, re ac nomine summum, ex Lapide viuo, admirabili arte elaboratum, D. Petro sacrum, cui si extrema Artificum esset addita manus, nullum omnino vniuersæ Germaniæ Templum, elegantia & magnitudine non superaret, meritoque inter stupenda Europæ adnumerandum esset. Quid de perpolito ac nitido Machabæorum Templo, de XI Millium Virginum Basilica referam? Quid de reliquis Templis & Monasterijs? Quid de *Xenodochijs*, *Nosocomijs*, *Ptochodochijs*, & *Orphanotrophijs*? *Ædes Prætoriæ* hanc vrbem mirifice ornant, quæ magna cum delectatione spectantium, præcelsam & rari operis turrim ostentant, ex quadratis & formatis ad regulam saxis venuste erectam, quæ artificiosissimis statuarum signis circumquaque decoratur, quorum suprema summo tamen in loco posita infimorum proportioni tam apte respondent, vt omnes eiusdem magnitudinis esse videantur. Speculares in apice habet fenestras, per quas visus in omnes civitatis partes panditur. Alia prætereo. Huius porro vrbis Politia florentem Reip. Romanæ gubernationem adprime refert. Etenim si Consulum, Proconsulum, Censorum, Tribunorum, Vigilum, Quæstorum, Annonę Præfectorum dignitatem consideres, si rectum & inflexibilem Iustitiæ baculum, fascium loco, vti vulgo existimatur, receptum: Si Tribuum ordines, Si ciuilem Senatorum authoritatem observes, quasi effigiem & vivum quoddam simulachrum Romanæ vrbis, hanc Agrippinensem videbis Rempublicam; vt non immerito, nativo quodam jure, Romanorum dicatur Colonia. Sed hæc hactenus, ad alia transeamus.

Vrbes.

Opera publica.

Ratio gubernandi.

LEodiensi Diœcesi nomen ab vrbe primaria *Leodio*. Huic vero a cæsa Legione Romana in ea valle, vbi nunc *Leodium*, nomen inditum constanter adfirmat Hubertus Thomas *Leodius*: ipsi quoque indigenę vocant *Liege*, quasi *Legionem* dicerent. Alij existimant nomen habere a riuulo quodam ignobili *Legia*, qui tertio ab Vrbe Milliari ortus, intra vrbem Mosæ commiscetur, Vulgo *L'eneschè du Liege*. Adiacet illi ad Boream & Occidentem Brabantia; ad Ortum partim Mosa, partim Ducatus Limburgensis; ad Austrum Comitatus Namurcensis. Longitudo eius Milliarium Leodiens. xxxr: Latitudo xv. Aere gaudet purgato, temperato & salubri; Agro amœno, fertili, omnibus rebus adfluente; inprimis versus Boream, qua Brabantiæ contermina; ibi Frumenti & omnis generis fructuum admodum ferax est, nonnullis in locis etiam vini. Versus Meridiem vero, qua Lutzenburgum & Galliam attingit, paullo sterilior, montibusq; asperior: & Nemoribus (Arduennæ enim saltus totius Galliæ, auctore Cæsare maximi, hic passim cernuntur reliquiæ) horridior. Hęc facies soli exterior; intus autem & in visceribus, habet Ferri & Plumbi, atque etiam Auri optimi Fodinas, sed Auri parciores. Sunt etiam in Montibus Lapidicinæ ex quibus in Magnatum sepulturas Marmor candidi coloris, quod Ἀλαβαςίτης Græcis appellatur: & varij coloris eruitur. Sunt & sax grandia, fossilia, ad ignem idonea, quæ summo labore, & non nisi cum grandi vitæ discrimine ex altis Montibus, atque etiam sub ipso Mosæ alueo magnis cauernis excauato petuntur, atque in preuincias nostras nauibus deferuntur, pretio in singulos annos excedente summam centies mille ducatorum. Hunc lapidem vulgo vocant carbonem Leodiensem, *Charbon du Liege*: Is vbi semel ignem concipit, paullatim accenditur, oleo restinguitur, aqua vires concipit: Calor ei vehementissimus: quo fit vt Leodienses tria sibi præ alijs gentibus arrogent, panem pane meliorem: ferrum, ferro durius; ignem igne calidiorem. Vsum huius saxi repertum primum asserunt, Anno CIƆCCCVIII, a quodam peregrino, qui Fabro cuidam ferrario eum commonstrauit. Nos non inepte, vt arbitror, possumus vocare λιθάνθρακας. Omni præterea Pecorum genere abundat regio: nec desunt siluæ, opimas quæ præbent Venationes, iucundaque Aucupia. Ioannes de Mandeuille Anglus doctor Medicinæ celeberrimus post multas & difficillimas peregrinationes per orbem terrarum suscepta, negat se vllum locum ostendisse qui magis Leodiensi tractu placeret, propter salubritatem loci, amœnitatem, libertatem, elegantiam, atque alias delitias; itaque regionem istam vulgari prouerbio vocant *Paradisum Sacerdotum*. Hanc regionem ad fidem Christianam conuersam tradunt a S. Materno Patauino, primo Tungrēsium Episcopo circa annum Domini Centesimum primum. Episcopalis enim sedes quæ nunc Leodij est, tunc Tungris erat, mansitque vsque ad annum CCCCXCVIII, quo tempore (quum Hunni Duce Attila in Germaniam irrupissent, & ciuitatem istam vna cum alijs Opidis vastassent) a S. Seruatio Traiectum ad Mosam translata fuit; Mansitque ibidem vsque ad tempora D. Huberti Episcopi, qui Anno septingentesimo decimo tertio, eam Leodium transtulit, vbi etiamnum visitur. Porro a D. Huberto primo Episcopo Leodiensi vsque ad nostra tempora LVII Præsules a Guicciardino numerantur: apud quem plura de his lege. Neque solum hic Præsul Episcopus est verum etiam Princeps Imperij, Dux Bouillionensis, Marchio Francimontij, & Comes Lotensis & Hasbaniæ. Veteres huius Episcopatus Incolæ fuerunt *Eburones*, *Tungri*, *Centrones*, & *Ceræsi*. *Eburones* Straboni, Floro & Cæsari Galliæ Belgicę populi, Treuirorum clientes. Apud Dionem XXXIX Ἔβυροι, *Eburi* populi leguntur, & Ἐβυρονία locus, qui pagus est hodie, & nomen retinet, *Eburo* enim audit. *Eburonates* legitur apud Adonem. Sunt & *Aulerci Eburones* apud Cæsarem, si Hotomanno fides, vnū, non duos populos facienti. *Tungri* τοὐγγροι Ptolemæo, Cæsari & Tacito sunt Germanorum populi inter Tabudam & Mosam habitantes. Horum meminit etiam Plin. lib. *11*; Strabo, Iulius Capitolinus. Eorum vrbs etiamnum *Tongeren*, & nonnullis *Heyen Tongeren* vocatur. Eius quoque nominis memoria exstat in locis quibūsdam Germaniæ, Brabantiæ, Namurci; Nā *Tongrenheim* iuxta Coloniā est: *Tongerloo* in Brabantia: *Tongrin* in tractu Namurcensi. *Tungritanorum* & *Tungricanorum* meminit Ammianus lib. XXV & XXVII. Item liber Notitiarum. Quid si sint Tingri, eiusdem Ptolemæi? *Tungrorum* vrbem antiquissimam *Attuacutum* vocatam, Meierus autumat. *Centrones* Cæsari Neruiorum Clientes, in Gallia Belgica eo loco habitasse contendunt multi, vbi hodie nonnihil mutata voce *Sainct Truden*, id est D. Gertrudis Abbatia, visitur, Leodio sex, a Tungris tribus distans Milliaribus: *Ceresi* Germaniæ populi apud Cæsarem. Nunc *Ripenses* appellantur Hub. Leodio, ubi arx *Cerey* nuncupata, ad Mosam. Occupat iam hæc Regio magnam Lotharingiæ antiquæ partem, continet namque sub nomine suo Leodiensis Dioecesis, *Ducatum Bouilionensem*; *Marchionatum Francimontij*; *Comitatum Hasbaniæ*, aut (*Haspengow*) & *Lotensem*: multasque Baronias, vt vocant. Numeranturque in hoc Tractu, præter Traiectum, cuius media pars Duci Brabantiæ paret, XXIV vrbes muris munitæ, & CIƆIƆCC pagi templis turrigeris ornati, multæque Abbatiæ & Dominia. Vrbium nomina hæc sunt: *Leodium*, *Bolionium*, *Francimontium*, *Loots*, *Borchworm*, *Tungri*, *Hoium*, *Hasselt*, *Dinantum Masacum*, *Stochum*, *Eilsenum*, *S. Trudonis*, *Visetum*, *Tuinum*, *Varem*, *Beringum*, *Herck*, *Bree*, *Pera*, *Hamontium*, *Sineium*, *Fossa* & *Couinum*, vt eas numerat & nominat Guicciardinus. Harū omnium Metropolis est *Leodium*, nonnullis *Augusta Eburonum*, Incolis *Liege*, Teutones *Luyck* & *Luttich* vocāt. Vrbs antiqua, cuius prima auspicia in Ambiorigem magnanimum Eburonum Regem Hubertus Thomas Leodius refert, quo duce indigenæ per insidias obruerunt Cottam & Sabinum, interfecta Legione vna Romanorū, cum V cohortib⁹, quemadmodum id C. Cæsar lib. V Commentariorum suorum de bello Gallico prolixe refert. Alij vrbem arbitrantur esse nouitiam, conditam a D. Huberto Aquitano; cuius sententiæ error manifestissime ex Monimentorum quorundam & structurarum antiquitate conuincitur. Præter *Mosam* & *Legiam* influunt in vrbem alia aliquot Flumina, *Vies*, *Vefes*, *Ambluarus*, ex silua Arduenna orti.

Regio & vnde dicta.

Situs.

Cæli temperies

Soli fertilitas

Animalium varietas.

Vrbes.

LEODIENSIS DIOECESIS TYPUS.
JULIAE DUC. PARS
GELDRIAE PARS.
Scala Milliarium Leodiens.
Milliaria Germanica Communia.
LUTZENBURG. DUCATUS PARS
Dlandt
van
Loon
Kempen
landt.
BRABANTIAE PARS.
GALLIAE PARS.
HANNONIÆ PARS.

Sunt & Fontes illimes & pellucidi tam frequentes, vt multæ privatorum domus binos aut ternos habeant. Vrbs ipsa laxa est montesque & valles aliquot complectitur; Ambitus eius est 1111 Italicorum Milliarium. Ædificia ampla, ac præ cęteris superbum est & magnificum Episcopi Palatium, exstructum a Cardinali Erardo Episcopo Leodiensi. Publicis vero Templorum structuris, sive numerum Ecclesiarum spectes, sive elegantiam, splendorem, divitias, omnes superat non modo Galliæ sed etiam Germanię vtriusque civitates. Octo in ea sũt Templa Collegiata, in quibus divites admodum Canonici; Splendidissimum vero est Templum D. Lamberti, qui tutelæ præest civitatis, Templum hoc Cathedrale est; cuius Episcopus totius ditionis & Diœceseos Princeps, Canonici Consiliarij: sed ad Canonicatum nemo admittitur, qui non sit aut nobili prognatus stemmate, aut alioqui Doctor vel Licentiatus: licetque Canonico (nisi in sacerdotum numerum fuerit cooptatus) resignare beneficium, vxorem ducere, & aliud quodvis munus suscipere. In hoc Templo multa admodum sunt vasa magni pretij, multa ornamenta aurea argenteaque: inter alia, statua est D. Georgij ex puro auro, quam Carolus Burgundię Dux consecravit. Sunt & quatuor Abbatię perquam opulentę, & Bibliothecis instructissimis exornatæ. Parœciæ intra vrbem sunt xxxii cum Ecclesijs totidem. Atque ex his apparet, non immerito a Petrarcha olim scriptum, *Vidi Leodium, insignem Clero locum.* Sermo civibus Gallicus: sed qui ob vicinitatem & commercia Germanorum & Belgarum est depravatissimus. Vrbs ipsa est Imperialis, non alio tamen vinculo, quam quod Imperatori arma in Turcam moventi, teneatur milites aliquot suppeditare, vel pro illis adnumerare stipendium, quo alij conscribi possint. Episcopus jus habet titulumque Principis: tanta tamen libertate & tot privilegijs concessis civitati, vt pene libera videri possit. Habet enim suos Consules, Scabinos, Magistratum. Studia hic olim magno in honore fuere, adeo vt obseruatum sit, vno eodemque tempore Leodij ix Regum Filios, xxiv Ducum, xxix Comitum, litterisartibusque humanioribus operam navasse, præter Baronum & aliorum illustrium virorum liberos, qui plerique omnes Canonici erant Templi D. Lamberti. Hanc vrbem Carolus Dux Burgundiæ Episcopo affini suo opem ferens adversus cives obsidione cinxit, cepit & totam vastavit, quam historiam prolixe describit Philippus Comineus lib. xi cap. xiii. & xiv suæ historiæ. *Bolionii, Bovillon,* Castellum est quarto ab *Ivoy* milliari, decimosexto a *Leodio* in montis vertice mirabili artificio exstructum: sedes Ducum Buillonensium. Ab hac nomen habuit *Gotefredus* Dux Lotharingiæ, qui anno CIƆXVI in Consilio generali celebrato Claremontij in Arvernia, vna cum fratribus Eustatio & Balduino sacram militiam suscepit adversus infideles, pro recuperanda Terra Sancta. Quo tempore Illustris ac vere generosus Heros vt esset ad militiam illam expeditior, Sperto Episcopo Leodiensi Ducatum illum vendidit, maiore gloria vendentis quam ementis. Huius virtute Anno CIƆIC capta sunt a Christianis Hierosolyma. Ei cum ab exercitu ob præclara merita regnum Hierosolymitanum cum corona offerretur, negavit (en Principis Christiani pect?) se aureã coronam aut Regiũ titulum eo loco suscepturũ, in quo Servator humani generis coronam spineam tulisset. *Francimontium* olim opidum fuit muro clausum, nunc muris disiectis patet: in eo Cardinalis Erardus, quem antea retuli, munimentum exstruxit. Abest Leodio IV milliarib', estque titulo Marchionatus insignitum. *Tutni* (pagus hic est Francimontio proximus) metalla sunt Plumbi optima, & in montibus vicinis lapidicinæ marmoreæ. *Tungri* tribus mill. absunta Traiecto Mosæ, (*Maestricht*) totidem a Leodio: civitas eorum *Tongren* hodie appellatur, sita ad fluuium *Iecher*, nomen habet a Tungris Germaniæ populis, qui relicta patria primi Rhenum traiecerunt, & has sibi delegerunt sedes. Vrbs est omnium Brabantiæ civitatum antiquissima. Ab hac vrbe vsque Lutetiam Parisiorum iter est Milliar. Italic. cc. quod totum iter lapide constratum fuit, exstantibus etiam nunc eius viæ reliquijs manifestissimis. Argumentum summæ antiquitatis est Templum Hercules intra vrbem, cuius statua ante portam, etiam hodie conspici potest. *Hoium, Hoey,* habet appellationem a riuulo impetuosissimo qui hoc loco in Mosam præceps fluit, distat Leodio v mill. Quarto milliari a Leodio ad Demerum Opidulum est *Bilsen*, & extra illud pagus *MunsterBilsen*, in quo Abbatia nobilium Virginum, quæ Monocerotis cornu integrum longum pedes vi cum dimidio adservare dicitur, donum filiæ cuiusdam Ducis Britanniæ. Tertio milliari a Tungris vrbs est *S. Trudonis*, vulgo *Sainct Truden*, *Centronum*, vt quidam arbitrantur sedes, quorum frequens apud Iulium Cæsarem mentio. Vno milliari a Leodio pagus est *Eburo*, quæ Eburonum caput fuisse creditur. Traiecti partem, vt et hoc obiter addam, huic Diœcesi accessisse ex donatione Pori, cuiusdam Lovanienſis Comitis, scribit Placentius. Reliqua Opida brevitati studens omitto. Fluminibus vndique rigatur hæc Regio, quorum maxima pars Mosæ miscentur, *Legia*, sive *Legio*, *Vtes*, *Vefes*, *Ambluarus*, *Ieckel*, *Hoy*, *Vesera*, *Vl*, *Voer*, *Vrt*, ac nonnulli alij ignobiliores rivuli: reliqui per Demeram ad Scaldim deferuntur; vti sunt *Ratbeck*, *Stimmer*, *Herck*, *Hesp*, Amnes limpidissimi, qui piscium fluuiatilium genus omne abunde subministrant. In civitate Tungrorum fons fertur fuisse, de quo C. Plinius lib. xxxi cap. ii. *Tũgri civitas Galliæ, Fontem habet insignem, plurimis bullis Hillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus intelligitur: Purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorumque vitia. Eadem aqua igne admoto turbida fit, ac postremum rubescit.* Ac de hoc fonte litigant inter se viri docti. Alij contendunt esse adhuc intra vrbem: alij (quibus adsentitur accuratissimus Scriptor & qui huius rei fidem singulari cura experiri voluit Lud. Guicciardinus) extra eam, sesquimilliari a Limburgo, V Mill. a Leodio, VIII a Tungris, iuxta *Spa* vicum, in nemore quodam amœno & iucundo, parte Siluæ Arduennæ. Huius fontis mirabilis efficacia in morbis desperatissimis, phthisi, hydrope, febribus atque alijs. Montibus etiam Regio hinc inde attollitur, in quibus divites Fodinæ, de quibus supra. Silvis etiam passim vmbrosa, Arduennæ portiones sunt Silvę Iulio Cæsari celebratissimæ. Eius Portiuncula Comitatui Namurcensi vicina *Saltus Marlignianus* dicitur. Atque hæc hactenus de Diœcesi Leodiensi: nunc ad reliqua pergamus.

Flumina.

Mõtes.

Silva.

COMITATVS MVERSENSIS

SIVE DE MVERS,

cum Regionibus circumiacentibus.

IN hac Tabula quæ *Comitatum Muersensem* vna cum Regionibus, Vrbibus & Fluminibus, quæ potissimum hunc Comitatum ambiunt, graphice delineatum exhibet: eas duntaxat regiones describemus quas alibi non descripsimus; has videlicet; primum *Comitatum* ipsũ *Muersensem*, deinde *Ducatum Clivensem*, vltimo loco *Iuliacensem*. *Comitatus Muersensis* sive *de Muers*, vulgo *Graefschaft Murs*, ab Opido cognomini nomen appellationemque accepit. Ad Ortum Ducatum respicit Bergensem & Comitatum Markensem; ad occasum Gelriam: qua Meridies est Diœcesim Coloniensem & Ducatum Iuliacensem; qua Septemtrio Cliuensem. Ager vtcumque fertilis frumenti, ac pascuis lætus. Opidum huius Comitatus est *Muers* quod regioni nomen suum communicat, e regione Duisburgi, haud procul Rheni sinistra ripa situm. Et hæc de Comitatu Muersensi, ad Ducatum Clivensem venio. *Comitatus Muersensis. Situs. Opidum.*

Ducatus Clivensis appellationem traxisse creditur a *Clivis*: exstatque eius nominis Opidum, de quo infra, ad Rheni ripam in tribus cliuosis Collibus exstructum. Huius vero nominis rationem aliam affert Robertus Cænalis, de re Gallica lib. II. periocha III. Aiunt, inquit, eos qui hodie Cleuenses dicuntur sic appellatos, a clauis quas gestabant Guinenses jussu Rodolphi: quasi dicas Clauenses, qui clavas gestarent, nunc vero Cleuenses. At nobis prior ratio magis probatur. Terminatur ab Ortu Ducatu Bergensi, Comitatu Mar. chiæ, ac VVestphalia, a Septemtrione Comitatu Zutphaniensi, Transisalano tractu, ac Batauia; ab Occidente Gelria & Leodiensi tractu: a Meridie Coloniensi & Aquisgranensi ditionibus. Regio ipsa bono & salubri aere gaudet: Agro fertili frumenti, ac lætis pascuis. Varij generis videre hic est animalia: atque alibi feras varias, Apros, Meles, Vulpes, Lepores, Cuniculos, Ceruos, Feles, & Equos siluestres: Palumbium aliarumque Auiũm frequens Aucupium, inprimis Perdicum, Turdorum, & Coturnicum; Annates innumerabiles, omnium denique rerum quæ ad vitam pertinent largam copiam. Ferunt autem *Aelium Gracilem* quum opibus & potentia floreret in Gallia Belgica, donatum a Pipino & Carolo Martello ea parte Batauiæ, quæ nunc *Clivia* dicitur. Successere ei ordine *Theodoricus, Reinhaldus, Rudolphus, Ioannes, Robertus, Balduinus*, alijque vsque ad *Ioannem* qui ab *Aelio* fuit XXVII. In hoc desijt familia. Cooptatus tamen ab Imperatore & provincialibus in jus Familiæ *Adolphus*, qui Constantiensi Consilio a Sigismundo Imperatore *Dux Clivia* dictus est. Habet autem Ducatus iste in ora Gallica Opida ista: *Xanthum, Santen*, Opidum in sinistra Rheni ripa, olim *Traiana Colonia*, Pighio, *Vetera*, Pyramio, & plerisque alijs; vetustatis ac antiquitatis multum præ se fert, quod testatur tophus lapis incolis *Duymkeen* dictus, ingenti ibidem copia ex antiquis ruinis collectus. Dum enim arua aratro proscindunt Agricolæ, magnos huius lapidis acerbos studiose congestos, Brabantis ingenti lucro vendunt, quo cœmentum ipsi conficiunt, cuiusmodi nusquam alibi reperiri persuasum est, *Darait* vocant: eo siquidem Aquæ ductus & Canales, nonnunquam integras cellas subterraneas, vt ab aquarum eruptione tuta sint, & quicquid tandem solidum ac maxime obturatum cupiunt, collinunt: quauis enim calce indurata hæc materia solidior est. Est autem lapis is subcinericius, cauernosus ac durissimus, ex quo hoc loco a Romanis aliquot insignes structuras, ædificia seu propugnacula erecta fuisse, quæ postmodum injuria temporum vastata ac destructa sint, suspicio est, quod ibidem non nascatur, verum aliunde importatus videatur. *Buricbium, Burich*, Opidulum e regione VVesaliæ situm, felici Agro & lætis pascuis gaudet. *Cliuia, Cleve* Prouinciæ caput est, Opidum celebre & vetustate summa, non procul a Rheni ripa, & ab eius divortio, vbi expandere suos ramos, & Batauos in Insulam incipit redigere. Cuius amplitudo magna fuit quondam, sicut ex ruderibus in Agro vicino passim apparentibus colligitur. Nomen ei Cliuia quod in tribus clivosis collibus pendulum versus Rhenum panditur. Discrepat vnius duntaxat vocalis mutatione lingua popularis qua *Cleve* nunc opidum, vt & clivus omnis appellatur. Imminet Rheno in eminentissimo trium Collium, quadrata turris prealta lataque, cum arce longe conspicua, quam tradunt a C. Iulio Cæsare bello Gallico constructam esse, velut propugnaculum eius ad ripam vicinitatis adversus Germanos. Quod ipsum in atrio Palatij Maiore Principum iussu adnotatum legitur his verbis. ANNO AB VRBE DCXCVIII. C. IVLIVS DICTATOR. HIS. PARTIBVS. SVBACTIS. ARCEM CLIVENSEM. FVNDAVIT. Nunc Illustrissimi Iuliacensis, Cliuensis & Montensis inclyta sede, Collegio Ecclesiastico, & amabili Incolarum humanitate memorabile est. Situ peroportuno excellit, inde enim vicina pabulosa in loca, librata planicie, læta virentique gramine tecta, quam longissime patet prospectus: potissimũ vero e turri altidudine conspicua, quæ a cygno versatili ventorum indice nomen habet. *Calcaria* Opidum in Insula Rheni & Belgica Batauia a Comitibus Cliuensibus, primitus exædificari cœpta, vt præsidium esset ac tutum refugium ab incursionibus Coloniensium ac Gelrensium vicinorum, quibuscum ipsis frequentia bella gerebantur. Nomen accepit ab antiquissimo castro *Calcar*, a quo trans Insulam hanc ad vlteriorem Rheni ripam erat traiectus. Lanificio & coctione Cervisiæ quæ istinc ad finitima loca transferebatur, potens ac diues facta, haud mediocriter creuit. Nunc vero quasi penuarium est omnium fere contiguorum locorum, eo quod isthuc singulis septimanis frumenta sua Coloni diuendenda frequentissime conuehant. Supra Calcariã loco quẽ vocãt hodie *Auf den haern*, creditur Cæsar Germanicus Rhenum ponte junxisse, quum a Veteribus Castris in *Marsos* tenderet, quos nunc vocamus *Tiwentanos* mutato nomine, tametsi Opidulum *Otmaer-* *Ducatus Clivensis vnde dictus. Situs. Aeris tẽperies. Animalium varietas. Soli fertilitas. Imperium Maiorum. Opida.*

sem

REGIONVM
Vrbium et fluminum quæ potissimũ Constantinus Mũs ambiunt breuis descriptio.
Die Zuider Zee
Friesl. contis ma
Hol: lan: die
pars
GEL
DRIA
DVC
falig
pars
BRABAN
TIA
DVCATVS
LEODS
ENSIS
EPIS
COPE
NAMVR
TVS
Lutzenburgi pars
Gallia pars
Marc Comit pars
Berg Ducatus pars
Treuirensis pars
Mediterraneum Germanicum

MVRS Comitatus
pars
Cleuia
HERSCHAFT
Col
pisch
Die
GRAFSCHAFT
MVRS
Vogtey
MVRS Oppidum et Arx
Duysburgh
Montis pars
Stift
CRACOW
Coln
Meridies

sen veteris appellationis servet vestigia. *Griet* sinistram Rheni ripam tuetur: hanc ex eadem parte sequitur *Griethusum* in principio agri Batauorum iuxta Lobecum vetustam arcem, quam cursus extremitatem seu angulum dici volunt, *Loop* enim cursum nobis sonat, & *Eck* angulum significat: ibidem Rhenus scindit se bifido cursu in diversa labens. In Ripa Germaniæ sunt *Vesalia* de qua in descriptione V Vestphaliæ. *Duisburgum*, sive *Teutoburgum*, veteris Germaniç Opidum ad ripam olim fluminis Rheni inter Ruram & Angram Amnes situm. Clarum semper fuisse, cum maxima ędificia, tum historiarum etiam Monimenta declarant. Ob nundinas etiam celebres negotiationesque mercatoribus frequentatum fuisse, indicant Rerum Flandricarum Scriptores, qui priuilegia quædam veudendi merces Duisburgi a Friderico I Imp. Negotiatoribus Flādriæ, per philippum Alsatium Comitem Flandriæ, impetratas fuisse adnotarunt. *Embrica* incolarum et ædium frequentia, & Schola, quam optime instituta concinnum; vulgo *Emmerick*, *Asciburgium* Taciti Scholiastis. Id autem non vacare errore Nevvenarius docet. Atque hæc de Clivia: restat paucis explicandus *Iuliacensis Ducatus* vulgo *Iuliers* seu *Gulick*. Nomen illi ab Opido *Iuliaco*. Situs est inter fluuios Rhenum & Mosam, idem pene qui Cliviæ, nisi quod hæc Septemtrionalior ille Meridionalior sit. Conregionales enim alioqui eosdem habent. Regionis aër bonus & salubris; ager vtcunque fertilis frumenti, omnis generis, quod ponderosũ valde est. Profert quoq; *Isatim* herbã tinctorum, vulgo *Waid*, quæ accolis magnũ quæstũ reddit: estq; pascuis lætus, Vinum vero haud gignit. Sunt hic permulta domestica animalia, & imprimis equi optimi. Principes Iuliacenses ab Eustathio Gotefridi Bilionei fratre ortum ducere existimantur. Cæterum Iuliacensis ditio Comitatus olim fuit, & Anno CIↃCCCXXIX a Ludovico Imperatore in Marchionatum evectus fuit, ac deinde XXX post annis a Carolo IV in Comitijs Metensibus fuit erectus in Ducatum, id quod Cuspinianus sub titulo huius Imperatoris ostendit. Primus autem Marchio qui & postea Dux *Guilielmus* IV. Huius Filius *Guilielmus* patri successit in Ducatibus Iuliacensi & Gelrensi. Hic quum ἄπαις obijsset, successorem reliquit *Raynoldum* fratrem. Eoque mortuo sine hærede relicta eius vxor Affini suo *Adolpho Bergensi* nupsit, qui factus est Dux Iuliacensis & Bergensis. His sine liberis mortuis, factus est *Guilielmus* Dux Iuliacensis atque Bergensis, genuitque filium nomine *Gerardum*, in paterna ditione successorem. Gerardo natus filius *Guilielmu*, qui vnicam filiam suam tradidit vxorem, Ducis Cliuensis vnico filio Ioanni; sicque ttes Ducatus, Bergensis, Iuliacensis, & Cliuensis in vnam redacti sunt ditionem. Genuit autem iste Ioannes filium Guilielmum, qui quartum Ducatum, nempe Gelrensem, junxit tribus Ducatibus, Clivensi, Iuliacensi & Bergēsi, sed excitato bello Anno CIↃ IↃXLIII victus a carolo V, sua ditione spoliat' fuit, ac deinde rurſ' ea certis cōditionibus donatus, præter Gelriam tamen, ducta vxore filia Ferdinandi Rom. Regis. Primaria eius vrbs quæ & Ducatui nomen dedit, est *Iuliacum*, vulgo *Gulich*, cuius etiam in itinerario meminit Antoninus, situm est ad Ruram fluuium. A Iulio Caroli Brabonis filio conditore suo, nomen accepisse fabulatur Amandus Zyricæus. Alij putant a Gugernis populis, quos ibi antiquitus consedisse ferunt appellationem sumpsisse. Oppida præter Iuliacum sunt *Marcodurum*, vulgo *Duren*, civitas ex eo tempore illustrior & notior facta, quo gravissimam Caroli obsidionem pertulit. *Monasterium Eyphalea* oppidum amœnum inter montium convalles haud procul ab Eruatis fluuij fontibus; *Euskirchia*, *Berchemum*, *Castrum*, vulgo *Cafter*, a magnifico castro quo munitum est, *Grevenbroick*, *Sladbach*, *Dalen*, *Wassenberg* opidula sunt. Arces frequentissimas habet, quę Nobilibus & Equestribus familijs nomen dederunt, *Palant*, *Meroden*, *Renschenberg*, *Nesselroden*, *Wachtendunc*. Est etiam *Baronatus Wickradiensis* Arcem habens munitissimam, *Quadorum sedem*. In hoc ipso tractu sita est vrbs Aquensis, *Aquisgranum* recentioribus, ἐπίσημος Ptolemæo in qua *Legio* XXX *Vlpia*; Sed apud Antoninum est XX & *Legio* XXX *Vlpta* alius huic loco vicinus. Lhuithprandus *Grani Palatium* vocat. Rhegino *Thermas Grani* & *Aquis Palatium*. Sæpius etiam *Aqua* simpliciter ab illius seculi scriptoribus nuncupatur: vulgo *Aken*, Germanis *Ach*, Gallis *Aix* dicitur. Vrbs est nobilissima, Aere fruitur saluberrimo, agroque gaudet pulcherrimo, quanquam quod ad ędificia structurasque attinet, nequaquam veteri famæ, nobilitati, splendorique respondeat. Balnea thermasque tam intra vrbis Mœnia, quam extra, e terra erumpentibus aquis natura calidis habet, multisque ac varijs morbis adprime vtiles. Estque hęc vrbs sede Caroli Magni qui hic obijt & sepultus est, celebrata. Fluuios habēt hæ regiones præter Rhenum *Ruram*, siue *Roram* qui ad Vbiorum Opidulũ, *Roerort*, quod finem Roræ sonat, Rheno miscetur, vbi videre est duorum fluminum concurrentium euidētissimum discrimen, quorum hoc viride, illud subalbum apparet. Et quidem, vsque adeo tortuosus est Rora, tantisque ambagibus fertur, vt propemodum ipse Mæander videri possit: tam autem violentus est, & vehementi cursu fertur, vt quandoque per arua viam rumpat, adeo vt breui temporis spacio duo vel tria jugera alluuione hinc adimat, illuc adijciat; vel contra, paulo post solum quodcumque inundat, calculis implet, atque corrumpit: *Nersam item*, *Lupiam*, *Angram*, *Duselum*, *Erffat*, *Nirsi*, *Vormium*, & alios. Hi tantam vim piscium proferunt, vt alicubi incolis tenuioris fortunæ, magnam victus partem suppeditent. Nec Silvæ desunt, inter quas, illa quam Tacitus *Saltum Teutoburgensem* vocat, Duisburgo vicina, quod cingit plusquam medium, quibusdam in locis vix quatuor, aut quinque balistarum jactibus distans, vastissima est, & amplissima, in qua innumeræ feræ conspiciuntur. Riuulos habet plurimos, & limpidissimos, montes sunt excelsi, arboribus prælitis circumquaque vestiti. Nascuntur vulgo tam in silua, quam in circumjectis campis Majorana, Thymus, Buglossa, aliæque herbæ hortenses, & quæ Chirurgis vsu veniunt. Altera silvæ pars Rheno flumine, altera Rora terminatur. Sed de his hactenus.

Aeris tēperies.
Soli fertilitas.
Animalium varietas
Imperium Maiorum.
Vrbes & Opid.
Silva.

VVALDECK
COMITATVS.

Qui hanc tabulã primus descripsit & ædidit, Iodocus Moers à Corbach duos nobilium ordines sub Comite VValdeccio enumerat, vnum liberum intra Comitatum commorantem, alterum tam extra, quàm intra Comitatum feudo Comiti astrictum, hos ergo ordines, cùm nihil præterea habeam, hic adnumerabo, & quæ illorum domus tabulæ insunt, indicabo.

Stemmata *Nobilium liberorum intra Comitatum sunt Virmundt 30 31: 51 2. Meissenburg, Gogreben, Zertzen, Volmerichausen 30 50: 51 26. Dalwig 30 6: 51 13. Eppe 30 27; 51 11. Rodehausen, Reen, 30 29: 51 4. Sconstat, Hertinghausen, Twist 30 41: 51 19. Hanxtleden, Geismar 31 4: 51 9. Koman, Dorfelt.*

Stemmata *feudatariorum tam extra quàm intra Comitatum. Witstein, Reitesel, Spiegel, Calenberg, Westfal, Canstein, Malspurg, Lebenstein 30 54: 51 2. Mengersen, Mescheden 29 56: 51 19. Beinenburg, Papenheim, Wulffs 30 13: 51 25. Volkenberg, Vrf. 30 57: 51 3. Iuden.*

Meridiani distant ratione Paralleli. 51 15. ad circulum maximum.

VVALDECK COMITATVS.

AD Mercatorem redeo, apud quem sequitur *Waldeccia* vel *Waldeccensis Comitatus*, vulgo *Graffschafft Waldeck*. Nomen habet ab Vrbe VValdeckia; estque Hassiæ non minima pars. Coniacet illi ad Orientem quidem Hassia; ad Septemtrionem Episcopatus Paderbornensis; Occidentalior pars Dioecesim respicit Coloniensem: Longitudo & latitudo Comitatus est VI Milliarium. Solum, fertili campo, apricis collibus, irriguis amnibus felix; frumentum profert magna copia, & vinum: Metalla gignit varij generis, Aurum, Argentum, æs, Ferrum, Plumbum, Argentum viuum, Alumen, & Salem. Circa VVildungam enim vrbem, Arcemque Eisenburgum pleraque hæc e terræ visceribus rara felicitate effodiuntur. Sunt & saxa grandia, fossilia, (qualia in Episcopatu Leodiensi) ad ignem idonea; Germanis *Steinkolen*, his ignem focũque tanquam carbonibus fouent. Varij generis producit animalia, magnamque in Siluis Ferarum copiam, quæ ad venationes frequentes incolas exstimulant. Originem autem Comitum VValdeccensium, a *Widechindo* Comite in Snalenberg, quem *Carolus Magnus* Ecclesiæ Paderbonensis, a se primum fundatæ, Aduocatum id est, (si vera est *Aduocati* interpretatio, quam Iac. Meyerus alijque asserunt) ciuitatis Principem constituit, arcessiunt. Quod ius ex posteris quidam *Widechindus* Comes VValdeccensis, cum Friderico Barbarossa in Asiam profecturus, acceptis ccc argenti Marcis, collegio remisisse scribitur. Nec vero continua superiorum Comitum familiæ series adnotata quod sciam, exstat. Itaque ab Henrico Ferreo, qui Corbachiam antea liberam, imperio Comitum primus subiecit, series ad nostra tempora deducta adscribitur. *Henricus Ferreus* Arcis Landoię conditor, Corbachiam Anno CIↃCCCLXVI die XI Martij oppressam, sibi parere coegit. *Henricus*, Fridericum Ducem Brunsvicensem electum Imp. ad Frislariam interfecit Anno CIↃCCCC, vxor *Elizabetha Bergensis*. *Henricus* cœpit anno CIↃCCCCX sexennale bellum cum Patibergijs, finiuit CIↃCCCCXVIII. Patrocinio Ludouici Hassiæ principis se primus subiecit Anno CIↃCCCCXXVIII. *Wolradus* Comes a VValdeck, ab Episcopo Mogũtino, Frislariæ, & alijs, quæ in Hassia tenet opidis præfectus CIↃCCCCXXXIIII. *Philippus* I. *Philippus Philippi* I filius, Vxor *Anna* filia Ioannis II Ducis Cliuensis. *Wolradus* II pius, doctus & humanus; præses colloquij Ratisbonensis Anno CIↃIↃXLVI, mortuus Anno CIↃIↃLXXVIII. *Iosias* natus Anno CIↃIↃLIIII mortuus anno CIↃIↃLXXXVIII. *Christianus* & *Wolradus*, Comitis Iosiæ filij. Vrbs primaria *Waldeccia*, vulgo *Waldeck*, quæ regioni nomen dedit, arce prædita, quam *Edera* fluuius adluit. Sunt & *Asinchusa*, *Dudinchusa* Opida; *Landauia* vrbs cum adiuncta Arce: *Mengerhusa* vrbs quoque cum Arce, Comitum hodie sedes, duobus a Waldeccia milliaribus distat; *Rodenum* vrbs & Arx, in cuius territorio venationes sunt frequentes. *Wetterburgum* Arx locus adspectu & positu peramoenus, inter Tvvistam videlicet & Ahram fluuios sita; *Wildunga* vrbs quæ nouo & veteri nomine ac loco distincta est; iuxta quam Fodinæ Metallicæ; ex quibus magna vis Auri, Æris & Ferri quotidie eruitur. Sunt & hic fontes acidi ad quos variarum regionum ægri ante annos aliquot solebant confluere. Coquitur hic etiam optima cereuisia, qua prestantiorem non habet hæc regio. *Frienhagen* Carolini iudicij sedes; *Saxenhusen*, *Saxenberga*, *Furstenberga* opida; *Eisenburgum* Arx, cuius ager vt VVildungę, Aurum & Ferrum suppeditat: quo λιθάνθρακες quoque effodiuntur; *Filhusia* Arx situ spectabilis, ab Vrba amne diuiditur; *Corbachia* vrbs munita; Auri fodinarum ad eam, ante trecentos annos mentionem fecit Albertus Magnus, & quidem de Auro ibi effoso, cum igne probatur ac purum redditur, minus quam de Boemico, vllouealio consumi adfirmat. Nec vero hodie venæ illæ prorsus exhaustæ sunt; nam haud procul Corbachia ex arena sepiusculè lota aurum abstergitur. *Neuburga* Arx & Opidum; *Ither Arx*; & *Werba* Monasterium. Regio hæc fluminibus irrigatur varijs (inter quos agmen primum merito ducit *Edera*, qui Tagi Hispaniæ, Hebri Thraciæ, Pactoli Asiæ æmulus, aureas quoque vehit arenas, tum & Piscibus siquis alius refertissimus, mediam fere Provinciam VValdeccensem secat: ex Nassauiæ Montibus per Comitatum VVitgenstein ad Francobergam adlabens, & Arcem VValdeccensem præcipiti rupe conspicuam, in ima valle altissimis vndique Montibus septam, adluens; Frislariam Hassiæ Opidum præterlapsus recepto Sualma, in Fuldam supra Cassellam, atque inde in Visurgim se exonerat. Sequuntur *Dimila*, *Twista*, *Vrba*, *Ahra*, & *Ither* amnes. Nec Montes desunt, inter quos qui vernacule dicuntur *Grunebeckerberg*, *Winterberg*, *Den Altenberg* cum alijs qui in Tabula Mercatoris cernuntur. Sunt & Siluæ in hoc tractu frequentes, *Alde Waldt*, *Weter holt*, *Geppenhage*, *Plat*; alias prætereo, quæ passim per hunc Comitatum hic ibi sparsæ. Atque hæc de VValdeccensi Comitatu hactenus, ad Palatinatum Rheni transeamus.

Regio & vnde dicta. *Situs.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Imperium Maiorum.* *Vrbes.* *Flumina.* *Montes.* *Siluæ.*

WALD
ECK
Comitatus
Paderbor
nensis Epis
copatus pars
Colonienſis Dioc
ceſis pars
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio

PALATINATVS RHENI.

Sextus Circulus Imperij est quatuor Electorum.

Electores.	Ciuitates liberæ.	Principes & Domini.
		Palatinatus cum suo territorio.
		Co. Naßau, & Beilstain 28 41: 50 8.
Comes Palatinus Rheni	*Mentz.*	*H. Reifferscheidt 28 5: 50 30. tab. Lutzb.*
Mens Archiepiscopus	*Coln.*	*H. Rheineck 28 49: 50 31. tab. Lutzb.*
Trier Archiepiscopus	*Trier.*	*Teutsch Ordens Herr in Coblentz.*
Coln Archiepiscopus	*Gelenhausen 30 45: 50 5.*	*Abb. S. Maximini proximè Trier.*
		Præpositus Seltz 29 48: 48 44.
		H. Nider Eisenburg 29 7: 49 45.

Meridiani separati sunt pro ratione paralleli 49 20. ad circulum maximum.

PALATINATVS RHENI.

VValdeccia succedit in mea Methodo *Palatinatus Rheni*, vulgo *die Pfaltz*. Hanc nobilem Germaniæ partem nonnulli a Palatio Rheni nomen accepisse; Alij a Caroli Magni institutione; alij a Palatio Treuirensi sic nominatam volunt. Beatus Rhenanus conatur probare ex Ammiano Marcellino, Palatinatus ditionem & nomen a Palas Regione descendisse. Scribit enim Ammianus in hunc modum: *Constituto ponte prope Moguntiacum, cohortes transgressæ sunt Rhenum, in regione Capellatiana, quæ a Palas nomen habet, castra sunt posita.* Et alibi: *Quum ventum esset ad regionem cui Capellatij vel Palas nomen est, vbi terminales lapides, Romanorum & Burgundionum confinia distinguebant, castra sunt posita.* His subijcit Rhenanus: Hic aduertere licet principem Palatinum non a Palatio Cæsaris, vel ædificiolo illo quod in Rheno ostenditur, nomenclaturam suam possidere, sed vetustissima a Regione esse natam adpellationem. Hæc ille. Sed cum plures, aliorumque Locorum Comites Palatini, in historijs recenseantur, hodieque etiamnum sint; hanc de Etymo Palatini, sententiam plerique reijciunt. Huc accedit quod ante cccc annos, neque castra, neque Opida in hac regione, vbi hodie habitant, habuerunt: sed intra hos annos quicquid locorum iuxta Rhenum habēt, vel emerunt, vel armis adquisiuerunt. Plerisque magis adlubescit, si a Palatio Comes Palatinus dicatur. Qui dignitatis & claritatis ordo velut senatorius iam olim sub Imperatoribus esse cœpit. Hinc qui in Comitatu Palatij præsto essent Principi, Palatini vocabantur. Habet hæc Regio ab Occidente Zvveibruckensem Ducatum: qua Oriens est occurit Franconia & VVirtembergensis Ducatus: qua Septemtrio, partim Moeno flumine, partim extrema Silua quam Ottonicam vocant, terminatur: Alsatiam attingit a Meridie. Tractus hic vniuersus amoenitatè, fertilitate, & vbere omnium Rerum copia vix vlli Germaniæ parti cedit. Montes plerique vitiferi sunt, vinumque prestantissimum proferunt, alijs remotioribus locis expetitum: ijdem ad Boream Castaneis referti. In agris copiosa frumenti Seges, Tritici, Siliginis, Hordei. Nec desunt Pomaria, & Horti omnium felicium arborum genere consiti, qui passim in hac regione plurimi visuntur, magna pomorum vbertate scatentes. Inter VVormaciam Heydelbergam, Neostadium, Crucenacum, Oppenheimum generosissimæ sunt vites: Imprimis Pfettershemij, cuius bonitas cum Setijs, Falernis, Cæcubis certare possit. Siluę etiam & Montes referti sunt feris, potissimum Cetuis. Quin & incolæ plurimos in Siluis nutriunt Hircos, Hoedos, & Capras, eo quod hæc Animalia potius siluestribus delectantur saltibus quam pratis. A carpendo enim Capræ dicuntur, ideoque in lege locationis fundi excipi solet, ne Colonus Capram in fundo pascat. Prope Heydelbergam est magna copia Ardearum, ibique in Nemore nidificant. Est autem auis aquatilis, quippe quæ vivit ex aqua, & tamen horret pluuias aliasque tempestates, quas in sublime volans evitare conatur, iuxta illud Virgilij: *Atque altam supra volat Ardea nubem.* Vocatur etiam ob id Ardea, quod ardua suo volatu petat. Ponit nidum suum in altissimis arboribus, oditque natura Accipitrem fringillarium seu Nisum, sicut vicissim Accipiter exitium illius continuo quærit. Decertantes autem in sublimi aere, vterque id vnum conatur, vt alterum adscendendo superet. Si Accipiter altiorem obtinuerit locum, impetu quodam obruit hostem atque extinguit. Sin Ardea superior fuerit, excremento suo fœdat Accipitrem, atque interimit. Nam stercus eius Accipitri venenum est. Computrescunt enim inde pennæ eius. Sed ad rem. Fuerunt ab initio Palatini Palatiorum Prefecti, præsertim in Curijs Imperatorum, quos Franci olim *Maiores-domus* vel *Palatij* vocauerunt. Quando autem ditio Palatinatus Rheni fuerit instituta, & vbi locorum Palatini Rheni ante quadringentos & quingentos annos se continuerint, non licuit mihi inuestigare, varię

Regio & vnde dicta.

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium Maiorum.

PALATINATVS
Rheni
Alsatiæ
pars
pars

enim hic hominum coniecturæ. Sunt qui aiunt primos Palatinos simplices fuisse nobiles, vsque ad tempora Ottonis *III*, quando Principes Electores fuerunt constituti: tunc enim illis maior dignitas fuit constituta. Primus Palatinus Elector fuit *Henricus*, qui cum ceteris Electoribus Anno CIↃIII Imperatorem cõstituit D. Henricum. At vbi suam habuerit curiam, cui præsederit regioni, quos audientes habuerit populos, ipse & aliquot eius successores, a nullo inueni scriptum, inquit Munsterus, nec Principes ipsi qui hodie præsident Palatinatui id sciunt, nisi quod quidam, sed sine certo testimonio, putant Principes Palatinos olim VVormaciẽ consedisse, & magnam in ea vrbe habuisse iurisdictionem. Hoc constat, Conradum Ducem Frãconiæ anno CCIↃXLII suam sedem VVormaciæ habuisse, de Principe Palatino nihil tale inuenitur. Sedes hic olim *Intuergorum*, *Nemetum* etiam & *Vangionum*, vt nonnulli opinantur. *Intuergi*, ἰντέργοι Germaniæ populi: Hos Peucerus in Palatinatu constituit circa Heydelbergam, quẹ regio etiam *Capellatium* & *Pallas* vocata fuit, vt supra ex Marcello retuli. *Nemetes*, Νέμητες Ptolemæo & alijs, Germaniæ ad Rhenum populi, finitimi Metensibus, Argentinensibus, VVormaciensibus; *Spier* hodie vrbs Episcopalis in Germania B. Rhenano. *Augusta Nemetum* hæc Aethico. *Vangiones* οὐαγγίονες, Ptol. itidẽ Germaniæ populi ad Rhenum: *Wormbser Büsthumbs* B. Rhenano & Lichtenauio. Sed contra affirmat Pirchaymerus, *Vangiones* esse *Spirenses*, *Nemetes* vero *Wormacienses*. Rationem addit Irenicus, nempe quod Ptolemæus, qui in descriptione Rheni solitus sit a Meridie in Septemtrionem decurrere, primum meminit Vangionum, deinde Nemetum. Sig. Gemblacensis tamen, qui ante annos scripsit circiter quingentos, VVormatiam Vangionum vrbem vocat. VVormatiam vrbem olim vocatam *Vangionum* speculam, ex antiqua ibidem inscriptione, colligit quoque Ioannes Heroldus. *Vaingen* interpretatur Lazius. Sed hos potius *Vargiones* putat Ortelius. Pagi, Arces, Municipia in hoc tractu permulta varie diffusa sunt. Vrbes memorantur XLVIII, quarum Caput *Heydelberga*, Principis Palatini sedes. Nomẽ habet vel a gentibus, hæ enim Germanis dicuntur *Heyden*: vel a Myrto, quem ijdem vocant *Heydelbeer*, atque ob hanc caussam eruditissimus Melissus eam vrbem appellat *Myrtilletum*. *Durlacum*, cuius meminit Abbas Vrspergẽsis Pyramio est; quod alijs *Durlach*, & rectius. Ioannes Heroldus vocat *Capellatium*, alijs tamen *Capellatium* est ipse Palatinatus, vt modo diximus. Munstero tractus est qua iter Francofordia Heydelbergam, *Bergẽstras* dictus. Sunt etiam qui Ptolemaicam *Budorin* hic sitam fuisse putent; sed hi præter inanem coniecturam nihil adferunt. Budorim enim statuit Ptolemæus Latitud. graduum LI. Quum Heydelberga habeat latitudinẽ graduũ duntaxat XLIX. min. XXXV; vulgo *Heydelberg*. Sunt alij qui contendunt legendũ & scribendũ *Edelberg* quod sonat nobilem montem: alij vero *Eidelberg*, quod meros montes significat. Sita est ad Nicrum siue Neccarum flu., in faucibus montium. Celebris fuit iam inde ab anno CIↃCCCXLVI insigni Litterarum & Sapientiæ Gymnasio, quod ijs temporibus constitutum est a *Ruperto* seniore Principe Palatino, qui etiam ad eius curam Marsilium quendam Vltraiectinum Parisijs euocauit. Ex eo semper inclyta fuit doctorum & studiosorum frequentia. Inter doctores celebres fuere Rodolphus Agricola, Iohannes Dalburgius, Iohannes Virdungus, Guilelmus Xilander, Thomas Erastus; Zacharias Vrsinus, atque alij plurimi. Porro vniuersus Palatinatus in quatuor præpofituras tributus est, quas illi *Ampten* vocant, Heydelbergensem, Alzæensem, Neostadiensem, & Mosbachensem, ab vrbibus Heydelberga, Alzæa, Neostadio & Mosbacho nuncupatas. Sunt præterea *Bretta*, Opidum mediocre ad Salzam fluuium patria Philippi Melanchthonis, summi liberalium artium Magistri; *Ladeburgum*, a Castris Latinis Peucero dictum, pignori datũ est Duci Ruperto seniori pro media eius parte anno CIↃCCCLXXI. Altera medietas obuenit Episcopo VVormaciensi. Eidem Principi vendidit Sifridus a Stralnberg anno CIↃCCCXLVII Opidum *Schrießen* & castrum *Stralinberg*. Et anno CIↃCCCXLIIII Opidum *Weinheim* per arbitros est memorato Principi adiudicatum, quod antea Episcopus Moguntinus possederat. Sunt item: *Cauba*, *Gelhusen*, *Sintzen*, *Luden* ad Tuberum fl. *Oppenheim*, *Cæsarea Lutra*, *Ingelheimũ*, *Lewenſteinum*: in Brureinia ditione *Bruxella*, & alia, quæ in Tabula obuia sunt, vt & Arces & Pagi. Flumina præcipua sunt *Rhenus*, & *Neccarus*. Hic medium Palatinum secat irrigatque, ac prope Ladeburgum Rheno immergitur, veteribus *Nicer* dictus; Piscium & inprimis Mullorum, quos vulgo *Barbones* vocant, fœcundus, siquis alius, amnis. Descendunt quoque per hunc flu. continuæ lignorum rates, ex Ottonica Silua, quæ ex Neccaro in Rhenum deferuntur, atque omnibus ciuitatibus Rheni a Spira vsque Bingium ad portas vsq; deducuntur. Ignobilores sunt, *Tuberus*, *Lutherus*, *Laxtus*, alijque. Regio vniuersim tum montuosa, tum campestris, Montes habet insignes in quibus præstantissima Vina decoquuntur. Nec desunt Siluæ opimas venationes præbentes. Inter Siluas ea est quæ dicitur *Ottonica* siue *Ottonis*: estque pars Hercyniæ Siluæ, etiamsi nullas aut paucas habeat Piceas arbores, sed magis Quercus & Fagos. Latitudo eius extenditur a Neccaro vsque ad Mænum, & longitudo a montana via vulgo *Bergẽstras*, vsque ad Tuberum fl., hoc est, vsque ad Franconiam. Tres amnes veniunt ex hac silua, *Mimlingus*, *Kocherus* & *Laxtus*, etiamsi *Laxtus* ex Rhetia Norlingensi originem suam ducat. Sed hæc hactenus. Multa in Palatinatu Templa, multa etiam fuere Monasteria, inter quæ *Laurißense* vulgo *Lorsch*, per Carolum Magnum, aut vt alij putant per Pipinum constructum: de cuius bibliotheca sic Munsterus: Non est locus in Germania, vbi vetustior quam in hoc Monasterio bibliotheca fuerit. Vidi ibi exemplar vnum quod manu Virgilij scriptum titulus prẹmonebat. Inuentus est ibi quoque vltimus liber Ammiani Marcellini, qui & iam publicatus est, scriptus maiusculis tantum literis. Ioannes Dalgurbius Episcopus VVormaciensis, vir Doctissimus, transtulit inde ad Bibliothecam Ladenburgensem meliores quosque codices. Atque hæc de Palatinatu Rheni sufficiant, ad Ducatum *Wirtembergensem* transeo.

Vrbes.

Flumina.

Mõtes.

Siluæ.

Opera publica.

Bibliotheca.

VVIRTENBERG DVCATVS.

Hic ducatus circuli Imperialis Sueuici præcipua pars est, quam quia solam inter cæteras exactius descriptam à Georgio Gardnero, & Dauide Seltzlin habemus, hic circulum Sueuicum totum in suum ordinem distributum proponam, locaq; quæ potero commonstrabo.

Quartus circulus imperij Sueuicus.

1. Ordo Ecclesiasticus.

Episcopi.

Chur.
Costentz.
Auspurg.

Abbates.

Kempten.
Reichenow. vin tab. Zurichow.
S. Gal in Heluetia.
Salmansweiler 31 11:47 27.tab. Helu.
Weingarten 31 29: 47 41.
Weissenow.
S. Blasij. 29 51: 47 40. tab. Zurich.
S. Peter 29 48: 47 53.
Maulbron 30 33:48 53.
Schaffhausen.
Stain am Rhein } *tab. Zurichgow*
Kreutzlingen }
Petershusen adiacet Constatiæ & Rheno ad partem boream.
Einsideln 30 26: 46 35. tab. Heluet.
Pfeffers, Pfefficon opinor, est in tab. Zurichgow.
S. Ioan. In Thurtal, tab. Helue.
Schussenriedt 31 35: 47 44.
Rockenburg 32 13:48 11.
Ochsenhausen 31 57: 47 56.
Kunigsbrun 31 59: 48 42.
Marchtal 31 26: 48 1.
Elchingen 32 8:48 22.
Ysne 31 55:47 26.tab.Heluet.
Munchrod 32 2: 48 0.
Aursper 32 25:48 15.
Irsee 32 33:47 48.
Gengenbach 29 40:48 17.
Schuttern 29 36:48 15.
Disdisen.

Abbatissæ.

Lindaw.
Rottenmunster 30 28:47 55.
Bucchaw 31 36:47 54.
Guttenzell 31 47:48 3.
Beundt 31 26:47 44.
Heppach 31 26:48 5.
Teutsch Ordens Maister in Elsas, vnd Burgund.

2. Ordo Principum est.

Fursten vnd Hern.

Dux Wirtenbergensis.
Marck graf Baden 29 51: 48 59.
Co. Heisenstein 31 40:48 25.
Co. Weisenstaig. 31 33:48 23.
Co. Otingen. 32 41:48 56.
Co. Lauffen 30 59:48 57.
Co. Montfort.
Co. Furstenberg 30 18: 47 43.
Mar. Eberstain 30 6: 48 32.
Co. Zollern. 30 53:48 7.
Co. Bulz. 30 29: 48 7.
Co. Loebenstain 31 13:49 2.
Co. Tubingen 30 55: 48 17.
Co. Kirchberg 31 59: 48 11.
Co. Tengen alias Dongen 30 0: 47 26. tab. Zurichgow.
B. Gundelsinghen 32 23: 48 32.
H. Stutgart.
H. Tussen 32 5:48 32.
Fr. Waldtpurg 31 35:47 32.tab.Helu.
H. Sonneberg.
B. Stauffen 32 15: 48 32.
H. Falckenstain 31 58:48 33.
H. Kunseck 31 28: 47 48.
H. Kunseckerperg 31 28:47 50.
B. Geroltzeck 29 41: 48 13.
B. Ober Helwen 30 36: 47 37. in tab. Zurichg.

3. Ordo Ciuitates liberæ.

Augsburg.
Kauffbeurn.
Vlm.
Memmingen.
Kempten.
Bibrach.
Leukirch 31 47: 47 35.
Ysne 31 55: 47 26. tab. Heluet.
Wangen 31 44:47 28 16. Helu.
Lindow:
Rauenspurg.
Buchhorn 31 15: 47 23. } *tab. Helu.*
Vberlingē 31 7: 47 30. }
Costentz.
Pfuliendorff.
S. Gall. 31 19: 47 0. tab. Heluet.
Schaffhausen 30 25:47 25.ta. Hel.
Reutlingen.
Eslingen.
Gmind.
Weyl 31 26; 48 27.
Hailbron 30 56; 49 4.
Wimpfin.
Hal im Schwaben.
Dinckelspuel.
Bopfingen.
Gengen.
Aalen.
Nordlingen.
Donawerd.
Buchaw 31 36; 47 54.
Offenburg 29 38; 48 27.
Gengenbach 29 40;48 17
Zell im Hamerspach 29 44; 48 16.
Rottweil.

Meridiani distant iuxta rationem paralleli 48 30. ad circulum maximum.

WIRTEN
BERG
Ducatus
ALSATIAE
SUEVIAE
CONFINIA
HOHENLOE Comit.
LIMPURG
HEIDIFFENSTAIN Comit.
HOHEN
BERG
ZOLLERN Comit.
BAAR
Comit.
NELLENBERG Com.
SWI
ABI
PARS

Regio & vnde dicta.

Situs.

DVcatus *Wirtembergensis*, vulgo *Wurtembergerland*, nomen habet a VVirtemberga Arce veteri in eius fere meditullio sita, in edito colle, haud ita procul ab Eslingensi vrbe Imperiali; alij aliunde deriuant. Cæterum *Regio Wirtembergensis* in prima fere Superioris Germaniæ parte, tractum Sueviæ feliciter occupat, ad Nicri potissimum ripam sita. Conregionales illi ad Ortum Sueui, Vindelici & Norici; ad Occasum Comitis ad Rhenum Palatini, Principis Electoris & Marchionis Badensis Limites; inde Nigræ Siluæ iuga complectitur; qua Meridies est Montes Arbonæ pariter ac Sueuicæ Alpes (ita vocant Montes eius regionis editiores Incolę) prominent. Versus autem Septemtrionem Francos habet vicinos, & non ita procul Ottonis Siluam. Aer huius regionis saluberrimus est, æstate commodus, hieme temperatus. Regio ipsa fertilissima, ita vt cum optima Germaniæ parte certare queat ac primas etiam obtinere. Frumenti, Leguminum, Vini, Fructuum admodum ferax. Vniuersæ tamen Regionis non eadem vbique qualitas, non idem solo genius. Ea namque pars qua Neccarus oritur, quæque confinis Hercyniæ, tum quæ Sueuicis (inter Danubium & Nicrum sitis) Alpibus est contermina, subaspera quidem, vitibus inimica, pecorum cultui satis idonea. Ager in Alpibus lapidosus, at frugum abunde ferax; item per Nigræ Siluæ cacumina, rubro colore tellus arenosa, quæ frumento tamen satis abundat. Vbi vero Neccarus in campestria diffunditur tota felix, tota beata est: vndique Bacchi colles, herbida prata, fertiles agri; copiosus vbique Vini, Frumenti, Pomorumque prouentus. Argenti quoque Fodinas hic Ducatus habet, haud procul a VViltbergo, ac dicitur Puelachium Opidum totum Æris fodinis superstructum. Producit & Ferrum & Aes. Reperiuntur etiam Lapides elegantibus ac varijs coloribus, vt plurimum tamen cæruleo distincti. Vt videatur etiam Natura molita esse hoc loco gemmas producere. Varij generis Animalium passim vis magna: ac per saltuosa Nemora Feræ innumeræ conspiciuntur. Ducatus titulum adepta est hæc Regio Anno CIↃCCCCXCV, Imp. Maximiliano conuentum VVormaciæ celebrante. Hic enim *Eberhardum* Comitem VVirtembergēsem ad dignitatem Ducalem euexit. *Eberhardus* Dux II amplius biennium non mansit in Ducatu, sed corrasis vasis suis aureis & argenteis primum fugit Vlmam ac deinde ad Principem Palatinum, mortuusque est apud exteros sine Liberis. Tunc creauit Imp. Maximilianus *Vlricū* Eberhardi Nepotem. Hic Anno CIↃIↃXIX, ditione pulsus & eiectus fuit, a Sueuici fœderis socijs, cum Reutlingam Opidum Imperij fœdere ipsis iunctum nuper cepisset. Patri *Vlrico* successit *Cristophorus*; Christophoro *Ludouicus* filius. Ludouicus denique Fredericum Georgij Comitis Montis Pelicardi filium successorem habuit. Sedes hic habuerunt olim suas *Intuergi*, Tschudo, Rhenano *Withungi*. Item *Tectosages*. Ducatus iste veluti circularem habet situm, complectiturque ciuitates & opida plurima. Præstantiores ciuitates sunt *Tubinga*, & *Stutgardia*. *Tubinga*, vulgo *Tubingen*, ad Neccarum sita, vrbs admodum elegans, Cereris & Liberi donis abūdans, quæ & copioso, & generoso prouentu, tā incolis, quā vicinis Sueuis cōmunicat, vtramq; Neccari ripā, lapideo ponte coniungit, Arce, vinifero colle, Canonicorum collegio, & rei literariæ ornamento, academia, Studijsque Liberalibus inlustris. In ea, præter Ioannem Stoflerum & alios, annis superioribus cum celebritate maxima nominis medicinam docuit *Leonhardus Fuchsius* primus medicinæ hac nostra ætate repurgator. In eadem Academia profitetur cum celebritate nominis, etiam inter Barbaras gentes studia Eloquentiæ & linguarum clarissimus ac doctissimus Vir Martinus Crusius. Eam instituit Eberhardus Comes VVirtembergēsis quem supra ad dignitatem Ducalem a Maximiliano euectum fuisse diximus, Anno CIↃCCCCLXXVII. Mansionem Augustam Caracallæ in Germania ad Tubingam fuisse, Ioannes Heroldus, libello de Germaniæ primę antiquitatibus ex fragmento elogij ipsius, quod ibidem incisum videtur, demonstrat. Id Petrus Appianus, lib. de sacrosanctæ vetustatis inscriptionibus, ita exhibet.

Cæli temperies.

Solis fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

MAX. IN
AVG. EM. GER. MAX.
DAC. MAX. ARM.
MAX. TRIB. P.
COS. ET.

Verum, Heroldus hanc inscriptionem integram legit, quemadmodum eidem Imperatori Romæ posita fuit.
IMP. CAES. DIVI. L. SEPT. SEVER. P. PERT. AVG. PARTH. TARAB. ADIAB. F. M. AVREL. ANTONIN. AVG. SARMAT. MAX. GERM. MAX. DAC. MAX. ARMEN. MAX. BRITAN. MAX. ARAB. MAX. ALEMAN. MAX. PARTH. MAX. P. E. PONT. MAX. TRIB. POTE. VI. COS. PROCOS. PERPET. LEG. VIII. ANT. AVG. P. E. EIVS. NVM. DEVOT. PRIN. OPT. FORTIS.

Stutgardia, Metropolis & Sedes est Ducis, haud procul a Neccaro sita. Ab hac ciuitate Comitatus Stutgardicus nomen desumit; a VVandalis exstructa est, postea vero restaurata a Marchione Ioanne I. Electore Brandenburgensi, & Ottone III. Anno autem CIↃCC.XC. Albertus IIII. Marchio Brandenburgicus, Princeps Anhaltin. filius Ottonis IV. Filię suæ Beatrici dotis loco dedit, quæ Henrico Leoni Vandalo nupsit. Vrbs hæc Agro vndique beatissimo cincta. Vix verbis exprimi potest, quanta vini copia per circuitum huius Opidi in singulos annos producatur. Ornauit locum istum Ioannes Capnion vulgo Reuchlinus dictus, vir insignis, Iurisperitus, Trilinguis, & qui primus in Orbe Christiano sacram Hebræorum docuit linguā. Est & *Reutlinga*, ad *Neccarum* sita in Ducatu VVirtembergensi, anno CIↃCCL. a Frederico II Imperatore facta ciuitas; alij dicūt anno CIↃCCLXXXII. Ciuitas hæc famosa est ob molas papyraceas. Reliqua Opida amoena satis, ac pleraq; Arcibus & Castris munitissimis ornata, vtpote *Vracum* ad Amerum fl., *Nirtingum*, *Kirchena*, *Heilbronna*, *Lauffena*, *Pinigkheim*, *Asperga* Arx, *Greininga*, *Marbachum*, *Canstadium*, *Waiblinga*, *Schorendorffum*, *Geppinga*, *Fiesen Abudiacum* olim, *Heidenheimum*, *Wilipergium* patria diligentissimi Cosmographi Danielis Cellarij, ad Nagoltam fl., *Herrenbergum*, *Rotenburgum*, *Hechingum* Iudæorum Asylum, *Balingum* ac complura alia, quorum nomina ac situm hæc Tabula inspicienti dabit. Passim Regio amoenis Lacubus, atque amnibus admodum piscosis irrigatur, inter quos facile primas tenet *Brentius* amnis, qui nunquam, etiam gelidissima hieme congelatur. *Nicer* amnis mediam oram percurrit, multisque Fluminibus receptis, quorum præcipua sunt, *Nagolta*, *Emtius*, *Remisus*, *Kocherus*, *Iagusta*, *Filtzius*, in Rhenum properantes: Brentius vero Danubio miscetur. Huius Ducatus Montes sunt *Alpes* qui ab albedine sic dicti creduntur: albis enim silicibus ac lapillis longe prospiciuntur, ac sæpius noua sibi vocabula inueniunt, vtpote: *Schera*, *Albuchus*, *Hanecampus*, *Hertfeldius*. *Hercynia* atque *Martiana* Silua regionem pluribus locis interrumpunt, ac suis nominibus discernuntur, vt *Albuchius Lucus*, *Stubenthal Silua*, *Nigra Silua*, vulgo *der Schwartzwalt*, *Odenwalt* silua &c. Per vniuersum Ducatum populus Armis, Humanitate, Cōstātia, Religione, spectatus.

Lacus et Flumina.

Montes.

Silua.

Vulgi Mores.

ALSATIA INFERIOR.

Quintus circulus imperij, est Rheni.

1. Ordo Ecclesiasticus

Episcopi.

Worms
Spier.
Straesburg.
Basel.
Besanson in Comitatu Burgundiæ.
Wallis prouincia in qua Sitten metropolis.
Geneue.
Losanna.
Metz.
Toul.
Verdung.

Abbates.

Fulda.
Hirsfeld.
Morbach 28 52: 47 47. tab. superiorũ Alsatiæ.
S. Gregorii Munster 28 52. 47 54.

2. Principum.

Principes, Comites & Domini seculares.

Dux Lotharingiæ.
Dux Sabaudiæ, Sauoy.
Dux & Comes Spanheim 29 7: 49 50. in tab. Palatin.
Marck gr. Baden.
Dux Zweibruck.
Co. Veldentz.
Landgr. Hessen.
Princ. de Calim.
Co. Nassaw in Sarbruck 28 47: 49 2.
Comites Rheni.
H. Rapolizkirchen iuxta Rapolizstain.
Co. Bitsch 29 13: 48 56.
Co. Salm 28 56: 48 24.
Co. Hunaw & Lichtẽberg 29 14: 48 45.
Co. Leiningen 29 40: 49 24.
Co. Falckenstain 29 20: 48 51.
H. Morspurg 28 53: 47 22. & Befort 28 36: 47 29.
H. Rapoltstain 29 3: 48 6.
H. Hohen Rechperg 29 3: 47 7.
H. Blanckenberg, Blammont in Lotharingia 28 27: 48 31.
Co. Weisbaden 29 47: 50 4. & Itzstain 29 50: 50 8 tab. 3. Westf.
Co. Kunigstain. H. von Eppenstain.
Co. Isenburg 29 1: 47 48. in Alsatia superiore.
C. Solms 30 14: 50 35. tab. Hassia.
Co. Nassaw in Weilburg 29 55: 50 25. tab. 3. Westf.
Co. Seniuigen.
Co. Hauare.
H. Munizenburg.
Co. Westenburg. 29 34: 50 35. tab. 3. Westf.
Co. Witgenstain 30 14: 50 47.
Co. Waldeck.
Co. Plesse 31 54: 51 37. tab. Brunsw.

Ciuitatum liberarum.

Mulhausen in Sundtgaw superiorũ Alsatiæ.
Basel.
Colmar.
Kaisersperg.
Turckhaim.
S. Gregorii Munster.
Ober Ehenhaim 29 12: 48 18.
Straesburg.
Rosenhaim 29 12: 48 23.
Schlestat 29 11: 48 14.
Hagenaw 29 31: 48 39.
Weissenburg 29 40: 48 54.
Landaw 29 50: 49 2.
Spier.
Worms.
Francfort.
Fridberg in Wederaw 30 19: 50 16. tab. 3. Westf.
Wetzlar 30 2: 50 29. Ibidem.
Metz.
Toul.
Verdun.
Kaufmans Sarbruck 28 50: 48 42. tab. Palatin.
Besanson.
Castrum Fridberg 28 43: 47 45.
Gleichhausen castrum.

Meridiani distant pro ratione 48 30. paralleli ad circulum maximum.

Alsatia inferior.

Alsatia, vulgo *Elsasz*, quam alij quasi *Edelsasz*, id est nobilem & præclaram sessionem: alij ab Illa fl. a in i mutato quasi Sessionem ad Illam fl. dictam autumant: vnde & quidam regionem *Illesass* & non *Alsass*, appellatam asserũt: regio nobilissima est, cui ob insignem felicitatem nulla alia in toto illo Rheni tractu comparari potest. Ad Orientem Heluetiam a qua Rheno disterminatur; ab Occasu Lotharingiam Vosago Monte Limitem inter Lotharingiam & Germaniam constituente, respicit; qua Meridies est Heluetiæ parte & Burgundia; qua Septemtrio Wittembergensi Ducatu terminatur. Longitudo Milliarium Germanicorum IX; A Rheno ad Montes Latitudo trium Mil. Ger. nisi quod apud Haganoam sit planicies amplior, montibus scilicet magis ac magis a Rheni alveo recedentibus. Tanta autem huius Regionis fertilitas, tamque læta rerum omnium, & inprimis Vini & Frumenti copia in hoc tam angusto terræ tractu singulis annis prouenit: vt non modo ad suppeditandam incolis (quorum ingens est numerus) alimoniam sit par; sed tantum superest, vt confinales quique, alijque Germaniæ populi, imo & remotiores

Regio, & vnde dicta.

Situs.

Soli fertilitas.

Lotha
ringi
fines
ALSATIA
inferior
Septentrio
Meridies

eorum abundantia fruantur. Quare non immerito *Cella penuaria & Nutrix Germaniæ*, a Iacobo VVimphelingo in Epitome Rerum Germanicarum dicitur. Nobilissima enim Vina huius Regionis continuo curribus aliquando etiam navigijs vehuntur in Helvetiam, Sueuiam, Bavariam, Lotharingiam, & Inferiorem Germaniam, etiam aliquando in Angliam. In Sungoia magna crescit vis Frumenti; imo per totam Alsatiæ planiciem vsque ad Argentinam summa est vbique Frumēti vbertas, vnde Lotharingiæ Montes inhabitantes, Burgundi & bona pars Helvetiæ cibantur. Montes habet præstantissimorum, primęque nobilitatis Vinorum feraces; & in plano non solum frumentum, sed etiam arborum fructus proueniunt. Habet quoque Alsatia in Montibus Silvas Castanearum, habet Montes Argenti, Æris, Plumbi Fodinis turgentes: præsertim in valle *Leberthal*. Habet præterea in Montibus & Vallibus nobilissima pascua, id quod testantur optimi et pinguissimi casei, qui in *Munsterthal* conficiuntur. Tot illa boum armentis abundat, tam læta vaccarum parens ac nutrix est. Alit et alibi Equos Silvestres permultos, Lynces item, Vrsos, Martes, omnis generis Ceruos, aliasque feras innumerabiles. *Alsatia* olim sub dominio Regum Franciæ fuit, ac pars Regni Austriaci. Antea vero D fere annis sub Romanorum potestate fuisse legitur. Primum autem Ducat' fuit Alsatia & ab Hilderico Francorū Rege *Eticoni* affini eo titulo collata, Anno ɔɔclxxxiv, cū ātea præfecturæ nomine ei fuisset subiecta. *Eticoni* successit Filius eius *Adelprechtus*; hic sagittæ ictu mortuus reliquit duos Filios *Linfridum* & *Eberhardum*, qui prefuerunt Alsatiæ. Postea fuit familia eorum repulsa ab Alsatia per Carolum Martellum Palatinum & Curiæ Magistrum in Regno Franciæ. Tempore autem Ottonis I Comites Kyburgenses, qui de sanguine eiusdem Imperatoris erant, potiti sunt rerum in Alsatia. Sunt qui volunt eos factos Landgravios Alsatiæ, alij vero dicunt ab Ottone III Alsatiam primum in Landgraviatus duos erectam, peruenitque tandem Landgraviatus superior, qui continet Opidum Einsheim & circumiacentia quæque loca, ad Comites Habspurgenses. Altera Comitibus Ottingēsibus ad quos Henrico Landgravio inferioris Alsatiæ Improli defuncto devolutus erat, Episcopo Argentinensi divenditus, etiamnum ei subest. Hæc autem tam parva Regio adeo humanis vsib' est dedicata, vt in ea reperiātur xlvi ciuitates & opidula, omnia muris cincta, L Arces in Mōtibus et plano sitæ: villarū vero & vicorum non est numerus. Cæterū Alsatia duplex est, Inferior; quæ hac præsenti, & Superior, quæ proxima Tabula depingitur: Vtramque *Triboci* possederunt. *Inferioris Alsatiæ* vrbs primaria, *Argentina* recentioribus; *Argentoratum* Marcellino & Sexto Aurelio; Αργεντοραστον Ptol. *Legionem* VIII. *Sebastēn* hic collocanti. *Strasburgum* etiam nominat Regino, qui ante annos D. & amplius scripsit. Rob. Constantinus hanc eandem esse putat cum ea quam Aurel. Victor, & Diaconus ex Marcellino, *Argentariam* appellant, & xxx Alemannorum cɔɔ a Gratiano Imp. ibidem cæsa tradit. Vulgo *Strasburg*, a platearum numero & capacitate, dicitur. Vrbs sita est in agro fertilissimo, habetque miram copiam Vini & Frumenti, Scribit etiam Munsterus inueniri in hac vrbe aliquot centenos hortulanos, qui annuatim magnum faciunt quæstum ex Rapis, Cepis, Raphanis, Napis, Brassicis, vulgo Caulibus, Papavere, alijsque id genus, quę hic felicissime proueniunt. Vrbem hanc Rheni brachium & tria alia flumina intrant, & aquis per plateas canalibus distributis similitudinem Venetiarum in illa vrbe exhibent. Hodie Republica, Schola, ac celebri Ecclesia inclyta. Occidentem versus *Tabernæ* Antonino celebratæ sunt. Simlerus *Zabern* vocat. *Zabrena* Frodoardus nominat. *Tres Tabernæ* Ammiani Ortelio videntur. De his Ausonius: *Riguasque perenni fōte Tabernas*. Fuerunt autem *Tabernæ* Munimentum Romanorum ad prohibendas Alemannorum in Galliā incursiones, vbi hodie Episcopi Argentoratensis est domicilium & Curia. Hoc munimentum ab Alemannis dirutum, Ammianus scribit Iulianum Cæsarem restituisse. Abundat locus iste Vino, Frumento, omnibusque rebus vsui humano necessarijs. Haud procul Tabernis Opidulum quoddam est & iuxta illud Monasterium, *Maursmunster*; est & aliud Monasterium parum distans a Brocomago, *Stephani Campus*, *Steffansfeldt* & corrupte *Stechfeldt*, dictum. Hinc Septemtrionem versus *Hagenoa* conspicitur. Vrbs a Friderico Barbarossa Anno cɔɔclxiv muro clausa, ante vicus burgum adiunctum habens, in quo Principes terræ commorabantur venationibus vacantes. Solum habet circum Moenia arenosum, sed sterilitatem illam compensat ager fertilis paullo longius a ciuitate diffitus. Vlterius descendenti *Wissenburgum* sese offert, vulgo *Weissenburg*, quasi album Castrum, insigne & clarum Opidum, ad Vogasi Montis radices, Situ amoenum, Collibus vndique humilibus clausum, Nemoribus & varijs arborum generibus ad Occidentem fœlix; tellus Cœli benignitate frugifera: Opidum ab omni parte, natura atque humana firmatum industria. Lutra amni, cuius fontes in ipsis Montibus paullo altius VII Mill. pass. ab Opido surgunt, penetratis iam Montibus per medium interluitur; qui vbi sub Opidi Moenibus elabitur, stricto alveo duobus Millibus pass. præcipiti cursu in Rhenū vno ostio se exonerat. Loci tanta est vetustas, vt etiam apud nullos Rerum Scriptores eius origo reperiatur. Est et *Hasla* Opidum ad Brusschum fluuium: Id Francorum Rex Dagobertus (cuius Filiæ Rathildę cæcę et surdæ Florentius Scotus suis præcibus sanitatem obtinuerat) Florentio dono dedit, cum agris circumjacentibus, quo loci Florentius Monasterium exstruxit. Flumina hanc regionē irrigant beantque plurimū præter Rhenum & alios multos Amnes; *Kintzgus*, qui secum magnam adfert vim trabium ædificijs aptarum: *Illa*, *Brusehus*, *Sorn*, *Mater*, *Lauter*. Præcipuus vero Alsatię fluuius est *Illa*, qui totam fere percurrit Alsatiam, primā scaturiginem habens in Sungoia supra Opidum Altkirch, fluensque iuxta Opida Mulnhausen, Einssheim, Colmar, Selestadium & Benfelden, sine Ambagibus recta petit Argentinam, vbi Rhenum ingreditur, receptis tamen antea omnibus rivulis ex vosago monte emissis. Salmonum aliorumque piscium, vt & Rhenus admodum fœcundus. Regio partim montosa, partim plana est: Siluisque ac nemoribus passim decoratur, inter quę Castaneis, Amygdalis Nucibusque habet referta. Vulgus regionem incolens & terram colens, miserum est. Nam per singulos annos abligurit bona sua, nec quicquam in futurum seruat, vnde fit vt tempore belli, aut quando frigore aut pruina terræ nascentia deuastantur aut pereunt, magna premantur penuria. Iuuantur tamen pauperes ex publicis granarijs. Non habet regio hæc Indigenas multos, sed maior pars sunt aduenæ, puta Sueui, Bauari, Burgundi, Sabaudi & Lotharingi, qui vbi semel regionem ingressi fuerint, non facile hinc emigrant. Sueui potissimum ibi commorantur.

Animaliū varietas.

Imperium Maiorum.

Vrbs & Opida.

Flumina.

Silvæ.

Vuigi mores.

ALSATIA SVPERIOR LANDTGRAVIATVS, ET SVNTGOVIA ET BRISGOIA.

In *Alsatia superiore sunt*:
- Comitatus, *Horburg 29 9: 47 56.* *Egesheim 29 1: 47 54.* *Sultz 28 56: 47 46.*
- Dominia, *Bolvviller 28 59: 47 45.* *Hohen Lantsperg 29 0: 47 55.* *Hohen Hastat 28 47: 47 51.* *Hohenack 28 53: 47 57.* *Rapoltstain 29 4: 48 5.*
- Ciuitates *Imperiales circuli quinti*, *S. Gregoris Munster 28 42: 47 54.* *Durckheim 29 2: 47 57.* *Colmar 29 6: 47 57.* *Mulhausen 29 2: 47 39.* *Keisersperg 29 0: 48 1.*

In *Suntgouia sunt*:
- Comitatus *Pfirt 29 0: 47 25.*
- Dominia *Befort 28 37: 47 29.* *Morspurg 28 53: 47 22.*

In *Brisgoia sunt*:
- *Zering olim Ducatus 29 34: 47 56.*
- *Comitatus Friburg 29 34: 47 54.*
- *Marchionatus Hochberg 29 36: 48 3.*
- *Dominia, Badenvville 29 23: 47 42.* *Stauffen 29 29: 47 47.* *Burtken 29 21: 48 0.*

Meridiani distant ratione paralleli 48 10. ad circulum maximum.

Alsatia Superior Landtgraviatus, Suntgouia et Brisgoia.

Hac Tabula *Alsatia Superior* cum *Suntgovia* & *Brisgoia* delineatur. *Alsatia Superior*, vulgo *Ober Elsasz* primo loco occurrit. Metropolis eius *Einsheimũ*, Sedes Supremi Senatus, quo, ab Inferioribus Sungoiæ, Brisgoię, & quatuor Opidorum ad Rhenum supra Basileam Archiducibus Austriæ parentium, Tribunalibus, appellatur. In ditionem Alberti Comitis Habsburgensis Regis Rudolphi patrem, Anno CIↃCC pervenit. *Rubeaquum*, vel *Rufacum* vulgo *Ruffach*, antiquissimum Alsatiæ Opidum est, a Romanis conditum. Nomen ei inditum ferunt a fluuiolo, ab aqua ex alvei colore rubra apparente *Rotbach* olim dicto, (nunc *Ombach* incolis) qui in valle non procul a *Sultzmath* ortus, ac rubro alueo per agros & vineas lapsus, ad multos vsus in vrbem excipitur. Opidũ hoc magnificis primum ædificijs ac duplici suburbio exstructum, Romanæ Nobilitatis diu fuit hospitium, ob soli fertilitatem omniumque rerum humanis usibus necessariarum copiam: qui optimis legibus inprimis contra fures ornarunt, quas tam severe executioni mandarunt, vt inde ad nostram vsque ætatem, per Germaniam tritum sit proverbium: *Der alt galgen zu Rufach, hatt gut Eichen holtz*: 1. Rubeaquense vetus patibulum ex firmo ligno quercino factum est. *Colmaria* ex veteris *Argentuariæ* ruinis exstructa, Ciuitas Imperialis & elegans, optimo loco sita, planicie fertili, a Montibus itinere vnius horæ distans; Summa est vbique Vini & inprimis Frumenti, cæparum aliorumque fructuum hortensium fertilitas. In Alsatię meditullio est, alluiturque multis adcurrentium amnium rivulis, prĕsertim his, *Loucho, Duro, Fechto, Illa*, alijsque minus celebribus, quorum quidam per prædia Colmariensium fluunt, fœcundioremque reddunt terræ fundum; *Selestadium* cinctum est muro, sicut & *Colmaria* Anno Christi CIↃCC XVI, aut circa illud tempus, sub Friderico II. Antea vero, nempe circa annum CIↃXLIV sub Henrico IIII *Hildegardis* Ducissa Sueuiæ construxit in isto loco templum iuxta figuram & formam templi Hierosolymitani, quod paullo post Filius eius Otto Episcopus Argentinensis dedicauit D. virgini Fidei, tradiditque Monachis inhabitandum. Qui breui adeo opibus pollere cœperunt, vt Monasterium crescere in præposituram; vnde præficiendorum Magistratuum ius aliquandiu fuit apud Præpositum D. Fidei. Videndus Beatus Rhenanus, cuius natale solum fuit Selestadium. Firmissimo loco situm est *Selestadium*, habens ab vno latere, nempe versus Rhenum paludes impermeabiles. Ab opposito vero latere, ad Occidentẽ scilicet vsque ad Lotharingiæ Montes, habet solũ feracissimum: Vinum & Castaneæ in Montibus colliguntur, maxime vero Frumenti vis in planicie metitur. *Gebwiler* opidum in montium faucibus situm, Anno CIↃCXXIV initium habuisse putatur. Abundat vitibus & paret Abbati Murbacensi, qui eo loci plurimum degit. Est & aliud Opidum *Watweil* nomine extra fauces iuxta Montes situm, quod dictum Abbatem agnoscit Dominum. Ammianus hic etiam *Concordiam* nominat lib. XVI, quæ certissime est *Cochersperg* inter Argentoratum & Bingium. In *Alsatia superiore* Comitatus hi recensentur a Mercatore *Horburgensis*, ditio peramœna Comitis VVirtenbergensis, cui subest *Reychemwyer* opidum, vbi præstantissima colliguntur Vina; *Comitatus de Eguheim*, huius tamen Comitis successio iam diu interrupta est; & de *Sultz*: *Dominia, volviller, Landsperg, Hatstat, Hohenack, Rapoltstein*, cui parent *Rapoltzwyl, Gemer, Cellenberg* opidum & Castrum. Et Ciuitates Imperiales circuli quinti, *Munster in valle Gregoriana, Turckheim, Colmaria, Mulhausen* Vino generoso nobile, et *Keisersperg*.

Regio.
Opida.

Sũgouia

ALSATIA superior cũ
Sundgau & Brisgau.
Die Alpen
Basilea
Schwartz Wald
Schwartz Wald

Sungovia. *Situs.* *Soli fertilitas.*

SVngovia vel *Sunggoia*, vulgo *Sungow*, ad Septētrionem adhærens Alsatiæ: ab Ortu Rhenum, ab Occasu Galliæ extremitatem attingit: ad Meridiem Heluetiæ contermina est. Habet multis in locis vineas, & vbique Frumenti copiam, quod circumquaque in omnes vicinas vehitur regiones, scilicet in Helvetiam, Nigram Silvam, Lotharingiam: atque interdum in remotiores regiones. Complectitur *Sungoia Comitatum Pfirtensem*, cuius vltimus Comes *Vlricus* mortuus est Basileæ Anno Christi CIↃXXIV, relictis duabus filiabus, quarum alteram Ioannam nomine, duxit in uxorem Albertus Austrię Dux, deditque Vrsulæ Ioannæ vxoris sorori, in hæreditatis portionem, octo Marcarum Argenti Millia. Ad Comitatum pertinent hæc loca *Altkilch*, *Dattenriet*, *Befort*, *Rosenfels*, *Masemunster*, *Thann*, *Senheim*; quę hodie ab Austriæ Principibus, in Præfecturas distributa sunt. In *Befort* est collegiata Ecclesia quam Comites Pfirtenses cum *Veldpacho* Monasterio virginū (vbi tredecim Comites, & totidē Comitissæ cōditæ sunt) fūdarūt. In *Masemunster* insigne est Monasterium virginum vestalium, atque aliquot Canonicorum, putant fundatum a Masone Alemannorum Duce, a quo vallis illa est appellata *Vallis Masonis* quæ alioquin *Wast* appellatur. *Thannum* elegans est Opidū, adcensetur que Comitatui Pfirtensi. Imminet Opido arx montana, *Engelburg* appellata, ei adiacet mons *Rang* dictus in quo nobilissimum crescit vinum *Rangwein* appellatum, Basilienſibus notissimum. Prolabitur ibi ex montium fauciblus fluuius Thurus, Sungouiam ab Alsatia disterminans. *Morsmunster* monasterium in Comitatu Pfirtensi fundarunt Comites Pfirtenses. *Fanum Amarini* & Arx Fridberga, vno milliari a Thanno distans, Abbati Murbacensi paret: non procul inde Mosella fluuius oritur. *Mulnhausen* est quoque in Sungouia, ciuitas Imperialis, cuius Aduocatus siue defensor (sicut & opidorum Colmariæ & Keisersbergij) Episcopus Argentinensis anno CIↃCCLXI fuit, sed paulo post Rudolphus Comes Habspurgensis, cum Colmariam ciuibus quibusdam consentientibus occupasset, & Opidum Mulnhausen obtinuit, Arcemque quæ in eo erat (omnibus qui inerant captis) auxilio ciuium diruit. Electo autem Rudolpho in Romanorum Regem, redierunt eadem Opida ad Imperium. Opidanorum studium consistit potissimum in Vini & Frumenti cultura: estque vinum huius loci satis celebre. *Otmarsen* Opidum Monasterium habet virginum, quod tempore Henrici quarti construi curauit Comes Habspurgensis nomine Rudolphus. Huius frater *Wernherus* Argentinensis Episcopus, qui Constantinopoli in quadam Insula vitam cum morte commutauit. Adhæret Sungoiæ ad Occasum *Comitatus Montis Beligardi*. Habet egregium Opidum *Montisbeligardium*, Arcem regiam ostentans. Habet & hic Comitatus alia multa Opida atque Castra: vt sunt *Grans* opidum & castrum, *Klarwang*, Opidum & Castrum, *Paßewangum* opidum cum Arce, quæ omnia Ducum sunt VVirtembergensium, vtūtur que incolæ lingua Burgundica. Comitatui Montis Beligardi propinquum est Opidum *Bruntraut*, vbi Episcopus Basiliensis in Arce Regia habitat. Atque hæc de Sungouia sufficiant.

Opida.

Brisgoia, & vnde dicta. *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.*

REstat in hac Tabula *Brisgoia* paucis explicāda. *Brisgovia*, siue *Brisgoia*, vulgo *Brisgow*, quod sonat lingua Germanica pagum laudabilē. Et sane Regio ista ob suam eximiam feracitatem, hoc nomine digna est, quum non inferior sit fertilitate ipsa Alsatia, quam modo descripsimus. Si tamen veteres revolvamus Scriptores, facile inveniemus hanc regionem hoc nomen adeptam, a Metropoli Brisaco, de qua mox dicemus. Patet Brisgoia in longitudinem Milliaria X, & in latitudinem II. Initium enim trahit a Mortnavv, et excurrit secundum adscensum Rheni fere Basileam vsque. Regio vberis Agri, qui faciendæ sementi, & Vinetis Vini laudatissimi sustollendis commodissimus. Estque hic Frumenti & Vini, omniumque Rerum, quæ sunt ad hominum vitam degendam necessariæ, magna fertilitas & copia. Ius huius regionis Archiduces Austriæ & Badensium Marchiones inter se partiti sunt. Metropolis olim Brisgoiæ *Brisacum*, vnde regioni nomen. Meminit Antoninus in Itinerario *Montis Brisaci*, quum alioqui nullas transrhenanas commemoret vrbes, sed tantum provinciales circa Rhenum sitas: vnde quidam arguunt alveum Rheni hic mutatum, qui ab altera quondam parte præterlapsus fuerit Opidum, quum illud adhuc in Gallica ripa staret. Luitprandus Ticinensis qui sub Ottone I vixit, Montem *Brisacum* Alsatiæ tribuit, & insulam Rheni fuisse docet. Nec dubium quin hoc loco olim fuerit validissimum Romanorum Munimentum, hinc adversus Alemannos erumpentes propugnantium. Situm hoc opidum in monte rotundo instar Castri, habetque hodie Rhenum ad Occidentem. Est satis elegans, munitum & frequens, sed temporum successu superavit ipsum Friburgū magnificentia & divitijs, Opidum recens natum & quod ob Mineras Metallicas subito creuit & ad summum adscendit gradum. In Brisaco est Arx quædam vetusta, sed quæ diu in ruinis jacuit, resuscitataque sunt tandem eius ædificia. Habet turrim robustam & valde munitam, quam Bertholdus Ziringensis III exstruxit; id quod sequentes probant versus in lapidibus eius sculpti:

Hanc Dux Bertholdus portam struxisse notatur.
A quo pro fraude Burgundia gens depopulatur.

Habet hæc civitas duntaxat vnum fontem, cui superædificata turris magna, in qua pedibus agitatur rota grandis, quæ extrahit aquam ex multa profunditate terræ, civesque soluunt censum annuum pro hausta aqua. Nam vndique magnus est descensus ad Rhenum & ad subiectam planiciem, vbi aqua in superficie terræ facile quidem haberi, sed difficulter in sublimem montem perferri potest. Medio milliario infra Friburgum situ estin monte excelso castrum quoddam dirutum nomine *Zaringhen*, a quo Duces *Zaringenses* olim titulum suum habuerunt. *Friburgum* præclarum Brisgoiæ Opidum, imo & Metropolis hodie, a Duce Bertholdo IIII filio Conradi I *Von Zeringen* sub Henrico V Imperatore exstructa, cum antea pagus esset. Vrbs situ amœnissimo inter montes excellens. Multis varijs & magnificis ædibus, templis, Monasterijs ornata. Academia ibi erecta est anno CIↃCCCCLIX. vbi etiam circa illud tempus docuit Vdalricus Zasius celebris Iurisconsultus. Habuit olim ditissimam Argenti venam, vnius Milliaris intervallo ab Vrbe dissitam. Habet etiamnum juxta summum Templum turrim elegantissimam, totam lapideam, sculpturis & imaginibus adornatam, qua in linea Rheni pulchrior non est, post Turrim Argentinensem.

SAXONIA INFERIOR

IN QVA SVNT DVCATVS.

Lauwenburg, Mekelenborch, Lunenburg.

Nonus circulus Imperij, Nider Saxen dictus.

1. Ordo Ecclesiasticus. 2. Principes & Domini sæculares. 3. Civitates liberæ.

Archiepiscopi.

Bremen.
Magdenburg.

Episcopi.

Hildesheim.
Lubeck.
Swerin.
Ratzenburg.
Schleswyck.

Rex Daniæ propter ditiones ad Imperium pertinentes.
Dux Lauwenburg.
Dux Brunswyck.
Dux Lunenburg.
Dux Mekelenborch.
Dux Holstein.
Comites Roffain.
Comites Delmenhorst.

Lubeck.
Hamburg.
Mulhausen in Duringen.
Northausē in Duringen 32 55:51 36.
Goslar.
Gottingen.

Meridiani distant ratione paralleli 53 30. ad circulum maximum.

Saxonia Inferior.

Saxonia a Saxonibus populis nomen accepit. Horum, vt aliarum gentium, originem & etymon non solum monachi eruditæ antiquitatis ignari, verum etiam recentiores limatuli iudicij homines commentitijs fabellis involuerunt. Alij a Saxone Negnonis F., & Vãdali Fratre, alij a saxea natura, alij a Macedonici exercitus reliquijs, alij a cultellis, vnde rythm° est apud Engelhusium *Regio & vnde dicta.*

Quippe brevis gladius apud illos Saxa vocatur,
Vnde sibi Saxo nomen traxisse putatur.

Crantzius autem a Cattis Germaniæ, & eruditus ille Capnio a Phrygibus deducit. Ex his quisque quod placeat, sequatur. Huiusmodi enim opinionũ cõmenta convellere non est animus. Amplectar tamen illam Germanorum eruditissimorum, qui Saxones a Sacis præstantissimo Asiæ populo ortos, & sic dictos quasi *Sacasones* 1. *Sacarum* Filij, & e Scythia, siue Sarmatia Asiatica, cũm Getis Suevis, Dacis, & alijs paullatim se in Europam effudisse arbitrantur. Necratione curet hæc eorum opinio, quæ Saxones ex Asia deducit, in qua ortum & multiplicatum genus humanum. Nam præterquam quod Strabo scribit, *Sacas* illos, vt antea Cimmerij, longinquas inuasiones fecisse, & Armeniæ partem de suo nomine *Sacacenam* dixisse: etiam Sassones, Sueuos, Massageras, Dahos, in illa Scythiæ parte collocat Ptol., & obseruat Cisnerus, has gẽtes eandem prope in Europa conseruasse vicinitatem, quæ ipsis olim inter se in Asia fuerat. Porro Saxonia *Situs.* etsi totius Germaniæ amplissima regio, hodie tamen non tam late patet, atque olim. Antiqua enim Saxonia inter Albim & Rhenũ fluvios, Mare Germanicum & Eydoram amnem vsque ad Hassiam & Thuringię cõfinia extendebatur, eratque eius centrum *Brunswicum*: itaque Westphalia, Marchia vetus, Misnia, Lusatia, Mãsfeldia, alięque regiones complures Saxoniæ nomine vocabantur. Hodie non ita naturalibus limitibus, vti sunt flumina & montes, sed secundum Principum Dominia aut Imperia terminatur. Aer regionis durus, *Cœli qualitas.* purus, ac saluberrimus, nisi qua paludibus nimium humectatur. Estque Saxonia Rerum omnium, præterquam Vini, ferax. *Soli fertilitas.* Abundat hordeo & Tritico, ex quibus non solum panem candidissimum conficiunt, sed etiam cervisiam. Metalla generat varij generis, præsertim in Monte Meliboco qui a Cattis ad Saxones protenditur. Eruitur etiam ex eodem monte lapis niger, fissilis, qui picis ærisque plurimum continet, in quo etiam aperte fulget auri & cupri color. Hunc ingenti copia erutum exurunt, destillante interea metallo ignis vi liquefacto. In hoc lapide manifesta apparent lineamenta diuersorum animalium, eorum inprimis quæ vicinus alit Lacus, Anguillarum, Carpionum, Ranarum: interdum etiam Gallorum Gallinaceorum, & quod fidem pene exsuperat, Pontificis barbati triplici corona ornati. Habet & Goslaria præter æris, Auri, Argentique Fodinas, ditissimos Salis fontes, quibus & Halla & Luneburgum abundant. Quin & Marmoris copiã alibi Montana exhibent. Apud Goslariã Otto 1 Argenti dicitur invenisse Fodinas, quarum magni fuerunt reditus. Abuentibus autem ciuibus suppeditatis opibus, offensus Deus permisit puteum vnum corruere, quo casu amplius mille homines oppressi fuerunt. Et ex illo tempore neque Argentum neque Aurum amplius fuit repertum eo loco, sed plumbum nigrum. Fit autem primo atramentum sutorium, quod vulgo *Vitriolum* vocant, deinde ex eo excoquitur aliquid plumbi & Argenti. Perhibent autem Metallum Goslariæ sic natum. Quidam homo Nobilis equum cui nomen erat Ramelus in monte ramo arboris adligavit. Is vngulis, quibus ferreæ soleæ inductæ, terram quatiens ac verrens, reconditam plumbi nigri venam integumẽtis nudavit, non aliter ac Pegas° alatus, vt Poetæ fingũt, vngula saxũ feriẽs, fontẽ aperuit. Vt autẽ fõs iste ex eo nominatur Hippocrene, ita Montẽ hũc Saxones Ramelũ vocarũt, qui hodie maxime floret, atq;

SAXONIA INFERIOR
ET MEKLENBORG DVC
MEKL
EN
BORG DVC
Die Prigenitz
Die alte
marck
Die mit
marck
Brunsuicensis
Comitatus
pars
Ferden
Epis
cop
Bremensis diocesis
pars
Pomera
nia
pars

mirabilē Plumbi copiā suppeditat. Reperitur & Plumbaginis quæ Græcis Μολύβδαινα, vulgo *Lootaerde*; & *Pyritarum*, *Vierſteenen*, tanta copia, ex quibus plumbum nigrum excoquitur, vt mons quidam totus pene ex his constare videatur. Sed de his satis, ad imperium Maiorum venio. Ante Regis Caroli aduentum ferunt administrari solitam Saxoniam per XII Proceres alternis vicibus: ea lege, vt quemcunque in officio apprehenderet externum bellum, is Rex ad belli vsque exitum crearetur. Hinc factum vt Dux Angriæ VVidechindus ob aduentum Caroli Magni cum Moderator jam esset, Rex ad suscipiendum bellum declararetur. Qui deuictus & ad fidem conuersus ab eodem Carolo in perpetuum Ducem ordinatus est. Permansit autem hic Ducatus Generalis Saxoniæ in familia VVidechindi vsque ad Ottonem I. Is *Hermannum Billingum* obscuro loco natum primum præfecit Inferiori Saxoniæ, deinde Ducem optauit; reseruata sibi Superiore, Turingia, Misnia. Post ad Marchionatum redacta sub *Brunone*, qui tertius ab Ottone Magno fuit. Pulso *Leone*, concessa rursus Saxonia Ducatus titulo *Bernardo de Anhold*, a Friderico I Imperatore; Cuius Filius *Albertus* I Elector. Ab eius filio Alberto II longæuo vtriusque Saxoniæ Ducatus vnitus. Sed fissus rursus post Ioannem II in eas particulas quas jam obtinet, Saxoniam, Misniam, Turingiā, Brunsvvicum, VVestphaliā &c. Nūc vero diuiditur Saxonia in Superiorem & Inferiorem. Inferior tantum hac Tabula exhibetur. Eius vrbs primaria *Halla*, etymologia Græca, siue vt Goropius non Græca sed Cimbrica deriuatione a Salis prouentu nominata: quemadmodum & Halla Sueuica, aliæque vrbes cognomines. Et in Armenia Halis fluuius, Græca voce salsus, vt Straboni placet. Ita Halla ad Salam non ignobile Saxoniæ flumen, a salis prouentu nomen habere putamus. Cuius quidem Salis fontes, admodum fructuosi & salutares primum inuenti sunt ante Christi natalem a VVendis, quos Hermunduros vocamus, quorum vbertas, vbi vicinis gentibus innotuisset, haud secus, quam aureis fodinis, magnis conatibus, ijs insidiati fuerunt. Nunc Halla administratoris Madeburgici Marchionis Brandeburgensis sedes. Ad Inferiorem Saxoniam referuntur *Ducatus Lauwenburgensis*, *Lunenburgensis*, *Brunswicensis*, ac præterea etiam *Ducatus Meckelenburgicus*. In Ducatu Luneburgensi est Luneburgū, ciuitas celeberrima, sic dicta, vel ab Idolo Lunæ, quod monti calcis nomine insignito quondam impositum fuit: vel a fluuiolo præterlabente, nunc *Elmena*, *die Almenow* quasi *Elven Ow* ab vndecim riuulis in eum fluentibus dicto, olim *Luno* vel *Lunow* vocato, ab Iside, vt fabulantur, illac iter faciente ad Gambrivium agnatum. Vrbs est munitissima, cincta fossis & vallis; forma eius fere quadrata: Salis fonte ditissimo beata. Hæc enim præcipua Ciuium negotiatio est, quam terra marique in longinquas exportant regiones. Maiorem tamen eius partem Hamburgenses Mercatores coemunt, ac magnum quæstum inde faciunt. Templa Augustanæ confessioni addicta sex habet: quibus additum Nosocomium. Tota communio distributa est Romano more in Ciues, cum patritios tum plebeios, & inquilinos. Viget in ea ac floret optimæ politiæ ratio, studia literarum, Iustitia, pax & concordia inter Clerum & Gubernatores Reipublicæ, quorum summa potestas est penes patritios. Distat Hamburgo septem, Lubeca decem, Vlcena quinque, Bergerdorffa quinque, Brunsviga decem & sex milliaribus. In perantiquo Hansatico fœdere inter sex primarias vrbes recensetur, ex quarum arbitratu conventus, vel totius Hansæ, vel aliquarum, prout res exigit, Civitatum reliquarum indicantur conscribunturque. Otto primus erexit locum istum in Comitatum adiunctis ei prædijs de terra Meckelburgensi. Deinde circa annum Christi CIↃ CCXXXV Fridericus II ex Comitatu Ducatum fecit. Reliqua Opida, ne sim prolixior, prætereo. Quoniam etiam aliquid de *Ducatu Meklenborgensi*, quem Tabulæ titulus repræsentat, dicendum est.

Imperium Maiorum.

Ducatus Megapolensis. Situs.

Soli fertilitas. Animalium varietas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

Ducatus Megapolensis, vulgo *Meckelburg*, olim pars fuit Provinciæ atque Dominij Regum VVandaliæ mari adiacens Baltico; nunc est ex præcipuis Germaniæ Ducatibus, & Imperij membrum. Coniacent illi, qua Oriens Pomerania: qua Occidens Flu. *de Ekve* vulgo dictus: ad Meridiem habet Marcam antiquam: ad Septemtrionem Mare Balticum. Regio fertilissima est, Frumento, pomis, ligno, piscibus abundans. Varij generis videre est ibi animalia, magnamque lumentorum, Pecudum & Ferarum copiam. Cęterum *Aritbertus* Regio stemmate prognatus & in aula Caroli Magni aliquandiu versatus, impetrauit Imperatricis sororem vxorem, ex qua sustulit *Billungum*, hominem clementem & potentem, cui paruerunt Sarmatæ & VVandali à Vistula vsque ad Visurgim, & ab Odera vsque ad Holsatiam. Hic Regiam suam habuit in Meckelburgo. Duo vero filij eius Mizilaus & Misteuus a patris pietate degenerantes, cœperunt Christianos persequi. Sed de his atque alijs Principibus Megapolensibus legatur Munsterus. Primi huius regionis habitatores apud authores appellantur *Heruli*, *Obotritæ*, & generali vocabulo *Wandali*. Est Regio bene culta civitatibus, Opidis, Arcibus & Villis. In hoc Ducatu *Suerinum* vrbs vetus condita ante Lubecam, Rostochium, Sundium, VVismariam; Figura eius est quadrata constatque adeo quatuor fere vrbibus, quarum singulæ proprias appellationes sortitæ sunt: Prima est Suerinum, secunda Neapolis, tertia a carecto, quarta a palude nomen habet. Vicus Fichela qui ad Lacum Suerinensem jacet, tantum 5000 pass. distat a Mari Balthico; quæ vicinitas effecit, vt de fossa ex lacu in Mare Balthicum ducenda aliquando actitatum sit irrito labore, vt in Isthmo Peloponnesiaco accidit. *Rostochium* vulgo *Rostock* olim *Lacinium*, & corrupte *Rhodopolis* & *Laciburgium* vrbs maritima & Megapolitana, & præ multis alijs Germaniæ, cuius hæc ad Boream limes, vrbibus, litterario simul & Mercatorio Emporio clarissima. Primum Arx fuit, postea a Godscalo Vdonis filio in civitatem versa; deinde a Primislao II Nicolotti filio aucta. Academia nunc liberalium Artium floret, quam impetrarunt Principes Mechelburgenses Ioannes & Albertus, vna cum civibus Mechelburgensibus, Anno CIↃ CCCCXV. Aer hic salubris. Rerum ad victum spectantium exiguo pretio magna copia. *Wismaria*, cuius originem nonnulli a VVismaro Rege Vādalorum, tempore Constantini Magni florente repetunt; Alij Coloniam Gothorum ex Visbuia Gothlandiæ Metropoli eo deductam affirmant. Sed paulo ante annum CIↃ CCXI ex ruinis vetustæ & amplæ vrbis *Mecklenburg*, quæ toti ditioni nomen dedit, a Gunzelino Comite Suerinensi sub Ioanne Theologo D. Megapolitano conditam seu amplificatam fuisse Cranzij Monimenta, & Reip. priuilegia omnia, post annum M CCL data ostendunt Brevi autem incrementa miranda ex commercijs aliarum gentium civitas sumpsit, portum maris commodissimum in toto hoc littore Balthico habens, oneratas naues quantumuis capaces recipiente, & sine vllis anchoris tutas præstantem; vnde nomen vrbi, non tam a sapienti præside, quam certitudine marini portus inditum verisimile est. Minoribus Opidis copiam rerum ad vitam tuendam necessariarum sæpissime communicantibus, ac inde recipientibus velut corona vndequaque cincta est. Agrum vrbicarium habet fertilissimum. Vrbis frequentiam & opes pristinas, magnificentia Templorum, & maiestas augusta, fori, Curiæ, Cellæ vinariæ, ac Aedium privatarum amplitudo & splendor adhuc demonstrant. Sed hęc hactenus, ad Ducatum Brunsvvicensem transeo.

BRVNSVVICK
DVCATVS.

In hac tabula hæc continentur

- Ducatus *Grubenhagen, qui est membrum Imperij.*
- Principatus. (*Furstendom*) *Anhalt, Imperij.*
- Comitatus *Mansfelt Imperij est, & 4. sub se Comitatus habet: Wippram 33 26: 51 43. Arnstein 33 27: 51 45. Wetin 34 5: 51 44. Et Quernfurt 33 52: 51 29. Item Comitatus Barby 34 7: 52 8. Stolberg 33 2: 51 42. Hohenstein 32 32: 51 32. Regenstein 32 58: 52 0. Plesse 31 54: 51 37. omnes imperij.*
- Ecclesiastici principat' hi. *Meydburg Archiepiscopatus & Primatus Germania. Imp est. Hildesheim Episcopatus 31 53: 52 23. Imp. & Halberstatt Episc. 33 10: 52 7. Imp. sunt sub Moguntino. Item Quedelnborch 33 13: 51 58. Et Gernrode 32 12: 51 54. Stiften, sunt Imp. in 8. Circulo.*
- Goslar *32 30: 52 55. Et Northausen 32 55: 51 36. ciuitates sunt Imperiales.*

Meridiani positi sunt ex ratione paralleli 52 10. ad circulum maximum.

Ducatus Brunsvicensis.

Ducatus Brunsvicensis ab vrbe primaria Brunsvico nomen sibi sumpsit. Vrbs autem ipsa a Brunone Ludolphi Ducis Saxoniæ Filio nomen appellationemque sortita est. Is enim quem inchoaverat vico nomen reliquit, qui ab illo dictus est *Brunonis* vicus seu potius Sinus, qui lingua Saxonica vocatur *Wyck*; nunc *Brunsvicum* siue *Braunsweich* dicitur. Est autem *Brunsvicensis* ditio amplissima a Magdeburgensis & Halberstadiensis Diœcesis finibus, & ab Hercynia Silua, ad Albim vsque pertinens. Circa annum autem Christi CIↃ ccxxx Imperator Fridericus Dominium Brunsuicēse prouexit in Ducatum, & *Ottonem* Brunsvici Dominum & Luneburgi, Ducem creavit, Henrici Leonis successorem, qui generale Saxoniæ habuit Dominium. Fridericus II *Ottonem* Leonis nepotem fecit ducem Brunsvicensem & Luneburgensem, attributis ei armis, quæ avus eius extulerat Anglia, duobus fulvis Leonibus pro ditione Brunsvicensi & alium cærulei coloris Leonem, adiectis in clypeo maculis de terra Luneburgēsi, quæ erant olim Hermanno duci & posteris eius, cum titulo Ducatus Saxoniæ. De reliquis Ducibus videndus Munsterus lib. III Cosmographiæ. *Brunsvicum* hodie non tantum huius Comitatus, sed & totius Saxoniæ Metropolis, quondam a Conditore *Brunopolis*, Ptol. *Tubisurgium* ex Francisci Irenici sententia; Vrbs ambitu magna, forma quadrata, ædiū pulcherrimarum frequentia nitidissime culta: Ciuibus plena, Mœnibus ac fossato duplici profundissimo, & aliquot in locis triplici, ac quolibet aquis stagnante, munita: Vallo etiam inter fossata crassissimo ducto per circuitum, varijs arborum consito generibus valida: quinque foris, quinque prætorijs, & totidem magistratibus excellens. Condita est a duobus fratribus Brunone ac Theodoro, alijs Theomaro dicto, Ludolphi Ducis Saxouiæ filijs, anno IↃCCLXI, vt eorum Historicus Hermannus testatur. Hanc vrbem Onacra amnis perlabitur, qui in Hartonica Silva ortus, duas in partes ciuitatem scindit, omnem immunditiem secum trahens, ac varijs vndique pontibus coopertus, Visurgo tandem coniungitur. Non habet ciuitas aquam potabilē, sed fere bibūt ceruisiā: vini vsus carior, ac rarior. Vrbs hæc paruis orta initijs multas per tēpora accessiones habuit, vt per vices amplificata, nunc in eas excreuerit vires atque opes, vt facile Principibus suis titulū indiderit, qui inde Duces Brunsvicenses vocantur. Libet hoc loco, ea quæ Curię huius vrbis prefixa legūtur, ob frequentissimas huius contentiosi seculi lites forenses, paucis subiungere. *In controversijs caussarum, capitales inimicitiæ oriuntur: fit amissio expensarum: corpus quotidie defatigatur, labor animi exercetur: Multa & inhoneſta crimina deinde consequuntur: Bona et vtilia opera postponuntur: & qui sæpe credunt obtinere, frequenter succumbunt. Et, si obtinent, computatis laboribus & expensis, nihil acquirunt.* Inter cæteras huius Ducatus ciuitates haud postrema quoque est *Goslaria.* Hanc vrbem *Henricus* I pater magni Ottonis vrbium amator in formam ciuitatis erexit. Anno CIↃLI Imperator Henricus III ingentibus regni florescens opibus, vrbem istā mirifice ornauit, quam de paruo molendino, vt aiunt, vel de tugurio venatoris duo priores Henrici, & iste nūc III in tā magnā sicut hodie cerni potest vrbē bono prouexerūt auspicio, in qua regale palatiū hic Imperator magnifice

Regio & vnde dicta.

Situs.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

BRAVNSWYCK
&. MEYDBVRG
cum cęteris ad-
iacentibus.
Lunen
burg
pars
Huy
Comitatus
pars
Die
alte
marck
Thurin
pars
Mis
nię pars
Oriens
Occidens

exſtruxit, & duas Omnipotenti Deo congregationes inſtituit. *Helmſtadium* Opidum medio inter Brunſvicũ & Magdeburgum itinere eſt, nunc Academiæ ſede inſigne: id Guilielmus Dux Brunſvicenſis a VVerdenſi Abbate, cui parere cives inſolentiores recuſabant, certa pecuniæ ſumma Abbati numerata redemptum, in ſuam poteſtatem redegit. Munire id Opidum Carolus, Caroli Magni F. adverſus Sorabos & Vilſos bella gerens, cœperat, idque S. Ludgero primo Epiſcopo Monaſterienſi tradiderat, vt in populis a Carolo ſubjugatis prædicanti, tutus receptus eſſet. *Halberſtadium* vrbs Epiſcopalis, Oltemia fl. perluitur. In huius vrbis medio extollitur tumulus ac collis; is duorum ſtadiorum habet longitudinem, ac in ſummo vertice latam amplamque planiciem, in cuius extremis angulis, bina ædificata templa ſunt. In medio late patet forum ſplendidiſſimis Canonicorum ædibus vndique cinctum: illa autem quæ in monte ſita ſunt, civitas ſeu vrbs dicuntur, quæ ad montis pedem, ſuburbia vocantur. Eſt circa hanc ciuitatem ager optimus, ferax tritici, maturescentibus frugibus, culmorum altitudinem equo inſidentem hominem ferunt excedere. *Quedelinburga* vrbs antiqua & primorum in Saxonia Principum decus, haud ita procul Magdeburgo diſtans, ab Imperatore Henrico Aucupe condita. *Hannovera* Opidũ ad ripam Leinæ fl. e regione vetuſtæ Arcis Comitum a Lavvenrod, jam Henrici Leonis ætate, circa annum Chriſti CIↃ CLVI cui (quod trans fluuium ſitum eſſet aulici Hanouer nomen dederunt) arci ſubiectum fuit. Floret hoc tempore inter cæteras Saxoniæ vrbes. Aggeribus enim, muris & foſſis firmiter munita, & civium bonorum ac fortium virorum frequentia & ædificijs ſtipata eſt. *Hildeſheimium*, ſiue *Hildeſium*, *Aſcalingium* Ptolemæi Irenico: civitas antiqua: fuit antea duplex, poſtea vtraque coniuncta, facta eſt vnica. Templum ſummum inſigne habet, turriſque ipſa tectum habet aureum. Civitas amœna, patria Ludolphi Colonienſis Mathematici peritiſſimi, qui nunc Lugduni agit in Batavis. Sedes eſt Epiſcopalis: Irenicus iſtius loci Epiſcopos recenſet, quod & Crantzius in ſua Metropoli, & paullo accuratius Antonius Monchiacinus lib. II de primis Chriſtianæ Religionis initijs præſtat. Fuit autem Epiſcopatus Hildeſheimenſis primum in Saxonibus fundatus ac inſtitutus a Carolo Magno Galliarum Rege, ac Imperatore potentiſſimo. Continetur etiam hac Tabula *Manſfeldia* Comitatus veteris Saxoniæ, ad Amnem Salam antiquiſſimus, quum Hegenus qui tempore Arturi Britanniæ Regis floruit, anno IↃXLII Comes Mãſfeldicus fuiſſe perhibeatur: nomen ei a Manno Thuiſconis filio, vt Aſcaniæ vicinæ ab Aſcenes. Primariæ vrbes ſunt *Manſfeldia*, ad VViperum fl. *Eiſlebia* & *Wypra*. *Eiſlebia* metropolis eſt, inter Salam & VViperum; nomen creditur habere ab Iſide, quam Tacitus oras Suevicas poſt obitum mariti peragraſſe, teſtis eſt. Iuxta eam ſunt Metalla in montibus Melibocis. Loca iſta *Tubantes* coluiſſe exiſtimantur. Hi tamen *Tivendt* Pyramio; Friſijs contermini; *Benthem* comitatus huic vicinus antiquum nomen referre credit Verrutius. Hos *Zubinger* exiſtimat Lazius Migrationum lib. VIII.

Epiſcopatus Magdeburgẽſis. & vnde dictus.

Reſtat in hac Tabula *Epiſcopatus Magdeburgenſis* titulo ipſius Tabulæ nominatim comprehenſus. *Epiſcopatus Magdeburgenſis* vulgo *Meydburg*, ab vrbe primaria nomen habet. *Carolus Magnus* tota reformata Saxonia, decem Epiſcopatus in ea inſtituit, quorum omnium celeberrimus fuit *Magdeburgenſis*, cuius ſedes ex primitiua fundatione in Styde fuit, tum ad Valerſleue, tertio in Vreſe tranſlata. Tandem per *Ottonem* I, anno CCIↃXXX ad Magdeburgum mutata, eiuſque auſpicio in primatum Germaniæ ſublimata, vt habet magnus Chronicorum codex anonymus. Quanquam tamen Saltzburgenſis cæterique Archiepiſcopi Electores, primam hanc dignitatem Antiſtiti Magdeburgenſi non tribuant, vt Crantzius in Metropoli tradit. Magdeburgenſem autem Burggravium conſtituit *Otto I.* vt præeſſet judicijs publicis & gubernationi publicæ, loco imperatoris, in his terris & in hoc Epiſcopatu, ac cæteris huic conjunctis. Primus hoc munus geſſiſſe traditur ordinatione Ottonis *Gero* Marchio Luſaciæ, cuius memoriam conſervat Monimentum Cœnobij Gerẽrodenſis. Hunc ſequuti memorantur hoc ordine aliqui, *Hermannus* Dux Saxoniæ, *Lotharius* Comes de VValdek, *Fridericus* Lotharij filius, *Conradus* eiuſdem nepos, *Manfredus* Conradi vterinus frater. Hoc in prælio cæſo, dignitatem conſequutus eſt *Dittericus* Comes Plocenſis, cuius filiam cum duxiſſet *Vdo* Marchio Brãdeburgenſis occupato Burggraviatu, ſucceſſorem reliquit *Henricum* Filium. Eo fato functo *Lotharius* Saxo, idem munus commendauit *Burchardo* e familia Dominorum de Quetfort, a quibus eſt origo Comitum Mansfeldenſium. Poſt hunc reperiuntur in ea dignitate fuiſſe conſtituti *Domini de Schrapela*, a quibus auctoritate Rodolphi Imperatoris, tranſlata eſt in Duces Saxoniæ Electores. Vrbs primaria *Magdeburgum* olim *parthenopolis*, a Venere Parthenia ibi culta, ſita ad Albim fl. a Ioanne Capnione *Dmoadum Pyrgum* dictum, a græca voce. *Dmoades* enim puellas ancillares Græci ferunt, quas per Aphæreſim *Maid* dicimus, & πύργον *Burgum*, vt πύξος, *Buxus*. Æneas Siluius *Magdeburgenſem* vocat, & *Virginopolim* metropoliticam inſignem vrbem inter Saxones, opibus & authoritate memorabilem, ſcribit. Ligurinus *Virginis vrbem* dixit, & Virginum habitationem. Ptolemæo μεσεῖον, *Meſuium*, Petro Appiano Interprete. Hanc ciuitatem Otto I condidit, vt ſcribit Lupoldus: auxit ibique requieſcit, vt Otto Friſingenſis. Inclyta hæc vrbs Imperatorũq; honeſta ſedes, tres in partes diuiditur, eſtque munita mœnibus ac propugnaculis, turribus quoque ac foſſis valida ac tuta, Aedibus pulcherrimis, perpolitis plateis viciſq; inſignis, ac tẽplis magnificis celebris. Imprimis vero nobile D. Mauritij fanum, ex quadrato lapide ſtructuræ magnificentia conſpicuum, Ottonum Cæſarum inſigne opus. Magiſtratus jus civile Romanorum Saxonica lingua conſcriptum, non ſine reverentia cuſtodit, quod Caroli Magni authoritate firmatum tradunt, eoque in deciſione cauſarum vicinæ gentes recurrunt: magna & venerabilis earum legum authoritas habetur. Atque hęc de Magdeburgenſi Epiſcopatu ſufficient. Cæterum vt huic deſcriptioni Colophonem imponamus, demus regionibus hac Tabula contentis ſuos amnes: Hi ſunt *Albis*, *Onacra*, *Oltemia*, *Sala*, *Wiperus*, *Inderſt*, *Struma*, *Roide*, *Ruma*, *Vker*, *Fues*, & alij. Non Montes deſunt inter quos qui dicuntur *Der Ramel berg*, *Melibocus*, & alii; neque Siluę, inter quas *Auff dem Hartz-Waldt*, *Solinger Woldt*, cum alijs, quas in ipſa Tabula cernere licet.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

Flumina. Montes. Silvæ

HASSIA

HESSEN LAND-GRAVIATVS.

Habet Hassia multam nobilitatem & illustria loca, quæ a cæteris internoscere pulchrũ esset, verum de his regiminisque statu nihil mihi hactenus cognoscere contigit. Duos tantum inueni comitatus, Solms 30. 15. 50 35. & VVitgenstein 30 17. 50 50.

Meridiani distant juxtà rationem paralleli 51 e. ad circulum maximum.

Hassia.

Post Ducatum Brunsvicensem pandit nostra Methodus *Hassiam*. Hæc vnde nomen habeat ambigitur. Sunt qui a Monte Heso; at is nusquam in Hassia, neque etiam alibi reperitur, nisi is forte sit qui Nouiomagi exstat, quod quidem a re non vsque adeo alienum videtur. Referunt enim nonnulli Batonem quendam Regis Cattorum Filium, (qui Nouiomagũ auxerit, restaurarit, ac mœnibus cinxerit) Hesum Filium habuisse, qui fauore ac amore patrij soli ei loco suum nomen communicarit. Vnde etiamnum Hesus Mons dicitur. Alij sic nominatam volunt a Cattis qui hanc regionem incoluisse commemorantur, mutatis litteris, quemadmodum fit in γλῶττα γλῶσσα, vnde adhuc est loci nomen *CatzenElnbogen*, gentis illius contestans vetustatem. Beatus Rhenanus Rerum Ger. lib. 1 autor est, Hessos ex superiore Germania advénas pulsis Cattis hæc loca occupasse, deque suo nomine appellavisse. Habet hæc Regio Turingiam ab Oriente, a Meridie Franconiam; VVestphaliam ab Occidente respicit; a Septemtrione vero Ducem Brunsvicensem, Episcopum Mindensem, aliosque Principes vicinos habet. Aer Regionis salubris est. Regio ipsa Frumenti, Leguminum, Fructuumque feracissima. Vinum autem non fert, nisi qua Rhenum attingit. Sunt etiam vberrima saginando pecori pascua, in quibus numerosi armentorum pecudumque greges conspiciuntur. Alit & Feratum & inprimis Cervorum in Silvis magnam copiam, ad frequentes venationes Nobilitatem invitantium. Metalla etiam alibi generat, Aes & Nigrum plumbum. Salis quidem non fodinas sed Fontes habet. Hanc Regionem quondam Comitatus, nunc vero Lantgraviatus titulo decoratam olim Cattos inhabitasse (etsi Crantzius reclamet, qui ex Cattis Saxones facit) omnibus fere nostri seculi Scriptoribus persuasum est: χάττοι Ptolemæo dicuntur. Hi postea in Insulam Batauorum transgressi (autore Tacito) vbi hodie horum nominum vestigia supersunt in duobus vicis, cognominatis ad Mare & ad Rhenum. De horum Etymo ita scribit doctissimus Iunius: *Catti, quos nostra & prior ætas Hessos vocavit, commune cum felibus cattisque nomen sumsisse videntur, a ferocitate qua in hostem insultabant. Cui enim ignota ferocia & impetus animalis illius, domestici licet, in appetendo illius iugulum, qui angustiam adferendo illud premat? vela dolosis insidijs quibus assilire in hostes soliti fuerint, vti tergis murium assultant feles. Eiusmodi namque genius fuisse gentis Cattorum Bellicosa & ferocis videtur. Referri huc potest vsitatum apud Huesdenos, vocabulum Hesis pro Catto seu fele; qui siquando domesticum animans muribus inimicum significare volunt; Hessum nominant. Possunt & præstantes virtute viri hoc Cattorum nomine designati fuisse olim a veteribus, quod tales etiamnum Lingua Battava Cattos vocitet, certe virtutem, & gentis excellentiam non aliunde discas melius, quam a Tacito, qui genti illi plus decoris & disciplinæ totius militaris attribuit, quam cæteris omnibus Germanis, &c. Itaque aptissimo nomine populi ingenium expressum fuit, sive ferociam & impetuosos assultus, sive præstantiam spectes.* Hactenus ille. Fuit autem olim Hassia tantum Comitatus subiectus Dominio Turingiæ, id quod probat liber Torneamentorum in quo legitur, quod anno Christi CIƆXLII *Ludovicus Comes Hassiae fuerit Hallis in ludo militari ibi celebrato, sed factus deinde Landgraviatus, ascendit filia supra matrem.* Accessit tandem & Comitatus CatzenElnbogen, idque per filiam vltimi Comitis, quam duxit Hericus Landgravius. Genealogiam Landgraviorum Hassiæ apud Munsterum habes. Sunt porro in Hassia præter alia minorum gentium Opida, Vrbes duæ præcipuæ, *Marpurgum*, & *Cassula*. *Marpurgum*, ἀμάρεια Ptolemæo, qui eandem ἀμειρίαν vocat lib. VIII Geog., vt censet Franciscus Iren. & Appianus, vulgo *Marpurg*; Hassiæ Metropolis. Hanc alij a Marte quasi *Martis-purgum*; alij a Marcomiro Francorum Principe sic nominatam volunt. Ciuitatem hanc olim villam fuisse Historię produnt. Eam Lona Fluuius insignis præterfluit. Vrbs est Sede Principis, Schola illustri condita anno Christi CIƆIƆXXVI a Ludouico Episcopo Monasteriensi, nobilis; Ioanne Oldendorpio, clarissimo omnium inter Iurecõsultos Germaniæ: Ioanne item Draconite, & Andrea Hiperio Theologis celeberrimis clara. *Cassula*, præcipuarum Hassiæ ciuitatum altera, dicta quasi Castellum, Ptolemæo φρούριον esse creditur: olim tantum arcem hic exstitisse perhibent. Vrbs elegans, vbi hodie Landgravij Arcem habent, validis propugnaculis munitam & aquis probe instructam: hortum etiam odoriferis herbis consitum; & opere topiario, more Italico adprime ornatum. Ciuitas *Fulda*, *Ana* & *Trusula* fluminibus irrigua. Aquis autem instructa, agrum fœcundum atque compascuũ habet, & arua nutriendis pecoribus apta. Vnde in vellerum lanæque venditione, ciuiũ potissimũ negotiatio cõsistit.

Regio & vnde dicta.

Situs.

Cæli temperies. soli fertilitas. Animalium varietas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.


HASSIA
landtgra
uiatus.
Paderbornensis diœce
sis pars
Waldeck Comit:
pars
Pfeffe com
Das Eichfeld
THVRIN
An der Leon
Henneberg comitatus

Haud procul Marpurgo est *Franckenberga* vel *Francoburgum*, Opidum perelegans, situ amœno & antiquitate commendatum, ad fluuium *Ederam* situm; nomen desumpsit a Francis, qui ibi castra metati sunt contra Saxones. Anno Christi 1000 primum exstrui cœptum a Rege Theodorico; postea anno 1000cccl111 a Carolo Magno auctum. Ciues consuetudine Maiorum bellicosi, cum necessitas postulat, venationi alioqui & agriculturę dediti, qualis etiam Hessorum in vniuersum est indoles. Prope hanc ciuitatem rotæ aquam per montem deducunt. Sunt & alia: *Eschwega* colli imposita, læta agri fœcunditate gaudens Opidum, VVerræ fluuij aquis irrigatur: cuius oportuno vsu, *Isatis* herba, *Glastum Plinio*, & ex eadem confecta tinctura, quam Thuringicum solum, frequenti fœnore suppeditat, primo supra hoc Opidum lapides, cimbis imposita, Mindam vsque, inde Visurgi aquis, quæ VVerram absorbent, Bremam, & per totam Ostlandiam defertur. De primo Eschvvegæ initio, nihil, quod sciam, Historiarum monimentis comprehensum reperitur, eo, quod Hungaricis bellis atque incendijs, tertium depasta, deformataque fuerit. Francoburgicum tamen Chronicum, dum Carolum Magnum circa annum 1000cxcv1 Episcopatus varios instituisse, Monasteria & Ecclesias, multis in Opidis, fundasse commemorat, meminit & Cauffinge, non procul a Cassela: & Eschovvegæ, ab eodem tum temporis excitatæ. Præclara etiam extant Henrici Imperatoris 11 ergo hoc Opidum merita, qui idipsum Hungaricis incursionibus devastatum atque collapsum, restituit, novis ędificijs auxit, & locupletavit. Gravissimis rursus calamitatibus adflictum fuit, anno 01000cclxxxv11 eo bello, quod inter Adolphum Moguntinum Archipræsulem, & Hassiæ Landgravium acre desævijt, quando etiam ad Hassiæ gubernationē pervenit. *Frislaria*, insigne quoq; ac præstās Hassiæ Opidū, vulgo *Fritzlar*, Latine doctrina pacis, vt puta, vbi veræ & perpetuæ pacis doctrina S. Bonifacij auspicijs, toti Hassiæ, Thuringiæ, Franconiæ & Frisiæ innotuit: Egræ fluuij propinquitate, & situ admodum amœno, sicuti vniversa passim Hassia, præcellit: Muris circumcinctum turrigeris, situm inæqualem, sicuti & regio ipsa, hinc inde montosa, obtinet: agro tamē lauto; Frumenti, Leguminum & fructuum feracissimo, etiam vini, cuius tamen fertilitate, non est hæc regio admodum præstans. Et quamuis in ipsa Hassia, Frislaria se conspiciendam præbeat, ad Moguntinum tamen Archiepiscopum pertinet, vnde varijs Fortunæ & Bellonæ casibus frequenter exposita, maximas ab Hassiæ Ducibus calamitates frequenter pertulit; quemadmodum & a Saxonibus expugnata & fœda exustione deformata fuit. Qua de re in Saxonia sua Albertus Crantzius lib. 11 cap. x. *Saxones*, inquit, *iniuriam prioris anni vindicare volentes, moverunt in Hassones, qui iam Francis paruerunt, & ad Opidum Frislariam pugnaverunt, magna internecione cadentes, qui obviam prodirent. Ecclesiam insignem eius Opidi, quam Bonifacius Episcopus & Martyr prædixit incremabilem, diu frustra tentaverunt incendere. Visi sunt in albis duo iuvenes, qui incendium restinguerent, vnde territi Saxones, aufugerunt. Repertus est ad ostium ædis sacra genibus nixus Saxo extinctus, faucibus hians, quasi flammam excitaturus.* Hęcille. Reliqua huius Landgraviatus Opida quæ multa sunt, prætereo. Hessorum autem regionem partim perluunt, partim adluunt fluvij varij, quorum præcipui: *Rhenus* quidem latus inter Meridiem & Occidentem. *Visurgis*, .1. *Wesera*, cuius fons *Weira*, e Toringico nemore profluit; *Lupia* qui in VVestphaliam transit: & *Adrana* Tacito, cum *Adernam* vocant Historiæ, hodie *Aederam* dici existimat Althamerus. *Rhoer* forte, vt scribit Ritheimerus. *Eder* ex eo facit Iunius in suo nomenclatore, additque Cattorum fluuium esse, & in amnem Adam exire. In sua Batavia autem scribit eum in Fuldam evolui: & hoc ex tabulis verum esse constat. Minores sunt *Lanus* seu *Lona* in Comitatu VVitgenstein fluuius (*Anden Horberg* oritur) olim VVidekindi Anglorum Principis castrum prętersluens, Lasphe eiusdem Comitatus Opidum adluit: inde Beidenkap, Marpurgum, Steiffenburg, Giessen Cattorum, nunc Hessorum Opida adlabens, VVetzphalar & Limburg prętersluens, multis receptis amnib' infra Lonstein Opidū in Rhenū evolvitur: *Fulda*, *Homa*, *Schalmus* &c. Mōtib' regio vndiq; obsita, eorū vero nominatissimi. *Meliboci* & *Abnobij* mōtes. Reliqui varijs insigniuntur nominibus, vti *Keßelpergus* & *Geyne* montes, &c. Silvæ sunt plurimę Hercynię portiones. Sed de Hassia quæ dicta sunt hactenus, sufficiant. Nefas sit autem non adscribere, Coronidis quasi loco quæ Aelius Eobanus Hessus in carmine gratulatorio victoriæ ad Philippum Landgravium, paucis de huius regionis genio & situ, incolarumque moribus tradidit.

Flumina.

Montes.
Silvæ.

Qualis Hyperboreum prospectans Thraca Booten
Gradiui domus ad Rhodopen, Hemumque nivalem
Circumfusa iacet, gelidis asperata pruinis,
Gignit in arma viros duratos frigore, quique
Aut Hebrum Nessumque bibunt, aut Strymonis vndas:
Talis & ipsa situ, talis regione locorum
Et fluuijs, Silvisque frequens, & montibus altis
Hassia: natura similes creat alma locorum
Ceu natos in bella viros, quibus omnis in armis
Vita placet: non vlla iuvat sine Marte, nec vllam
Esse putant vitam, quæ non assueverit armis.
Quod si tranquillæ vertantur ad otia pacis,
Otia nulla terunt sine magno vana labore:
Aut duro patrios exercent vomere colles,
Aequatosque solo campos rimantur aratris,
(Namque & planities segetum fœcunda patentes
Explicat innumeras, & plena messe colonos
Ditat, & ipsa sibi satis est) aut ardua Sylvæ
Lustra petunt, canibusque feras sectantur odoris.
Venatu genus assuetum, genus acre virorum:
Aut leges aut Iura ferunt, aut oppida condunt
Fortia, non solum bello munimina: verum
Quæ deceant in pace etiam, oblectentque quietos.
Quid sacros memorem Fontes? quid amœna Vireta?
Quid valles ipsis certantes frugiferacis
Vallibus Aemoniæ? dulces quid vbique recessus
Musarum loca, consessu loca digna Dearum?
O patriæ gelidi fontes, o flumina nota,
O valles, o antra meis gratissima Musis.

THVRINGIA
DVRINGEN LANT-
GRAVIATVS.

Nobilitas & ſtatus huius ditionis mihi necdum innotuerunt. tantum inueni Comitatum Gleichen 32 50: 50 58. & vt exiſtimo Kranichfelt 34 17: 51 26. Item Epiſcopatum vnum Mersburg 34 17: 51 26.

Meridiani diſtant a ſe iuvicem pro ratione paralleli 51 0.2d
Aequinoctialem.

Turingia.

HAſſiam ſequitur *Turingia*, vulgo *Duringen*, ſita inter duos Fluuios Salam & VVerram: quorum hunc ad Occaſum, illum ad Ortum habet: ad Septemtrionem Hercyniam Silvā (quam *Hartz* vocant): & *Turingenſem*, vt vocant, *Saltum*, vulgo *Duringer Waldt* a Meridie. Longitudo regionis Latitudini par, x11 Milliarium. Regio omnis generis Frugum & Legumium, fertiſſima, & inprimis frumento præ omnibus alijs Germaniæ partibus fœcunda: adeo vt Georgius Agricola eam *Sumen Germaniæ* appellare non vereretur. Magnus hic Iſatidis herbæ, (quam Plinius *Glaſtum*, hodie *Guadum* & *Paſtillum*, vulgo *Weedt*, *Paſtel* nominant & cærulſeum efficit colorem) proventus, quæ hinc cum magno incolarum emolumento ad alias regiones transfertur. Vnde quidam Poeta inſignis;

Regio. *Situs.* *soli fertilitas.*

Herba Thuringorum celeberrima creſcit in agris,
Hanc Iſatim Græcus ſermo vocare ſolet.
Ponderis hæc magni eſt, & multo venditur ære:
Hac etenim tingi lana parata ſolet.

De qua Plin. lib. xxii. cap. i. *Simile Plantagini Glaſtum in Gallia vocatur: quo Brit annorum coniuges nuruſque toto corpore oblitæ, quibuſdam in ſacris nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes.* Obſoniorum quoque ac fructuum vix quicquam deſiderat; ſi Vinum demas quod aliunde importatur. Reperiuntur & Auri Argentiq; Fodinæ, & Salinæ divites. Olim Regnum fuit, hodie Landgrauiatus titulo decoratur. Turingia & Haſſia ſub Regibus Francorum conjunctæ vſque ad Carolum Magnum & Henrici Aucupis tempora manſerunt, annos cccLxvi. Tandem *Carolus Craſſus* Imperator Ducem Turingiæ præfecit *Ludovicum*, cuius Nepos *Burchardus* ἄναυς ab Hungaris cæſus eſt. Quare *Henricus, Auceps* Imp. Turingiam occupavit, cuius ſucceſſoribus Saxonię Principibus in hodiernum vſque diem ſubiecta eſt. Etſi enim poſt Guilielmum Ottonis *i* Imperatoris Filium, qui Archiepiſcopus Moguntinus, Turingiam permiſſu patris tenuit, ſucceſſores ipſius, Archiepiſcopi Moguntini, merum Imperium in vrbem Erfordiam, quod adhuc retinent, & totam Turingiam ſibi aliquantiſper vendicarunt, quorum Vice-Dominus ſub Cõrado Salico Imp. Ludovicus Barbatus aliquãdo fuit: tamen poſtea *Barbati* Landgraviorum titulo Turingiam ad Hæredes transmiſerunt. Donec ad Miſnię Marchionem ex VVidechindi Saxonis poſteritate ortum, *Henricum* illuſtrem Theodorici filium & Hermanni Turingiæ Landgrauij ex filia Iuditha Nepotem circa annum Chriſti cIocCI pervenit, cui ſucceſſit filius *Albertus* degener, eique filij *Fredericus Admorſus* & *Theodoricus*, qui a patruo Theodorico Miſniæ Marchione hæredes conſtituti ſunt. Hunc Tractum *Sorabos* olim inhabitaſſe ferunt. Horum meminit Eginhartus & Ammoinius. Horum reliquias hodie vocat Peucerus *Sorbec* & *Servestein* inter Albim & Salam flumina. Reynerus Reyneckius, in ſuo de Myſnorum origine libro, hos *Tyringetas* quaſi *Tyringotas* putat, indeque eius vrbem Gotham nomen ſortitam fuiſſe non dubitat. In hac regione quamlibet exigua, vt ſe accepiſſe ab Hugone Brinckhorſtio Anglo vrbis Erfordienſis cive ſcribit Ortelius, ſunt x11 Comitatus, & totidem Abbatiæ, (quas *Gefurſtete Antien* vocãt) ex11v civitates, & totidẽ Opidula, (vulgo *Merckiflecken*:) bis Mille pagi, & cL Arces. *Erdfurdia* ſiue *Erfordia*, priſcis *Erphesfurdia*, *Erfesfurt* Turingiæ vrbs primaria nomen a primo cõditore *Erfi* nomine, ſumſiſſe putatur: Hic enim, cum molitor eſſet, molendinum ſuum ad Geram fluuium fixit, atque ciuitati huic initium dedit, circa initium imperij Arcadij & Honorij: poſtea a Clodouæo Frãcorum

Imperium Maiorum.

Vrbs & Opida.

Mansfeldiae comitatus pars
Hoeglser comitatus
Stolberg com
Das Eichsfeldt
Merzburg stift
Offerlandt
Mis
nię
pars
Void
land
Franken
landt
THVRIN
GIA

rum Rege anno Christi cccc xxxvi ii vehementer aucta ornataque; Anno vero cIↃlxvi muris cincta tanta amplitudine, vt Germaniæ totius maxima censeatur, ac *Nicht eine Stad*, Rusticis Turingis, *Sondern ein gantzes Land*, dicatur. Hanc perluit Gera fluvius, atque a sordibus purgat. Episcopalis olim erat, Bonifacio Germanorum apostolo conditore: ea dignitas deinde Maguntiacum translata dicitur. Scholam habet literarũ studijs florentem, quam Bonifacius ix Papa priuilegijs ornauit, Anno cIↃccccxcii. Huius vrbis ager nulli fertilitate secundus, pascuis abundat, & herbæ lætidis feracissimus est. Vrbs ab Henrico iv multis est labefactata incommodis, ob importunam decimarum exactionem, a qua Erfurdia immunis semper ac libera fuit. Itaq; exorto Saxonico bello auitam libertatem ferro armisque defendere, quam insolito decimarum iugo, ceruices submittere maluit, idque tanto animorum ardore, vt et vitæ & fortunis Augusti, extremum immineret periculum. Hæc eadem ceu quodam fortunæ excelsis inimicæ ludibrio iactata, incendijs varijs. Neque est aliqua vrbs insignis in Germania, quæ per fatalem ac aduenticium ignem toties deformata fuerit. Vltimo incendio, anno cIↃccclxxii grauissimum sensit damnum, præsertim in basilicis Virginis Mariæ & Seueri, vt pene tertia vrbis pars incendio perierit. Terribile fuit incendium illud immisso igne per conducticios incendiarios, quorum erat primarius Dominicanus quidam. Duæ Ecclesiæ Collegiatæ, quas vocant, cum ponte & insigni vrbis parte conflagrarunt. Anno Domini cIↃIↃix grauissima seditio inter senatum et Ciues Erdfordienses exorta fuit propter insolitas quotannis impositas a senatu plebeis contributiones. Nam communitas vnum in locum conueniens, scire voluit quantis debitis vrbs foret obligata, quantumue ęre alieno grauata. Senatus tumultum & populi furorem animaduertens, blandis illum & mollibus sedare verbis studuit, dicens, tempore opportuno de omnibus et singulis tam acceptis quam expensis rationem se redditurũ. Quibus verbis ciues placati ad tempus quieuere. Die autem constituto adueniente, rursum conveniunt, & hortantur senatum vt rationem reddat. Tum vnus cæteris insolentior, verbis asperis inuadit eos qui a ciuibus ad senatum fuerunt missi, quod non parum ciues irritauit. Cumque res diutius traheretur, videntes ciues se nihil proficere: Senatum abdicarunt, nouumque instituerunt. Quid multa? Hinc grauissima seditio, contentio, atque adeo bellum est exortum. Hanc vero seditionem Episcopus Herbipolensis & Cæsar Maximilianus sedare, ac partes per concordiam componere sunt conati. *Weimaria* pulchrum Opidum, quondam peculiari Comitatui nomen, iam vero inclytam Saxonię Ducibus sedem & domicilium præbet, qui magnificum in eo palatium habent, ex quadratis & formatis ad lineam saxis nitide ædificatum, & pomarium omni arborum genere summa industria consitum, quod Ilma fluuio irrigatur, qui in Salam tandem se recipit. *Iena* ciuitas a Iano dicta, secundum nonnullos; verum is in Germania coli non solebat. Probabilius itaque Stigelius canit:

Hinc placet Hebræo nobis hanc nomine dici,
Vt vetus a Iaÿn nomen Iena tenet.
Cur ita crediderim, nisi mentem vocula fallit,
Certa huius ratio nominis esse potest.
Quippe vocat Iaÿn Solima pius incola terræ,
Hoc quod nos Latio dicimus ore merum.
Quæ caput in medijs vrbs fertilis erigit vvis,
Hanc quisquam a vino nomen habere neget?

Hæc ille. In ima jacet valle, muris & turribus firma, ponte lapideo vtramque Salæ ripam coniungens. Nobilis est publico Gymnasio, erecto anno cIↃIↃlvIII. *Gotha* a Gothis nomen habet. Atque hinc Turingos a Gothis Rithaimerus in sua Orbis descriptione originem traxisse scribit, eo, quod Gothi in hac regione gentis suæ vocabulo Gotham vrbem condiderint, circa annum, ut Lobsteinio placet ccIↃxxiii. Admirandæ fortitudinis castrum habuit *Grimmenstein*, quod nunc solo æquatum iacet. Eius rei causa hæc fuit: *Guilielmus Grübachius*, stirpe magis, quam virtute nobilis, ob varia & enormia flagitia, quibus Principes in ordinẽ redigere, Cæsarem ex Imperij fastigio deturbare, novamque Imperij formam moliebatur, cum a Ferdinãdo Imp. Augusto, tum a Maximiliano Imp. eius filio, reus declaratus & cognitus, cum omnibus conjurationis socijs, condemnatur, proscribitur: atque illustrissimo Principi Electori Saxoniæ, sententię promulgatæ executio, ab Imperatore ac cæteris Imperij ordinibus, vno consensu demandatur. Quam ipse proscriptionem, fiducia sui receptus, & protectoris Ioannis Friderici ii Saxoniæ Ducis, contemnit. Qui cum post multas Principum admonitiones a pertinaci seditiosorum defensione non abstineret, Illustris Saxoniæ Dux Princeps Elector August. extrema necessitate coactus, vrbem obsidione aggreditur, ac deditione capit. Tũ *Grübachius*, cũq; eo quatuor ex conjuratis, ob violatæ Cæsareæ Majestatis crimen justo supplicio adficiuntur, castrum funditus diruitur, Dux Ioannes Fridericus, captiuus Viennam abducitur. Fluminibus irrigatur regio compluribus: inter quæ *Sala*, vel *Saltza*, *Werra*, *Vuilrut*, *Ilma*, *Gera*, *Or*, *Apfelstet*, *Helbe*, *Cling*. Montes etiam Minerarum fœcundos inesse testatur Herodotus, Auri Argẽtique venis diuites, qui haud procul Braitenbornio ac Schvvartzenburgo reperiuntur. Siluis etiã hinc inde conspersa est regio, Hercyniæ portiones sunt; ac Turingica Silua late nota, vulgo *Turinger-Walds*, *Bacenis* Cæsari Germaniæ Silva Cheruscos a Sueuis dirimens; *Haynich*, *Hainseite*, *Finne* cum alijs nonnullis, quæ varij generis ferarum venationes præbent. Sunt in hac regione multa Templa, & Monasteria, inter alia templum Erfordiæ B. Mariæ virginis, a Bonifacio Moguntinensi Episcopo constructum. Hoc Templum habet Campanam magnitudine in tota Germania celebrem. Populus atrox, durus, minaxque in hostem, corpora viris procera, robusta, & decora.

Flumina.
Montes.
Silva.
Opera publica.
Vulgi mores.

FRANCONIA
DVCATVS.

Primus Circulus Imperij est Franconiæ, in quo hi ad consilium conuocantur.

1. Ecclesiastici.	2. Principes sæculares.	3. Ciuitates liberæ.
Episcopus Bamberg.	*Marckgr. Brandenburg, Burger vō Nurenberg.*	*Norunberg.*
Episc. Wirtzburg. Dux Franconiæ.	*Co. Hennenberg 32 10: 50 34.*	*Rottenburg.*
Episc. Eichstett.	*Co. Castel 33 45: 49 21.*	*Winshaim.*
Teutsch ordens Maister.	*Co. Wertheim.*	*Schvvcinfurt.*
Præpositus Camberg. 29 51: 50 13.	*Co. Rheineck. 31 41: 50 10.*	
tab. Westf. 3.	*Comites Hohenloe 31 20: 49 10.*	
Abb. S. Gilgen Norimbergæ.	*H. Reichesperg 31 53: 49 33.*	
	H. Limpurg 31 39: 49 3. in tab. Wirtenberg.	
	Co. Erpach 29 31: 49 58.	
	Co. Schwartzenburg 33 13. 50 45.	

Meridiani distant ratione paralleli 50 o. ad circulum maximum.

Franconia Ducatus.

Sic se habet Germaniæ Superioris Regio Turingia: sequitur iam nunc explicanda *Franconia*, siue *Francia Orientalis*. Ea a Francis nomen appellationemque sortita est. Huius nominis originem quidam ad Francum, quem alij Francionem nominant, fabulosum atq; emẽtitum Hectoris filium, gentis auctorem referunt: cuius nominis etymon lepide Petrus Ronsardus poeta Gallus appellatum a veteribus Astyanacta Francum quasi φραγγον, hoc est hastigerũ scribit. Alij, inter quos Gaguinus & Æneas Pius id nominis beneficio Valentiniani Imp. impositum Francorum genti commenti sunt, siue quod feroces & nobiles Attica lingua Franci dicerentur (quod vbi nam lectum vsquam sit apud idoneum & classicum scriptorẽ, nescire me libenter fateor) siue a tributi remissiõne & libertate accepta. Quanquam posteriori rationi citius subscribere velim, si minutius exigendum sit vocis etymon, vt Franci dicantur, quasi, *fry on cy*, nimirum a censu (quod *cy*, sonat) & vectigalibus immunes: alioqui videri possunt appellati veluti, *fri ansi*, *Fransi*: vocabulum autem *Ansi*, Gothici idiomatis proprium, denotat eos qui ceteros mortales fortuna & opibus antecellunt, Heroum & Semideorum conditioni proximi, velut humanæ sortis terminos egressi: vnde corrupta vox vernacula *Ansos* & additione aspiratæ *Hanso*: nominat proceres communi fortuna maiores. Sed ad rem. Franci postquam opes eorum conualuissent, & servitij iugique tæderet Romani, ac dominatus cupiditas animos faceret, nomen sibi ipsi a libertate crearunt, antiquata cõmuni illa Germanorũ appellatione. *Franconia* autem Suæuiæ & Bauariæ a Meridie vicina est; ab occasu Rheno contigua; ab ortu Bohemiæ; qua Septemtrio est Hassos & Turingos vicinos habet. Aer regionis pur⁹ ac saluberrim⁹. Regio ipsa præterquã ea pars quæ Norica hodie vocatur atq; fluminib⁹ vicinior est, arenosa nimium non est vt Æneas Siluius scriptum reliquit, nec nimiũ etiã lapidosa. Fertilis omnis est, Hordeum, Triticum & omne Frumentũ & Legumẽ satũ multo cũ fœnore reddit. Rapa cœpæque nullibi fere locorum maiora et laudatiora reperiuntur. Ac multis in locis colles vitibus consiti vinum gignunt, quod ob sui præstantiam adgentes remotissimas transportatur. Glycyrrizę radicis Babenbergensis ager tantam subministrat copiam, vt currus ea onusti per vniuersam Germaniam devehantur. Est etiam vndecunque terra cultissimis pomarijs & pratis amœna; animalium domesticorum, ferarumque dives. Feræ in Nemoribus a principibus fouentur, habentque plurima stabula, in quibus hiemis tempore pabulum & interdum sal accipiunt, seque a cæli inclementia tutantur. Eas capere aut saltem persequi, priuatorum nemini concessum. *Francos* ab origine Germanos & peculiari isto vocabulo antiquitus appellatos fuisse constat cum ex alijs, tum ex Procopio Cæsariensi, rerum quas literarum Monimentis consignauit oculato Scriptore. *Francorum* autem genus geminum apud Scriptores inuenio. *Ansiarios* & *Salios*. Marcellinus lib. xx. scribit Ansuarios, siue (quæ apud Tacitũ exstat lectio) *Ansibarios* transmisso Rheno extim⁹m Galliarum oram inquietasse. Quo in loco prior editio scripturam *Ansuarios* magis mihi approbat, quam posterior quæ *Attuarios* habet: quanquam & *Attuarios* alibi apud eundem legimus: vbi vulgata exẽplaria vitiose scribũt actuarios. Alterũ *Francorũ* gen⁹ sunt *Salij*, quos non a Salis riuo Sala, qui Turingos a Sorabis dirimit, in Albim se effundens, quod quidam existimãt; sed vel a Sala altero Rheni brachio, qui Isala nominatur, cuius accolæ fuere, vel a saltu & agilitate pedum nomen sortitos arbitror: quod postremum secutus videtur Sidonius illis versibus, quibus peculiares singularum gentium dotes complexus est: *Cursu Herulus, iaculis Humius, Francus ęq, natatu, Sauromates clypeo, Salius pede, falce Gelonus*. Hinc est quod alio loco tribuit illis eam pernicitatem, qua vel hastas emissas præuerterent, quando ait, etymon gentis simul aperiens, *Clypeosque rotare Ludus, & intortas præcedere saltibus hastas, Inque hostem venisse prius.*

Regio vnde dicta.

Situs.

Cæli temperies.

Soli fertilitas.

Ansiarios

FRANC:
KEN:
LANDT:
Francia
orienta
lis
Bohe
miæ
pars
Palatinatus
Rheni
pars
Wirtenbergensis
duca
tus pars
Hohenlo
Comit
Wert
Comitat
Spellbr
Heilbronn
Comm:
Hanau
Comitat
Hentzelberg
Pa
latina
tu
tus
pe
rior

Imperium Ma-Ierum. Franconum primus Princeps fuit *Genebaldus*, qui xxx. annos eis pręfuit. Pręfuisse post eum scribuntur *Marcomirus, Dagobertus, Ludovicus*, I, *Marcomirus*, II. *Waramundus* alijs *Pharamundus*, qui vocatus ad regnum Francię fratri Marcomiro reliquit Ducatum; *Prummesser, Genebaldus* II, *Suno, Luitemarus, Hugbaldus, Helmericus, Gotefridus, Genebaldus* III, *Ludovicus* III. Hunc sequuti sunt *Erebertus, Ludovicus* IV, *Gozpertus* II, *Hetatus* Dux vltimus. Qui sine hærede mortuus, *Witunino* Francorum Regi, qui & *Pipinus* dicitur, Ducatum ex cōmisso reliquit, quem deinceps filius eius *Carolus Magnus* & primus B. Burchardo primo infulato Episcopo VVirceburgensi eiusque successoribus & Ecclesiæ proprium donavit, anno 1 cclii. Ducatus nomine & dignitate etiamnum gaudet, quem titulum Episcopus Herbipolensis sibi vendicat. Neque tamen illi omnis Franconia subjecta est. Marchioni enim Brandenburgico parent Kitzinga, & Bristadium, Episcopo Babēbergensi Graglingiacum. Herbipolitano vero Chronacum, Forcheimium, Staphelsteinium, Hochstadium, Moguntino Koningspérgum, Oxenfordia, Carolostadium, Hasfordia, cum Bischofsheimo, Alderburgio, Mildeburgo & alijs quibusdam Opidis. Colburgum Saxoniæ Duci subiectum est. *Wirceburgum* quod Conradus Celta vocat *Erebipolim*, Ligurinus non malus auctor *Herbipolim*, Spanhemius *Marcopolim*, Ptolemæus Ἀρταυνον, Indigenæ *Wirtzburg* a dulci musto, quod Herbipolensis ager suppeditat: Franciæ Orientalis caput atque Metropolis est. Vrbs est luculenta, in qua Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus Anno Christi 1 cclx erexit Episcopatum. In plano sita est, collibus vndique amœnisque hortis & pratis cincta; præterea fossis, vallis, mœnibus, turribus & propugnaculis bene munita. Civibus plena, ædium pulcherrimarum frequentia nitidissime culta. Ad Occasum Mœnus præterfluit, ad vecturam accommodatus. Ripas vtrimque jungit pons lapideus, fortissimis innixus pilis. Vltra Mœnum in vicino monte arx est, quā variæ civium & rusticorum oppugnationes inexpugnabilem esse ostenderunt. Ad pedem montis Monasterium est a Burchardo opibus Cuniberti Franciæ Regis exstructum in honorem B. Magni confessoris. Cæterū non fuerit alienum plane ab instituto præsenti, cognoscere formulam exsequiarum & inaugurationis Episcoporum ac Ducum VVirceburgensium. Post excessum prioris, designatus Episcopus civitatem cum ingenti & exquisito equitatu ingreditur. Admissus descendit de equo, & deposito augustiore ornatu per quatuor Comites officiales in Domum Salvatoris deducitur, nudato capite, pedibus nudis, vili veste tectus, & solo funiculo cinctus. Officiales sunt, Domini ab Hennenberg, Castel, VVerthein, & Reinek. Decanus ei cum clero obviam procedens, rogat, Quid petat? Ille demisse respondet, se indignum pręsto esse, munia ad quæ electus sit, subire, & suo officio ex fide defungi. Tum Decanus, Ego vero, inquit, nomine totius capituli, domum Salvatoris Mundi eique adnexum Ducatum tuæ fidei committo, in nomine Patris, Filij & Spi. S. Mox clerum in ædem Salvatoris digressum ipse sequitur, indutusque ex more Pontificalem trabeam, Missæ primum, postea conviuio in arce interest. Defuncti vero Episcopi cadaver exenteratum in sacello arcis primum deponitur, corde interea exempto inque vas vitreum concluso. Postridie ex arce in Monasterium S. Iacobi defertur, dextera pedum, læva gladium tenens; tertio die inde in ędem Saluatoris itur: hic cītus, preces, vota: postea cum pedo & gladio sepelitur. Civitates reliquę *Bamberga*, Ptol. *Granionarium* Petro Appiano, γραυϊονάριον in græco codice: primum vocata fuit *Babemberg*, hoc est *Mons Babæ*, a Baba Ottonis Ducis Saxonis filia, atque vxore Alberti Comitis Babembergensis. Alij civitatem hanc vocant *Pavonis Mōtem*, *Pfawenberg*, Ciuitas est valde amœna ad fluuium Regnitz sita. Habet montes & colles & plurimos hortos, fundumque fœcundissimum, vbi pepones, & glycyrriza crescunt maxima copia, vt supra quoque retulimus. Pepones habentur ibi atque Nurenbergæ quo deferuntur in delitijs. Sedes est Episcopalis, & cū alijs felicis ingenij alumnis gaudet, tum Ioachimo Cametario in omni doctrinarum genere celeberrimo. Testantur id opera ab ipso edita, quæ summa cum admiratione leguntur. *Francofurtum* vel *Francofordia ad Manum* vulgo *Franckfurt am Mayn*, ad differentiam alterius ad Oderam sitæ. *Helenopolim* olim dictam scribit Munsterus, sed quando & a quibus non addit. Henrico Stephano in encomio, quod ei vrbi scripsit Nundinalis Musarum Academia, Francofordenses Athenæ, Musarum nundinę Mercuriales, & totius Orbis emporiorum compēdium, dicitur. Vrbs hæc in duas partes a Mœno perfluente distinguitur, quæ ponte lapideo conjunguntur. Civitas hoc tempore est Imperialis, binis per totum Orbem nundinis celebris. Hic Romanos Reges eligi ab Electoribus mos est, ibidēq; si imperij binos competitores esse contingat, vterque collecto exercitu de Imperio dimicant. *Moguntia*, vulgo *Meintz*, alijs *Moguntiacum*, Pirckheymero *Moconti acum*; Ptolemæus *Neomagum* lib. 2 cap. 8. tab. 3 appellat, vt nonnulli volunt. Nomen habet Moguntia a Mœni fluvio, quem alij Moganum, alij Mogum vocant. Ciuitas est Episcopalis & Metropolitana. Primi eius Episcopi fuisse dicuntur Crescens & Crescentius discipuli Apostoli Pauli. S. vero Bonifacius primus fuit Archiepiscopus. Agrum habet, ab vtraque Rheni ripa fœcundum & præstantissimo vino luxuriantem: Ampla est, bene munita, & spissa, tum populosa ea parte, quam Rhenus adluit: ex alio vero latere rarum habitatorem habet, immensa est longitudine, latitudine angustior. Aedes amplissimæ sunt, Romanorum more, Basilicæ & Collegiatæ Ecclesiæ magnificę, & perornatæ, cum arce Episcopali. Academia hic erecta est a Theodorico Episcopo. Huic ciuitati adscribi solet artis typographicę inventio. Præsuli suo proprio Archiepiscopo ac Electori, nec non S. Imperij Cancellario paret. *Mons Regius*, vulgo *Konigsperg*, Patria Ioannis de Monte Regio summi Mathematici, cujus extant subtilissima commentaria in Almagestū Ptolemæi *Schweinfordia* ad Mœnum sita in medio prope Franconiæ. *Kitzinga*; *Fridberga* vrbs Imperij, & alię. Flumina pisciosissima vndique regionem hanc perluunt beantque plurimum, quorum pręcipua sunt: *Mœnus, Sala*, octo ignobilioribus comitata, *Sinna, Radiantia, Aestus, Tubera*, ac nonnulla alia. Silvas habet *Speshart, Ortonis Silvam*, ac alias etiam Hercyniæ portiones, quæ eam æditissimis iugis per circuitum obsirmans, veluti natiuo muro ambit. Gens ipsa viribus armisque potens, nobilitate pollens, ingeniosa, laborum patiens Vinetis colendis vterque sexus incumbit, nec cuiquam otioso esse conceditur.

Vrbes.

Flumina.

Silva.

Vulgi mores.

BAVARIA
DVCATVS

Secundus Circulus Imperij Bauaricus.

1. Ordo.	2. Ordo.	3. Ordo.
Episcopi.		
Archiepiscopus Saltzburg.	*Dux Bavariæ.*	*Freistet.*
Episc. Paßaw.	*Co. Palatinus Bauariæ.*	*Regenspberg.*
Episc. Freisingen.	*Landg. Luchtenberg.* 34 28: 49 35.	
Episc. Regenspurg.	*tab. Franconiæ.*	
Abbates.	*Com. Hage.*	
Præpositus Berchtolsgaden.	*Co. Ortenburg* 35 36:	
Abb. Rempeseck	48 30.	
Abb. Waldsachsen 34 25: 50 58.	*B. in Stauffe, forte Thunastauff.* 34 22.	
tab. Francon.	49 0. *aut Stauffnegk* 35 22: 47 35.	
Abb. Roden. Rot opinor 34 29: 47 51.	*H. Rimfels, forte Rhinfelden tab.*	
Abb. Keishaim 32 53: 46 43.	*Germaniæ.*	
Abb. S. Haymeran Ratisbona.	*B. Degenberg.* 35 8: 48 53.	
Abbatissæ.	*Obersultzperg* 33 31: 49 8.	
Alt Munster, Ratisbona.		
Ober Munster Ratisbona.		

Meridiani distant pro ratione 48 0. paralleli ad circulum maximum.

Bauariæ Ducatus.

Regio. *Vnde dicta.* *Situs.* *Cœli temperies.* *Soli fertilitas.* *Animaliũ varietas.*

Bauaria nunc adeunda est, ab Avaribus Hunnorum reliquijs, qui Noricis pulsis in ea terra consedere, littera adiecta, dicta. Dicitur & *Boiaria* a Boijs Cisalpinæ Galliç populis, qui hoc loco aliquando sedes habuisse leguntur: Vulgo *Beyeren.* Habet ab Oriente Austriã; ab Occasu Sueuiam; qua Meridies est Alpes adiacent illi Rheticæ; qua Septemtrio Franconia. Longitudo Milliarium Ger. XXIX, Latitudo XXV. Aer vt plurimum salubris, ac regio amœna est; in vniversum satis ferax, non æque tamen Vini ac Frumenti, quamuis & Vinum gignat nonnullis locis, sed agrestius. Generosius vinum importatur ex Alsatia, Francia & Austria. Magna copia Frumenti inuenitur circa Ratisponam & Landshutum. Abundat insuper Sale, arborum fructibus, Ferro, pecore, volucribus, feris, omnibus denique ad victum, cultum & vsum vitæ spectantibus. Sues glandibus silue stribusque pomis tanta copia nutrit, vt veluti Hungaria boves, ita hæc sues plurimis Europæ regionibus suppeditet. Præter Vrsos item, Aptos, & cæteras eiusmodi feras, centenarios Cervorum alit greges, quos absque consensu Principis venari crimen est. Anno CIƆIƆLXII, XXII die Augusti, Cervus in Bauaria captus scribitur, tanta corporis vastitate & mole, vt libras IƆCXXV exhibuerit. Sedes hic quondam habuerunt *Narisci*, *Vindelici* & *Norici*. *Nariscos* qui hodie *Nortgow* Auentino, vel *Narcau* Melanctoni, Nardge vocantur, a cæteris Danubius diuidit. *Vindelici* ex Antiquorum descriptione inter Rhętos & Noricos siti sunt. *Rhætia* duplex est, vna latior, quæ Vindelicos Noricosque & Rhætos proprie dictos cõplectitur, altera strictior. Vindelicos a Rhætis disterminat Lycus, si Ptolemæo est fides. Sin Strabonem sequimur, Rhenus & Lacus Brigantinus, quem nos in Helvetiæ descriptione monstrauimus. Eosdem a Germanis separat Danubius, ab Italia Alpes. Originem nominis Vindelicorum recte obseruauit ex Ricardo Marcus Velserus,

Respicit & late fluuios Vindamque Lycumque
Miscentes vndas, & nomina littoris, vnde
Antiquam gentem, populumque vrbemque vocarunt
Vindelicam. ---- Vindelicorum quænam gentes vrbesque fuerint tum ex Plinio & Ptolemæo cognosci potest, tum ex illustri Strabonis loco qui est lib. IV. *Vindelicorum petulantissimi habiti sunt Licatij, Clautinatij, & Vennones. Rhætorum, Rucatij, & Colvantij: Gestiones quoque Vindelicorum sunt & Brigantij. Vrbes ipsorum Brigantium & Camædunum, & Licatiorum veluti arx Damasia. De horum Latronum in Italia sævitia hoc memoratur. Eos pago aut vrbe potitos, non modo puberes omnes necare, sed ne infantibus quidem masculis parcere. Imo ne hic quidem subsistere, sed grauidas etiam mulieres occidere, quas eorum vates dicunt virilem fœtum vtero ferre.* Ad hos vincendos missi sunt ab Augusto Tiberius Claudius Nero, & Nero Claudius Drusus, ambo Imperatoris privigni, qui copias Barbarorum exiguis prælijs dispersas ac dissipatas aggressi, facile vicerunt inque suam potestatem redegerunt. Vide Paterculum lib. II. Dionem lib. LIV. & Horat. lib. IV Odar. *Norici* initium capiunt a flumine Oeno; vergunt ad Orientem & Austrum, ad Hungariam & Italiam vsque. Horum magna in bello vis fuit, vtpote qui bello adsueti limitaneos Romanos semper oppugnarent. Indicio est *Ensis Norius* Horatio celebratus. Etiã inscriptio quæ cis Danubiũ inuẽta ita habet. DIS MANIBVS ET MEMORIÆ LEGIONVM. ET MEMORIÆ MISERRIMORVM, VINDELICIS PRÆFECTIS MOCENIANIS ET VICTORI ET AVRELIO FILIIS VINDELICIS SVRINVS INFELIX PATER F. C.

Bohemię
pars
BAVA
RIA DV
CATVS

Imperium Maiorum. Bavaria olim a proprio Rege ad Arnulphi Imperatoris vsque tempora administrata fuit; cum vt Parthi Arsacem, Aegyptij Ptolemæum, ipsa *Cacannum* nominavit. Deinde Duces habuit, quos etiamnum tenet. *Bavaria* dividitur in *Superiorem* & *Inferiorem*. *Superior* subdita est Alpibus, Austroque. Hæc crebris impedita est paludibus, fluminibus rapidis, silvis adspectu horridis. Pecuarijs, pecoribusque pascendis magis idonea. Inferior fertilior est, crebrius frequentiusque habitatur, & propter Danubium, Isaram & Lavarum amnes vitium ferax. Atque ita dividitur Bavaria φυσικῶς. Dividitur etiam πολιτικῶς politice, juxta Principum Ditiones in Comitatū *Bavariæ* & *Palatinatū*, *Comitatus* hac tabula, sequēti *Palatinatus* describitur. Vrbes Superioris Bavariæ sunt, *Monachium* alijs *Monacum*, vulgo *Munchen*, ad ripam Isaræ fl. situm, exstructum ab Henrico Bavariæ Duce, anno CCIↃLXXII sub Othone I Imperatore. Vrbs est omnium pene Germanicarum civitatū amœnissima: inter fluuios Oënum & Lycum, inter vrbes VVasserburgum, Augustam & Frisingam, inter lacus piscosos, interque Siluas jucundissimas sita. Meridiem versus respicit Montes Tyrolenses, Orientem versus, hortos suburbanos, rivulis ex amne deductis distinctos: inter quos Ducis hortus, cura, amplitudine, herbarum florumque copia & ordine topiario, illustris est: in hoc præter artificiosissimum fontem & pergulam æstivam picturis statuisque exornatam, hoc est memorabile, quod sub crepusculum vespertinum magnus Cervorum Grex sub ipsas fere fenestras quotidie accedit. In vrbe Templa, turres, Bibliothecę, Curia, Forum Opificum & Mercatorum frequentia aliaque permulta, non ad vsum tantum sed etiam ad ornatum & spectantium stuporem videre licet. *Ingolstadium* vulgo *Ingolstatt*, ad Danubium jacet, antiquis dictum *Engelstatt* sive *Angelostadium*, ab Angelis Suevis qui civitatem hanc cum alijs ceperunt. Initio pagus fuit, sed a Ludovico Bavaro Imperatore jus civitatis obtinuit. Gymnasium in ea exstructum omnium artium & sapientiæ Anno CIↃCCCCX, eamque multis postea privilegijs & opibus ornarunt auxeruntque Ludovicus Dux Bavariæ & Pius II Pontifex. *Frisinga* olim *Fruxinum* Rhenano & Munstero testibus, condita putatur eo tēpore quando Romani per Præfectos & provinciarum Præsides tenebant & administrabant eam Bavariæ Regionem, quæ a ripa Danubij excurrit ad Alpes. Habet autem locus iste elegantem & amœnum in colle sitū, etiam si vicinus ager juxta terræ illius genium asper sit. Mosacus amnis eam præterlabitur. Sunt præterea Opida XXXII. In *Inferiore* sunt *Ratisbona* vulgo *Regenspurg*, sita ad Danubium: nomen sumpsisse putatur a pluvia & arce, a Claudio Tiberio Nerone Imperatore III exstructa tempore passionis Christi, atque ab ipso *Tiberina* vel *Augusta Tiberij* vocata. Huius memoriam in antiquo lapide exstare Onuphrius scribit. Goltzius adducit nummum Tiberij, cum hujus hac inscriptione, COL. AVG. TIB. Hanc Regensburgum putat Simlerus *Regium Antonini* esse, & in lib. Notitiarum *Castra Regina* dici. Alia multa sed a Barbaris indira nomina sunt apud Althamerum, vt *Reginoburgum*, *Rhatobonna*, *Rhatopolis*, *Hyaspolis*, *Imbripolis*, *Regnipolis*, *Tetrapolis*, *Quadrata* & *Germanisheym*. Nomen *Ratisbona* a navigatione deductum videtur. Olim Metropolis fuit Bavariæ: Sedes Regum & Ducum eiusdem regionis. Pontem habet lapideum anno CIↃC.XV. ab Henrico Imperatore super Danubium exstructum XI fornicibus sustentatum, pass. CCCC et LXX Latitudinis. *Patauium* siue *Patavia* vulgo Latinorum, vernacule *Passau*; *Batavas* libri Notitiar. putat Velserus. Βοιδόδορον Ptolemæi Vindeliciæ ciuitas Aventino, Pyramio & Lazio; Vrbs ampla, elegans atque clarissima in infima, inferioris Bauariæ parte ad Austriæ initium, in vtriusque nimirum prouinciæ confinio, inter Danubij & Oeni confluentes, peninsulæ instar, loco commodissimo pariter, amœnissimoque sita. Episcopali, cui paret, sede, & amplissima, quæstuosissimaque omnis generis commerciorum negotiatione admodum celebris. Tam præstanti siquidem ad negotiationem situ ob fluuiorum, locique oportunitatem excellit, vt quemadmodum ob rapidissimorum fluminum concursum, Lugdunum in Gallijs, Gandauum in Flandria quæstuosa negotiatione floret: ita hoc Germaniæ tractu, eodem nomine præ ceteris vrbibus commendetur Patauia. Hinc etenim omnis generis merces, vel ex Athesina prouincia, & Oenana valle per Oenum fl., vel ex vicina Bohemia, cum per Illiricum, navigio, tum per montana, jumentorum tergis, aut ex omni reliqua Germania, per Danubium in Austriam, & vicinas regiones copiosissime deportari solent. *Landshutum*, vulgo *Landshut*, vrbs celeberrimæ, & primariæ dignitatis; ad fl. Isaram sita, qui vrbem hanc prætetlabitur, magno incolarum commodo & ornamento. Hanc Irenicus ex quinta Ptol. Europæ tabula *Inutrium* statuere videtur, cui tamen situs non optime conuenit. Ac proinde melius Ptol. ἐνέτριον Aventinus vere linceus Germanię, potissimum vero Boiariæ suæ perlustrator, *Mittenwaldt* Bauariæ pagum cis Alpes constituit. Condita est anno CIↃCCVIII a Ludouico Bauariæ Duce; Agro beata fertili Frugum, Animalium, Vini, omnisque generis fructuum. Vrbs ipsa ædificijs admodum venustis & elegantibus nitet: inter quæ principem merito locum obtinet summum vrbis templum, quod artificiosa structura, & viuo ex lapide visenda, imo stupendæ altitudinis turri conspicuum est. Magnificum etiam Illustrissimi Alberti Ducis, in inferiore vrbis parte cernitur palatium, *Novum* vulgo *ædificium* nuncupatum. Reliqua minorum gentium Opida euitandæ prolixitatis gratia, prætereo. Fluvij Bauariam scindunt beantque plurimum non pauci *Danubius*, totius Europæ maximus, Græcis pariter atque Latinis Scriptoribus celebratus; *Lavarus*, & *Isara* amnis, vt amœnus, ita piscolentus & rapidus: *Illicetus*, *Oenus*: *Lycus*, *Alemannus*, vel *Altmula*, *Nabus*, *Regus*, *Ambra*, *Zorsa*, *Vilsus*, *Wolfaha*, *Gysea*, aliique pene innumeri. Præter hæc flumina complures etiam ac spatiosos habet Lacus, singulis, singula sibi piscium genera, & tanquam priuatas formas custodientibus; cuiusmodi sunt *Ammersee*, *Asee*, *Wirmsee*, *Rorsee* &c. Montibus cum hinc inde sit innexa altissimis, nomina singulorum hic recensere vix datur, præcipui tamen sunt *Pœninæ Alpes* & *Caravancas* mons. Siluis pene infinitis ita spargitur, vt vna videri quæat, vti reuera est; Hercyniæ enim omnes hæ portiones sunt, ac totum propemodum eam olim hūc tractum contexisse, vix dubium est. Verum diuersa, hæ eiusdem silvæ portiones, sortitæ sunt nomina, cuiusmodi sunt, *Heynerdoch*, *Schwartz Waldt*, *Grienwaldt*, *Zellerwaldt* &c. Populus agri & pecoris magis quam belli cultor, neque mercaturæ multum deditus, tantum Baccho & liberis operam dat: raro natale solum relinquit.

Vrbes.

Fluuius.

Lacus.

Montes.

Silva.

Vulgimores.

PALATINATVS SVPERIOR SIVE BAVARIÆ.

Imperij est Principatus.

In eo est Luchtenberg Landtgrauiatus 33 27: 49 35. *Imperij est in Circulo secundo. Reliqua nobilitas nobis ignota est adhuc.*

Meridiani distant pro ratione paralleli 49 15. ad circulum maximum.

Palatinatus Superior Siue Bavariæ.

Bavaria præter diuisiones paullo ante a nobis commemmoratas in *Cis-Danubianam* & *Trās-Danubianam* dividitur. *Bavaria Trans-Danubiana* Nariscorum ora est, de quibus supra. Hodie *Nortgouia* dicitur, vulgo *Nortgow*, atque hæc eadem *Palatinatus superior* est. Ea iam nunc, postquam de Bauaria vniversim ac de ea quæ Comitatus nomine censetur hactenus verba fecimus, explicanda occurrit. *Nortgovia* autem nomē, vt ab etymo ordiamur, a Septemtrionali plaga aut terra nomen habet. *Nort* enim Idiomate Germanico Septemtrionem, *Gow* terram & agrum significat. Dicitur etiam hæc Regio *Palatinatus superior*, ad differentiam eius qui ad Rhenum est Palatinatus, qui inferior appellatur. Hęc *Bavaria* olim *Noricum* dicta fuit, quam Ptolæmeus Æno flumine, Danubij parte quæ est ab Æno ad Montem Cetium, monte Cetio, Pānoniæ parte et Monte Caruanca definit. Sed postquam Boij exactis Romanis in partem Vindeliciæ, quæ inter Ænum & Lycum iacet immigrarunt, euenit vt is etiam tractus, tum Norici, tum Boiariæ siue Bauarię nomen acciperet. Quo sensu (vt suis ad Ortelium literis M. Velserus monuit) eam Diaconus III Longobard. describit, his verbis: *Noricum* siquidem prouincia quam Boioariorum populus habitat, habet ab Oriēte Pannoniam, ab Occidente Suauiam, a Meridie Italiam, ab Aquilonis vero parte Danubij fluenta. Noricorum duas prouincias numerat Sex. Ruffus, item lib. Notiti. *Noricum Mediterraneum* & *Ripense*. Cæterum *Bavaria* hæc a Septemtrione Voitlandiam vicinam habet: ab Ortu Bohemia; qua Meridies Danubio fluuio a reliqua Bauaria dispescitur, qua Occidens Hanecampo, Sueuię parte, ac Franconiæ terminatur. Aer huius regionis vtcunque gratus ac salubris est: terra autem satis dura & aspera, licet quibusdam locis satis proferat frumenti: ac pascua reperiantur saginando pecori apta. Iuxta Kelheimium Danubij ripa vitifera est, vinum tamē ignobile & austerum, vt vulgo dici soleat, acetum in illis montibus nasci. Gignit & alibi Metalla varij generis, inprimis Ferrum magna copia, vnde Nortgouienses annuatim magnam vim pecuniæ colligunt. Optimū itē cæruleum colorem quem vulgo *Lazurum* vocant. Noricū porro nunc Bauariæ Palatinatus Regni titulo olim decoratū fuit, ac proprios reges habuit reliqua Bavaria a Romanis in provinciam redacta, vsque ad annum Domini 10. Vnde Iulius Cæsar meminit, *Ariouistum* Germanorum regem vxorem habuisse sororem regis Noricorum. Quos tamen Norici posterioribus temporibus habuerunt principes non constat, quousque facti sunt Christiani. Anno vero 1011 opera *Theodonis* II in vnum regnum redacta est Bavaria, qui Romanos e Bavaria expulit maxima strage edita: inde in tres Ducatus tributa per tres illius filios, *Theodonem* III qui Ratisbonæ, *Ottonem* qui Ottingiæ, *Theobaldum* qui Tyrolis consedit. Reliquos enumerare nimis lōgum foret. Vt tandem hoc caput finiam, Ludovicus Imperator Dux Bavariæ anno Christi CIↃ CCCXXXIX huiusmodi diuisionem instituit, vt tota Bavaria Norica Palatinis Principibus cederet, præter vrbes aliquot Imperiales: & quæcunque iam olim ad Imperium pertinuerant. Metropolis huius Bavariæ *Nurenberga* vulgo *Nurnberg*, ad amnē Pegnitium, qui vrbem interluit; Situ amœno excellens, Ambitu magna, Visu pulcra, Templis celebris. Ædium pulcherrimarum frequentia nitidissime culta, plateis vicisque insignis, Mœnibus Turribusque valida, Propugnaculis tuta, Civibus plena, Mercatorum commercijs dives, & inprimis Mechanicis Artibus nobilis, ac toto orbe celeberrima. Sita est non modo, in Germaniæ, vt scribit Bilibaldus Birckhaymerus, sed etiam Europæ vmbilico. Ab Hierosolymis, quæ in medio Mundi constituta ex graduum lōgitudinibus & latitudinibus cognoscitur, distat Nurenberga 10 Milliaribus Germanicis. Civitas licet pervetusta non sit, tamen Castrum eius in edito colle situm, quod olim *Castrum Noricum* fuit appellatum, est antiquum: constructum enim a Claudio Tiberio Imperatore, vnde etiam Neronis castrum dictum fuit.

Regio & vnde dicta.

Situs.

Cœli temperies.

Soli qualitas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

PALATINA
TVS
BAVARIAE
Bauaria
inferior
Germanica commenia

Olim subjecta fuit Alberto Duci Franciæ, post cuius mortem imperio accessit sub Ludouico III Imperatore; ex eo augeri cœpit & coli. Sub Carolo quarto mœnibus cincta est: Iterumque anno CIↃIↃ XXXVIII. Hodie ciuitas hęc totius Germaniæ fere maxima & amplissima est, ita vt CXXVIII contineat Plateas, XI Pontes lapideos, qui duas vrbis partes conjungunt. Fluvius per ciuitatem transiens LVIII rotas hydromylarum vertit. Numerantur etiam in hac vrbe putei aquarum CXVI, fontes XII ex truncis aquam evomentes; sex magnæ portæ, ac balnea communia XIII. De hac Fabritius:

Qua non Germanis est vlla celebrior oris
Seu Leges spectes & Sancti Iura Senatus.
Et sic vnanimi viventes, fœdere cives,
sive tot artifices claros aquandaque priscis
Ingenio, & varios Iuvenumq; Senumq; labores.

Anno CIↃ IↃ LXXV Noribergenses Altorfij Academiam constituerunt, ad quam linguarum, artium, Philosophiæ & Facultatum Professores magnis stipendijs evocarunt. Eius rei memoriam seruat Epigraphe Altorfina. IVVENTVTI, RELIGIONIS CHRISTIANAE DOCTRINA, LINGVIS LATINA ET GRAECA, OPTIMIS DENIQVE ARTIBVS AC DISCIPLINIS INFORMANDAE, GEORGIO VOLKAMERO, PHILIPPO GEVDERO, HIERONYMO BAVMGARTNERO, LITTERATORVM PRAEFECTIS, ET BALTHAZARO BAVMGARTNERO OPPIDI PRAEFECTO, SENATVS NORIBERGENSIS SCHOLAM HANC NOBILEM ET PATRITIAM APERIRI ET SOLENNITER INTRODVCI VOLVIT III. KAL. IVL. QVI DIES PETRO ET PAVLO APOSTOLIS SACER EST. ANNO A NATO CHRISTO SALVATORE M. D. LXXV. Tractus iste præter Metropolim plurima habet Opida, Monasteria & Villas, potissimum *Ambergam*, anno Christi trecentesimo supra millesimum muro cinctam, *Auwerback*, *Sultzback*, *Castel* Monasteriũ: (vbi olim Principes Nortgoviæ suam habuerunt Curiam.) *Eger*, *Beierut*, *Eistet*, *Napurg*, *Neuwenstadt*, *Ruwenkelm*, *Kemnat*, *Krusen*, *Grewenwerdt*; *Gaynum* castellum a ploratu dictum. Nam istic Danubius, periculosa & horrenda, & quæ citra lamenta, vix pervehi possunt loca, attamen navigantibus transeunda (Germanice *Die Strudel*, ab aquarum stridore atque impetu vocant) transit; *Eschenback*, *Weiden*, *Pernauw*, *Pleistein*, *Herspruck*, *Rurback*, *Neumarkt*, *Tursenrut*, *Elbogen*, *Cham*, *Schonsee*, *Kunsperg*, *Stauff* & alia nonnulla, quæ quidem pro maiori parte sunt Principum Palatinorum. Includit quoque hæc regio Nortgouiensis vnum ex quatuor Lantgraviatibus, qui olim ab Imperatoribus fuerunt instituti, nempe *Luchtenberensem*, accepitque denominationem istam ab Arce Luchtenberg, etiamsi Principes Dominij illius curiam suam teneant in Opido Pfreimbdt: & quandoque in Grunsfelden. Non crevit iste Lantgraviatus in tantã potentiam vt cæteri tres, qui temporum successu multum aucti sunt, ditione & potentia: maxime autem Hassię Lantgrauiatus, vt scribit Munsterus. Regionem hanc irrigant beantque plurimum *Egra*, *Nabus*, *Vilsus*, *Regus*, *Pegnitius*, *Schwartzach*, *Sultza*, *Altimulus*, *Laberus*, *Lautra* fluvijac præter hos nonnulli alij. De Regnitio, Rednitio sive Rego referunt historiæ commoranti Carolo Magno apud Ratisbonam persuasum fuisse, fore vt ex Rheno in Danubium nauigari possit, si inter Radiantiam (hic est Regnitius) & Altimulum fluvios fossa duceretur quę Navigiorum capax esset: quod horum fluviorum alter Danubio, alter Rheno misceretur. Confestim Rex ad locum oportunum accelerat, ac magna hominum multitudine coacta, totũ autumni tempus in hoc consumpsit. Ducta est itaque fossa inter prædictos fluuios duum millium passuum longitudine, trecentorum pedum latitudine. Sed res successu caruit, nam propter juges pluvias & terram natura palustrem, opus stare non potuit: quantum enim interdiu egestum fuerat, tantum noctu humo relabẽte subsidebat. Apud VVeiseburgense Opidum extant etiamnum vestigia vani laboris. Silentio non est hic prætereundum, omnes fere Nariscorum seu Nortgouiorum fluvios fabricis ferri, & reliquorum metallorum onustos & impeditos esse: vtpote quorum fluenta agunt & impellunt, tam ingentes folles, quam immensos malleos, Fabris, ferrum tantum suppositis incudibus, admouentibus. *Mons Pinifer* vulgo *Fichtelbergk* in ambitu complectens circiter VI Milliaria est in hac regione: ex eo quatuor insignes profluunt fluuij, *Mœnus*, *Nabus*, *Sala*, & *Egra*, ij in crucis modum divaricati, 4 Mundi cardines petunt. Mons iste varia gignit Metalli genera, producit & optimum cęruleum colorem, quem vulgo *Lazurum* dicunt. Invenitur quoque in summitate montis stannum, & multæ foveæ ex quibus olim metalla fuerunt eruta. Siluæ Hercyniæ portionibus, hæc ora etiam vndique conspersa est: ex his sunt *Weissenburwalt*, *Behemer Waldt* cum alijs, quæ in tabula repręsentantur. Porro suscepta fide orthodoxa in Bavaria, simul leges & viuendi instituta genti fuere prescripta, nempe de Ecclesiæ libertate, de incendiarijs Ecclesiarum, de confugientibus ad Ecclesiam, de Clericorum percussoribus, de decimis, de seditiosorum poena, item leges castrenses, de libertis, de nuptijs, de causis mulierum, de furtis, de legibus agrarijs, de commendatis & commodatis, de hæreditatib⁹, de emptionibus & venditionibus &c. Illis legibus Bauari ante aliquot secula paruere, nonnullisque adhuc. Non possum autem quin aliquot hoc in loco ex his adscribam Bavarorum leges. *Iudex vt iuste iudicet librum penes se legis habeat, ex eo causa omnis componatur. Neque personam neque munera respectet iudex, sed de compositione, dum recte iudicarit, partem nonam accipiat. Sin perperam, duplo, quicquid lata sententia abstulerit, exsolvat: insuper solidis xl multetur. Qui rem aliquam vendiderit precio accepto, emptionem aut charta aut testibus ratam faciat, duo, tres vel plures testes adhibeantur. Venditio nisi voluntaria & libera, firma non sit.* Plura addere supersedeo, nequis hanc descriptionem me onerare legibus velle existimet, quæ a Ioanne Boemo Aubano fuse describuntur.

Flumina.

Mons Pinifer.

Silua.

Leges.

SAXONIA SVPERIOR DVC· SIMVL CVM MISNIA ET LVSATIA

Octauus Circulus Imperij. Ober Saxen.

1. Ordo.	2. Ordo.	3. Ordo.
Episcopi.	Principes & domini sæculares.	Ciuitates liberæ.
Meißen.	*Dux Saxonia Elector.*	*Dautzick.*
Merspurg.	*Maregr. Brandenburg Elector.*	*Elbingen.*
Naumburg.	*Marchiones Brandenburgenses.*	
Brandenburg.	*Duces Pomeraniæ.*	
Hauelburg.	*Principes Anhalt 33 19: 51 8.*	
Lubeck.	*Comites Schwartzenburg 33 13: 50 45.*	
Camin.	*Comites Mansfeldt.*	
Abbates.	*Comites Stolberg 33 6: 51 43.*	
Saluelds.	*Co. Hohenstain. 32 36: 51 35.*	
Rottershausen.	*Co. Buchlingen 33 34: 51 19.*	
Falckenrieten. 32 45: 51 42.	*Co. Rappin.*	
Abbatissæ.	*Comites Mullingen. 33 59: 52 8. tab. Brunsw.*	
Quedelnburg 33 13: 51 50.	*Comites Gleiche 31 51: 51 27. siue potius, 32 51: 50 58.*	
Gernrode 33 21: 51 54.	*Comites Leisneck 35 8: 51 14.*	
	Comites Widerfels.	
	H. H Bernaw.	
	B. B. de Tautenberg 33 58: 51 5.	
	Co. Regenstein. 32 57: 52 0.	
	Russe de Plaw 34 30: 53 44. H. de Gratz.	
	H. H. de Schonburg.	

Meridiani distant iuxta rationem 51 10. paralleli ad meridianum.

Saxoniæ Superioris Ducatus: Simul cum Misnia & Lusatia.

Ad *Saxoniam Superiorem* pervenimus, Octauum Circulum Imperij. Saxonia enim dividitur in *Superiorem & Inferiorem*. Superior hic quam hæc tabula exhibet, nobis describenda. De Inferiore ad Tabulam XIV Germaniæ egimus. Quæ ibi de Saxonia diximus, hic repetere nolumus, ne Lectori tædium pariant. *Saxonia Superior*, vulgo *Ober Saxen*, quæ titulo Ducatus ornatur, cuiusque Dux est vnus ex illis Principibus qui Imperatorum electionibus præsunt, ab Ortu Antiquam Marchiam; ab Occidente Hassiam respicit; Qua Meridies est Turingia & Misnia iacent; qua Septemtrio Ducatus Brunsvicensis. Primariam habet Vrbē *Witembergā* ad Albim sitā. Hæc a Widechindo I exstructa est: alij adscribūt VVidechindo filio eius, atq; a VVidechindo vel Patre vel Filio VVitēbergā dictā putāt. Gymnasiū habet erectū a Duce Friderico An. MCIDIDII. Quā Academiā alter Fridericus ita ornauit, vt ex frigida, teste Erasmo, celebris euaderet. Petrus Mosellanus, Fridericus inquit, VVitenbergam suam, omnigenarum artium, maxime trium Linguarum Professorib' sic instituit, sic adornauit, vt optime cōstituti Gymnasij exēplar hinc petere possis. In quo Hening', & Oldendorpius Iuriscōsulti, scriptis apud Germanos celebres, floruerūt. Memorabile est, quod de purgatione per ferrum candens in hac ciuitate accidisse Albertus Crātzius in sua VVandalia commemorat lib. VIII cap. XXX. Incendium ædium furtim procuratum imponebatur in hoc Opido innocenti: ille sancte iurans eius se culpæ non esse affinem, purgationem afferebat vulgarem de ignito ferro, quam iuribus interdictam, aut ignorauere, aut contempsere, qui iudicio præerant laici. Ferrum ergo ignitum ille deportat itinere non paruo: tum manibus excutiens nihil læsionis præferebat. Euanuit ferrum ex oculis mirantium omnium. Annus pene totus intercesserat, cum alius iam silicibus viam straturus in Opido publicam, in arena loci manum vertit & invento ferro adhuc ignescente dextram adurit. Mirati qui adstiterunt, rem perferunt loci Præfecto. Illi mox incidit suspicio, illum esse hominem criminis reum, quod innoxio imponebatur: mox iubet ad quæstionem abripi, confitetur crimē, & vltimo supplicio, fractis rota cruribus, interimitur: ita diuino iudicio est proditus noxius. Extat etiam Historia de candentis ferri purgatione, quam Genildis Henrici III coniux subijt: quę cum ab æmulo quodam adulterij accusaretur, iudicio candentis ferri se purgauit. Non absimile purgationis genus eos vsurpasse apud Georgium Cedrenum inuenio, quos virgines corrupisse, aut quæ corruptæ essent, erat suspicio. Nonnulli etiam in hac Superiore Saxonia *Torgam* locant, quam alij in Misnia ponunt. Cum Saxonia tanquam Partes eius explicātur Misnia et Lusatia, de quibus cum prēsens Tabula eas quoque deliniet, pauca attexamus.

Regio.

Situs.

Vrbs Witebergā.

Misnia

SAXONIAE
superioris
LVSATIAE MIS
NIAEQVE
delineatio
Mansfeldiae
comitatus
pars
Crossen
Ducatus
Goerlitzer
heyde
MI
NI
A
VOYTLAND
Bohe
mia
parz
Pars

Regio & vnde dicta.

Misnia Meißen, Superioris Saxoniæ inter Salam & Albim posita, a Mesia Lacu, ad quem olim fortasse eius incolæ habitarunt, aut a Misna vrbe, nomen accepit, cui opinioni Rithaimerus in sua orbis descriptione libentius accedit. Verum recenter hoc nomen regioni inditum est, cum *Hermundurorũ*

Situs.

hic olim sedes fuisse colligere liceat ex Tacito: nam in Hermunduris Albim nasci memorat. Terminatur ad Septemtrionem Marchia Brandenburgensi & Superiori Saxonia; ad Orientem Solem vtraque Lusatia ac Silesia; Qua Meridies est Bohemiæ Regnum ac Sudetos montes respicit; qua Occidens Turingiam vicinam

Cœli qualitas.

habet. Aer olim vix ferendus fuisse dicitur, ob montium siluarumque humidas exhalationes, nunc vero

Soli fertilitas.

silvis excisis cessant nebulæ, vnde aere hodie salubriori fruuntur. Regio omni frugum genere fœcunda est, vt toti fere circumjacenti regioni ad abundantiam sufficiat. Summa est vbique non modo Frumenti fertilitas: verum etiam Vini, Mellis, Pecorisque copia: præterquam in Valle Ioachimica, vbi gleba durior & minus fertilis est. Sed quod superficiei eius denegatur, id eius viscera abunde compensant: Argenti enim sunt ibi divites admodum Fodinæ. Metalla insuper varij generis in montibus passim generat, Argentum, Aes,

Imperium Maiorum.

Stannum, Ferrum, Plumbum; atque alibi etiam Aurum. Tempore Ottonis magni, Regio hęc vna cum Turingorum & Superioris Saxoniæ terris, appellata fuit Marcha Saxoniæ, antequam videlicet Ducatus Superioris Saxoniæ erigeretur. Deinde successu temporum fuerunt hæ terræ & regiones in plura Dominia divisæ, ac postea rursum sub vnam denominationem atque Dominationem redactæ: quemadmodum contigit anno CIↃCCXLI, quando Princeps Lantgraviatus Turingensis sine prole mortuus, per mulierem ditionem suam transmisit ad Dominos Misnenses qui ab eo tempore vtrumque adepti titulum, & Marchiones Misniæ & Landgravij Turingiæ dicti sunt. Anno quoque Domini CIↃ CCCCXXIII deficiente virili successione Principis Electoris Saxoniæ, Sigismundus Imperator tradidit Ducatum Saxoniæ Principibus Misniæ; quem & in hunc vsque possident diem, & ab illo tempore triplicem sibi vsurpauerunt titulum: vt scribit Munsterus.

Vrbes.

Vrbes Misniæ multæ: primaria est *Misena* ad lævam Albis ripam, exstructa ab Ottone I. Proxima *Dresdena* situ valde jucundo, & contra hostiũ incursiones probe munito. Hic armamẽtarium est Ducis Saxoniæ, est & aula eius magnifice exstructa, & pons e saxo admirandi operis. *Lipsia* Emporium celebre, ad Pleissenã amnẽ sita reliquas omnes Misniæ vrbes opulẽtia & splendore antecellit: hic nobile est litterarũ & sapiẽtiæ Gymnasium, quod rebus Pragæ conturbatis eo translatum est, anno CIↃ CCCCVIII. De ea Scaliger sic canit:

Lipsia se ostentans sublimibus aurea tectis,
Lumina dum saturat, mens perit icta fame.
Vecta quibus ratibus longinquæ marmora terræ,
Vnde frequens Flavi pura nitela Tagi.
Huc Cyprum, huc Temesum. huc Arabes, huc Serica dices
Sedibus evulsa, huc Indica regna, suis.
Quum bibitur gemma, vincuntur nectare gemmæ
Sed linguæ varius vincit vtrumque nitor.
Nec Germana tamen vitiatur Lipsia luxu,
Ast hunc Germanum Lipsia magna facit.

Flumina.

In eodem tractu sunt *Ilenburgum*, *Antiqua cella*, *Lauterbergum*, & alia Opida. Fluminibus rigatur hæc Regio

Silua.

Albi, *Sala*, *Mulda*, & alijs; ac Silvis quoque vndequaque conspersa, Gabretæ ac alijs plerisque Hercyniæ portionibus.

Vulgi mores.

Hodierni incolæ robusti, fortesque ac commẽdanda corporis forma, ac proportione, iucundi, hilares, amici, modesti, pacis amantes, nulla in parte Germanorum innatã feritatem ac immanitatem referẽtes.

Regio.

Lusatia quoque Saxoniæ tribuitur, Ritheymero teste; Inter Albim, Oderam, & Bohemiæ Montes interiecta. Ipsum autem Lusatiorum nomen, affine est voci *Elysiorum*, vel *Lygiorum*, quorum sedes in illa vicinia fuisse certum est, inquit Ioachimus Cureus. Regio hęc Frumenti, Rerumque ex terra nascentium feracissima. Fuit aliquando coniuncta cum Misnia: tandem Bohemi, qui Regnum suum vndique conabantur extendere, eam ad sese traxerunt. *Lusatia* duplex est, *Inferior* & *Superior*. In hac sunt *Spremberg*, *Prybus* & *Cotbus*; in illa *Gorlitz*, *Zitaw*. *Gorlitium* vulgo *Gorlitz* vrbs primaria ac nobilissima in Superiori Lusatia:

Vrbes.

ædificiorum nitore, atque frequentia clara, murorum fossarumque ambitu, situ montoso, & Nissæ fluminis propinquitate firma, ex quo molitores, cerussiarij, tinctores, alijque ciues, infinitas commoditates percipiũt: Eius transitus ponte ligneo, tecto percommode clauso, oportune coniungitur. Præ cæteris autem tam publicis, quam priuatis ædificijs, magno sumptu perfectis, Ecclesia S. Petro dicata, & Curia, præclara turri conspicua. Vrbs ipsa prima fundatione constructa Anno CIↃ CXXXI, vt eius Annales perhibent. Funesto vero deinde Incendio Anno millesimo trecentesimo primo immitis Vulcani seueritate consumpta, vt ne vnica quidem domus remanserit. Verum ea suis e cineribus, veluti Phœnix, cui bustum suum, vita est, post eam ruinam anno fere octauo, speciosior nitidiorque extitit. Bohemiæ regno subdita est, sicut & Lusatia. Quonam autem pacto ad Bohemiæ coronam peruenerit Ioannes Dubravius lib. XXI de rebus Bohemicis refert. *Nissa* fluvius Lusatiam rigat, eamque beat plurimum. Sed hæc de Lusatia hactenus. Nunc

Saxoniæ fluuij.

vt ad Saxoniam redeamus, paucula de ea subiungamus. Nobilissimi Saxoniam irrigant fluuij, *Albis*, *Sala*,

Silua.

Visurgis item *Lusinicius*, *Multania*, *Misa*, *Sala*, *Fulda*, *Leyna*, *Allenis*, *Odera*, *Ola*, *Nisa*, alij. Silvas complures complectitur, *Lunenburgerheid*, *Spondaverheid*, *Rattenaverheid*, *Galberheid*, *Pomerischheid*, Hercyniæ portiones &c.

Leges.

Saxonia olim quatuor in genere habuit differentias, Nobilium, Liberorum, Libertorum atque Servorum, Et id legibus cautum erat, ne vlla pars suæ sortis oblita, terminos in copulandis conjugijs transgrederetur. Sed nobilis nobilem; & liber liberam duceret vxorem, Libertus coniungeretur Libertæ, & Servus Ancillæ. Quicunque vero contra faceret, cum vitæ suæ damno id lueret. Legibus ad malefactorum vindictam optimis

Mores.

vtebatur. Natio etiam omnium Saxonum admodum dedita superstitionibus, atque eam ob causam cum de rebus gravioribus consulerent, præter aruspicinam, equorum hinnitus tanquam præsagia inprimis observabant, vnde, fortasse sit, quod equum olim in insignibus gesserint Saxoniæ Duces. Sortibus etiam ducendis multi erant, virgam enim fructiferæ arbori decisam, in surculos amputabant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem fortuito spargebant. Mox si publica fuerit consultatio, sacerdos populi, si priuata, paterfamilias precatus Deos, cœlumque suspiciens ter singulos tulit, sublatos secundum impressam notam interpretabantur. Vt bellorum euentum explorarent, gentis, cui bellum indicerent captiuum cum electo popularium suorum, patrijs quemque armis committere solebant, et ex victore, quæ gens victoriam reportaret, coniectare. Deum Mercurium maxime coluerunt, cui humanis hostijs litabant. Sed hos errores fugavit tandem Christianæ religionis veritas. Gens est robusta, valida, cuius potus cervisia, cibus autem plerumque laridum crudum, butyrum, caseus ac reliqua lacticiniorum genera.

BRANDENBVRG MARCHIONATVS ET ELECTORATVS.

Hanc Brandeburgicæ Marchiæ descriptionem primus solusq; nobis præstitit doctissimus Mathematicus et professor in academia Frãcfordiana ad Oderam Elias Camerarius, vir a quo multa in Astronomicis desideratissima expectabamus, si longiorem illi vitam concessisset Dominus, iam enim in obseruatione motuum solis, lunæ, ac stellarum diligentissimus erat, ad castigandos quos in ijs certo deprehendebat errores. Conscripsit autem hanc tabulam non geometricis instrumentis vsus, vt cui propter academica negotia id integrum non fuit, sed ex suis aliorumq; profectionibus, idq; adeo solerter & circumspecte, vt lõgitudinis latitudinisq; regionis symmetriam vix melius potuisset attingere, etiamsi a dminiculo dioptræ geographicæ per triangulos eam fuisset emensus. Id me docuit experientia, quandoquidem vt reliquis circumstis regionum tabulis eius descriptionem conciliarem, vix vlla contractione aut extensione opus fuit, sed in eam quam proxime longitudinem ac latitudinem exterioris loci iuxta ipsius dimensiones positi incidebant, quam circumuicinæ tabulæ diligentissimè à me castigatæ & conciliatæ requirebant. Admiratus fui eius dexteritatem nullius instrumenti vsu subnixam, & gauisus sum exquisitè omnia meis dispositionibus quadrare: latitudo enim vrbis Francofurtensis, quam ille sæpe dimensus est, elegantissimè in meam regionum symmetriam & dispositionem consentiebat. Itaque est quod illi gratias agamus, & pia memoria eius nomen recolamus. De nobilitate & politico statu regionis haud dubiè designationem aliquam mihi suppeditasset, si superuixisset, nunc nihil habeo amplius quam quod tota Principis Electoris ditio in 7. aut 8. prouincias sit distributa, quæ sunt Alde Marck, Meddel Marck, Neu Marck, Vker Marck, Pregnitz, Crossen Ducatus, Sterneberg & Cotbus dominia. Itẽ pars Lusatiæ: Inter quas proculdubio, tum ad conseruationem & curam totius corporis, tum ad gubernationem populorum certus est Ordinum status & politia.

Sunt & minores in his provincijs Comitatus, vt Rapin 35 14: 53 8. & Vierraden 36 54: 53 7. & Kuttrin Marchionatus 37 14: 52 36.

Continentur etiam hac tabula.

MEKELNBVRG siue Magnopolensis Ducatus, & POMERANIAE pars maxima.

Ecclesiastici *in hac tabula sunt.*
- *Magdeburgensis Archiepiscopus & Primas Germaniæ: cui subsunt in Brandeburgensi Marcka Brandenburg Episc. & Hauelburg.*
- *In Mekelnburg Sverinensis Episcopus sub Bremensi.*
- *In Pomerania Camin Episcopus.*

Meridiani distant iuxta rationem paralleli 53 0. ad circulum maximum.

Marchionatus Brandenburgicus.

Marchionatus Brandenburgicus qui hac Tabula repræsentatur, olim a Vandalis habitatus fuit, quorũ sedes ab Albi flumine Oriẽtem versus porrigebantur, per ditiones quas nunc Mechelburgici, Brandenburgici, Pomerani, Bohemi, Poloni incolunt. Nomẽ habet a Metropoli, quam quidam initio Brenneburgum vocatam adserunt, quo etiam respexit Georgius Sabinus in suo Hodoeporico: *Regio.* *Vnde dicta.*

Italiam quando digressus ab vrbe petebam,
A duce quæ Frenno condita nomen habet.

Oppugnauit eos diu *Carolus Magnus*, expugnauit *Henricus Auceps* per brumam, castris in glacie firmatis, qui etiam vrbi præsidium imposuit, cum colonia Saxonum. Protenditur autem hic Marchionatus in longitudinem ad lx Milliaria Germanica. Ad Occasum clauditur Saxonię, Misniæ et Megalopolensium regionũ Limitibus; qua Septemtrio est Stetinos, Pomeranos, & Cassubios respicit; Poloniam & Silesiam versus orientem Solem contingit; Bohemiam, Lusatiam, & Morauiam habet a Meridie. Ager admodum fertilis est, inprimis Frumenti: nec desunt vineta, e quibus vinum abunde colligunt. Corallium insuper, ætitem, Scistum, aliasque non ignobiliores gemmas producit hæc regio. Porro Brandenburgicus Marchio Elector etiã est Imperij, & inter opulentissimos potentissimosque Germaniæ Principes numeratur; quippe qui præter Marchiam vtramque, etiam in Lusatiæ Comitatu & in Silesia vrbes multas possideat. Principum istorum successio varia fuit: nam deficiente Marchionum stirpe, *Ludouicus Bauarus* anno CIↃCXIX principatum dedit Filio suo *Ludouico*: Bauari anno CIↃCCCLXXIII vendiderunt eum *Carolo Imperatori* Regi Bohemiæ: a Filio Caroli Ioanne deuolutus est Marchionatus ad Moraviæ Principes, *Iudocum & Procopium*: *Iudocus* ære alieno pressus eum oppignorauit *Gulielmo* Marchioni Misniæ. Tandem in Concilio Constantiensi anno CIↃCCCCXVII *Sigismundus* Rex *Friderico* Burgrauio Noribergensi dono dedit. Hodie ei præest summa prudentię, clementiæ *Situs.* *Soli fertilitas.* *Imperium Ma-*

MARCA BRANDENBVRGENSIS & POMERANIA
Frisch haff
Vistula
Iulina
Polonia
pars
Alte
Marck
New
Marck
MEKELN
BVRG
Mecklenburgen
Archiepat.
Crosen
Dux

tiæ & liberalitatis laude clarus Ioannes Georgius. Diuiditur autem tota hæc Marchia in tres partes, in *Veterē* scilicet, *Mediā & Novā*. Incipit *Marchia vetus* a Solitudine quā *Luneburgēsē* cognomināt, & ad Albim fluuiū vsq; protēditur. Cōfinia itē habet cū Magdeburgēsi, Halberstadēsi Diœcesib⁹, & Megalopoli. Hui⁹ incolæ olim fuere *Senones Sueui*, nec nō alicubi *Angriuarij* cū *Teutonib⁹*. Inhoc tractu sūt septē nō parui nominis vrbes, hæ nēpe, *Tāgeramōda* ad Albī, quo Angra vel Tōagra aquā suā euomit sita; quōdā Caroli IV Imp. sedes. *Stēdaliū*, quæ hui⁹ Marchiæ ciuitas primaria; *Soltwedeliū* in duas ciuitates, Veterē & Novā diuisū. *Gardelebē* cū arce *Eischnippa* dicta. Item *Osterburgū, Werbū, Senohusum* a Senonib⁹ populis forte sic nominatū. Minus celebria sūt *Arnburgum* cum arce ad Albim situm, *Bisemarchum, Bostera, Bucka* non procul ab Albi exædificata, *Kalba* & *Meslinga* quam quoque *Letzolingam* appellant. Ac præterea hic numerantur CCCCLXV non ignobiles pagi. *Media Marchia* ab altera Albis parte initium sumit, & extenditur ad *Oderam* & *Suevum* (vulgo *Spre*) fluuios. A Suevis olim habitata fuit. Huius Marchiæ Metropolis est *Brandenburgum*, de quo modo dicere cœpimus, vrbs satis celebris ad Havelam fluvium sita, alijs a Brenno Duce Gallorum nominata, vt supra quoque diximus, & exstructa putatur: alij a Brandone Francorum Principe Maacomiri filio conditam putant; qui circa annum Christi CXL hanc Regionem subegit. Fuit hic olim πανθεὼν Vandalorum, quorum Dij fuerunt tum alij, tum etiam *Zornebock* & *Swandewitz*, quomodo id narratur in Chronicis Merseburgicis. Est vero hodie hic totius regionis tribunal. Multa sunt huic vrbi privilegia, & immunitates, ab Imperaronibus, Regibus & Principibus olim ei concessa; cuius indicio est statua pedestris in Novæ vrbis parte posita; strictum gladium dextra tenens, quam *Rolandum* cives vocant. Brandenburgum sequitur *Rathenavium* ad Havelam: *spandavium* cum propugnaculo ad Suevum fluvium exstructo: deinde *Colonia*, & *Berlinum*, duo oppida a Suevo fluvio separata. Hic hodie Principis aula. Est & vrbs primaria *Francofurtum*, cuius situs longe est jucundissimus ad Viadrum (quem Oderam vocant) piscium copia abundantem: hic ad ortum est: cætera vrbis cingunt amœnissimi colles & vineta lectissima, e quibus vinum colligunt, quod in Pomeraniam, Daniam, Borussiam, & vicina loca secundo amne devehunt. Exstructa est vrbs primum anno CIↃ CCLIII a Gedino ab Hertzberg, auspicijs & jussu Ioannis I Marchionis Brandeburgici. Emporium est celebre, ternis nundinis singulis annis frequens.. Gymnasium etiam habet artium, linguarum, & facultatum præcipuarum, exstructum anno CIↃ IↃVI a Ioachimo Marchione, multisque exornatum stipendijs. In quo jam inde ab initio in omni artium & disciplinarum arq; linguarum genere præstantissimi Doctores fuerunt, quorum aliqui a Sebastiano Mūstero recensentur. Alia pręterea Opida sunt, *Frietza*, *Fida* cognomen habens: item *Belitza*, *Bernavium*, *Bellinum*, *Mittenwaldum*, *Monachobergum*, *Bisenthalum*, *Blumoberga*, *Botzavium*, cum arce, Templariorum quondam stationę; *Fryenwaldum*, & *Oderobergum*. Hic Marchio *Albertus* eius nominis II arcem in medio fluminis exstruxit, quā præternauigantes portorium solvere coguntur. *Frisachum*, *Geresvaldum*, *Grimmitzum*, *Gruneheyda*, *Grunewaldum*, & *Koppenicum*, quatuor Principis viuaria cum adjunctis arcibus. *Lichenum* opidulum, *Puristainum* cum arce: *Mulrosa* opidulum & pagus: *Bernavichum*, *Zossa* opidulum cum arce; *Wruzenū*: *Selowium* opidulum, multique pāgi ac vici. *Nova Marchia* a media disiungitur Odera fluuio, eo tractu quo VVarta fluuius prope Costrinum aquas suas in illud exonerat. Primi nominis vrbs in hac Marchia *Costrinum* est, a Marchione *Ioanne* Ioachimi primi filio restaurata, ac maximis impensis munita, atque in Principis sedem delecta. Alię sunt *Landsbergum* ad VVartam, *Regiomons*, *Bernwaldum*, & *Bernsteinum* opidulū cum arce, *Bernawicum*, & *Berlinicum* aut *Novum Berlinum* opidum: Deinde *Arnswaldum* vrbs, *Thamum* opidulum, *Soldinum* quondam huius primaria vrbs; *Furstenfeldum* opidulum: *Eramburgum*, *Driesenum*, *Falkenbergum* vrbs cum arce, in Pomeranorum confinibus sita: *Kartaw*, *Lepena* vrbs aulæ, *Morinum*, *Schiffelbenum*: *Osemundum*, *Sconflies*, *Woldenbergum*, *Zeden*, *Zandocum*. Habet in vniuersum *Marchia Brandeburgica* cum ijs regionibus quas eius juris esse diximus LV insignes vrbes, LXIV Opida, XVI Opidula, quæ *Marektflecken* vulgo vocant, XXXVIII arces, siue nobilium ędes, X viuaria, XVII cœnobia. Fluminibus irrigatur *Odera*, sive *Viadro*, *Suevo*, *Albi*, *Havela*, *Warta*, alijs. Prope Francofurtēse Carthusianorum cœnobium rivulus est, ex colle vitifero emanans, in quem quicquid inciderit, in lapidem indurescere compertum est. Atque hæc de Marchionatu Brandenburgico: restat vt de Pomerania quæ titulo ipsius tabulę continetur, pauca subiungamus.

Vrbes.

Flumina.

Regio.
Situs
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium Maiorum.
Vrbes.

Pomerania primis cultoribus lingua VVandalica *Pamerzi* appellata, nunc Ducatus est, adjacens mari Balthico, extenditurque longo tractu ab Holsatię finibus, ad fines Liuoniæ. Regio est vbique fertilis; prata habet & pascua læta gramine. Frumento, Butyro, Melle, Cera, Canabi, Lino, rebusque alijs istiusmodi abundat vsque adeo, vt etiam ex eorum exportatione incolę magnas sibi opes parent. Colligunt etiā maris accolæ succinum, sed minore copia quam Borussi. Varij generis videre est ibi Animalia domestica: atq; in Siluis Ferarū armēta varie discurrētia. Proprios hęc Regio sēper Dominos & indigenas habuit, nūquam victos, nunquam suo solo & ditionibus pulsos. Civitates hic multæ sunt & nobiles. *Stetinum* præcipua est, ad Viadrum amnem; olim piscatorum vicus oblongus ad fluminis ripam, sed post susceptū Christianismum, & destructam VVinetam translato illuc emporio amplificari cœpit, estque adeo nunc totius Pomeraniæ Metropolis. *Gripswaldum* opidum literarum artiumque humaniorū cultu celebre: Gymnasium exstructum est anno CIↃIↃXLVI. *Iulinum* opidum olim totius pene Europæ amplissimum, Emporium Vādalorum fuit. *Stralsundia* opidum splendidum in littore Maris Balthici, olim proprium Ducem habens. *Wineta* omnium quondam maritimarum vrbium opulentissima, destructa a Conrado Danorum Rege. Sunt & aliæ vrbes *Neugardia*, *Lemburga*, *Stargardia*, *Bergradum*, *Camenez*, *Publina*, *Grifenburga*: & ad littus *Colberga*, *Caminum*, *Collinum*, *Sunda*, *Pucka*, *Revecol*, *Lovensburg*, & *Hechel*. Atque hæc de Pomerania pro huius loci angustia paucis sint dicta.

BOHEMIA
REGNVM
&
ELECTORATVS.

Regnum Bohemia à Carolo, qui Anno 1346. factus est Rex et Imperator, diuisum fuit in duodecim regiones, quibus singulis annuatim præsunt Capitanei, Baro vnus, & alter ex ordine equestri, qui primum lites minores cognoscunt inter subditos diuersorum dominiorum. Secundo, si qui emergant latrones, licet ijs conuocare vicinam sibiq; subiectam nobilitatem ad grassatores comprehendendos. Tertio, bello fortuito incumbente, quilibet ad suum se recipit præfectum. Præter hæc nihil de statu huius regni inuenio.

Sunt in hoc regno quædam ciuitates immediatè Regi subiectæ, ut sunt Praga Prag, Plzen Pilsen. Budiiowitze Budwis, Kolin Koln, Rakowink Rakonick, Klatowy Glataw, Beraun Bern, Cheb Eger, Strzibro Miss, Horai Kutteberg, Tabor Taber, Zaretz Satz, Litomierzize Leitmiritz, Launi Laun, Most Bruck, Hradetz Gretz, Aucij Aust, Myto Maut, Dwor Hof, Iaromiertz Ieromir, ita Bohemicè & Germanice vocatæ, suntque in vniuersum circiter 30. reliquæ Proceribus regni subditæ sunt.

Inuenio *in eo nominari*:

- *Burggrauiatum Carlstein, vbi Regni corona asseruatur, 36 2: 49 55.*
- *Comitatus, Lobkowitz, Hassenstain, Litzkaw 37 18: 48 51. Camethaw, Passan, Melnick 36 30: 30 50 20. Rosenberg 36 57: 48 49. Hradetz 37 8: 49 16.*
- *Dominia, Hasenburg 36 11: 50 18. Leip 36 35: 50 44. Perstain, Dobitschaw, Walstain, Roschateck, Dachaw 34 55: 49 42. Totsnick, Wartenberg, Schellenberg, Kost, Schmiritz, Lissaw, Kunewalt, Deßaw, Schonpeck, Slava, Grossen Bora, Liebenstain. Ioppendorff, Gradetz, Colourat, quorum quædam fortasse sunt Comitatus.*
- *Barones, Trachenberg, Millisch.*

Praga *Archiepiscopatus factus est à Carolo Rege Bohemiæ & Imperatore illiq; suffraganeus Episcopus Litomisiensis* 38 25: 49 52.

Meridiani positi sunt ex ratione paralleli 49 40. ad circulum maximum.

Bohemiæ Regnum et Electoratus.

Bohemia, Boemia vel Boiemia, vt nonnullis placet, a Silua Hercynia nomen traxit. Nam Germanis Baum, Belgis Boom, arborem sonat; Græcis Βαμία & incolæ Ptolemæo Βαῖμοι, Straboni lib. 7 κόλδουλοι .1. Bemi & Kolduli vocantur. Alij a Boijs nomen habere volunt, qui eo migrarunt, qui et ipsi a Βοῦς 1. Ligno dicti videntur. Ptolemæus Lib. 11 cap. XI in Germaniæ descriptione sub Silua Hercynia ponit Bæmos gentem magnam, vsque ad Danubium: Straboni dicitur *Bubiemum*: sic enim legunt Rhenanus, Auentinus & alij: in Græcis tamen excusis exemplaribus Βοῦ ἄαμον habetur, sed hanc lectionem Rhenan' deprauatam censet: & in vetustis libris Βεῖ ἄαμον legi adnotauit Casaubonus, Tacitus *Boiemum* vocat. Eius Fines ab ortu Solis ad Marcomannos et Quados; ab Occasu ad Noricos protenduntur. Meridionalem eius plagam Pannonia Superior, nunc Austria dicta, occupat, sicut Saxonia & Misnia Septemtrionalem. Vniuersam Hercynia Silua perpetuo ambitu cingit, clauditque vndique ad amphitheatri faciem. Vnde æqua ei fere longitudo atque latitudo, atque vtraque paullo amplius ducentis millibus pass. extenditur. Aere, quod perpetuis Aquilonis flatibus exposita sit regio, duriore ac frigidiore, nec tamen insalubri fruitur. Ipsum vero solum adeo Frugum, Hordei, ac Tritici ferax & copiosum est, vt & has vicinis quoque Regionibus large suppediter. Vina tamen parcius exhibet; & quæ ibi nata sunt, austera & paullo acidiora. Crocum e contrario succo, odore, colore optimum mittit. Aromaticarum rerum Pharmaceuticæ inseruientium ditissima regio est: olei tamen quem admodum reliqua Germania, sterilis. Iam illa rara, ac prorsus beata telluris dos, quod ex venis eius tanta vbertate Argentum adfluit, vt, vix alia metalla intra venas terra abdat: Primariæ fodinę sũt in agris *Cromelaw*, *Budaueis*, & *Kuttenberg*. Aurum tamen quibusdam locis efoditur, cuius frusta decem pondo Regi aliquando allata memorantur. In opido Beraun, etiam Ferri fodinæ sunt. Nec desunt alibi Stanũ, Plumbum, æs. Ostentatque præterea Carbunculum, Calaim, Amethystum, ex cotibus suis metallicis abruptum. Ferarum etiam ingentem alit copiam, ob siluarum frequentiam, quæ Vulpium, Vrsorum, Cernorum, ac Vrorum seu Bubalorum (quos *Lomi* ipsi sua lingua vocitant) assiduam venationem præbent. De hac autem fera *Lomi* perhibent, quod in venatione vesicam (quam largam infra mandibulam in collo pensilem habet) aqua calidissima dum canes insequentes fugit, implear, eosque hæc dum potestas datur, inspergat, qua quicquid tactum fuerit, aduritur, non secus ac si feruenti aquæ fuisset immersum, vt & pilos & cutem absumat. Regimen huius regionis primo sub Duce. Primus Dux fuit *Zechus* qui e Croatia emi-

Regio & vnde dicta.

Situs.

Cœli qualitas.

Soli fertilitas.

Animaliũ varietas.

Imperium Maiorum.

BOHE
MIA
Voytlandię
pars
Miśnię
pars
Silesiæ
pars
Moraviæ
pars
Pars
Austriæ
Palatinatus
pars
Bauria

grans Bohemicę gentis fūdavit primordia. Huic successisse dicūtur *Crocus*, *Libussa* filia eū marito *Primislao*, *Nimislaus*, *Mnata* Nepos, *Vrislaus* filius Mnatæ, *Necla*, *Noctericus*, *Borsinous*. Sub hoc Christianismum suscepit Bohemia Anno nongentesimo a partu Virginis, tempore Arnulphi Imperatoris. Anno vero Domini Millesimo octuagesimo sexto Bohemia in Regnum evecta est: & in Cōcilio Mogūtino *Vratislaus* I Rex ab Henrico IV Cæsare creatus, & *Gilbertus* Treuirorum Episcopus Pragam missus, qui coram populo Regem inungeret, regalibusque insignibus convestiret. Vxor quoque *Swatana* in Reginam coronata. Sed ab eo ad Vratislaum IV rursum in Ducatum relabitur. Verum hic ob operam Imperatori Friderico sedulo navatā in expeditione Mediolanēsi, ab eo Bohemię Rex & Imperij socius salutatus; eiq; destinata in clypeo insignia, Leo Ruber cauda bifurcata in campo cādido. Ex ijs postea aliquot Imperatores facti: Rapta videlicet a Bisetislao II Imperatoris Othonis filia Iutha, atq; cognationes cōtractæ. Est inter 7. Electores Bohemiæ rex.

Vrbes. Vrbes habet *Bohemia* alias Regi subjectas, alias Proceribus & Nobilibus. Primaria vrbs est *Praga* a Primislao III Bohemię Duce & Libussa eius vxore muro & fossis cincta. Arcem in monte habet, *Visegradum*, sive *Herschin*. Dividitur autem tota vrbs in tres ciuitates, *Superiorem*, *Novam*, & *Parvam*. Muldavia fluvius antiquam Pragam a nova, in qua arx est & Templum Cathedrale S. Viti, discludit; pons connectit. Pons iste lapideus est, habetque XXIV arcus, opus Vladislai Regis. Carolus IV Imperator & Rex Bohemiæ vrbem mirifice auxit ornauitque. Ad arcem accliuit admodum colle itur. In Templo Arcis Monimentum est singulari artificio ex alabastro exstructum, quo Principes aliquot & Imperatores sepulti sunt. Christophorus Pyramius *Casurgim* Ptole. vult. Aventinus vero *Marobudum* & *Bubiemum* Strabonis. Anno CIↃ CCCLXX erecta ibi est Academia a Rege Carolo, quæ duraui vsque ad annum CIↃ CCCCVIII. Deinde propter factionem quandam ea Lipsiam translata est. Minime vero omittendum nobis de Praga Elogium Iulij Cæsaris Scaligeri:

Septa Metallifero circum quæ monte superbit
Hercynia in medio Martia Praga Sinu.
Linque alijs populis tantæ munimina Sedis
Qui nequeant armis Iura tenere loci.
Namque tuum est non præsidio turgere locorum:
Sed loca præsidijs fidere posse tuis.

Egra, vrbs in primo aditu Bohemiæ sita: a fluuio Egra cui adjacet, nomen adepta putatur, olim Imperio Romano, hoc vero tempore Bohemiæ regno subjecta. Tota ornatissima, tota pulcerrima est. Intus pulcris ædificijs, civili, vrbanoque populo, magnificis, & eximia virtute præstantibus vīris inlustris. Foris vero, amœnissimis ac fœcundissimis hortis & agris, varijsque pomorum ac fructuum generibus, atque piscoso flumine luxurians. Claret hodie civitas hæc ob medonem (potionem ex melle) qui nulla paratur quam in hac civitate excellentior. Inter Opida præterea Bohemiæ insigniora numerantur Marcomanniam versus, quæ hodie Morauia, *Mutha*, *Chrudima*, *Hradecium Regina*, *Pardubicium*, *Lytomissium*. Inde a limite Noricorum, *Glatovia*, *Dornazlicium*, *Misa*, *Tacovia* eminent. Ab eo vero latere, quod ad Austriam spectat, locū primum obtinet *Buduicium*, *Crumlovia*, *Trebonia*, *Hradecium Henrici*; sicut a Misnia, *Pons*, *Cadana*, *Chomutovia*, *Aussia*. Nam Slesitis, *Hiaromirium*, *Glacium*, *Curia* & quædam alia Opida contermina. Introrsus vero celebrantur, *Cuthna*, *Colonia*, *Pelsina*, *Verona*, *Zatecium*, *Launa*, *Slana*, *Lytomericum*, *Taborium*. Flumina præcipua

Flumina. sunt *Albis* quem ipsi *Labe* dicunt, hic ad vrbem *Austi* e montibus erumpit; Salmonum inprimis fœcundus. *Multavia* qui Ptolemæi *Cassurgis* esse creditur, Germanis *Molea*, adcolis *Vltauva*. *Egra*, *Sassava*, *Cisera*, *Misa*, aliaque, quorum nonnulla auri etiam ramenta ferunt, ciceris magnitudine, quæ nulla purgatione vlteriore

Montes. indigent: sunt etiam quæ conchas habeant, e quibus vniones capiuntur. *Sudetæ* montes Bohemiam cinguat, partim longe introrsus pertinent, ac regionem ipsam fere intersecant, partim extra eam etiam Meridiem versus & Occidentem excurrunt. *Mons Pinifer* a Pinuum in eo crescentium abundantia dictus (hic in Narisorum ora situs est) oriens in montanis Marchionis Brandenburgensis, inter Franconiam, Voitlandiam ac Bohemiam intra spacium duum ferme millium pass., quatuor inclytos amnes, non sine admiratione & naturæ maiestate effundit, in quatuor mundi cardines, Mœnum videlicet Francicum, Salam Turingicū, Nabam Bauaricū, Egramque Bohemicū. Idemque mons auri, argenti, argēti viui, ferri sulphurisque

Silua. Mineris fœtus. Gemmarum etiam fodinas exhiber. Siluis Regio tota tanquam natiuo muro circumdatur, cuius pars ea quæ inter Occidentem & Septemtrionem porrigitur, *Gabreta* Silua Straboni dicitur, γαβρέτα Ptol.: Portio vero quæ a Meridie ad Danubium vsque pertingit *Lunæ Silva* Ptol. vocatur, hodie *Passavica Silva*, *Der Passawer Wald*: versus Occidentem qua Morauiæ contigua est *der Schieb* dicitur. Ad mores venio: de quibus Ioannes Dubrauius sic scribit: Tum morum, tum ipsius habitus, quem corpore Boiemi præ se

Mores. ferunt, Leo animal generosissimum (cuius sideri Boiemi subjacent) quasi quandam imaginem exprimere videtur, si vel celsam Boiemorum proceritatem, vel latum & validum pectus, vel rigidam fuluisque comis vestitam ceruicem, si deinde vocis sonum arduum, si oculos micantes, si robur & fiduciam virium intueri volueris. Solet item Leo, contemtu in alia animantia, & nonnullo fastu turgere, egræq; exarmari, præsertim si per ferociam eum adgrediare. Ne ab hac parte Boiemus degenerat: sed contemtum libenter erga alios, verbo factoque ostentat suum, ipsamque adeo arrogantiam incessu, gestu, pompa, prodit. Est & feroculus cum fastidiose tractatur: insuper ausis perinde vt Leo promtus, atque in his exsequendis firmus & validus: interim tamen ambitiosus & gloriosus. Rursusque vti Leo cibi auidus: atque in eo condiendo, instruendoque immodice effusus. Vicini præterea Saxones eum docuerunt, nocturno certare mero puter diurno. Sed neq; in cæteris quoq; moribus Boiemi longe a Germanis diuortunt, propter eandē vicinitatem. Hæc de moribus Bohemorum Dubrauius. Ceruisia in hac regione optima, quam albam cognominant, coquitur. Sermo gentis Sclauonicus est, se ipsi *Czechos*, Germanos *Niemeckos* sua lingua vocant.

MORAVIA
MARCHIONATVS
MARHERN GERMANIS.

Inuenio in Morauia nominari:

- *Comitatus Hukenvvaldt, Schonberg 39 6: 49 54.*
- *Dominia, Lomnicz 38 39: 49 22. Dubranitz, Gemnicz, VValstain, Peitnitx, Neuhauſs, Teleſch, Bozkovvitz 38 51: 49 28. Trebitſch 38. 16: 49 13. Dirnovvitz 39 5: 49 19. Ragetz.*
- *Epiſcopatum vnum, Olmuntz. 39 25: 49 30.*

Meridiani diſtant à ſe inuicem pro ratione paralleli 49 20. ad circulum maximum.

Morauia.

Regio. *Vnde dicta.*

Bohemiæ verſus Occidentem Moravia vulgo *Marhern*, contigua eſt. Nomen habet a fluuio Moraua, qui eam regionem perfluit. Veteres Marcomaniam dixere, quia fines Germaniæ, qua Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat. Quippe Germanis *Marck*, limes dicitur, atque inde qui eam coluere Marcomanni 1. limitum finiumque accolæ dicti ſunt: vt ſentit Dubrauius. De his autem Arrianus: Earum gentium, inquit, poſtremi ſunt *Quadi* ac *Marcomanni*, deinde *Iazyges* Sarmatarum gens, poſt *Getæ*, deinde *Sarmatarũ* magna pars. Quod autem Moravia antiqua *Marcomannorum* ſedes fuerit, vel hinc liquido conſtat, quod iuxta Hanam fluuium ſæpius ab Agricolis inter arandum inuenta fuerint numiſmata veterum Rom. Imperatorum, inter cæteros M. Antonini, quem plurimæ teſtantur hiſtoriæ gentem hanc debellaſſe. Moneta autem erat, ex hoſte ſpolium, cum hac inſcriptione, DE MARCOMANNIS. Sunt etiam qui ex vocabuli etymo conijciant, deinceps *Marcomannos* eam Germaniæ prouinciam occupaſſe, quæ vulgo *Die Marck* appellatur, ſeu *Marchia Brandenburgenſis* vltra Albim, verſus Oceanũ; cultores enim ei *Die Marcker*. 1. Marcomanni, quaſi *Marckmenner* dicuntur. Non deſunt qui ab equis nomen adeptos *Marcomannos* tradant, ſicut *Marſchalcum* Equitum Præfectum, *Marſtallerum* equorum ſtabuli Magiſtrum appellamus: ſiquidẽ *Marca* & *Merrhẽ* Lingua Gemanica Equũ & Equã ſignificat, unde *Merrhenlãds* interpretantur Equarũ regionẽ. Probabilior tamen prior eſt ratio. *Moraviam* vt nunc ſe habet, tribus e partibus iuga montium, aut Silvæ ſaltuſque, aut fluuij limitant, ab Oriente ab Hungaris, ab Occidente a Bohemis, a Septemtrione a Sileſijs. Nam a Meridie Auſtriam verſus plana eſt, & alicubi *Thayſi* Flumine, alibi riuo quodam ignobili ab ea dirimitur. Aer regionis mollior, atque ob id corruptioni magis obnoxius dicitur. Regio eſt vt populoſa, ita Frumenti, Vini, Rerumque omnium ad hominum neceſſitatem facientium feraciſſima. Croci inſuper copiam maximam ſuppeditat. Regionis poſitio quatenus interius patet, campeſtris, campiq; ſunt molli & pingui ſolo, ideoque faciendæ ſementi commodiſſimi, ſicut colles vinetis ſuſtollendis, propter terram vineis magis quam in Bohemia amicam, itaque & bonitate & vbertate vini antecellit. Culta vero tota, cultoribuſque adeo referta eſt, vt nullum gregibus armentorum, quæ niſi in ſolitudinibus paſci nequeunt, locum reliquerit. *Sudetæ* montes iuxta Iglam vrbem ſodinis etiam foeti habentur. Atque hoc iam mirabitur aliquis, vt eſt profecto admiratione dignum, inueniri in Morauia thus & myrrham, non ex arbore deſudante vt alibi lectam, ſed e ſolo terræ erutam, vno tantum in loco, cui *Gradiſco* nomen, in quo ad hunc diem thus non ſolum quod maſculum vocant, a ſimilitudine teſtium, ſed quod alia præterea virorum mulierumque membra oſtentat, eſfoditur. Nuper autem *Venceslaus* veterũ procerum familia, eorũ qui a quercũ cognominãtur, clarus, dum in agro ſuo Sterẽbergenſi fundamẽta aggeri piſcinario molitur, corpus hominis integrũ inuenit, quod nihil niſi myrrha erat, quã ille per amicos diſtribuit. Regni titulo olim decorata legitur

Situs. *Cæli qualitas.* *Soli fertilitas.* *Imperium Maiorum.*

Bohe:
miæ
MORA
VIA
fini
tima
Silesiæ
pars
Hungariæ
pars
Austriæ Septen:
trionalis

tur hęc prouincia, habuitq; olim ſuos Reges, qui Imperiũ tenuerũt in omnẽ gentẽ Bohemorũ & Polonorũ fuitque Regnum latiſſimum ac potentiſſimũ. Circa annũ Chriſti CCIO *Zuantocopius* ditione tenebat Moraviam, Bohemiam, Sileſiam, Poloniamque, quarum Duces illi parebant. Ipſe aũt animis ſublatis de magnitudine ditionis, Imp. Rom. tributa ſoluere, quę aliquandiu ſolviſſet Ludovico Germaniæ Regi, pernegabat. Petitur ergo magno bello, ſed ipſe quoque magnis reluctatur viribus, tandemque ęquis viribus diſceſſum eſt. Sedebant tum Hungari gens nova, ad repagula, quæ illis Moravorum Rex objectaſſet, nec erat vlla tranſcendendi facultas. Imperator qui in animum induxerat, non niſi victor redire a Morauis, vndecumque circumſpexit auxilia: aperuit tranſitum Hungaris, immiſitque hoſtem Chriſtianis populis, qui infinitis poſtea malis provincias afflixerunt. Sic tum opera illorum vſus Imperator ſupprimit Moravorum Regem, & multis peſſundatis atque captis, in fugam eum vertit. Ille elapſus, in profundum ſolus ſe recepit, ſaltum, & projecto Regio apparatu, ad ſolitarium quendam ſe contulit, cuius vſus contubernio, vſque ad finem vitæ eremiticam vitam vixit, & moriturus quis eſſet aperuit, & in Chriſti pace quievit. Tunc Bohemia, Polonia & Sileſia ſuum quęque Provincia Ducem conſtituit, tributa tamen ſuperioritatis agnitione, vel modica pendentes. Eiſdem fere temporibus, imperante Gręcis Michaele, venit Cirullus Doctor & Apoſtolus omnium Sclauorum vna cum Metodio, & poſuerunt fundamentum Chriſtianæ fidei in Morauia, erexeruntque Epiſcopalem Eccleſiam in Opido Vielagradenſi. Vnde vocati a Romano Pontifice & correpti, cur ſacra celebrarent lingua Sclavonica, reſponderũt, quia ſcriptum eſt, Omnis Spiritus laudet Dominum. Nunc autem *Moravia* multo inferiori fortuna quam olim contenta, ſuis deinceps Ducibus, poſtmodum Marchionibus paruit, hodie diſtracta: eius tamen potior pars, ac pene tota Bohemiæ Regibus; reliqua pars alijs Primoribus ac Baronibus ſubeſt. Gentis caput ac Marchionis ſedes eſt *Brunna*, Germanice *Brin*, Bohemicæ *Brno*. Eſt & *Olmuzium Olomontium*, alijs, Sedes Epiſcopalis, *Vologradenſis* prius dicta. Vrbibus præter has plurimis, domibus, mœnibus, turribus, & id genus ædificijs clariſſimis abundat: cuiuſmodi ſunt *Zwoijma, Radish, Iglavia, Nova civitas, Niclosburg Mons Nicolai, Weyskirchen, Cremſer, Boſerlitz* olim Marchionum ſedes, & complures aliæ, quæ in Tabula conſpiciuntur. Amnium in Morauia, Princeps *Morava* ſeu *Maravaha*, *Ciabrus* Ptol. vulgo *die Marhe*, habetur, qui Olomuzium principem civitatem circumfluit & ab illa in Pannoniam defluens, in Danubium tandem ſe ſuis & aduentitijs aquis auctus, exonerat. Hic regioni nomen dicitur indidiſſe, ſeu, quod potius crediderim, a Regione ſumpſiſſe ſibi nomen. Præter hunc præcipui ſunt *Theya*, vel *Deins*, *Tharſa* Dubravio, nonnullis etiam *Thiſia*. Hic Zuoynam, obitu Sigiſmundi Cæſaris memorabilem præterfluit, & limitem Maravaniæ atque Auſtriæ ſtatuit. *Igla*, a quo Iglauia vrbs nomen ſortita eſt, dirimit Maravanos a Bohemis ac Marouaniam quoque ingreditur. Cęterum *Odera* Fluvius haud procul Olomuzio ortus, ſuo nomine vſque in Oceanum delabitur. Sunt qui illum a Ptolemæo *Viadrum* vocari autumant. *Oderam* vocant ab aucupibus vocabulo mutuato, qui ſpeculas auibus ſpeculandis captandiſque conſtitutas, *Odri* appellant: hodieque huiuſmodi ſpeculæ in Morauia ad fontem Oderæ ab Aucupibus conſtituuntur. Neque *Hama* ſilentio prætereundus, quamuis tenuibus interdum aquis fluens, attamen eos agros rigans, quibus non alij in Moravia frumenti fertiliores, ita vt frumentarij coloni a largo frumenti velut vbere, jure ſuo illos ſumen Moraviæ appellent; in illis præterea ſæpius quam in alijs Numiſmata M. Antonini, Commodique & aliorum nonnullorum Cæſarum, tam aurea quam argentea exſeruntur. Quæ ſane fidem bellorum cum Marcomannis olim in Moravia geſtorum manifeſtam faciunt. Sunt & *Nigra* vulgo *Suarta*, & *Suittwa*, qui Prunnam ciuitatem, dignitate proximam Olomuzio præterlabuntur. Piſces varios & quidem magna copia hi fluuij ſubminiſtrant. Regio hæc quam Bohemia minus montoſa, nec tamen prorſus plana. Ponit hoc loco Ptolemæus *Orcynium nemus*, ac *Gabretam Silvam*. Incolarum (qui feroces rapinarumque avidi) ſermo mixtus eſt, Bohemicus tamen prævalet, nam Germanica Lingua in vrbibus tantum inter Optimates in vſu eſt; De cetero, ritibus moribuſq; perinde morati vt Bohemi, inquit Dubrauius. In huius regionis pagis varie habitant Anabaptiſtæ omnium bonorum communionem profeſſi.

Vrbes.

Flumina.

Silvæ.

Mores.

AVSTRIA
ARCHIDVCATVS.

Tertius Circulus Imperij est Austriacus, in quo duo sunt ordines.

Ecclesiastici.
- Tridentinus Episc. Trent.
- Brixiensis Episc. Brixen.
- Goricia Episc.
- Segouia Episc.
- Labach Episc.
- Vienna Episc.
- Teutsch Ordens Maister.
- Ordens Maister in Eischtal.

Principes seculares.
- Archidux Austria
- Com. Schaumberg.
- Baro Wolkenstain 37 32: 47 46.
- H Senfter.
- H. Roggendorff 37 48: 48 18.
- Com. Hardeck 38 21. 48 48.

Præter Principes Imperij inuenio in Austria nominari.
- Comitatus, Thurn, Crentz, Ortenburg, Perneck 38 18: 48 45. Garb.
- Freyhern, Landskron, Wanberg, Hohen Offerwitz. Neuberg, Guettenhag, Teuffenbach, Mairhofen, Auverspeg, Dorneck, Saraw, Hartenstain, Schwartzenaw, Tiernstain, Wachauthall, Hoffkirchen 36 15: 48 19. Eytzing.
- Dominia item Aichelperg, Kaltenprun 38 26: 48 26. Massemperg, Stubenberg, Heggenberg, Stahrenberg 36 8: 46 6. Liechtenstain 39 6: 48 13. Losenstain, Puchaim, Luetkurt, Porges, Schönkirchen 39 42: 48 33. Scheffenberg, Altensperg, Hornstein 38 46: 47 50. Seibersdorff.

Meridiani positi iuxta rationem paralleli 48 20. ad circulum maximum.

Austriæ Archiducatus.

Sic se habet Morauia; sequitur explicanda iamnunc in nostra Methodo *Austria*, olim *Pannonia superior* dicta. Austriæ nomen, Wolfgango Laziotesto, recēs est; ab Austri venti flatu, qui ista in regione frequens est: vel a voce Germanica *Oostreich*, quod nomen veteres Frāci regnorum suorum limiti posuerunt, vt *Westreich* occidentali. Atqui Francorum *Oostreich* ad Rhenum situm fuit; dictumque postea *Austrasia*, quo nomine amisso, videntur Pannonij illud sibi tribuisse, vt autor est idem Lazius lib. 1 cap. 11 Comment. Gent. Aust. Sunt autem Austriaci Francorum & Saxonum soboles, qui hunc sibi tractum frustra reluctantibus Hungaris ferro peperterunt. *Austria* habet ad Ortum Hungariam: ad Meridiem Styriæ Montes, qui ab Alpibus perpetui in Hungariam & vlteriores regiones protenduntur: ad Occasum Bauariā; & ad Septemtrionem Teium fluuium & Moraviam. Aere fruitur leni ac amoeno, salubrique ob Euri vicinam, quo perflatur. Ager omnis generis frugum, feracissimus, & qui minimo impendio colitur. Vili etiam & strigoso equo agricola in eo tractu qui Campus Transdanubianus siue Marchianus dicitur, terram arat. Marga, citra quam agri in Bauaria infæcundi, & macri sunt, quid sit, Austriacis incognitum est. Vinum omnis regio fert nobilissimum; meracius Germanico, dilutius Hispanico. Idque Morauis, Bohemis, Silesijs, vicinisque Bauaris præbet. Crocum insuper gesserosissimum gignit; zinziber etiam producit iuxta Hamburgū, ad radicē Cæcij mōtis. Argēto abūdat, nō itē Auro: Salē partim domi natū, partim importatū habet. Rexerūt *Austriam* aliquandiu Comites *Babenbergenses*, quorum primus *Lupoldus* Marchio Austriacus ab Ottone II Imperatore dictus est. Postea *Henricus*, Dux ex Marchione factus a Friderico Imperatore. Qua stirpe deficiente, *Rudolphus Habspurgensis* qui in Cæsarem electus fuerat anno CIↃCCLXXX eam sui iuris fecit, Ducatumque voluit appellari. *Fridericus* II in Regnum etiam evexit. Huius regionis insignia olim erant quinque Alaudæ aureæ, in cœlestino clypeo pictæ: sed Lupoldus Marchio hoc nomine V, a rei euentu ab Imperio concessa noua vsurpauit insignia, rubro et albo coloribus distincta: quod ita totus suffusus sanguine, in expugnatione Ptolemaidos fuisset, cingulo tenus dumtaxat (quod album corpus intersecabat) a cruore immunis. Diuiditur porro in *Superiorem* & *Inferiorem*, quarum hæc vltra, illa cis Danubium sita est. Habet preterea quoq; Styriæ Ducatum, inter Danubium, Muer & Mietz fluuios extensum, cuius incolæ partim Germanico, partim Sclauonico idiomate vtuntur, strumisque pendulis deformes sunt. Habet et Ducatum Carinthiæ inter Muer & Drauum fluuium situm. Item Carniam Meridiem versus. Primaria Austriæ vrbs est *Vienna* ante Christi Seruatoris natiuitatem culta a Sarmatis & Vuindis, quibus successerunt Boij, Senones, alijque quos Tiberius Nero in prouinciæ formam redegit: *Vindebona* dicitur in Itinerario Antonini; Ptolemęus *Iuliobonā* vocat, vterque ad eam locat x Legionem Germanicam, quam eo loco consedisse multa admodum Monimenta pertantiqua, tum intra vrbem, tum extra eam testantur. Legioni huic a signo nomen Alaudæ fuit; vnde etiam videntur prima orta esse Austriacorum Marchionum insignia, Alaudæ quinque. Dicta etiam est *Fabiana*. Ita in veteri diplomate ānī CIↃCLVIII. *Ego Hericus Dei gratia Dux Austria, vniuersis Christi fidelib⁹ Salutē.*

Regio. *Vnde dicta.* *Situs.* *Cœli qualitas.* *Soli fertilitas.* *Imperium Maiorum.* *Vrbes.*

 Manifestum

AVSTRIA
archiducatus
Per Gerardum Mercatorem Cum Priuilegio.

Manifestum fieri volumus universis quod nos inter alias nostri Patrocinatus Ecclesias, Abbatiam in honorem Dei fundavimus in territorio scilicet Faviana, quæ a modernis Vienna nuncupatur. Otto Frisingensis lib. 1 Histor. Frid. cap. XXXII. *Dux tunc demum terga hosti dare compellitur, & periculis belli exemptus, in vicinum opidum Viennis, quod olim a Rom. inhabitatum Fabiana dicebatur, declinavit.* Similiter legas in Historia Severini Episcopi Viennēsis. Atque ad hanc adpellationem maxime accedit vulgata & trita apud adcolas appellatio *Biana.* Idem Lazius *Vendum* a Strabone appellari ait. *Pannoniam vrbem* eam vocat Iornandes: vernacule *Wien: Wijdme* Sclavonice. Hanc vrbem Turcas *Beiz* vocare ex D. Carolo Rimio quondā apud Zelimum Turcarum Imperatorē oratore sehabere scribit Ortelij. *Wetsch* vocat Leunclavius; item *Beetz*. Vrbs clarissima, ad Danubium Fluvium sita, Imperatoria sedenobilis: inexpugnabili murorū ābitu, præaltis fossis, aggere & vallo cingitur. Mœnia deinde spissa & sublimia, frequētes Turres, & Propugnacula ad bellum oportuna habet; vt Vienna sit munitissimum adversus Turcarū furorem propugnaculū & munimētum. Suburbia maxima sunt & ābitiosa. Aedes Civium amplæ, area & picturis ornatæ, structura solida & firma, altæ domorum facies, magnificæque visuntur. Tēpla Sanctis dicata, & ampla & splendida secto lapide constructa, perlucida sunt, & Columnarum ordinibus admiranda. Inter ea principem obtinet locum nobile S. *Stephani Fanum*. Cellæ vinariæ adeo profundæ sunt & spatiosæ, vt sub terra non minus, quam supra terram ædificiorum esse feratur. Platearum solum, stratū lapide duro, vt neque plaustrorum rotis facile conteratur. Annonæ & potissimum Vini incredibilis copia, ita vt ducentos & mille equos xl dierum vindemia exerceat. Christianam Religionem admisit anno CCCC LXIV Doctore Severino, qui etiam II ibi Basilicas exstruxit. Historia huius vrbis peti potest a Lazio & Ottone Frisingensi. Vrbem Fredericus II ornauit auxitque; vt & sequentes fere omnes Austriæ Duces. Nobilissimum in ea Gymnasium artium scientiarumque constitutum est a *Friderico* Imperatore; renovatum postea ab *Alberto* Archiduce Anno CIↃ CCC LVI. Id postea seditionibus inter studiosos glisscentibus collapsum subversumque est. Viennæ clari fuere VVolfgangus Lazius Medicus & Historicus Ferdinandi Imperatoris: Iulius Alexandrinus, Matthias Farinator. Fuit & Theologiæ Professor in Academia Viennensi Ioannes Haselbach, qui adeo diffuse solebat explicare, quæ auditoribus proposita enarrabat, vt viginti vnum annos legens in Esaia Propheta, ad finem primi capitis non pervenerit. Claram vrbem fecit obsidio Turcarum anno CIↃ IↃ XXIX fortiter a civibus tolerata, in qua Turcarum LXXX Millia perijsse memorātur. Est & in Austria Superiore *Gmunda* Opidum quidem non ita magnum, quod tamen venustate & elegantia commendatur, situm ad lacum qui inde appellationem trahens *Gmundanus Lacus*, dicitur, ex quo Austriæ flumen Drauus oritur. Gmundæ magna & lucrosa est negotiatio Salis, quod præstans & acre ex vicinis montibus ecfoditur, & Gmundam allatum, vasculis (quæ patria lingua, *Kivelen* indigetant) impositum per Drauum in Danubiū transportatur, vnde Viennæ & in alijs Austriæ, Hungariæ, Stiriæ, Carinthiæ vicinisque civitatibus magno commodo & lucro Gmundanorum distrahitur. Vrbes præterea & antiquæ & nobiles multæ in Austria sunt, maxime tamen insignes *Lintzium, Styra, Vadenhoffum, Melicum*, Castellum antiquitus Claudionum; *Cremisium, Cetro* Castellum, hodie *Zeisselmaur, Santohippolytus, Neuburgum* duplex, alterum a cœnobio, a frumento alterum dictum: *Petronella* nunc vicus, magnæ olim vrbis, id quod rudera & ruinæ indicant, vestigium: Nova Ciuitas, *Pruck*, ad ripam Leythæ fl. sita, *Hamburga*. Sunt & alia opida plurima, quę breuitatis studio, prætereo. Lacus complures habet, cuiusmodi sunt *S. Wolfgangi, Vssere, Vrsee, Fillesee, Eynsidlersee*. Ac fluminibus irrigatur permultis: horum *Danubius* primum est, olim regionis terminus, nunc eam mediam secans. Reliqua sūt *Athosinus*, *Genus*, seu *Onasus, Tranus, Traunus, Erlaphus*, qui ad Cellā tēplo Virginis matris celebrem, ex lacu amœnissimo oritur: *Traisus, Ipsus, Melicus, Marchia, Teius* qui Morauiam ab Austria dispescit, *Cambus* vario piscium genere nobilis, *Leytha*; & in quo scitissimi saporis canceri, *Suegadus*, & alia. Montibus multis attollitur, quorum præcipui sunt *Cecius Mons* vulgo *Calenberg* a Danubio ad Drauum fl. extenditur, eius portiones sūt *schneberg, semering, Keperg, Hertperg, Deubsperg, Heustperg, Plaitz: Cognam*ō mōs, hodie *der Haimburgerperg*, a Danubio ad Arabonem trahitur. Siluis hinc inde conspersa est regio, quæ Hercyniæ quoque portiones sunt ac Lunæ silvę: dicunturque hodie *der Freystetter vnd Konigwiserwaldt*. Ad alia pergamus. In vrbe Vienna duodecim quotidie Magistratus jura dant & Leges dicunt. Quorum quatuor sunt Ecclesiastici, Patauiensis Episcopi Officialis, Viennensis Episcopi Officialis, Capitulum cathedralis ecclesiæ, & vniuersitatis Rector. Sunt item quatuor Vrbani, & quatuor extra Vrbem; ex quibus præcipui sunt, quem vocant *Regimentum*, vnde omnes Inferioris Austriæ jura petunt, & quem *Fiscum* siue *Cameram* appellant, quo omnes rationes earundem prouinciarum referuntur. Reliqui his subiecti sunt, & a quibus ad superiores prouocatio libellorum fit, Senatus prouinciæ cum suis Marescalcis, Ordinati prouincię, Senatus Vrbanus cum suo Consule, Prætorium vrbanum, Telonarij judicium, & Mercatorum prætorium, quod *Handgraviatum* vocant, de quibus fuse in sua Vienna disserit VVolfgangus Lazius Viennensis.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Silua.

Ratio gubernandi.

SALTZBVRG ARCHIEPISCOPATVS.

Rupertus Episcopus VVormaciensis ex Regia Francorum stirpe ortus, cum post Regis Childeberti obitum à sede sua pulsus esset, circa annum salutis 540. ad Theodonē Ducem Bauariæ Ratisbonā venit, eum instruxit, & baptizavit, eiusque nutu Noricum peragrans multos conuertit & Christo dicauit. Incidens autem in ruinas desolatas veteris Iuuauiæ, locum Episcopatui idoneum, basilicam ibi in honorem S. Petri construxit, monasterium ordinis S. Benedicti adiecit, ex quo complures Abbates ad Episcopale hoc fastigium posteà sunt vocati, rexitque ibi Episcopalem Ecclesiam annis 44. mortuus anno D. 623. Hæc ex Sebastiano Munstero. De nobilitate & statu huius ditionis nihil mihi constat.

Meridiani positi sunt iuxta rationem paralleli 47 10. ad circulum maximum.

Salisburgensis Episcopatus.

Salisburgensis Episcopatus ab vrbe Metropolitana Saltzburgo nomen habet. Franciscus Irenicus ex quinque Episcopatibus Bauariæ hunc primum vocat. Huius territorium omnis generis Metallorum diues est, Auri, Argenti, æris et Ferri. Reperitur hic quoque Vitriolum, Sulphur, Alumē & Antimonium. Sunt quoque Marmoris Lapidicinæ. Plana loca etiam consitionibus, agris, Frumentoque apta. In Montibus frequentia quoque aucupia, ac ferarum venatio. Salisburgenses Præsules nominat Munsterus lv111; vltimum *Ernestum* Comitem Palatinum Rheni, Bauariæ Ducem, Alberti & Kunegundis Friderici Imperatoris Filiæ Prolem. Porro sedes ista sub *Arnone* x Ecclesiæ huius Antistite Archiepiscopatus titulo insignita est a Leone 111. Habetque sub se Suffraganeos Episcopos, *Tridentinum, Patauiensem, Viennensem, Gurcensem, Brixiensem, Frisingensem, Seccouiensem, Lauentinensem, & Chyemensem.* Metropolis est *Saltzburgū* vel *Salisburgum*, vulgo *Saltzburg*, quod nomen a Saltzach fluuio accepisse creditur: quanquam alij a Sale quod in eius vicinia ecfoditur, Saltzburg dici autumant. *Iuuantia* vel *Iuvauia*, vel *Iuuavium* olim dictum fuit a iuuando, Germanice *Helffenburg*, quod Castrum ibi exstruxerit Iulius Cęsar, iuvamen seu subsidium ac refugiū Legionibus suis contra Germanos quos debellaturus erat. Traduntur namque Romani cecidisse Germanorum 3400000, ac 1500000 in captiuitatem duxisse. Alij nomen *Iuuauiæ* a Iuuauio cognomini et adiacente fluuio obtinuisse credunt. Dicitur et *Iuuense* Castrum in lib. Notit. vt Pighius docet in Hercule Prodicio. Aventinus adserit ex veteribus diplomatis ostendi παιδικον Ptolemæi esse, pagumque ibidem adhuc nomen seruare. Franciscus vero Irenicus scribit γαμανόδωρον, Gamanodurum, aut βαδακον Badacum Ptolemæi esse: cui & Volaterranus adstipulatur. *Iuuauiæ* meminit Antonini Itinerarium. Sed *Helffenberg* vocabulum vetustius esse *Iuvaviæ*; putat Gaspar Bruschius: atque ex eo *Iuuauia* factum, quod idem significat. Pighius scribit, in huius vrbis templo se legisse hos versiculos:

Regio & vnde dicta.

Soli fertilitas.

Imperium Maiorum.

Vrbs Salisburgum.

Tunc Hadriana vetus, quæ post Iuuauia dicta,
Præsidialis erat Noricis, & Episcopo digna
Rudberti sedes, qui fidem contulit illis
Christi, quam retinet, Saltzburgum sero vocata.

Vrbs hæc in medijs Alpibus situm habet: decenti Murorum ambitu, Turribus & Propugnaculis, tam publicis quam priuatis ædificijs cultissima: Regia quondam Sedes ac Domiciliū, quando & superbissima ex Marmore Fanorum structura præ cæteris caput extulit vrbibus. Maxima fluminis situsque oportunitas hoc præstitit. Nunc etiam Archiepiscopali dignitate inclarescit, qui primæua quam institutione Laureaci, tū Patavij, rerum vicissitudine huc translatus fuit. Habet hæc Vrbs paludes, planiciem, colles & montes. Paludes præbent pascua, montes aucupia & venationes nōnullas. In hac vrbe Sepulchrum visitur Theophrasti Medici celeberrimi in Nosocomio apud S. Sebastianum cum tali Epicedio: *Conditur hic Philippus Theophrastus insignis medicina Doctor, qui dira illa vulnera, Leprā, podagram, hydropisin, aliaque insanabilia corporis cōtagia mirifica arte sustulit, ac bona sua in pauperes distribuēda collocāda q; ordinauit. Anno M.D. L1 die 24 Septēb. vita cū morte cōmutauit.*

SALTZBVRG
archiepiscopatus
cum ducatu
CARINTHIÆ
Au:
stria
con:
finia
Baua
Dusfers comitatus
Karnten

Flumina. Fluminibus ac rivulis innumeris propemodum rigatur hæc regio, qui ex montibus scaturiunt. *Anasus* fluuius in Septemtrionem defluit, quem *Altzius*, *Saltzius*, *Matichius*, suis aquis augent. *Traunus* ibidem ex Lacubus oritur; Hinc etiam *Mur*, & *Drauus* nobilis amnis oriuntur, quem posteriorem Plinius nominat lib. III cap. XXV eumque ex Noricis fluere tradit. Reliqui ignobiliores rivuli in hos quos modo nominavi effunduntur. Ditio omnis montosa, jugisque Montium, quæ adcolæ *Taurn* vocant, aspera. Hinc ista *Mõtes.* sunt, *Radstatterthaurn*, *Felbergthaurn*, *Kornthaurn*, *Cafteinerthaurn*, multique alij adeo alti, vt, qui media æstate eos conscendunt, quum ad verticem peruentum est, frigore infestentur; nullus curribus locus, angusti calles, adeoque interdum præcipites, vt vix jumento clitellario etiam adsueto iter sit, grandia vero pericula scandentes maneant, quum aut subito exorti venti in præcipitia homines abripiant, aut immensi convolutarum nivium globi silvas, saxa, jumenta, atque etiam domos vicinas sæpe obterant. Ex his montibus Amnes frequentes defluunt, de quibus supra meminimus. Montes etiam præter supra dictos *Tauros*, habet in Meridiem versus, *Alpes*, quos *Albim* ipsi vocant: varijs quoque cognomentis adscitis, vt *Villacher Albin*, *Swanberger Albin*, *&c.* Item *Creutzbergum* montem, *Lettachbergum*, & in Oeuina valle metalliferos de quibus sic cecinit Conradus Celtes lib. Amorum II ode VI.

Qui mihi de celsis nuper fuit Alpibus actus
Oenus vbi, atque Athesis murmura rauca facit,
Argenti aeruo scaturit qua vena metallo,
Et ditat totam patriam Alemanicam.
Hic halant liquido, puro & de fonte Salina,
Ditantes Bavaros, Austriacosque Duces.
Hic turba est tetra nigraque simillima morti,
Qui soluunt vastis ignibus aera suis.
Haud credas nostris decocta metalla per ignem,
Sed Phlegetontaeis mundificata vadis.

Silua. Siluis quoque hic Episcopatus non destituitur. *Hardionem* enim, *Henhardum* & *Weyhardum* Siluas ad Septemtrionem positas habet. Verum de Episcopatu Salisburgensi hæc jam dicta sufficient; reliquum est vt de Carinthiæ Ducatu quem huius Tabulæ titulus etiam præ se fert, nonnulla dicamus.

Carinthiæ Ducatus

Regio vnde dicta. *Carinthia vel Carnithia* (quod Rithaymero auctore rectius scribitur) a *Carnis* populis nomen suum obtinuisse videtur, qui vetusti eius loci incolæ sunt, vtpote quorum & Plinius & reliqui in hoc loco meminerunt Geographi. Vtrum vero a Carnunto, veteri Opido, cuius crebra apud auctores mentio est, nomen hi suum traxerint, an vero ipsi a se vrbem denominarint, dubium fecit rei vetustas. Est is locus in Ripensi Pannonia, septem fere Vienna Milliaribus distans, vbi non obscura celeberrimæ olim vrbis indicia, Monimenta ac Rudera, etiamnum exstant, ei nunc D. Petronellæ nomen est. Dicuntur vero et *Carniolis* Germanice *Karnten*, *Krain*, *Karst*. Habet autem hæc Regio ab Ortu & Septemtrione Sytriam, ab Occasu & Meridie Alpes & Forum Iulij contingit. Huius pars est Carniola. Multæ in hac regione valles collesque tritici feraces. Solinus cap. XXX ait, Agrum Noricum frigidum & parcius fructuosum, qua vero subducitur a jugis Alpium admodum lætum. Fuit olim Carinthiæ Dux, quum Imperij officia passim inter Principes & ciuitates Imperiales distribuerentur, *Venator* Imperij, vnde ad eum lites & contentiones Venatorum omnium deferebantur. Hunc vero Ducatum primus Austriæ junxit *Otto Habspurgicus* Cæsaris Alberti filius, Rodolphi Cæsaris nepos, Stiriæ post mortem patris e fratrum diuisione Dux, idque circa annum Christi CIↃ CCCXXX. Vltimo enim Duce *Henrico* sine virili semine mortuo, redijt Ducatus ad Imperium, fuitque Feudum eius a Ludouico Cæsare hæreditario jure *Alberto* Austriæ Duci collatum II scilicet huius nominis. Filiam vero Ducis relictam, habuit *Ioannes* filius Regis Bohemiæ vxorem, cui designatus fuit Comitatus Tyrolensis pro Ducatu Carinthiæ. Mortuoque isto *Ioanne* sine liberis & vxore eius a Marchione Brandenburgensi ducta, peruenit Comitatus ad Brandeburgenses. Sed cum Marchio nullam ex vxore tolleret prolem, dono dedit Comitatum Tirolensem Ducibus Austriæ. Metropolis regionis est *Santo-vicus* vrbs minime negligenda ad Glanam fluuium. Forum habet satis spatiosum, ac perennis aquæ fontem limpidissimum. Sunt præterea *Villacum* Opidum, domibus in fronte coloribus historijsque magnifice depictis, spectatoribus gratum. Situm est in planicie altissimis rupibus septum ad Drauum fl. ponte lapideo eius oras connectens; *Clagenfurtum* vrbs bene munita, *Claudia* antiquitus, Lazio teste, vocata. Sunt qui scribunt, eius vrbis ciues furibus adeo esse inexorabiles, vt leuissima etiam furti suspicione notatus, inauditus ad crucem abripiatur, post eius diei quo supplicium de eo sumptum est, tertium, de mortuo judicant; quem si insontem cognouerint, honorifice sepeliunt: si jure eum damnatum compererint, pendere sinunt. Sed hanc fabellam commentitiam vocat Rithaymerus. *Frisachum*, magnam referens vetustatem; *Wolpergum* Lauando fl. adjacens: *Santo Leonardus* &c. Multi in hac regione Lacus, multi Amnes. Lacus sũt *Mulsetterſee*, *Ossiacherſee*, *Werdſee*, *Lavandſee*, *Iudenburgerſee*, *Weyſſee*. Inter amnes præcipuus *Drauus*, qui per Stiriam ac Pannoniam in Danubium fertur. Haud inferior *Savo*, *Glana*, *Schleinitza*, *Lavanda*, quos omnes Drauus absorbet. *Mura* quoque eidem Drauo miscetur. Plerique autem dictorum fl. huic regioni fontes suos debent, ac in eadem ostia sua habent. Montibus vndique innexa est regio. Excelsa enim Alpium capita, vt Strabo scribit, continua hactenus extenduntur, & vnius Montis faciem exhibent, remissa inde & inclinata, plures in partes, & plures in vertices attolluntur. Tauri portiones jugaque crediderim, vnde ab incolis suis nominibus distincta. Ab Occidẽte *Gastein Taurn*, *Villacher Taurn*, *Rastatter Taurn*, *Karnen Taurn*, vocãtur Nõnulli vero vertices Alpiũ nomina servant, vt sunt *Modringalbn*, *Serbisalbn*, *Sanalbn*, &c. Et Dravo fl. *Dietzpergus* imminet, & super hunc Mons Argentatus est, adcolarum lingua *Silber berg*: *Raspergus mons* Muræ ac Isaræ fontes habet, altero in Meridiẽ altero in Ortum fluente. Inter hos vero Tauri Alpiumque editissimos colles, Silvæ Lucique sparguntur, Hercyniæ Silvæ portiones, vti sunt *Hirschpnhef*, *Priewaldt*, *Eremus* vulgo in *der Eynod* silvę. Mineris prædictæ Alpes, Ferri, Argenti, Auri turgent. Quantum ad Ecclesiasticam Iurisdictionem attinet, ea inter Episcopum Saltzburgensem, & Patriarcham Aquilegiensem partita est, inquit Paracelsus. Ritum apud hos insolitum ac minime vulgarem inaugurandi Principes accuratissime in sua Europa describit Pius II. Et Munsterus lib. III Cosmographiæ.

Soli fertilitas. *Imperium Maiorum.* *Vrbes.* *Lacus.* *Flumina.* *Montes.* *Silva.*

Status Politicus *Regni Polonia duo habet mēbra quæ ad Comitia regia conuocātur, & penes quos iustitia & regiminis est administratio*

- *Ecclesiastico in quibus sunt*
  - *Archiepiscopi duo, Gnesna in maiore Polonia, & Leopoli in Russia.*
  - *Episcopi, Cracouia in minori Polonia, Ploczko in Mazouia, Chelma in Volhinia, Wladislauia in Cuiauia, Pomesania, Varmia, Culma & Sambiensis in Prussia. Posnania in maiore Polonia. Premislia in Russia, Cauenez in Podolia. In Lithuania Vilna, Mednicque, Luceoria qui Vilnensi suffragatur. In Liuonia Riga, Derpta, Absel, Riualia.*
- *Nobiles, in quibus sunt*
  - *Castellanus Cracouiae*
  - *Palatini, Cracouiae, Posnaniae sandomiriae, Kalische, Siradiae, Lancise, Brezeste, Inowladislauiae, Russiae, Podoliae, Lublin, Belze, Plocense, Mazouiae, Raua. Item in Lithuania Vilnae, Trochi, Polesco, Nouogrod, Vitelliae, Item in Prussia, Culmae, Marienbourg, Pomeraniae.*
  - *Castellani, Posnaniae, Sandomiriae, Kalische, Voinice, Gnesnae, Siradiae, Lancisae, Brizeste, Inowladislauiae, Leopoli, Cameneciae, Lublin, Belze, Plocense, Geine, Rauense, sandeciae, Myedzerus, Visticie, Biece, Rogostiae, Radom, Zawichost, Landence, Sreme, Zarnowe, Mologost, Vielune, Premislia, Haine, Sanoe, Chelme, Dobrine, Polanecie, Premetense, Crisuinense, Czecouiae, Nakle, Rospirie, Byechouiae, Bydgostiae, Brezezine, Crusnicie, Osuecimense, Camenetz, Spicimirie, Inowlodense, Roualie, Zauoloc, Sochazoniae, Varsouie, Gostine, Visne, Raciez, Sieprecense, Wisogrod, Ripin, Zakrochzinense, Circhanouie, Liuense. In Lithuania Vilne, Trochi. In Prussia Culme, Elbingen, Pomerania.*
  - *Capitanei, cuius officij permulti sunt in toto Poloniae regno*
  - *Marescalli duo, Regni & Curiae regiae.*

Status Ecclesiasticus *Regni Poloniae constat hic Archipiscopis & Episcopis qui dicti sunt.*

SILESIA.

Sunt *in Silesia*

- *Ducatus 15.*
  - *Lignicensem, Bregensem, Teschinensem, Monsterbergensem, Olsuicensem, & Becustadiensē, tres veteres familiae, videlicet, Lignicensis, Teschinensis, & Monsterbergensis adhuc obtinēt.*
  - *Tropauiensem, Opoliensem, Nissensem, Wratislauiensem, siue Breslauu, Swidnieensem, Hurensem, Glagouicnsem, Ratibornensem & Sagonensem, Regis Bohemiae, extinctis veteribus dominis adepti sunt.*
- *Baronum tres familiae, videlicet à Trachenberg, Vertenberg, & Plessensis.*

Supremum Regis *tribunal in Silesia est Wratislauiae, vbi & sedes est Episcopalis quemadmodū & Nissae.*

Hæc ex Ioachimo Cureo desumpta sunt.

Medius meridianus 41 30. ad quem reliqui inclinantur ratione Parallelorum 50 52. ad circulum maximum.

Poloniæ Regnum.

Regio & vnde dicta.

Polonia a planitiæ terræ (quam ipsi etiamnum *Pole* vocant) nomen habet. Dicta quoq; fuit olim *regnum Lechitarum* a Lecho Filio Elisæ Nepote Iauan, primo Poloniæ habitatore. Quin et in hunc vsque diem Græci, Tartari, Besserabes & Rutheni Polonos *Lechitas* vocant.

Situs.

Vasta admodum Regio est: ad Septemtrionem Borussiam & Pomeraniam respicit, ad Orientem Solem Massouiam & Lithuaniam; qua Meridies est Russia & Hungariæ montibus clauditur; qua Occidens Lusatia, silesia, & Morauia. Longitudo ccccLxxx, Latitudo ccc Milliarium.

Cæli qualitas.

Regionis aer purus, sed frigidus rigensque ac seueræ hyemes.

Soli fertilitas.

Regio omnis plana, fertilis hordei, frumenti, leguminum. Abundat Fructibus, Cera, Melle, Butyro. Habet & Salis maximam copiam, qui ex terra eruitur. Habet & æris Fodinas in montium iugis, *Tatri*, ab incolis dictis: nec non sulphuris.

Animaliū varietas.

Abundat insuper Armentis, adeo vt saxonia multæque gentes Germanicæ Polonicis bubus victitent. Varij generis videre est ibi Animalia, magnamque Pecudum & Ferarum copiam. Habet Vros, Bisontes, Tauros et Equos Siluestres, Onagros quoque et eiusmodi. Nec desunt Aves variæ magna copia, ad aucupia inuitantes.

Itinerum securitas.

Latrocinia ignorat gens; itaque estiuis mensibus curru, hibernis rheda sūma securitate vehuntur, per siluas, agros et immensa camporum spacia, sine vllo periculo.

Imperium Maiorum.

Regni titulū & Maiestatem accepit Polonia anno CIOI regnante *Boleslao Chabri*, qui ab Ottone III Romanorum Imperatore regium diadema accepit. Post annos vero LXXVII sub *Boleslao Audaci*, qui crudeliter Stanislaum Cracouiæ Episcopum trucidauit, regio Diademate a Pontifice Romano priuata est. Iterum tamen recuperatum est a vitum ius, electo in Regem *Premislao* II. Duce maioris Poloniē & Pomeraniæ, Anno CIOCCXCV. Diuiditur hæc regio in Poloniam *maiorem* & *minorem*. *Maior* est magis Septemtrionalis, eamque mediam intersecat Varta fi. *Minor* est Australis eāq; Vistula pererrat. In maiore Polonia ciuitates principales istæ. *Posnania* ad *Vartā* & *Prosnā* fluuios, inter colles condita, muro duplici: ædes habet lateritias amplas & multas: suburbia vasta ad Vartę vltericrē ripā, stagno ingēti paludibusq; circūdata; nūdinas etiā binas quotānis admodū celebres, &

Vrbes.

POLONIA
ET
SILESIA
Bohe:
mię pars
Moraing
pars
New
Marck
Croßen
Ruß
pars
Meridies

Episcopat' sedē. Habet sub se Opida ista, *Koscien* inter lutosas paludes 8 Milliariū intervallo. *Miedzyrzecze*, cuius dom' oēs ligneæ, estq; finitima Silesiæ & Pomeraniæ; *Ostresow* in planicie inter Silvas sita; *Wschow*, *Sremck*, *Prerecz* & *Rogozno*. *Calisia* civitas est muro circumdata, inter paludes, quam Prosna fl. præterlabitur. Arcē muratam hoc loco fuisse, ruinæ testantur. Sub hac sunt *Gnesna*, *Pyzdry*, *Wartha*, *Naklo*, *Land*, *Konin*, *Slupeza*, & *Kolo*. *Gnesna* muro circumdata est, in planicie, inter lacus collesque: Hæc prima omnium civitas a *Lecho* condita est: in hac Princeps Poloniæ *Boleslaus Chabri* ab *Ottone* III Romanorum Imperatore Regium Diadema accepit, quo ad hoc vsque tempus Reges Poloniæ vtuntur. *Siradia* civitas lignea muro septa est in planicie: Arcem habet munitam ad Vartam fl. Hanc vrbem Ducatus amplissimus olim cohonestabat, cuius titulus filio Regis secundo ordine tribuebatur. Sub hac sunt *Vielunia*, *Sadeck*, *Petricovia*, *Rosprza* & *Spicimiria*. *Petricovia* palustri loco sita, lutosa est. Ad eam comitia generalia quæ nunc VVarsavię celebrantur, diu celebrari proprio quodam vrbis privilegio & recepta consuetudine solebant: eratque ei rei extra vrbem aula Regia exstructa ex liguis leuigatis, quam *Bugay* vocabant; sed postquam mutari res & novari cœptæ sunt, arx corruit, alioque translatus Comitiorum locus: servauit tamen tribunal forense, quo hibernis mensibus jus dicitur, quemadmodum ad Lublinum æstivis. *Lancicia* ciuitas est haud inamœna, muro fossaque clausa, in planicie. Arcem habet muratam in scopulo eamque *Bsura* fl. præterlabitur. Sub ea sunt *Orlovia*, *Piatec*, *Bresinia*, *Kornazew*, *Biechow*, & alia nonnulla Opida. *Cuiavia* siue *Vladislavia* vrbs ampla est, habet sub se *Bidgostiam* ad Budam fl. nauigabilem, quo merces ex Polonia in Vistulam deferuntur. *Bresteia* sub se habet *Radzieiow*, *Crusphicam* & *Cowalow*. *Crusphicia* post Guesnam omnium Polonicarum vrbium prima est, lignea, cum arce lateritia, ad Lacum *Goplo*, ex quo lacu mures olim prodierunt, qui *Pompilium* Principem Poloniæ in ea arce justa numinis ira vindictam deposcente, devorarunt. *Rava* civitas lignea est ad fl. Ravam; habet sub se Opida *Sochaczoviam*, *Gostinin* & *Gambin*. *Ploczko* amœna civitas in colle ad Vistulam, sedes est episcopalis: sub hac sunt *Bielsko*, *Raczyayas*, *Sieperoz*, *Sremko*, *Mlawa*, *Plonsko*, & *Radzanow*. *Dobrinia* in scopulo ad Vistulam sita est, in ea arx fuit quam Crucigeri demoliri sunt. Sub hac *Slonik*, *Ripin* & *Corzno*. In Polonia vero minore vrbes principales hæ sunt, *Cracouia*, *Sandomiria* & *Lublinum*. *Cracouia* in planicie ad Vistulam exstructa est (eam Petrus Appianus putat esse Ptol. *Carrodunum*) muro duplici, valloque firmissimo. Arcem habet in scopulo eminenti, quem *Vanel* dicunt. In hac vrbe Regum Poloniæ Sedes est, & Sepultura. Gymnasium quoque celebre studijs Philosophiæ & Artium. Carent autem Cracoviensis Advocato supremo, sed Rex ipse Præturam Cracoviensem obit. Castellanus quoque Cracouiensis Palatino in Senatus consessu prior digniorque est, cum in cæteris Regni Prouincijs Palatinus Castellano præferatur. Cracouię tres ciuitates contiguę sunt *Clepardia*, *Stradomia*, & *Casimiria*. Habet sub se Ducatus duos, *Zatocensem* & *Osuniocimensem*. Opida ei subsunt hæc, *Biecz*, *Vuoninex*, *Sandecz*, *Lelow*, *Kzyaz*, & *Proizovice*. *Sandomiria* ciuitas principalis illius districtus, muro circumdata, in colle ad Vistulam sita est, abest Cracovia XXII Mill. Arcem habet antiqui operis, & vt tunc bella erant, satis munitam. Sub ea sunt *Checiny* in loco plano, fodinis Lazuli clara, in quibus etiam argentum reperitur, *Korczin*, *Wislicia*, *Pilzno*, *Opoczno*, *Radomia*, *Poloniec*, *Zaunichost*, *Zarnouu*, & *Malogost*. *Lublinum* ciuitas præcipua illius districtus, vltra Vistulam est, muro, fossa, stagnis, arce munita. In hac quotannis triplices sunt nundinæ, ad quas conueniunt Turcæ, Armeni, Græci, Germani, Moschouitæ, Lithuani, alijque. Iudei maximam suburbiorum partem occupant, ibique Synagogam habent præcipuam. Arcem fl. adluit *Bystrzna*. Sub ea sunt *Vrzendow*, *Lulouu*, *Varcow* & *Casimiria*. Porro Polonię regio Stagna habet permulta & Lacus, in quibus omne piscium genus. Nobilissimis etiam fluminibus rigatur, quorum primum est *Vandalus* siue *Vistula* Germanis *DeWixel*. Sequuntur *Chronus*, nunc *Pregel*, *Nyemnien*, *Rubon*, *Viadrus*, *Varta*, *Tyras* nunc *Nyester*, *Hypanis* hodie *Bugh*, *Borysthenes* nunc *Nyeper* Præter hęc minorum gentium multa. Montes fere nulli sunt, præterquam qua in Meridiem vergit, ac ab Hungaria *Sarmaticis Carpathijsque* montibus quos *Tatri* incolæ vocant, dirimitur. Siluis pene omnis Regio obducitur, quæ Hercyniæ portiones sunt. Sed de his hactenus. Regni jus apud Polonos non est hæreditarium, sed ex communi Senatus & Equitum sententia pendet, qui quem volunt eligunt. Viri plerique Nobiliores, excellēti ingenio præditi sunt; multisque & longinquis peregrinationibus prudentiam sibi & multarum linguarum peritiam compararunt: Impauidi sunt, & cum hoste etiam robustissimo pugnam non detrectant; læsi a Magnatibus, injuriam omni consanguineorum, clientum, amicorum, & familiarium confœderata manu vltum eunt, neque ante cessant, quam vel vindicarint, vel occubuerint. Postremum non tam liberales sunt quam profusi: quod vitium augent frequentibus commessationibus, & immodicis largitionibus, tum etiā ingenti clientum seruorumque quos alunt, vestiunt, & ornant, numero.

Lacus.
Flumina.
Montes.
Silvae.
Ratio gubernandi.

Silesia.

Regio & vnde dicta.

ET hæc de Poloniæ Regno; restat paucis explicanda *Silesia*. Nomen illi ab Amne cognomini, vt tradit Conradus Celtes. Alij aliunde deriuant. Terminatur a Septentrione & Ortu Polonia: a Meridie Morauia & Hercynia Silua, ab Occidente Lusatiæ & Bohemiæ parte. Longitudo est CC mill. pass. Latitudo LXXX. Aer quamuis paullo frigidior, vtcunque tamen mitis & clemens. Ager quod crebris torrentibus ac rivulis irrigetur, fertilis admodum est, ac res nascentes ex terra, magna vbertate in plerisque locis fundit, & alicubi venas Auri, Argenti, Plumbi, & Ferri gignit: res etiam ad vestitum non modo suarum, sed multarum etiam gentium conficiendum largissime suppeditat Vrbes hic cultæ & legibus artiūque humanarum studijs exornatæ. Metropolis eius est *Vratislavia*, *Budorchis*, vt quidam volunt Ptol., vulgo *Breslaw*. Duglossus scribit, eam exstructam a Miesiao Duce Poloniæ, paulo ante annum Christi millesimū. Inde post annos XL ornatam esse Episcopatu a Casimiro Rege Poloniæ; his incrementis tantum aucta est, vt eius ciuitatis antistites *Aurei Episcopi* ob divitias & rerum omnium copiam dicerentur. Anno CIↃCCCXLI tota in favillas abiit. Sed sub Carolo III Imp. ex lateritia facta est aurea. Memorabile est quod de turri tēpli S. Elizabethę testatur sequens inscriptio. MIRABILIS IN ALTIS DOMINVS.

Collapsa est turris Siloe madefacta cruore,
Pyramide hac nostra, nemo cadente perit.
Nam iussu Domini exceptam, cui gloria soli
Angelica molem deposuere manus.

Accidit ruina ista turris an. CIↃ IↃ XXIX Festo S. Matthæi: præter felem vnam nemo læsus. situs loci, ædificiorum splendor, turrium, templorum, pontium structura, platearum dispositio, vrbem vehementer commendant. *Nissa* Episcopalis est ciuitas. sunt præterea in hoc tractu Ducatus XV. *Viadrus* per hanc regionem labitur, in quem vndique plures Amnes & rivi confluunt, *Elsa*, *Ola*, *Bobrus*, *Barusius* & alij.

Cœli temperies.
Soli fertilitas.
Vrbes.
Flumina.

HVNGARIA REGNVM.

Rex Hungariae regnum suũ administrat duorum Magistratuum auxilio, qui sunt.

- **Sublimior qui in tres Magistratus diuiditur**
  - **1. Gubernans regnum Regis nomine in quo sunt**
    - *Palatinus Regni, qui proximus à Rege est, & Regis ipsius, sicubi accusatus, Iudex ordinarius existit, quem regnicolae communi voto eligunt, nec haereditariũ est officium.*
    - *Iudex Curiae, qui est vnus ex Iudicibus regni ordinarius.*
    - *Cancellarius*
      - *Perpetuus, qui est Metropolitanus Strigoniensis, qui & Primas Regni, & summus Secretarius nominatur, ac praerogatiuã habet electum Regem inuingendi, & sigillo matere priuilegia munit.*
      - *Arbitrio Regis assuptus, qui caeteras literas minores, & potissimum mandata Regia, & in causarum distinctione datas munit, decretisq; Regis subscribit.*
    - *Magister Curiae, Regis Comitatum sequi cogitur, & eiusdem intimus Consiliarius habetur.*
    - *Tauernicorum regalium Magister, aurifodinarum, salinarumq;, & breuiter earum ciuitatum, pagorumq;, ac castrorũ causas distinguit, quaecunque ad Fiscũ regium pertinent.*
  - **2. Iudicia tractans, in quo officiarij**
    - *Tres maioris authoritatis*
      - *Vicepalatinus Regni.*
      - *Iudex Personalis praesentiae, qui & Regiae Maiestatis in iudicijs locum tenet, & Iudicibus praeest.*
      - *Viceiudex Curiae.*
    - *Minores, qui ministeria magis iudiciorum quam magistratum exercent.*
      - *Protonotarij duo Iudicis personalis praesentiae.*
      - *Protonotarius Vicepalatini.*
      - *Protonotarius Viceiudicis Curiae.*
      - *Hi omnes Magistri passim appellantur, habentq; in laboris consortium adiunctos hos sequentes:*
      - *Secretarium Archiepiscopi Strigoniensis, qui est director causarum Regalium, & Fiscalis dicitur.*
      - *Duodecim Assessores.*
      - *Notarios aliquot iuratos, omnes stemmate nobili ortos, qui proprio loco à caeteris semoto assident.*
  - **3. Ministrãs Regi.**
    - *Thesaurarius Regis.*
    - *Cubiculorum regalium Magister.*
    - *Agazonum regalium Magister, quem Stabuli Magistrum Germani vocant.*
    - *Dapiferorum regalium Magister.*
    - *Pincernarum regalium Magister.*
    - *Ianitorum regalium Magister.*
    - *Et alia minora officia.*
- **Minor qui est in singulis locis iudicis.** Porro quia regnum amplissimum est, neque a minoribus iudicis confluere omnes in Curiam possunt, nec curia tot querulantibus sufficit, constituti sunt per provincias iudicia particularia, coram quib. prima instantia causae deciduntur, quos Comitatus Hungari dicunt, suntque hi,
  - *Supra Danubium ad Occidentem Tibisci flu.*
    - *Posoniensis, Comariensis, Trauchimensis, Turoczensis,*
    - *Nitriensis, Liptoniensis, Barsiensis, Onuizoli,*
    - *Cepusiensis, Nouigradiensis, Hontensis, Tornensis,*
    - *Gewiniariensis, Abauiuariensis, Borsodiensis, Hewesiensis,*
    - *Posthiensis, Bathiensis, Bodroghtensis, Zolnocensis,*
    - *Semliniensis, Vnghensis Peregriensis, Moramarusiensis.*
  - *supra Danubium ad orientẽ Tibisci*
    - *Vgoghiensis, Zatmariensis, Zabolciensis, Torontaliensis,*
    - *Bihoriensis Orodiensis, Chonadiensis, Temesiensis.*
  - *Inter Danubium & Drauum flu.*
    - *Musunensis, Rhab siue Iauriensis, Soproniensis, Castriferrensis,*
    - *Zaladiensis, Vestriniensis, Albensis, Pelsiensis,*
    - *Tolnensis, Strigoniensis, sinigiensis, Waraniensis.*
  - *Inter Drauum & Sauum flu.*
    - *Valkouensis, Syrmiensis, Posegiensis, Zagrabiensis,*
    - *Risiensis, Warasdiensis.*

Administratio Ecclesiastica penes duos est qui sunt

- *Archiepiscopos,*
  - *Gran, vel Strigoniensis, legatus Apostolicus & Primas regni. Habet sub se Agriensem, Vaciensem, Nitriensem, Quinqueecclesiensem, Vesprinienem, qui cancellarius est reginae, quam etiam coronat, & Iauriensem vulgò Rab, Episcopos,*
  - *Colocensis siue Colotz, sub quo sunt Zagrabriensis, Transiluaniensis, Voccadrensis, Suiniensis, Visemburgensis, Cenadiensis siue Chonad, Bosnensis.*

Hæc ex VVolfgangi Lazij tabula Hungarica desumpsi, Quia verò omnia ad gubernationem & regimen regni pertinent, opinor alium etiam Statum esse inter Principes & Vrbes regni, qui ad conseruationem, vtilitatem, necessitates, & tuitionem regni pertineat, quem cùm ignoremus adferere nequimus.

Medius meridianus 42 30. ad quem reliqui inclinantur iuxta rationes 46 & 48. parallelorum ad circulum maximum.

HVNGA
RIA.
Marons Campus
Comanus
Campus
Ruscia
pars
Austria
Occidens
Oriens

Regio & vnde dicta.

HVNGARIA, vulgo *Hongeren* (quam nomen ab Hunnis vel Hungaris populis ex Scythia profectis, qui eam incolunt, habere constat) Pannonias, & trans Danubium Iazygum & Dacorum Regionem fere omnem occupat. Ad Meridiem est sauus Amnis, quo a Croatia & Seruia diſiungitur, quæ sũt in parte Illyrici Adriatico pelago obversa. A Septemtrione sunt Polonia & Russia, Carpato monte disclusa. Ad Occidentem Solem Austria, Superioris quondam Pannoniæ caput, cum Moravia & Stiria; ab Oriente Mysia quam Rhetianam nunc appellant. Regio omnibus cœli benignitate & clementia, ac loci amœnitate, situsque pulchritudine, suo jure anteferenda. Ager rerum omnium copia ac fertilitate felix. Gemmas, Aurum, Argentum, Colores, Sal fodientibus abunde largitur. Pabuli, Frumenti, Leguminum ac Fructuuum nusquam abundantia maior. Vinum gignit generosissimum tractus Danubianus, a Quinque-Ecclesiensi Agro Taurunum seu Belgradum vsque. Olea tamen tara aut nulla est: ea dempta omnibus propemodum naturæ dotibus hoc Regnum ornatum videtur. Animalia producit varia, quorũ tanta hic copia, inprimis ovium, boum, vt in exteras Regiones tot & tanta armenta mittat, vt pene incredibile videatur, præsertim in Italiam & Germaniam. Feris quoque mirifice abundat, Leporibus, Damis, Capreolis, Cervis, Apris, Lupis, Vrsis, & huiusmodi; Avibus item, præsertim Turdis, Perdicib⁹, & Phasianis. Coluerunt Regionem hanc primum *Paones*, sive *Pannones*: postea *Gothi*, qui ab *Hunnis* expulsi sunt: *Hunni* a *Longobardis*, qui etiam totos XLII annos hic consedere. Successerunt iterum *Hunni* Duce *Attila*; quo obito, Carolus Magnus eam sui juris fecit. Anno autem CCIↃ sub *Arnulpho Imperatore* e Scythia profecti *Hungari* loca ista occupaverunt. Paganismum colentes ad vsque *Regis Stephani* quem *Sanctum* vocãt inaugurationem. Ab eo deinceps ad nostra tempora Hungaria Christianam Religionem professa est. Cõtinet autem Hungaria totam *Iazygum Metanastarum* regionem, quam Ptolemęus Danubio, Tibisco & Mõtibus Sarmaticis circumscribit. Horum reliquias adhuc exstare constat, & vulgo contracta voce *Iaz* vocati. Incolunt vero sedes a Plinio descriptas & linguæ idioma habent Hungarico dissimilimum. Regum Hungariæ primus fuit post constitutam religionem Christianam *Stephanus* cognomento *Sanctus*; sequuti sunt *Petrus* eius Nepos, *Andreas* consanguineus, *Bela*, *Salomon*, *Geysa*, *Ladislaus*, *Almus*, *Stephanus* II, *Bela caecus*, *Geysa* II, *Stephanus III*, *Bela III*, *Emericus*, *Ladislaus II*, alijque longo ordine, ad vsque Rudolphi II Regis & Germanorum Cęsaris tempora, qui jam vigesimum nonum annum illi regno præest. Dividitur vero Hũgaria vniversa in Citeriorem & Vlteriorem. Citerior Hungaria omnem illum tractum complectitur qui citra Danubium est: Vlterior illum, qui vltra Danubium, quam quidem mediam Tibiscus secat. Metropolis & Regni caput *Buda*, sic denominata, vti plerique existimant, a *Buda* conditore Fratre Attilæ Regis, vel vt alij scribunt, a Budinis Scythiæ populis, quorum Herodotus meminit. Appiano, Irenico & Althamero κώμη Ptol. Alijs οἰκόϊνον *Aquincum* Ptol. & Antonini, cui *Legio II adiutrix* est. Huius si vrbis situm inspicias, ex parte montosa, & validis est propugnaculis firma, vt nec quicquam munitius, nec amœnius in tota ferme Hungaria inueniri possit. Publicis privatisque ædificijs ornatissimis præ cæteris in ea Regione vrbibus, clarissima. Agrum habet variorum fructuum vbertate luxuriantem. Anno CIↃIↃ XXVI die 20 Augusti a Turcarum Imperatore Solimanno Christianis erepta est. Reliquæ sunt *Bosonium* vulgo *Preszborgh*, vrbs nobilissima. Hic Lexta fl. Pannoniam superiorem ab inferiore dividens, cum Istro miscetur. Vrbs vetus & elegans, quæ vt situ, ita aere quo fruitur læto & amœno salubrique, multas Pannoniæ vrbes longe antecellit. Montes habet vineis amœnissimis constitos, qui & magnam lignorum copiam præbent. Ad suburbium in præcelso montis vertice Arcem validam habet. *Belgradum* ad confluentes Saui & Danubij, vulgo etiam dicitur *Alba Graeca*, antiquioribus *Taurunum*, Germanis *Griechs Weissenburg*; captum est a Turca Solimanno, anno CIↃ IↃXX, quum antea Christiani Orbis adversus immanem hostem præsidium aliquamdiu fuisset: nunc hæc Turcarum Imperatoris sedes est. Vlterius secundo Danubio descendentibus occurrit *Singidunum*, captum a Turca Anno CCCCXXXIX. Medio inter duas istas vrbes spacio, campus est nobili *Hunniadae* victoria adversus *Mahometum* Turcarum Imperatorem celebratus: Campum vocant *Maxens*. Prælium commissum est Anno CIↃCCCCLVI. Aduerso flumine adscendentem multa loca excipiunt funestis Christianorum cladibus tristia. *Valpo* urbs capta Anno CIↃIↃXLIII. *Quinque Ecclesiæ* ad Dravum Anno CIↃIↃXLIII. *Zigetha* Anno CIↃIↃLXVI. *Buda* de qua supra. *Strigonium* ad Danubium, vulgo *Gran* dicitur, Archiepiscopalis quomdam sedes, & jam in manibus Turcarum. *Alba Regalis*, *Stulweyssenburg* Regum corona & sepultura celebris, capta est Anno CIↃIↃXLIII. In eodem pene tractu est *Stridon* B. Hieronymi patria. Est & *Komora* vrbs munitissima in insula eiusdem nominis, frustra aliquoties a Turcis petita. *Iaurinum*, vulgo *Raab* ad Danubium sita, fere inexpugnabilis. Reliqua Opida silentio prætereo. Sunt & in Hungaria Lacus celebres ac nobiles, quorum precipuus est *Balaton*, qui Germanis *Platze* dicitur, XL Milliaria Italica secundum latitudinẽ habens & Hungarica VIII. Flumina sunt nobilissima *Danubius*, *Savus*, *Dravus*, & *Tibiscus*. Horum tres priores communes sunt nonnullis alijs regionibus, sed *Tibiscum* totum, sola Hungaria sibi vendicat. Hic quidem in Maramusio sub altissimis Carpati jugis nascitur, omnesque Hungariæ fluuios, prouentu piscũ superat; omnibus enim temporibus ijs mirifice abundat, inprimis Sturionibus, Lucijs, quorum hepar sesqui vlnam longitudine interdum superat: Cypriis & Siluribus. Alij etiam Amnes præter hos sunt, qui optimorum & saluberrimorum piscium copia adfluunt, nimirum Fundulis, Trutis, Salmonibus, Percis, Murenis, Barbis & alijs pluribus, qui Amnes plerique feraces Auri sunt. Montes & Siluæ precipuę, vltra Danubium ab Austria & Moravia incipiendo recensentur a Lazio, *Tarcheal*, Græcis *Carpatus* quondam a fructu Minerarum appellatus, propagatur per Comitatus, Turocensem, Arnensem, Liptoviensem, Cappusiensem, Gevvinerienſem ac Sariensem, cuius nomina Germanorum locorum Incolæ alijs atque alijs nominibus indigetant, *den Vatter*, *den Munch*, *den Wurtganten*, *den Schneperg*. Secundus est *Matran*, vinetis prope Agriam consitus. Tertius omnium amplissimus *Erdel*. Sunt & multi alij, quos brevitatis studio hoc loco omittimus, hisce Germaniam concludentes.

Situs.

Cœli qualitas. Soli fertilitas.

Animalium varietas

Imperium Maiorum.

Vrbes.

Lacus. Flumina.

Mõtes.

ITALIAE,
SCLAVONIÆ, ET
GRÆCIÆ
tabulę geographicę,
Per Gerardum
Mercatorem Illustrißimi
Ducis Julię, Cliuię, &c.
Cosmographum.
Cum
gratia &
priui-
legio

ITALIA,

IN QVA HAE CONTINENTVR

REGIONES,

Lombardia.
Venetia Ducatus,
Liguria, Genuæ Duc.
Friuli Duc.
Istria.
Romandiola Comitatus.
Thuscia Ducatus.
Spoletanus Ducatus.
Anconitana Marchia.
Latium nunc Campagna di Roma.
Abruzzo, Aprutium, Samnites.
Terra di Lauaro, Campagna felice, Principatus.
Apulia Daunia plana, Regnum.
Lucania, Basilicata, Princip.
Terra di Barri, Apulia Peucetia.
Terra di Otranto, Regnum.
Calabria superior Regnum,
Magna Græcia.
Brutij, Calabria inferior.

Regnum Neapolitanum magnam harum regionum partem complectitur.

Quia paucissimi Comitatus & Dominia mihi per Italiam & Græciam innotuerunt, & eorum pleraque nomina ac locain tabulis assignari nequeunt ob tabularum quæ extant imperfectionem, ideo paucis exceptis hoc labore supersedebo. Quilibet studiosus quoscunque inuenerit annotare facile poterit. Pulcherrima esset in politicis speculatio, si omnium regnorum nobilitas, & officia singulorum, locaque, dominiorum nota essent. Quisque in sua hoc præstans patria laudem merebitur.

Medius meridianus 36. o. ad quem reliqui inclinantur distantes pro ratione parallelorum 40. o. & 44. o.

Italia.

Sic se habet, & uniuersim & speciatim *Germania*; jamnunc, ea quã potui fide perlustrata, *ITALIAM* ingredior; Italiam, Regionem Dijs sacram, inquit Plin. lib. III natur. histor. cap. XX; totius Europæ beatissimam, optimamque, omnium prope Terrarum Alumnã, Rerum Dominam, Principem Gentium, Mundi Reginam. Varias habuit olim appellationes. Dionysius Halicarnassæus lib. I Romanar. Antiquit. Regionem hãc nobissimã Indigenas vocasse scribit *Saturniam*; Græcos vero *Hesperiam*, *Ausoniam*, *Oenotriam*; Herculis denique tempore dici cœpisse *Italiam*. *Saturnia* dicta fuit a Saturno Rege. Verum hęc appellatio non ad totam Italiam; sed tantum ad eius partem, quæ et Latium, pertinuisse videtur; *Hesperia*, vel ab Hespero Atlantem fratrem fugiente, vt vult Hyginus: vel vt Macrobio placet, ab Hespero stella quæ Latinis est Vesperugo: quod ad Occasum spectet: *Ausonia* ab Ausone. *Oenotriam* dixere, a vini bonitate, aut ab *Oenotro* Sabinorum rege. *Italiæ* nomen acceptum ab *Italo*, quem Oenotriæ Regem facit Aristoteles. Festus vero lib. IX. *Italiam dictã, quod magnos Italos, hoc est boues habeat*, ait, *vitulos enim Italos esse dictos*. Timæus fabulatur appellari ab *Italo Boue*, vno ex Armento Geryonis, qui abactus ab Hercule Siculi Freti angustias tranauerat, Tyrrhena Lingua *Italum Taurum* dicente. *Vitalia* quoque quomdam dicta, si fides Hellanico, apud eundem Dionysium Halic. lib. I Antiq. Rom. Alias veteres Italiæ appellationes, quod non tam Toti, quã Partibus conveniant, omittimus. *Peninsulam* χερρόνησον faciunt *Italiam* Strabo & Ptol., quam Natura Mari Supero, Infero, Ionio muniuit lateribus tribus; quarto autem vallauit Alpibus. Nam Occasum Caurumque versus adfusæ sũt Italiæ Alpes, quæ suis apud Veteres cognominib' distinctæ fuerunt, Martimæ, Cottiæ, Graiæ, Rheticæque ad Arsiam vsque fl.; Septemtrionem respiciens Pœnas habet Iuliasque: succedente mox, qua Aquilo est, Mari Hadriatico, ab intimo Recessu vsque ad Sinum Ionium, qui ad Orientem Vulturnũque illi obversus; Qua denique longe lateque spectat Austrum, Africum Zephyrumque ab Mari pulsatur Mediterraneo, quod ad eas oras Tyrrhenum audit & Ligusticum: faciente etiam partem Australem Hadriatico, qua Toti connectuntur Partes, Forum Iulij & Histria. Longitudo est ab Augusta Prætoria ad Brutium vsq; Promontorium vel Leucopetram ɔɔccxlv plus minus Milliariorum: Latitudo Maxima cccclxxv, Media, cxxx: Minima, lxxii. Circuitus & περιφέρεια Italiç secundum Castaldum ɔɔɔɔɔɔl. qui exactius sunt metiti, signant ɔɔɔɔɔɔcl: qui exactissime, non multo minus, ɔɔɔɔɔɔccclx. Italiam Eustathius Hederæ: Quercus adsimilant folio Plinius, Solinus & alij, vt proceritate multo sit amplior, quam latitudine; in Lævum se flectens

Regio

Nomina.

Aquibus & cur indita

Situs.

ITALIA
SCLAVONIA
CROATIA
BOSNA
SARDINIA
SICILIA
Milaria
Italica Geometrica

cacumine, & Amazonicæ figura desinens Parmæ. Recentiores convenientissime Humano Cruri comparant; cuius Tibia vel Anticnemion Mari objacet Infero: Sura, Supero: Pes vniuersim Ionio abluitur pelago: Calcaneus Epirum spectat; Vola vel Concavitas Sinum facit Tarentinum; Carnosiores Partes Promõtoria statuunt Zephyrium, Carcynum & Bruttium: Digiti in Siciliam sunt conuersi: Genu in Promontorio est Populonio; Coxendix & Femoris Superiora late contingunt Alpes. De nominibus & quantitate dixi; succedit explicanda Qualitas, cuius causa potior solet esse Situs Cœlestis. Huius siquis hodie diligentissimã ineat rationem: secundum Longitudinem quidem Occidentalissimum Meridianum deprehendet incidere in gradum xxix; Orientalissimum in xliii: secundum Latitudinem complecti gradus viii: Australissimũ enim Parallelum distare ab Aequatore Grad. xxxviii, & Borealissimum xlvi: sicque cccnpare discet Italiam Quintum & Sextum Climata, omnesque Parallelos, qui sunt inter xi & xvi, in quo Terrę tractu contingit varietas Diei Artificialis vnius Horæ. Major enim Dies Aestatis in Parallelo Australi Horarum est xiiii, cum tribus quintis; in Boreali vero Horarum xv cum Quintis totidem. Cœlesti autem Situ sic se habente, accedentibus etiam Appenninis Montibus, qui per mediam Italiæ porrecti Longitudinem, ab vtroque latere, præcipue quo Meridianos excipit calores, Campos Collesque relinquunt frugiferos: nõ magnopere mirandum est, tam moderatam omnium anni Partium in Italia esse tempestatem, tantamque rerum omnium fertilitatem: quæ tamen alijs, quam alijs, locis major. Ager valde est temperatus, benignus, copiosus, ad Segetes aliaque omnia proferenda supra modum adcommodus, magnique suis cultoribus quæstus, sumtus autem exigui. *Rossellanus Ager* in Vmbria juxta Lacum Velinum tantæ fertilitatis fuisse scribitur, vt auctore Varrone, Cęsar Vopiscus, quum Caussam apud Censores ageret, *Campos Roseæ* dixerit *Italiæ Sumen* esse, in quibus Perticas pridie relictas Gramen, vna nocte operiret. *Ad victum optima fert*, inquit Varro, Italiæ dotes persequens: *Agir Campanus, Frumentum: Falernus, Vinum: Casinas, Oleum: Tusculanus, Ficum: Mel, Tarentinus: Piscem, Tiberis.* Italiam porro peculiarem omnium Arborum Parentem videri posse, testatur Plin. Vulgatas non commemorabo. Earum quæ vulgo *Aurantiæ, Citriæ* vel *Medicæ, Cydoniae*, aliæque id genus, incredibilis hic copia. Tota ora, vt ea nobis sit exemplo, quæ in Liguria ab D. Remi, atque etiam vlterius, ad Genuam pertinet, tot tamque nobilibus Arboribus, itemque palmis summæ proceritatis, vnde fructus admodum generosi odoriferique percipiuntur, ornata est, vt cum adspectu, tum odoratu sit perjucunda: Hortis passim occurrentibus, ad recreandas tristes adflictasque hominum mentes, amœnissimis. Idem de mille alijs dici potest locis. Vivere in Italia *Piperis* arborẽ docet idem Plinius. Oleis maxime scatet Terra Hydruntina, in qua tanta copia, vt cui *Olearum* his in locis ingentia Nemora non sunt visa, incredibile plane videri possit. Ager Barianus in Apulia Peucetia *Oleum, Vinum, Frumentum, Amygdalam, Gossypium* aliosque fructus vbertate quadam & abundantia fundit incredibili. Vnus Vallis Onelię Ager in Liguria tanto gaudet Olei proventu, vt quandoque duodeviginti, nonnumquam vicena millia reddat Vrnarum, quas Incolę *Barilas* vocant. Nec *Manna* negauit Italiæ Natura. Prope Altomontium in Brutijs *Manna* colligitur, noctu rorans: pręcipue quum Imbres diurnos liquidum purumque Cœlum noctis excipit. Legitur ex frondibus & Arborum quarumdam truncis. Eodem beata munere Magna Græcia, quo loco Thuriorum nobis visuntur vestigia. *Vitium* Principatum in tantum proprium & peculiarem *Italiae* notat idem Plin. *vt vel hoc vno omnia gentium vicisse, quamquam odorifera, posit videri bona: quamquam vbique pubescentium odori nulla sua vitae praefertur.* Testantur generosissima, quæ passim nascuntur, *Vina*, ab Antiquis Scriptoribus decantata. *Italiae Vina* ad quatuor classes idem refert Plinius. Omnibus alijs præfert *Setinum*, ab *Setia* Latij Opido dictũ. Secundum locum tribuit *Falerno*. Ad Tertiam veniunt apud eundem palmam *Vina Albana, Surrentina, Massica, statana, Calena, Fundana, Veliternina, Privernatia, Signina.* Quartum obtinent, eodem teste, curriculũ, *Praetutia*, atque *Ancone nascentia, & quae a Palma vna forte enata Palmesia* appellantur. Sed de his alij: ego ad reliquas *Italiae* dotes pergo: strictim eas indicaturus. *Herbarum* omnis generis est fertilissima. Quid vero de *Metallũ, Lapidibus*, alijsque Muneribus dicam? *Metallorum omnium fertilitate*, ait Plin. *nullis cedit Terra.* In Foro Iulio Hydra fl. est, & haud procul inde *Argenti-viui fodina.* Magna *Aluminis* copia ante aliquot annos reperta est apud Etruscos in Territorio Massæ. In Campania Felice Cuniculi sunt, ex quibus ecfoditur *Sulphur.* Ab Volaterris amnem Cæcinam versus, millia iii, Colles aliquot visuntur, vbi Officinæ *Salariae.* Apud Brutios etiam *Salsodinae* sunt, in intima Montis viscera excavatæ, vnde *Salem* ecfodiunt. Taceo *Latomiae* vbi *Lapides* varij cæduntur. Taceo *Marmora, Alabastriten, Chrystallum, Lapides pretiosos* varios; Taceo *Coccum, Lazurium, Vitriolum*, aliaque subterranea. Ac ne recensendis variorum generum *Animalibus* tempus teram, magnam *Boum* (qui vetere lingua Græca Ἴταλοι dicebantur) copiam in Italia fuisse, *Bucetaque* in ea Terra gigni pascique solita compluria, docent apud Agellium lib. xi Noct. Atticar. cap. i Timæus in Historijs, & M. Terẽtius Varro in Antiquit. *Lucana Armenta* maxima & validissima olim ibidem fuisse, testatur Lucillius:

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Quem neque Lucanis oriundi montibu', Tauri Ducere protelo validis cervicibus possent.

Nutrit *Italia* præter alias Aves, *Aquilas Vulturesque*, carniuoras & rapaces Volucres, Historijs Romanorũ Veterum etiam nobilitatas. Infinita hic, ne prolixior sim, prætericns, Ad Imperium Maiorum venio. Gubernationis & Imperij, sub quo vetustissimi fuerunt *Italiae terra* Habitatores, non magna sunt apud Antiquos Scriptores Documenta, neque Notæ admodum indubitatæ. Multa quidem eaque speciosa Annius Viterbiensis comminiscitur, de *Comero*, Primo in Regionem hanc Aduena, de *Chamo, Iano, Sabatio, Saga, Crano, Auruno, Malote Tage, Ofride, Hercule, Tusco, Alteo, Kitim, Italo, Morgete, Roma, Romanesso*, *Iasio* & alijs; Sed horum apud probatos Historicos nullum est vestigium. Variorum autem, cum Græcorum, tum Latinorum, præcipue Dionysij Halicarnassæi, Pompei Trogi, Solini Polyhistoris, & aliorum Monimentis diligenter perlustratis, discimus multis ante Conditam Vrbem Aetatibus, varia in Italia populorum, cum primis Siculorum, Aboriginum, Ligurum, Vmbrorum, Etruscorum viguisse Imperia: quæ cum æuo senescente vel in ROMANORVM ditionem, vel ad nihilum redacta, certis gradibus.

Imperium Maiorum.

Initio

INitio *Roma* gubernata est a Regibus annos CCXLIV. teste Dionysio & Livio, quos in Romana historia sequi rectissimum est. Apud ipsos etiam rerum gestarum series legenda est, & considerandum, crevisse potentiam foris militari labore & disciplina: domi vero modestia & iustitia gubernationis, & ordinum ac onerum distinctione. Postea propter tyrannidem & libidines pulsam esse familiam regiam, sicut sæpissime caussæ mutationum in Imperijs libidines fuerunt. Regum nomina hæc sunt; *Romulus*, qui regnavit annos XXXVIII; *Numa*, qui XLIII; *Tullus Hostilius*, qui XXXII, *Ancus Martius*, qui annos XXIV, *Tarquinius Priscus*, qui XXXVII, *Servius Tullius*, qui XLIV; *Tarquinius Superbus*, qui XXV. Hic expulsus est regno propter filij scelus, qui Lucretiam per vim compressérat. Pulsis autem Regibus partaque libertate annua imperia facta, ac bini Consules creati sunt. Horum primus *L. Iunius Brutus*, cui suffectus est *Sp. Lucretius Tricipitinus*, atque huic *M. Horatius Pulvillus*. Mansit autem *Italia* in *Consulum*, libera Republica, inque *Principum Romanorum*, eadem oppressa, potestate; usque ad *Imp. Cæsarem Fl. Momyllum Augustulum*; quem quum abdicare iussisset *Odouacer Herulus* Gothorum Rex, nobilissimam Regionem in suam redegit potestatem, cæsusque *Theodorico*, ipsiusque Successoribus possidendam reliquit. Fastos *Consulum Romanorum*, & *Imperatorum*, adponere non est necesse, quum in omnium manibus sint. Quæ autem fuerit forma primæ gubernationis regię, quæ incrementa, quæ legum & magistratuum mutationes, quanta fuerit Romanorum virtus, quæ bella, quam varij motus domestici, donec Roma Monarchiã Orbis Terrarum adepta est: Ac deinde quõmodo luxu, bellis Ciuilibus, & fatali orbis mutatione rursus amiserit & virtutem & Imperium, ex integris historijs cognoscendum est. Ad reliqua pergo. Vrbes habet *Italia* egregias, florentes, opulentas; Opida clara, famosa, Civibus aucta: Pagos magnos, Aedificijsque Nobilium & Prætorijs superbientes. Sed non abs re fuerit audire de celeberrimis Italiæ vrbibus iudicium Thomæ Eduardi Angli. *Vrbes.*

Sancta est Sanctorum pretioso sanguine ROMA.
Cingitur vrbs VENETVM pelago, ditissima nummis.
Inclyta PARTHENOPE gignit Comitesque Ducesque.
Est MEDIOLANVM lucundum, nobile, magnum.
Excellit studij fœcunda BONONIA cunctis.
Splendida solertes nutrit FLORENCIA cives.
GENVA habet portum mercesque domosque superbas.
Exhaurit loculos FERRARIA Ferrea plenos.
VERONA humanae dat singula commoda vitae.
Extollit PADVAM Iuris studium & Medicinæ.
Illustrat patriæ SENAS facundia linguæ.
Maxima pars hominũ clamat miserã esse CREMONAM.
MANTVA gaudet aquis ortu decorata MARONIS.
Vina VTINI varias generosa vehuntur ad vrbes.
BRIXIA dives opum parce succurrit egenis.
Italicos versus præfert PAPIA Latinis.
Libera LVCA tremit ducibus vicina duobus.
Flent PISAE amissum dum contemplantur honorem.
Commendant PARMAM Lac, Caseus atque Butyrum.
Non caret Hospitijs perpulcra PLACENTIA caris.
TAVRINVM *exornant virtus, Pietasque fidesque.*
Militibus validis studiosa PERVSIA claret.
VERCELLAE *lucro non delectantur iniquo.*
Mordicus vrbs MVTINAE ranas tenet esse salubres.
Contemnunt omnes ANCONÆ mœnia Turcas.
Litibus imponit finem MACERATA supremum.
EMPORIA *in portis consistit gloria clausis.*
Vrbs LIVII *celebris nimis est proclivis ad arma.*
BERGOMVM *ab inculta dictum est ignobile lingua.*
Omnibus exponit gladios ARETIVM acutos.
VITERBI *conventus opem fert sanctus egenis.*
Civibus humanis decorata est ASTA fidelis.
Fructibus, Anseribus, pomario ARIMINVM abundat.
FANVM *formosas mulieres fertur habere.*
Odit mundanas Syncera NOVARIA fraudes.
Clara per antiquæ defecit fama RAVENNÆ.
ANGLIA habet paucos Comites: VINCENTIA multos.
Omnes commendant ficus grossosque PISAVRI.
Castaneis, oleo, tritico PISTORIVM abundat.
Rustica frugales nutrit DERTONA colonos.
Postponit REGIVM cornuta animalia porcis.
Dulcia felicem cingunt vineta CESENAM.
TARVISIVM *exhilarant nitido cum flumine fontes.*
IMOLA divisa est, nocet hac divisio multis.
VRBINVM *statuis ducibus clamare, valete.*
Nota est fictilibus figlina FAVENTIA vasis.
SPOLETVM *clamat, peregrini, intrate, manete.*
LAVS *pingues* POMPEIA *boves producit oves que.*
NARNIA *promittens epulum dabit ova vel uvas.*
ASSISIVM *sancti* FRANCISCI *corpore gaudet.*
Hospitibus COMVM *pisces cum carnibus offert,*
Quærit opes fragiles studijs SAVONA *relictis.*

Laeus habet *Italia* plurimos, quorum nominatissimi: In Etruria *Trasumenus, Aprilis, Marinus, Vadimonis, Ciminius, Vulsiniensis, Sabatus, Palus Bientina*, & *Ciana*. In Latio *Hostiae Lacus, Albanus, Aquae Salviae, Laeus Nemorensis, Iuturnae Lacus, Regillus, Fucinus, Pontina Palus, Fundanus Lacus, Tiburtinus, Caecubus, Simbruina Stagna*. In Piceno *Nursinus*. In Vmbria *Velinus, Floridus, Cutiliensis*. In Campania *Lucrinus* & *Avernus, Linterna Palus, Stativa, Pompeia*. In Salentinis & Apulia *Lacus Anduranus, Lesinensis*. In Flaminia *Septem-Maria, Padusa Palus*. In Langbardia Transpadana *Verianus, Ortanus, Larius, Luganus, Gaviratius, Monatius, Trinatius, Chiviensis, Pusianus, Sebinus, Benacus, Idrinus, Pantinus*. In Venetia *Vigisiolus*. In Istria, *Costiacus*. Plurimis etiam irrigatur passim fluvijs, inter quos *Padus, Athesis, Rubico, Tiberis, Arnus, Mincius, Ticinus, Ollius* & *Abdua*. Primum locum dedimus fluvio nobilissimo, qui omnes Europæ fluvios, ut Strabo adserit, docetque experientia, præter Istrum magnitudine superat, *Pado*. Sic Latinis Scriptoribus Livio, Virgilio, alijs dicitur: qui Italis hodie *Po*. *Padus* dictus, notante apud Plinium Metrodoro Scepsio, quod circa fontem Arbor multa sit picea, quæ *Pades* Gallice. Πάδαρος olim Græcis Poetisque. Sic dictus, ut vult Servius ab Solis filio Phætonte, qui antequã per temeritatem in hunc fl. esset præcipitatus, *Eridanus*, fertur appellatus. *Bodincus*, teste Plinio Liguribus vocabatur, quod fundo careat. Εὐδόξου. Polybio lib. III. *Padi* Pater Mons Vesus, Antiquis omnibus *Vesulus*, ut docet Plin. In finibus Ligurum Gabienorum Fonte profluit, ut idem Plin. notat, *Visendo*: non qui proptio sic nomine, ut Leander putat, dictus, sed qui visu dignus & mirabilis, ut apud Marcianum Capellam. Ex Fonte suo nulli Amnium claritate inferior profluens, per angustas confragosasque Rupes, & arctas scopulosi Montis Convalles præcipitat; tantaque vi prorumpit, ut summam habeat admirationem. In saxa hinc delabens, fragore strepituque maximo resonat. Mox in planiciem effusus Aquæ copia, quæ vegetandæ Molæ Frumentariæ *Lacus.* *Flumina.*

mentariæ sufficit, temere lateque, non ullo certo alveo discurrit, spacio trium fere milliar. usque ad Paisanã, ubi quasi Cuniculis ita absorbetur, ut exigua plane supra terram vestigia relinquat. Post alterum vero milliar. rursus exoritur ad Paracolum, vnde pergens Aquulas, Torrentes, Amnesque ab Alpibus & Apenninis Montibus varios colligit, quibus tandem mirum in modum auctus altusque, mediam Langbardiam & Romanulę partem permeans, in Hadriaticum se exonerat Mare septem ostijs prægrandibus. Quia longius vomit, septem Maria efficere dictus, inquit Plin. apud quẽ lib. *III*. cap. XVI, vide de cursu plura, ut & apud Polybiũ li. *II*, Strab. lib. V, Pomponiũ Melam lib. *III*, Solinũ in Polyhist, cap. V*II*. Leandrũ Albertũ, aliosque Novitios. *Fluviorum Rex Eridanus*, Virgilio *IX*. Aeneidos. *Nõ minor hic Nilo* canit libro *II* Lucanus, cui paullo post ibidẽ, *Nõ minor hic Istro. Padũ* maritimorũ Commeatuũ Italicis subsidijs *Fidũ* vocat *Invectorẽ* Ambrosius. Appianus *intimum Maris Hadriatici Sinũ*. Sequitur *Athesis* Virgilio & alijs; Ἄθαγις Straboni: qui Italis hodie *L'Adice*, vel *L'Adese*; Germãis *Etsch*. Tradit Plinius Athesim ex Tridẽtinis Alpibus profluere. Initio perquã exilis lapsu vim magnã Aquarũ colligit, accedẽtibus passim multis Amnibus, subter Bolsanũ ad meridiẽ versus rapido se cursu flectit; dein ab Tridẽto lenius nõnihil per planiciem evoluitur; at mox iterũ emensis campis inter mũtiũ angustias tanta cum violentia sęuit, ut omnibus, qua fluit, locis infeste minari videatur; eaque vehementia per Veronam præcipitat, infra quam in duo flumina deducitur; uno, quo Paludes petit, altero, quo In Mare pertingit ad Fossiones, haud ignobilem Portum. Plura apud Leandrum. Ab Fonte Veronam usque ratibus navigabilis non est ob rapiditatem: Trabibus autem navigatur. Nam ingentes Larices Abietesque cum Asseribus maximis, aliaque prægrandia ligna compacta Tridentinis ex Montibus eo deferunt; Verona porro usque ad Fossiones optime navigatur. Torellus in Historia Veronensi *Athesim* Ἀτριανὸν vult esse Ptol. Quibusdã idem etiam cum *Athesi* putatur esse Ἀδριας, qui apud Stephanum & alios. Tertium locum tenet *Rubico* ῥουβικὼν Ptolemæo alijsque Scriptoribus Grecis; ῥουβικὼν Straboni; nunc *Pisatellus*. Flumen est illud, quo antiquitus post translatos ab Æsi Amne Terminos, Italia finiebatur, auctore Plinio. Sic Lucan. lib. I.

Puniceus Rubicon quum fervida canduit æstas,
Per que imas serpit valles, & Gallica certus *Limes ab Ausonijs disterminat Arva Colonis.*

Quartum in locum venit *Tiberis* limes inter Etruriam & Latium. Nescio an fluminum quid eo in historijs Romanorum celebratius. Varia leguntur eius Nomina: quorum alia profani, ut sic loquar, genij, alia sacri. Prioris Classis sunt *Ianus*, *Albula*, *Rumon*, *Tiberis*: posterioris *Serra*. *Ianum* antiquissimis temporibus appellatum fuisse, tradit Athenæus, ab *Iano*. *Albulam* fuisse dictum, paret ex Varrone, & alijs. Ab *Albo Colore* derivant Paullus Diaconus & Servius. *Rumon* a ruminando dictus fuit, vt idem docet. Omnibus his insuperhabitis nobilissimum nomen induit hic fl. *Tiberis*, cuius varia produntur Etyma. Ab *Tibri* Aboriginum Rege trahunt quidam apud Servium ad V*III*. Æneid.; Tuscorum Festus & Servius: Ab *Tiberino Silvio*, Albanorum Principe, diducunt Livius, Ovid. Festus, & Eusebius. A ba ὕδρωος denique *Tiberim*, quasi τὸν ὕδρων appellatum censet Servius, qui eius Etymi duplicem indicat rationem lib III & V*III* Æneidos. Varro *Deheberim* hunc fl. ab nonnullis nominatum tradit ab *Dehebri*, Veientum Regulo. *Serram* in Sacris nuncupatum memorat Servius ad eundem Æneidos librum ab secando. Hæc de Nominibus: in quorum quarto illud notandum, aliquod observatum fuisse discrimen in prolatione Vocum *Tiberis*, *Tibris* & *Tiberini*. *Tiberis* enim communi sermone dicebatur; *Tibris*, poetice; *Tiberinus* in sacris, notante Servio, quod tamen non ubique verum. *Tevere* vulgo. *Tiberis* autem Caput in Apenninis jugis tollit, ex media propemodium eius longitudine, finibus Aretinorum, eadem ferme parte, ubi fons Arni supra Aretium. Tenuis admodum initio est & modici rivuli instar, apsusque aliquamdiu paullum etiam incrementi adsumit, quod præter exiguos fonticulos aquæ grandes accedant nullę; ubi fluminibus augeri incipit, paullatim crescens, navigabilis efficitur, non procul Tipherno, sed lintribus & naviculis tantum usque Romam, Procurrens non procul Tipherno, Perusia, Otriculo, Etruriam ab Vmbris Sabinisque dirimit: dein citra Romam P. M. fere XIII Veientes ab Crustiminis, & Fidenatibus: itẽ Latium ab Vaticano separat: Romam tam grandis delatus, ut transiri nisi Pontibus aut Navigio nequeat, scribente Halicarnassæo. Pergit inde ad Ostia sua, ubi in Mare Tyrrhenum evolvitur. Cursum delineant Pli. lib. III cap. IV, & Servius ad VIII Æneid. Videndi & Florus lib. I. Hist. Rom. cap IV, & Varro lib. IV de L. L. De *Piscibus Tiberinis* Romanis peculiarem scripsit libellum Paullus Iovius. Amnes vel fluvios XII in *Tiberim* influere, docet Plin. lib. III. cap. IV. *Arnus* succedit, Livio, Plinio & alijs memoratus; Ἀρνος Stra. & Ptol; *Arno* vernacule. Nascitur, ut Strabo perhibet, ex Apennini latere dextro. Modicis initijs principio inter Rupes horridas præcipitesque Convalles in Occasũ tendit: deinde conlectis Fontibus, Torrentibus, Amnibusque plurimis tumidior, magna cum Mole Florentinũ ingreditur Agrum; Florentiaque & Pisa divisis multis adauctus fluvijs, Mare petit. *Mincius* Virgilio, Straboni, Plinio & alijs, qui *Mencio* vel *Menzo* hodie Italis. Lacum hic ingressus Benacum præcipua claritate: circumdata insigni stagno Mantua, XIII inde lapide in Padũ evolvitur. *Ticinus* Livio, Plinio, Silio, Τίκινος Polybio, Straboni, Plutarcho, Prolemæo, Stephano; *Ticenus* Tabulæ Itinerarię: qui hodie *Tesino*. Oritur ex Monte Summano, qui nunc D. Gothardi nuncupatur; unde &, in diversum tamen, eunt Renus, Rodanus, Athesis, & alij. Ex illo Monte per Lepontios in Austrum inter præcipites rupes ad Belinzonam opidum munitissimum fertur: inde copiosius accessione plurimorum Amnium ac Torrentium in Verbanum evolvitur lacũ, quem supermeat, ut Plin. auctor est; ac tandem redditus per planiciem præcipua claritate Padum influit, quamquam non illa, quam ex lacu trahit, abundantia: quum dirivationibus & fossis in irrigua passim exhauriatur. Tam est Aquis perlucidis: ut quidvis, etiam minimum, imo in fundo clare demonstret. Aurum quoque & Argentũ ex eius arena percipitur. Piscium nobilitate est inclutus, nominatim laudatissimo Thymallo. *Ollius* Plinio, qui vernacule *Oglio*. Cernuntur in hoc fl. iuxta Palatiolum, magno numero Excipuli seu loculi consepti fabricatique viminibus, in quo annuo certo tempore, deferentibus Aquis, Anguillæ glomeratę cadunt, que mirabili numero extractæ saliuntur. Ortum eius investigare operosum. Opinio recepta est duos modicos rivos ex lacu Frigidulpho, qui inter Alpes est, profluere unum ad dextram nomen Frigidulphi retinere, *Ollioque* tandem jungi: alterum ad Lævam in alium Amnem præcipitari, eumque ab Adcolis *Ollij* principium constitui. Alij alia adferunt. In Iseum Lacum influit, ubi Pisonium Opidum: effusus in planiciem passim dirivationibus exhau-

exhauritur: quibus irrigua Brixiani & Cremonensis Agri sic adaquantur, ut ex ieiunis atque calculosis, opima benignaque fiant. Aquarum *Ollij* perpetua claritas, nec ullo unquā tempore deficiens. Brixianum Agrū ab Cremonensi & Bergomate hac parte seiungit. Recipit alios supra XXXVI Amnes: *Abdua vel Addua* (variante scriptura. Posteriorem priori præfero) Plinio Tacitoque nominatur, qui Ἀβδοῦας Polybio & Straboni: *Adda* vulgo. Cenomanos dividit ab Insubribus. Pater illi Mons Braulius. Notat inconsideratius Strabo nasci ex Adula Monte. Redditus e Lacu Lario, cuius Aquas supermeat, per planiciem in Padum tendit, deferens secum cum alios, ut *piscelavonem, Meiram, Liram, Tartenem, Lecium orcum, Brembum, Serimortum*, tum *Serium* qui in Montibus supra Bergomum ortus, perque Serianam fluens, hibernis mēsibus Cuniculis quibusdam se condit, rursusque iuxta Cremā copiose exoriens, tandem in *Adduam* inlabitur: æstate tamen, liquescentibus ardore Solis Montium nivibus, adeo solet augere & abundare, ut non solum Meatus subterraneos impleat, sed etiam supra terram fluat perpetuo. Reliqua flumina quæ plurima sunt brevitatis studio, silentio prætereo. Succedunt *Maria, Sinus, Portus*. *Mare superum, Inferum, Ionium* tribus Italiam cingunt lateribus. Vnde de *Italia* Plinius: *Tot Maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens undique, & tanquam ad invādos mortales ipsa avide in mare procurrens. Sinus* habet plurimos, inter quos, *Rapallinus, Erycis, Amuclanum* MARE, *Sinus Baianus, Paestanus, Hipponiates, Scylleticus, Tarentinus, Vrias, Tergestinus, Largus*, & *Flanaticus*. Post Sinus nominavi *Portus*. Italiam plerisque in locis ἄλιμενον esse, scribit Strabo lib. VI, & quos habet Portus, magnos esse atque admirabiles, horum illud adversus exterorum Incursiones usui esse, hoc ad invadendos vicissim exteros, & expeditam Mercaturæ copiam conducere. *Portus* autem *Olivulae, Anaonis, Avisonis, Herculis Monœci, Maurici, Albingauni, Vadorum Sabatiorum, Savonae, Genuae, Delphini, Erich, Lunae, visanus, Vadorum, populonij, Falesiae, Scabrorum, Telamonis, Herculis, Graviscae, Augusti, Antias, Caieta, Iulius, Baianus, Velinus, Metaurus, Orestis, Castra Hannibalis, Tarentinus, Brundisinus, Garne, Agasus, Anconitanus, Ariminensis, Ravennas, perotolus, Livenza, Pola*, multique alij: Portuum enarrationi succedit *Montium*. Inter eos principem obtinent locum *Alpes*, quas Galliæ quis, an Germaniæ, vel Italię adscribat, parum refert: sunt certe Montes, qui Italiam hodie ab Gallia Germaniaque, procursu suo, tamquam nativo muro separant. Nomen *Alpibus* datum censet Festus ab Candore, Sabini enim *Alpum dixere*, inquit, *quod postea Latini* Album. Isidorus *Alpium* nomen vult esse Gallicum: & Gallorum lingua *Alpes* Montes *altos* vocari. Agnoscit hodie nomen *Alpium* Idioma Germanicum: cui tamen non id quod notat Isidorus significat. *Alp* enim & *Alpen* Germanis Montes vocantur pascui, in quibus fœnum non secatur, inque hibernos usus colligitur: sed in quos Boves aliaque Armenta pascendi tantum gratia mittuntur. *Albia* & *Alpionia* olim hos Montes dictos fuisse scribit Strabo. Stephano etiā ἄλπεια & ἄλπειοι dicuntur. Ὀλβία sunt Phavorino: Σάλπειοι, Lycophroni, *Alpis* singulari numero est apud Ovid. III de Arte Amandi, Lucanum, alios: Ἄλπεις apud Dionysium Afrum. Multa etiam Alpium Nomina in Veterum Monimentis occurrunt, quæ indicant multas quoque Alpium partes fuisse, per quas Itinera patuerunt. Fa sunt, *Alpes Maritimae* quæ & *Ligustica: Cottiae, Graiae, Penina, Alpes Summae, Lepontiae, Rheticae, Iulia*, & *Carnicae*. Hæc de *Alpibus* quæ Italiam secundum Latitudinem ab Gallia Germaniaque separant: sequitur *Apenninus*, qui inter Superum Mare & Inferum excurrens, perpetuo ductu eamdem secundum longitudinem secat in duo latera. Sic dictus putatur, quod radices habeat sub *Penino* Hannibalis transitu; eiusque iuga contingat: Nonnullis *Apeninus*, quasi a *Pœnis*, quum Hannibale Duce, in Italiam irrumperent, patefactus: quidam ab *Api* prisco Duce, qui totam Italiam devicit, dirivant. Ἀπένινα Ptol. & alijs: Ἀπένιον Steph. *Apenninus Mons*, inquit Plin., *Italiae amplissimus, perpetuis Iugis ab Alpibus tendens ad Siculū Fretū*. Multos alios habet Italia Montes; vel qui Minores Apennini sunt portiones & quædam quasi Membra: vel quos idem, tamquā fœcundus multorum Genitor, ex se hinc inde protēdit: vel denique, quos haud procul ab se locatos, radicibus eos suis contingens maiestate quadam & superiore coniacentibus fagistio despicit. Eos ego, ne prolixior sim, hoc loco prætereo. Montes porro de quibus proxime dixi, & Valles Campique, suis superbiunt *Silvis, Lucis, Nemoribus*, quorum non pauca apud Priscos, etiam suis nominibus leguntur celebrata. In Etruria qui hodie *Saltus*, vernacule *Bosco di Monte Fiascone*, Volsinio, quod vulgo *Bolsena*, Viterbiū euntibus occurrit, *Volsiniensium Lucum* ab Antiquis appellatum tradit Leander. In Cimino Etruriæ Monte quomdam, calcari pauciens ob horrorem solita, fuit Silva, de qua sic Livius: *Silva erat Ciminia, magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici Saltus: nulli ad eam diem, ne Mercatori quidem, adita. Eam intrare haud fere quisquam præter Ducem ipsum audebat*. In Latio apud Capenates *Lucus* fuit *Ferenia*, quem canit Silius.

Dives ubi ante omnes colitur Ferenia Luco, Et Sacer humectat Flevialia rura Capenas.

Iuxta Numicū Amnē *Lucus* erat *Iovi Indigeti* sacer, teste Plin. *Diana Aetolicae Lucus* Livio est ad Agninū Cōpitū. *Naeviam Silvā* extra Vrbem ad quartū Milliariū fuisse notat Festus. *Camœnarū Lucū* extra Portā Capenā scribit Livius. Quod huic *Algidū Nemus*, hodie *Selva del Aglio* dicitur *Albuneā Silvam* in altissimis Tiburtinis Montibus habet Servius, aliamque in Laurentinorum agris, cognominem. *Angitiæ Nemus* propinquum Albæ Marsorum fuisse, significat Virg. *Furinæ Lucus*, Territorij Romani, est apud Ciceronem. *Furinarum Lucum* habet D. Victor in XIII. Regione Trans-Tiberina. *Furiarum Lucus* Plutarcho vocatur. *Vacunae Nemora* agnoscit iuxta Montem Fiscellum in Vmbria Plin. Gaudent & suis Campani, cum primis *Luco Sacro* & *Gallinaria Silva. Sacer Lucus* Livio ἄλσος ἱερόν Strab. hodie *Hami. Gallinariā Silvam* nominant Cic. ad Pœtum scribens & Strab. lib. V. Lucanorum sunt *Silvae, Lucique, Eboli, Peregrinalis, Veliarum*. Brutiorum *Rhegius vel Reginorum Saltus*. Apulorum *Batini saltus*, & *Lucus Garganī*. In Gallia Cis-Padana *Silva Lucina*, & *Pedaneae Silvae*. In Trans-Padana *Castorum Lucus*. Straboni denique apud Venetos duo sunt *Luci*, unus ab Iunone *Argiva* cognominatus; alter ab *Diana Ætolica*, alius ab Superiore, qui in Latio ad Anagninum Compitum. Ad Opera Publica cū sacra tum profana venio, quæ cū sint innumera, pauca tantūmodo e tanto numero delibabimus. Et vt a Sacris ordiamur. Ea sane innumera pene sūt. Sola enī Roma hodie supra CCC Tēpla numerat: quorū VII Religionis caussa maxime frequētantur. *r. S. Petri* in Vaticano: sūtu, marmoribus, magnificētia & opere omnia orbis superās Templa. Multa ibi singularia; Columnę aliquot ex Templo Schelomonis advectæ; duo ærei Pavones ex Pyramide P. Cornelij Scipionis Africani, quæ olī in Valle Vaticana fuisse dicitur, translati. Visuntur Item ibi Sepulcra multorum Pontificum: *Othonis* quoque II *Imperatoris* marmoreum.

Maria. *Sinus.* *Portus.* *Montes.* *Silvae.* *Opera publica, sacra.*

Est &

Est & Iudicium Orbis supra in Sacello Pontificis, Opus Michaelis Angeli. Et vt omittam reliqua, *Monasteria* item, *Xenodochia*, *Nosocomia*, *Orphanotrophia*, Quid dicam de varijs cum Pontificis & Cardinalium, tum aliorum Palatijs? Pontificis in edito Vaticani loco est, situ longe augustissimum; qui relicta Laterana Sede, eo ob amoenitatem loci & salubritatem commigrarunt. Inchoatum ab Nicolao III. auctum post ab alijs; perfectum ab Iulio II & Leone X, Aedificijs tandē inlustratum picturisque ab Xysto V, ut Machina cœlo adsurgere, pendereque videatur. Adscensus sunt facillimi & ædibus Palatinis accommodati ex omni parte, adeo vt etiam equo ad tectum vsque eniti liceat. Opidum potius quis dixerit, adeo est amplum, quam Domum. Sacellum ibi est Xysti, quod amplissimum æquat Templum. Eo, vacante, Sede, conveniunt Cardinales creādo Pontifici Maximo. *Conclave* vulgo dicitur. Aliorum Palatia commemorare longum esset. His ergo paucis contenti, ad reliqua pergamus. Sequitur Italorum Gubernatio, ea duplex *Politica* & *Ecclesiastica*. Ad *Politicam* & *Civilem* gubernationem hodiernam quod attinet, Discerpta nunc est nobilissima Regio in varias *Dynastias*. Inter eos, sub quorum ditione nostro est ævo, præter *Pontificem*, *Regem Neapolitanum*, *Liberasq; Respublicas*, *Venetam*, *Genuensem*, *Lucensem* & alias, primum facile obtinent locum in Septemtrionaliore, *Principes Etruscus*, *Ferrariensis*, *Mantuanus*, *Mediolanensis*, *Montis-Ferratensis*, *Parmæ*, *Sallusziarum*, *Veronensis*: In Australiore multi sunt & innumerabiles *Dynastæ*: quos occasione oblata, suis recenseo locis. In Ecclesiastica *Pontifex Maximus ibi* ἰερόδοχος est & Ecclesiarum omnium caput: proximi *Cardinales*, his *Archiepiscopi*, quibus sui subsunt *Episcopi Suffraganei*. Porro Italia *Iure* vtitur triplici, *Pontificio*, *Cæsareo*, *Municipali*. Primum Alterumque quale, notum aliunde: Tertium ex Statutis constat & Legibus, quas Civitates sibi singulę cōdere sunt solitæ. Sufficiant illa; non hic Iurisconsultum agam. Referā vero huc, quæ de Variarum Civitatum *Consilijs* leguntur in quadam Membrana: In Consilijs (scriptum ibi) *Mediolanenses*, præstantes: *Veneti*, prudētes; *Lucani*, temerarij: *Pisani*, inconstantes: *Placentini*, providi: *Florentini*, lenti: *Veronenses*, fideles: *Ferrarienses*, cauti; *Genuenses*, ignari: *Lucenses*, vtiles: *Volsci*, maligni: *Brutij*, stupidi: *Mutinenses*, acuti: *Perusini*, celeres: *Senenses*, tardi; *Patavini*, ambigui. Literarum Cultores Itali, quantum in ipsis est, tuentur, fovent, alunt, ornant: ijsque omnia bonorum Mecœnatum exhibent officia. Hinc tot per Italiam *Academiæ*; *Romana*, *Mediolanensis*, *Bononiensis*, *Patavina*, *Papiensis*, *Neapolitana*, *Perusina*, *Salernitana*, *Pisana*, *Ferrariensis*, *Senensis*, *Florētina*, *Veneta*, *Bergomensis*, *Mutinensis*, *Taurinensis*, : Nam *Parmensis*, *Placentina*, *Anconitana*, & *Maceratensis* magna ex parte interierunt. Inde item tanta Doctorum, summaque eruditione varijs Artibus & Disciplinis præstantium Virorum copia. Stupendum fuit ab ijs omne Aevum. Eos uno ductu enumerare si conarer, maximum mihi quidem conciliarem laborem, Lecturis vero tædium. *Itali* porro Comitate, Convictus facilitate, facetis Colloquijs alios antecellunt Populos. Fœlici fœcundoque nati Ingenio, supra modū promti sunt in excogitando: & docilitate percipiendis cum Litterarum studijs, tum varijs Artibus præstant incredibili: Honoris ab omni ævo & gloriæ sitientissimi, Laudisque præter alios adpetentes. Cum lacte voluptatem inbibentes, propensi sunt in Mollitiem: in Luxuriam proclives: in Venerem soluti. Vindictæ vehementer sunt cupidi: eamque vita ipsa jucundiorem censentes: Testamentis suis mandare consuerunt Posteris. Mulieres porro variarum hic Civitatum depingit scite admodum Membrana quædam: quæ inter alia, hæc habet: *Senenses*, pulchræ: *Florentinæ*, delicatæ: *Perusinæ*, elegantes: *Caietanæ*, formosæ: *Consentinæ*, obstinatæ: *Beneuentanæ* rusticæ: *Bononienses*, arrogantiunculæ: *Mutinenses*, benignæ: *Cesenates*, rapaces: *Genuenses*, falaces: *Cremenses*, fallaces: *placentinæ*, difficiles; *Lucenses*, castæ; *pistoriense*, faciles; *Romanæ*, graves; *Capuanæ*, superbæ; *Neapolitanæ*, solicitæ; *Brundisinæ*, inertes; *Ferrarienses*, avidę; *Ravennates*, humanæ; *Vrbinates*, adfabiles; *Vincentinæ*, constantes; *Parmenses*, avaræ; *papienses*, lucri-cupidæ; *Mediolanenses*, urbanæ: *pedemontanæ*, procaces: *Venetæ*, petulantes: *Veronenses*, gratiosæ; *Brixianæ*, diligentes: *Formianæ*, speciosæ: *Laudenses*, superstitiosæ: *Cremonenses*, sumtuosæ: *Tarvisianæ*, zelotypæ, : *Bergomates*, astutæ: *Aretinæ*, tenaces: *Puteolanæ*, bellæ. Itali vero quomdā multis magnisq; Superstitionib' ad stuporē vsq; legūtur fuisse dediti. Hodie Sacrorum Cerimonias ex Romanæ Ecclesiæ præscripto atque institutione religiosissime observant omnes: nisi quod in Australiore Italia pauci Græcorum sequantur ritus, & ipsi quidem Græci generis. Quam autem quomdam bellicosi fuerint *Itali* Militiæque dediti, loquitur subactus ab ijs Orbis Terrarum: canente ad gloriam hanc classicum Romano. De Veteris autem Italiæ moribus sic canit Virgilius lib. IX Aeneidos:

Quis Deus Italiam, quae vos dementia adegit?
Non hic Atridae, nec Fandi Victor Vlysses.
Durum a stirpe genus: Natos ad Flumina primum
Deferimus, sævoque gelu duramus & undis:
Venatu invigilant pueri, Silvasque fatigant.
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum parvoque adsueta Iuventus.
Aut rastris terram domat, aut quatit Opida bello.
Omne aevum Ferro teritur, versaque iuvencum
Terga fatigamus hastae: nec tarda Senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem:
Caniciem galea premimus, semperque recentes
Convectare iuvat praedas & viuere rapto:
Et quæ sequuntur.

Constanti contenti sunt hodie *Itali* *Matrimonio*: *Repudium* non permittentes, ex Vrbe Roma, ad malos jam inclinante Mores, sp. Carvilij ductu quasi profectum. Regum Nobiliumque Primogeniti, Instituto vetere, Principatus obtinent: in privata fortuna virilis stirpis Liberi ex æquo sunt Heredes, modo legitimo nati Toro. Quod ad *Victum*, sobrij sunt & frugalis vitæ: non operosi in adornandis struendisque Mensis, nisi quum necessitas flagitat. *Vestitus* non omnibus est vnus: sæpe enim pro tempore variatur, cum qualitate, tum forma & ritu. *Venetis Vestitus* est laxitate insigni & prolixitate: & in his Vrbicus Municipali sumtuosior. Matronæ ibi ante paucos annos Vlnas, Brachia, Pectus, Humeros nudabant: nunc omnia contegunt, laxioribus vtentes Manicis, & in Hispanicum degenerantes. Secundum Venetos civilis & nitidus *Florentiae*, reliquæque *Tusciae*. *Mediolanensibus* totique *Aemiliae*, *Liguriaeque* floridior, sed paulo contractior. Romæ *Aulicus* prolixitate colorumque varietate cunctos alios antecellit: *Romanus* ipse multo frugalior: cui tamen suus non deest nitor, præsertim in Feminis, quæ Tuscum nuper adfectabant. *Neapolis* magis nitido utitur, quam sumtuoso. Cetera *Italia* simplicius vestitur. In tota *Gallia Cis-Alpina* Feminæ principes in Hispanico videri gaudent habitu: Viri in Gallico malunt conspici. *Mercaturam* denique *Itali* summa exercēt industria.

Prophana

Gubernandi ratio

Leges & institutæ.

Academiae

Ingenio & bonarum artium celebres Viri.

Mores.

Victus.

Vestitus.

Mercimonia.

LOMBARDIAE
TAB. I. IN QVA ALPESTRIS ET
Occidua eius pars describitur, & simul Vasia,
quæ VVallis vulgo vocatur.

Sedunum Episcopatus Valesiæ 29 0:45. 34. subest Tarentasiæ Archiepiscopatui Sabaudiæ, & Augusta similiter 29 6: 45 4.

Meridiani distant pro ratione paralleli 45. 20. ad circulum maximum.

LOMBARDIAE ALPESTRIS
& Occidua pars, cum Valesia.

HActenus in genere *Italiam* descripsimus; nunc ad specialiorem singularum Partium delineationem nos accingamus. *Italiam* alij aliter diviserunt. Augustus, teste Plinio, in XI eam divisit regiones; Strabo in octo partitur: In plures alij: Quibus omissis Divisionē ac Methodum nobis a Mercatore propositam sequemur. Occurrit in ea primo loco Tabula prima *Lombardiae*, in qua Alpestris & occidua ejus pars, cum Valesia describitur. *Lombardia* hodie Euphoniæ gratia dicitur pro *Langbardia*, sic appellata ab *Lang-bardis*, ex Germania huc Iustiniani principatu profectis; qui ad utramque Padi ripam multos annos suas cum imperio habuerunt Sedes. Hæc *Cisalpina Gallia* olim dicta fuit. *Gallia* quidem ab *Gallis, Boijs, Senonibus, Insubribus, Cenomanis* alijsque, a quibus quidquid Alpium radicibus Rubiconisque fluentis intercipitur, pulsis veteribus colonis occupatum, fuit habitatū. *Cis-Alpina* vero dicta, quod Priscis Italis, Romanisque Scriptoribus, de ea differentibus cis esset Alpes, quum alia trans Alpes habitaretur. *Cis-Alpina* hæc, qua Septemtrionalissima Montibusque adhæret propius, *Sub-Alpina* cognominatur Plinio. *Citerior* etiam appellatur Gallia Sall. Cæs., ob caussam modo indicatam. *Veterem* quoque *Galliam* nominat Ausonius; *Italiam Gallicam*, γαλατικὴν Appianus in Hannibalicis; *Mediterraneam Italiam* vocat Notitia Provinciarum; non quod Mediterraneo adposita mari: sed quod in locis mediterraneis: cincta, qua Septemtrio, Occidens, Meridiesque fūt, Alpibus & Appennino tumescente; qua Oriēs est, Mari Hadriatico. Polybius & Plinius toti huic tractui Gallico formam tribuunt triangularem: cuius Apicem faciunt Alpes & Apenninus Montes: Basin Sinus Hadriaticus. *Florentissimum Italiæ* latus appellat Tacitus. Vbique arboriferam hanc Regionem, pecori pascendo aptam, & multis irrigari fluvijs, testis est Plutarchus in Camillo. Pereleganter autem de ea Sigonius; *Campi adeo culti & uberes intercedunt* (de Pado loquitur) *vt satis constet haud temere alios reperiri aut natura feraciores, aut rebus necessarijs ad hominum Vitam instructiores*. Addit deinde idem Sigonius antiquos eius Principes fuisse *Ligures* & *Etruscos*: mox *Gallos*; postremo *Romanos*; his *Gothos* successisse: Gothis iterum *Romanos*; Romanis *Langbardos*. Videndus & Sabellicus lib. Historiæ Venetæ 1, Decade 1111. Gallia autem *Cis-Alpina* versus Occasum duplex est Straboni, Plinio, alijs, vel *Cis-Padana*, vulgo *Lombardia di qua dal Po*, vel *Trans-Padana della dal Po*, illa quod cis, hæc, quod trans Padum. Hic vero *Lombardia Alpestris* pars Occidentalis nobis describitur, quę magnam partem *Lombardiæ Trans-Padanae* complectitur. Est autem regio hæc licet valde montosa, atque alibi Silvis innexa, Naturæ luculentissimis dotibus varie locupletata; Valles enim & Campestria loca Solum fœcundum satis habent, Tritici, aliarumque Frugum, item Vini abundantia beatum. Colles etiā præstantissimorum Vinorum feraces. Sunt & in Silvis & Montibus Ferarum venationes frequentes. Vrbes hic multę sunt, ac Opida plurima: *Mediolanū, Crema, Bergomū, Comū, Clavenna, Luganū*, &c. quæ in Tabula cōspiciuntur. Superat vero reliquas Italiæ partes multitudine magnitudineque *Lacuum* hæc Regio: inter quos *Verbanus* Plin. ουερβανὸς Strab. qui hodie, quod reliquis in hoc tractu sit maior, *Lago Maiore* Italis: Germanis autem *Lang-se*. Longitudinem eius ponit Strabo Stadiorum CCC; Latitudinem maximam stadiorum XXX. Altitudo plerisque locis tam est vasta, ut Fundo videatur carere. Maxima procellarum vi sæuit, ut & *Benacus*, præsertim ab Australi vento, qui Incolis *Liverna*, agitatus. Pisces generat optimos, cum primis Truttas permagnas, Lucios insignes: Chalcides vel Aquones, Phoxinos vel Veronos, Percas aurei coloris, & alios. *Larius Lacus* Virgilio & alijs: λάριος, Strab. Ptol. ceterisque Græcis: *Comacenus* ab Vrbe adiacente Paullo Diacono & Antonino. Hodie *Lago di Como* Italis: Germanis *Chumer se*. *Benaco* maior est. *Verbano* æqualis fere. Longitudinem Strabo stadiorum scribit CCC; Latitudinem, XXX: Novitij paullo aliter metiuntur. Excurrit ab Septemtrione in Meridiem, pronior tamen in Orientem. Coronatur undique Mōtibus fructiferis, Silvisque Ferarum plenis. Pisciumque optimorum fertilis est. Conspiciendos se præbent, inter *Verbanum* & *Larium*, *Lacus* quidam minorum gentium. *Luganus Lacus, Gaviratius, Monatius*, alijque. Irrigant etiam hanc Regionem Fluuij *Ticinus, Addua, Serius, Tosa, Bremba*, atque alij plurimi. Montes etiam varij, inter quos *Lucumonis Mons*, vulgo *Luckmanier*, *Mons Gothardi*, *Alpes Lepontiae Maiores*, quibus ab Lario Lacu per Clavennam Curiam Rhetorum itur: *Alpes Rhetica*, alijque multi. Sed hæc hactenus; Reliquū nunc est, vt de *Valesia* altera huius Tabulæ parte agamus.

Regio & unde dicta.

Situs.

Soli Fertilitas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

Lacus.

Fluuij.

Montes.

LOMBARDIAE AL pestris pars ecclesiastica cum VALESIA
Per Gerardum Cum Pri Mercatorem vilegio
Septentrio
Occidens
Oriens
Meridies
Helve tie pars
Genevensis
Sabaudia
Mediolanum
Lacus Larius
Lacus Verbanus

Regio. Vnde dicta. Situs.

VAlesiae nomen, quam *Wallis* aut *Wallisser Lands* vulgo dicunt, unde ortum sit minime reperi, nisi Munsteri ea de re sententia cuiquam placeat, verisimilis certe est. Arbitratur autem vocabulum illud natum esse a Latina voce Vallis, aut ab arce Sedunensis civitatis *Valeria*. *Valesiae* conregionales ad Boream Bernates & Lucernates Helvetij; ad Meridiem Cottiæ Alpes & Lepontiæ: ad Ortum summę Alpes & Rhetia alta; ad Occidentem Graiæ Alpes & Lemanus Lacus. Eius longitudo ab occasu in ortum itinere quinque dierum protenditur: Latitudo vero valde est angusta, nisi quod prope Octodurum & Sedunum paullo spaciosior est. Hæc licet altissimis Montibus & præacutis petris undique innexa, qui pro magna parte altudine fere unius Germanici Milliarij eleuantur in Cœlum, multique ex ijs perpetuo aut glacie irresolubili aut nive obducuntur: nulla tamen re sustentationi hominum necessaria carent: per se ferax Frumenti & Vini, atque omne genus Fructuum. Habet Triticum & Siliginem, habet Hordeũ, Avenam, Fabas, Pisa, Lentes & Milium. Vinum incipit crescere in Diœcesi Brigensi in Montibus, continuaturque eius plantatio per descensum Rhodani, donec venias ad S. Mauriciũ. Apud Sedunum Rubrum Albo præstantius est, tamque atrum & densum, ut eo scribi possit. Iuxta Octodurum, Album bonitate superat Rubeum. Vixque in Germania locum reperias, vbi nobilius quam Seduni crescat Vinum, atque inde in vicinas vehitur Regiones. Conservari autem potest ad x aut xx annos, excepto vino Apiano, quod *Muscatel* vocant, id ultra biennium non adservatur incorruptum. Hic ut & in *Siders* & *Gundes* crescit Crocus in magna abundantia. Sunt ibi Mala Punica, Amygdala, & Ficus. Per totam quoque Regionem invenias omnis generis Poma, Pira, Nuces, Pruna, Cerasa, Castaneas, Mora, Persica, Avellanas, Corna. Suppeditant præterea Montes huius Regionis multas nobiles Herbas & Radices medicas, quibus insignes sunt & peculiares vires, Gentianam, Antrinam, Squillam &c. Minerarum etiam feracissima est Regio; ac Crystallus pura & impura in *Goms* iuxta Rhodani originem eruitur. Varia quoque producit Animalia, Vaccas, Boves, Equos, Asinos, Mulos, Oves, Porcos, Capras, Cuniculos, Anseres item, Anates, Gallinas, Pavones, Columbas. Abundat etiã Apibus, unde illis non exiguum emolumentum. Habent præterea Montes Animalia quędam nobis penitus incognita, ut sunt Ægocerotæ seu Capricorni, Meles, Ibices, Mures Alpini, Lepores nostris dissimiles, Phasiani, Galli sylvestres, Gallinæ petrosę, Aviculæ quas *Parnisias* vocant, Perdices, Bonosę, Fulicæ, Vultures, Palumbi, Ardeæ, Ficedulæ Mergi, Coturnices, Turdi. Abundant quoque Vrsis, Lupis, Lyncibus, Vulpibus, Martibus, Falconibus. Carent autem Cervis, Capreis, Apris, Scorpionibus & conchyliatis Ranis. Tanta autẽ Ferinæ in hac regione abundantia, ut bubulæ instar, & nonnumquam viliori precio in macello veneat.

Soli Fertilitas.

Animalium Varietas.

Imperium Maiorum.

Episcopus porro Sedunensis Princeps est & Dominus totius Valesiæ, in Rebus Secularibus & Spiritualibus, deditque Carolus Magnus circa annum Christi CCCIOV hunc Comitatum & Præfecturam *S. Theodolo Episcopo* Sedunensi atque omnibus successoribus ejus. Confirmarunt quoque multi alij Imperatores hanc donationem & roborauerunt usque in hodiernum diem. *Valesia* populi olim *Veragri*, *Agauni*, *Iuberi* iuxta Rhodani originem: *Seduni*, *Antuates*, *Allobroges*, *Sallassique* dicti fuere. Nunc *Valesia* in *Superiorem* & *Inferiorem* dividitur. Superior idiomate Germanico utitur, incipitque a Furca Monte, excurritque ad Marcam regionis usque, quæ est sub Seduno, iuxta Amnem Morsum, complectiturque septem Decimas seu Diœceses, quas illi *Zenden* vocant, nempe *Sedunum*, *Syder*, *Leuck*, *Raren*, *Visp*, *Brig* & *Gombs*. In *Inferiore Valesia* lingua Sabaudica in usu est: ab Amne Morso initium sumit, extenditurque ad pontem S. Mauricij usque, cuius incolæ olim *Veragri* dicti sunt. Habet autem Inferior *Valesia* sex Communitates quas illi vocant *Vexilla* seu *Banneras*, nempe *Gondes*, *Ardon*, *Sallien*, *Martinacht*, *Intremont*, & *S. Mauricium*. Metropolis Valesiæ *Sedunum*, Germanice *Sitten* & Gallice *Siun*, pro patriæ more elegans civitas, crescitque indies splendor ædificiorum. Adiacet Monti, qui in media planicie, inter altissimos montes vallem claudentes, sensim versus ortum consurgit; bifureaturque in duo petrosa fastigia seu eminentes colles. Arcibus binis, & Cathedrali, Valeria Ecclesia illustris. Incolæ utriusque linguæ ob Gallicæ & Germanicæ oræ confinia callentissimi. Quam fertilem agrum habeat, dici nequit. Vinum nobilissimum, & panem optimum habet: Habet Hortos & Pomaria, atque prata præstantissima. Apes recondunt apud eos Mel tanta copia, ut per integrũ annum suppetat illis Mel ex alvearijs. Præter Sedunum nullam Muris cinctam civitatẽ habent *Valesij*, quamquam S. *Mauricius* sive *Agaunum* pro Opido haberi posset. Sunt hic præterea *Martinacht* sive *Octodurum*: *Gradetsch* & *Vetus Sider* Arces, *Sider*, *Leuc*, *Raronia*, *Vespia*, *Brig*, *Naters*, *Moril* Opida. Terra undique plurimis rivulis rigatur, qui omnes Rhodano miscentur. Is iuxta *Furcam* Montem e glacie liquescente, uti creditur, ortus: quamvis & in eodem Mõte fons magnus scaturiat, hanc regionem ingenti strepitu magnam secum glaciei vim trahens perlabitur; ac ilico adcurrentibus undique rivis e Montibus labentibus auctus per aspera saxa, Angustias Montium ac alia confragosa loca præcipitat tanta insania, ut nedum in spumam, sed & in nebulam resoluatur. *Montes* qui *Valesiam* ambiunt, habent hodie alia, quam olim nomina. Mons ex quo Rhodanus oritur olim *Subecus*, *Coatius* ac *Vrsellus* vocatus fuit, hodie *Furca* nuncupatur. Huic vicinus est *Gothardi Mons*: iuxta Brigam est *Sempronius Mons*, hodie *Simpelberg*. Huic vicini sunt *Sases* & *Matter* Montes. Ex altera parte Rhodani sunt *Loetsch* & *Gemmi* Montes. In *Valle Pœnina Arolla* mons glacialis est. E regione *Sider* versus Septemtrionem est *sylvius Mons*, is iam *Augstalberg* vocatur, & ex utraque parte *S. Bernhardi Mons*. In maiore Xenodochium est sexcentenorum peregrinorum capax. *Silva Hercynia* huc etiam spargit ramos suos diversis insignitos nominibus, alibi enim *Milebach* Sylva iuxta Arnen nimirum, iuxta Perigtad *Persim Wald* vocatur, atque alibi aliter. Populus in Valesia est hodie erga exteros, valde humanus & affabilis, totusque beneficus. Inter se vero paullo rigidiores, quam amicos & vicinos deceat.

Vrbs & Opida

Flumina.

Montes.

Silva.

Mores.

LOMBARDIAE

TAB·II· IN QVA HAE PRAECIPVE regiones describuntur, Tirolis Comitatus & Marchia Trevisana.

Patriarcha Aquilegiensi hi subjiciuntur Episcopatus, Mantua 32 58: 44 38. Cuman. Tridentinensis 33 6: 45 39. Verona 33 18; 45 2. Maravensis, Paduanensis 34 16: 45 12. Vincentinensis 33 40: 45 18. Treuisinensis 34 40; 46 36. Cenetensis, Ceneda fortè 34 46: 45 52. Feltre 34 12: 45 48. Bellun 34 21: 46 2.

Reliquos qui Patriarchæ Aquilegiensi subsunt quare in tab. Friuli.

Meridiani distant ratione paralleli 45. 20.

TIROLENSIS COMITATVS, & MARCHIA TREVISANA.

SEcunda Lombardiæ Tabula Tirolensem Comitatum & Marchiam Trevisanam complectitur. *Tirolensis Comitatus* nomen habet ab Opido *Tirolo*, quod antiquitus splendidũ fuisse videtur. Iacet inter *Athesim* & *Oenum* flumina, interque Alpium iuga: ad Septemtriones Bavaria clauditur, ad Austrum Lombardia: ad Ortum Marchia Tarvisina, Foroque Iulij: ad Occasum Helvetia. Rheticæ quomdam pars fuit. Regio hæc licet Alpibus inclusa & extensa per ipsa iuga Rhetica, Fructuum tamen, Rerumque ad vitam necessariarum, nec non Auri, Argenti, Metallorumque omnis generis optimorum copia, dives & locuples. E Montium visceribus ingentes hauriuntur Metallorum thesauri, cacumina vastis Silvis, ferarumque multudine plena: Colles ac Clivi, Frugibus ac Vineis: valles Fontiũ ac Fluminum Aquis irriguæ, Armentis & Pecoribus refertæ sunt. Itaque Comitatus iste, non solum Ducatui, verũ etiam Regno æquiparari potest. Adiunctus fuit Domui Austriacæ anno CIↃCCCLX a *Rodolpho* Alberti filio Austriç Duce. Vrbs primaria *Oenipõs* vulgo *Inspruck*, ad dextrã Oeni ripã, sedes Principis: Parlamẽti regionũ Austriacarũ sedes. Sunt præterea *Maranũ* opidulũ ad ipsũ castrũ Tirolẽse regiũ; *Bolzanũ* Emporiũ; *Halla* factitio Sale nobilis ad oenũ; *Brixia* ad Isacũ fluviũ, qua se Riẽtius in Isacũ exonerat, vrbs Episcopalis. Est & *Tridẽtũ* ad Athesim, Vrbs vetus, quã in decima Regione Italiæ inter Mediterraneas collocãt Plin. & Str. Conditã volunt a Gallis; & ita Trogus prodidit. Nomen habere creditur a Neptuni Tridente. Nam ut Randenenses Saturnum, ita Tridentinos constat coluisse Neptunum; cuius effigies cum fuscina adhuc exstat in templo B. Viglij, eo latere quod forũ respicit. Vrbem muro cinxit Theodoricus Ostrogothorum Rex, usus ad structuram lapide quadrato. Idem Castellum Verrucę Tridento imminens in altera ripa pari opere munivit. Postea eiectis ex Italia Ostrogothis, tenuerunt eam Langbardi titulo Ducatus. Victo autem Langbardorũ Rege *Desiderio* a *Carolo Magno*, rursum facta est iuris Imperij, auctaque ab Imperatore accessione *Ripae* Opidi ad Benacum, cum vallibus quibusdam & villis. Post hunc *Carolus Saxo*, universum Comitatum Tridentinum, una cum valle venusta, & Bolzamo Opido Ecclesię dono dedit. Additus defensor & protector Comes Tirolensis. Ex eo itaque iurisdictionem utramque exercet Episcopus. Sermo civibus partim Germanicus, partim Italicus; & quod in limitaneis civitatibus rarum est, tam pure utramque linguam sonant, ut neque in media Germania neq; in media Italia vix quisquam purius. In hac Vrbe celebratum est Concilium illud famosum, Anno CIↃIↃ XLVI, sub Paullo III. Fluminibus Regio rigatur duobus præcipue *Oeno* & *Athesi*; Reliqui rivuli potius quam iusti fluvij dicendi sunt. Montium hic numerus non est, qui omnes uno nomine *Rhetica Iuga*, seu *Rheticæ Alpes* vocantur, quamvis proprijs deinceps nominibus distinguantur. Sylvarum quoque hic magnus numerus est: vti *Grimwald, Hofgarten, Iuder Aich; Milrinald, Forest, Vnser frauwen Holtz, &c.*

Regio & unde dicta. *Situs.* *Soli Fertilitas* *Imperium Maiorum.* *Vrbes.* *Flumina.* *Montes.* *Sylva.*

MARCA TARVISINA.

DIxi de *Comitatu Tirolensi*: restat nunc ut de *Marca Tarvisina* agamus. Nomen accepit a *Tarvisio* Vrbe quæ sedem & domicilium dabat Marchionibus Lãgbardici nominis, qui huic Tractui cum imperio præerant. *Tarvisinum* appellant Cassiodorus & alij. Dicitur & *Venetia*, a *Venetis* populis. Hodie vernacule *Marka Trevigiana*. Quod ad Fines, scribit Leander ab Occidente *Venetiam* claudere Mincium, Benacũ, & Sarcam Fl: a Septemtrione, Montes Taurisanos, Italiæ Germaniæque discrimen; ab Oriente Timavi Ostium, partemque Hadriatici maris: ab Meridie, Ostium Athesis, Paludesque Melarianas ac Brigãtinas: hos autẽ *Venetiae Veteris* terminos esse, non *Marka Tarvisina*, quæ multo erat angustior, suamque habebat lõgitudinem inter Mincium Alsamque fluvios: trans Alsam enim Foro iuliensem Agrum adnecti; præterea *Markam Tarvisinam*, quæ nunc vocatur, nonnulla continere loca Cenomanorum &c. Regio pernobilis est & lauta; Cœlum salubre, jucundum & temperatum. Campos habet amœnos, ac Frumenti ceterarumq; frugum, item omnigeni fructus ac vini maximè fertiles. Adest Metallorum ubertas: nec Pecudum greges desũt; tantis denique & tam multis munificæ naturæ dotibus adfatim ornata est & locupletata, ut inter principes Italiæ Regiones optimo jure censeri possit. Habitarunt hic olim *Euganei*, quibus nomen, si Etymon ex Græcia petendum, ab genere nobili clarisque natalibus. *Euganeos* his sedibus profligarunt, ut Livius notat lib. I *Veneti*, a quibus tota Regio *Venetia* dicta. Vrbes *Tarvisinæ Marchiae* sunt *Verona, Vicentia, Patavium, Venetia, Tarvisium*. De tribus prioribus *Verona, Vicentia, Patavio*, in propria quam obtinent Tabula, dicemus.

Regio. Vnde dicta. *Situs.* *Cœli temperies.* *Soli fertilitas.* *Vrbes.*

TARVISINA MARCHIA ET TIROLIS COMITATVS
Septentrio
Occidens
Oriens
Lago de Garda
MARCHIA TREVISANA
Venetia
Ne Gerardum Mercatorem Cum principe

Venetia (vulgo *Vinegia*) multitudinis numero nominatæ, Vrbs, modicas cõplexa Insulas circiter lx, sita est in intimo Sinus Hadriatici recessu, medijs in stagnis, quæ æstu singulis senis horis irrigua: adfuso, qua oriens est, Pelago, quod tamen, ne sua violentia vel ira sit noxium, præjectis alijs quibusdam Insulis, tanquam aggeribus cohibetur. Licet non muris, non propugnaculis, non turribus ullis sit munita, loci tamen natura est tutissima. Quamplurimis diuiditur Canalibus. Vicis pene omnibus sui sunt Rivi, conjungentibus ipsos Pontibus ex lapide lignove circiter cccl. Inter Canales principis loci, qui vulgo *Canal grande*, longitudinis trium Milliarium, qui Vrbem totam in duas quasi dirimit partes: circa medium Pontem gestans visendum. Ita commoditas passim Vrbem vel pedibus percurrendi, vel cymbis, quarum numerus octo dicitur millium. Vulgus *Gondolas* vocat. Ambitus Vrbis VIII circiter Milliarium. Imperij magnitudine, populi frequentia, opum splendore, mercium varietate, inlustris: Ingenijs excellentibus virisque eruditissimis beata: bonis Legibus laudabilibusque Institutis ornata. Frumento, quod ex diversis orbis partibus advehitur, Vinis multiplicis generis, inter quæ generosum illud, quod vulgo *Malvaticum* vocant, alijsque rebus humanæ vitæ necessarijs, ita adfluit, vt recte *Paradisus delitiarum* appelletur. Regiones ibi seu Parochiæ lxiv. Aedificia cum publica tum privata ibidem magnifica, splendida, sumptuose ornata. Inter Templa preciosissimum illud quod D. *Marco Evangelistæ* dicatum, auro multis locis ornatum. Et vt reliqua omittam; Intra Vrbem Armamentarium est (vulgo *Arsenale*) cuius circuitus duorum circiter milliarium. In hoc e ligno, ferro, ere, lino, canabi, omne nautici apparatus genus, anchoræ, tormenta, catenæ, spiræ, rudentes, vela quotidie conficiuntur: hic insignia a Turca, piratis, hostibus capta ostentantur, Manubiæque illæ opimæ Anno CIↃ IↃlXXI ad Naupactum ablata. Ostenduntur Prætoriæ quinqueremes, & nauis Bucentaurus qua vectus quotannis ad Maris introitum, ubi Castella Aestuarij, Princeps, Senatu Primoribusque Vrbis comitatus, ceremonijs ab Episcopo peractis, Mare sibi despondet; injecto ad perpetuandum Dominium aureo annulo. Est & Gymnasium publicum, cum Bessarionis Cardinalis Nicæni Bibliotheca, quam ipse moriens Reip Venetæ legavit. Civium frequentia *Venetijs* plane stupenda. Numerus trecentorum circiter millium censetur. Triplicis illi sunt generis; *Patritij*, quos penes Imperij & Reip. administratio: Cives qui Scribarum & aliorum honorum munera gerunt: *Artifices*, qui mechanicas exercent Artes. Præter hos, *Mercatores* innumeri & Advenæ qui vario cultu ex omnibus Mundi partibus eo negotiationis gratia confluere soliti: Turcæ, Aethiopes, Slavi, Arabes, Syri, Cretenses, Cyprij, Macedones, Germani, Vngari, Hispani, Galli, alij. Prima *Veneta Reipublicæ* administratio fuisse fertur *Consularis*: altera *Tribunitia*, per annos CCLII: Postea anno IↃCCVII sub Ducis cœpit esse imperio. *Dux*, *Doge* vulgo, Reip. caput, *Senatus* est Princeps, eique nihil injussu *Senatus* nec pace agere, nec bello quidquã licet. Ipse *Senatum* consulit. *Senatus* auctor decernit; Decreta tamen *Ducis* nomine promulgantur. *Duci* de publico certa penduntur stipendia; eoque defuncto, statim in locum defuncti ex *Senatorum* numero alius per suffragia sufficitur. *Senatus*, vulgo *Gran Consiglio*, Basis est totius Status; ejus membra Nobiles omnes, XXV annis majores: quibus mira in dicendo libertas, summa in consulendo integritas, eximius recti veriq; cultus, studium conservandę libertatis augendique Imperij incredibile, insignis in adversis constantia. Præter Ducem *senatumque*, alij multi sunt *Magistratus*, quos hic brevitatis studio prætereo. Hæc Vrbs omniũ Vrbium clarissima censetur & florentissima, Mundi Theatrum, commune totius Orbis Emporium, Victrix dominatrixque tot tantorumque Hostium, Hadriatici Regina Maris, Italici nominis gloria decusque. Quamvis multa bella gesserit, variamque fortunam mille annorum spatio sit experta, in externi tamen hostis potestatem nunquam devenit. Divini plane sunt Versus Actij Synceri Sannazarij:

Viderat Hadriacis Venetã *Neptunus in undis*
Stare Vrbem, *& toto ponere Iura Mari.*
Nunc mihi Tarpeias quamtumvis Iuppiter Arces
Obijce, & illa tui Mœnia Martis, ait:
Sic pelago Tibrim præfers: urbem adspice utramque,
Illam homines dices, hanc posuisse Deos.

De Hexasticho illo Epigrammate refert in Sannazarij vita Ioannes Baptista Crispus, auditum a se ex Aldo Manutio Paulli F. Poetam ab S. P. Q. Veneto pro singulis versibus singulos centenos aureos, honoris gratia dono accepisse. Scripsit & de *Venetorum Vrbis* fato Vaticinium Gauricus, insignis Astrologus:

Virginei partus saeclis bis octo peractis,
E Pelago emergens tellus fœcunda colonis,
Praebebit miseris alimenta e frugibus altis:
Nec Nautæ pisces capient in littore sicco,
Sed varios pueri flores, & gramina pingues
Laeta boves, hasta non remis pulcra Iuventus
Certatim ludent, mœsto spectante Senatu.

Quibus versibus Venetis Dominium Poeta pollicetur usque ad annum CIↃIↃCCCLXXX: Vrbem prædicens ex Insula in Terram Continentem commutatum iri. Tempus docebit. Nos quidquid rerum humanarum est optima Dei Omnipotentis providentia gubernari scimus, cuius solius est mutare Imperia, alioque trãsferre: quem penes arbitrium, Civitates ut floreant, ut pereant. *Tarvisium*, vulgo *Treviso*. Vrbs ædificijs splendida opibusque potens, editiore jacet loco, in Campo spaciosissimo, amne Sili divisa. Fontium amœnitate salubritateque stupenda; antiquis scriptoribus non nominata: ideoque non magni ævi. Primam ejus memoriam habent Gothorum Historiæ. Cives humanitate sunt singulari, ingenijs igneis, quæque percipiendis litteris, mercaturæ, alijsque honestis studijs promtissima. Episcopatus gaudet dignitate. Nobilitavit hanc vrbem ortu suo *Totilas* Gothorum Rex, cujus pater ejus situ supra modum capiebatur. Genuit item, præter alios, *Benedictum* XI P. M. & *Ponticum Virunium*, Virum Latinis Græcisque litteris doctissimum vti scripta probant. Post Gothos sedem hic suam posuerunt Langbardorum Marchiones, vnde toti Regioni *Markae Trevisinae* nomen inditum, vt initio dictum. Pressa deinceps Actiolini tyrannide, *Imperatorum Italiaeque Regum*: inde *Carrariensium*, hinc *Scaligerorum*, postremo *Venetorum* subdita est imperio & potestati. Magna hic Agrorum est vbertas, ingens rei pecuarię studium, copia tritici optimi (unde panis confit candidissimus) Vini nobilissimi, aliarumque rerum admiranda. Reliquas civitates & minorum gentium opida silentio prætereo. Fluvij insigniores huius tractus *Plavis*, *Piave* vulgo, *Brenta*, *Bachilio* & omnium maximus *Athesis*. Montes sunt hic in tractu Patavino, qui nec ad Apenninum, nec ad Alpes pertinent, qua conditione nullus alius ager est totius Italiæ. Horum vnus est *Gemula*, alter *Venda*, & *Colles Euganei*, poetis celebratissimi. Atque hęc de *Tarvisina Marcha* breviter dicta nobis sint.

Flumina.
Montes.

LOMBARDIAE III.

TAB. IN QVA DESCRIBVNTVR *PEDEMONTANA, MONTISFERRATI MARCHIONATVS, & GENVENSIVM DVCATVS.*

Ecclesiastica administratio.

Archiep. Taurinensis 29 30: 43 52. cui subsunt Casalensis 30 19: 44 6. Salutiarum 29 12: 43 32. Montis regalis.

Novariensis, Lodensis, Vercellensis, Ipporegiensis, Astensis, Aquensis, Albensis, Terdonensis, Saonensis, Albingaunensis, Vintimeliensis, Placentinus, Papiensis, episcopatus Mediolanensis Archiepsc. subiecti in tab. Brescia & Mediolani, quae est 5. designati sunt.

Archiep. Iauuensis 31 8: 43-20. sub quo sunt Bobiensis 30 12. 43 32. Aprumacensis vel Erumacensis, Metenensis vel Maranensis.

Acciensis vel Ampruniacensis 30 27: 43 42. Nubiensis in Corsica sive Nebiensis.

Naviensis, Albigavensis, Arbenga credo inter suffraganeos Mediolanensis Archiepisc. recensitus.

Meridiani distant pro ratione paralleli 44. o.

PEDEMONTIVM, MONTIS FERRATI MARCHIONATUS & Genuensium Ducatus.

PEDEMONTIVM.

TErtia *Lombardiae* Tabula sequitur, in qua *Pedemontium, Montis Ferrati Marchionatus*, cum *Ducatu Genuensium* delineantur. Occurrit primo loco *Pedemontium*; sic dictum, quod ad *pedem sit Montium*, ad radices inquam Alpium, quæ Galliam Sabaudiamque ab Italia dividunt. Vulgo *Piamonte*. Fines ab Oriente Padus: ab Meridie Ligurum Alpes; qua Occidens est, Alpes Galliæ: qua Septemtrio, Duria Riparia. Regio est amœnis fructiferisque Collibus plena: frumentum, fructus, vina producentibus nobilissima, Ferri prope Turinum, Marmorumque ad Paisanam fodinis non carens. Habitarunt olim *Turini*, Polyb. Liu. Plutarcho noti: item Strab. Ptol. Pli. in Nona Italiæ Regione eos notanti, Ligurumque stirpis facienti. Inde *Ducatus Taurinus*, appellari cœpit hic tractus sub *Langbardis*, qui in Provinciæ formam redacto Ducem præposuerant. Iis deletis, primum in *Italiæ Regum* venit potestatem: post Principum diversorum; præcipue *Sabaudiae, Franciaeque* ditione fuit subjectus: vastatus supra modum bello quod gestum inter Carolum V Imperatorem & Franciscum Galliarum Regem. Caput Regionis est antiqua Civitas *Taurinum*: *Augusta Taurinorum* Tacito, Plin. Ptol. *Taurini* hæc Vrbs ab ipsis Populis, apud Antoninum, non uno loco. Vulgo *Turino*. Dictum vult Stephanus Grammaticus ab *Tauro*, Massilienssium, quorum fertur Colonia, Insigni. Conditum fabulantur quidam ab *Phaethonte* Africano: alij ab *Lamisano*, uno ex Noæi Nepotibus. Iacet ad ostium in Pado Duriæ; forma quadrata; Portis patens quatuor, *Phaethontis, Secusinae, Memoriae, Palatinae* vel *Dorianae*: splēdidis ornata ædificijs, nobilitate Civium clara; rerum omnium copia abūdans. Summum Templum *Iohanni Baptistae* est sacratum: præter hoc alia sunt xx aut circiter. Sunt & nonnulla Hospitalia, ut vocant. Palatium ibi Ducis visendum. Academia celebris, in qua Erasmus Roterodamus S. Theologiæ Doctor est creatus. Prima hæc Italiæ Vrbium Officinam habuit librariam. Episcopatus gaudet dignitate. Ager illi perbonus & fertilis; Valles habens Ferri copia refertas. Ad Collem *Rivoli* est Opidū frequens: ulterius *Aviliana*. Iuxta Padū est *Carignano*. Altius inter Rivolos & Avilianam splendidum visitur Cœnobium *D. Antonij Ravesini*: & nonnullo inde intervallo *Ad D. Ambrosium*. Succedit mox *Susa*, quam plerique Sabaudiæ adcēsent. Ad Padum sexto ab Sangeni ostijs lapide Opidum jacet, quod vernacule *Pinarolo*, opulentum, cum Cænobio sumtuoso; supra pandunt se *Petrosa*: Læva fontis Sangoni *Pagellato* & *Friacasse*, dextra *Monte Bobio*. Haud procul Pelice Amne, Padi incola, *Pancalerum* est & *Villa Franca*, ubi ponte Padi ripæ junguntur. Sequuntur ad Padi fontem *Revello* & *Paisana*; ulterius *Critto*: moxque *Mambrino*, ubi Vallis Padi initium. Incolæ vocant *Valle di Luerna*, ab Castello, quod ibi cognomine.

Regio & unde dicta.
Situs.
Soli Fertilitas.
Imperium Maiorum.
Vrbs & Opida.

Montis-Ferrati Marchionatus.

SVccedit iam nunc peramœna & fœcunda Regio *Mons-Ferratus* explicandus, Sic dictus uti censet Leander, quasi *Mons Ferae*, ab modicorum Collium, quos habet, fertilitate: vel a *Ferro*, similitudine quadam, quod uti Ferrum cetera Metalla vi ac durilie vincit; ita ille finitimos ubertate cum aliorum fructuum, eorumque nobilitate & suavitate, tum vero vini longe superet. Describit *Montem-Ferratum* Merula lib. VI Antiquitat. Vicecom. hoc modo: *Mons est perpetuis expansis iugis, totus amœnus & fructifer, omniumque rerum ad vitam utilium fertilis, & colonis admodum frequens. Incipit diurno fere itinere ab Alpibus, planicieque separatur, quae inter hos Colles & Alpes intercedit: Nihil hic incultum quidquam propter summam Soli bonitatem opportunitatemque. Laevam Tanarus, dextram Padus adluit, nec ullius alveum Regio egreditur. Quanto magis autem ab Amnibus abscedunt Colles, tanto maiores amœnioresque Campi inter eos panduntur, quos haud male* Mesopotamiā *queas dicere, quippe quod amnibus utrimque sint conclusi.* Fuerunt olim in hoc tractu septem Marchionatus, ab Othone II Imperatore instituti; *Montis-Ferrati, Cevae, Poncioni, Buschi, Salutiarū, Savonae, & Finarij*, singuli septem filijs Alerami Saxonum Ducis adsignati. *Montis Ferrati* Marchionatum tenuit primum *Palaeologa stirps* usque ad annum

Regio. Vnde dicta.
Soli Fertilitas.
Imperium maiorum.

Per Gerardum Mercatorem
Cum priuilegio.
Sabaudiæ
Ducatus Tractus
pars
Delphinatus
pars
Pro
uincia
pars
Occidens
Oriens
Meridies
Mi
la
ne
se
MARE DI
GENOA
PEDE
MONTANA
regio cum
GENVENSIVM
territorio &
MONTISFER-
RATI
Marchiones
ita

CIↃIↃXXXIV: quo, defuncto San-georgio Palæologorũ ultimo, Carolus V Imperator *Mantuae Ducem* legitimũ *Mõtis-Ferrati* Heredẽ declaravit. Erect' fuit Marchionatus in Ducatũ anno CIↃIↃLXXV ab Maximiliano Imp.: Primusq; *Montis-Ferrati* Dux dictus est *Gulielmus* III, Mantuæ Princeps. In hoc autẽ terræ tractu tres insignes habet Vrbes Mantuæ Dux, quę sunt *Casalis D. Euasij*, Civitatis jus adepta ab Sixto IV anno CIↃCCCCLXXIV: Episcopatus fulgens dignitate: Sedes Marchionum *Montis-Ferrati*. Duplex ibi Arx: Vetus, Marchionum quomdam domicilium, & Nova, quam exstruxit Vincentius Gonzaga, Mantuę *Montis*-que *Ferrati* Dux, que vulgo *La Citadella*. *Alba*, Plinio *Pompeia* cognominata, cui inde *Albenses Pompeiani* nominantur. Amplitudine superat Casalem D. Evasij; clementia cœli inferior. Marchionum *Montis Ferrati* prius, nunc *Ducum Mantuae* subjacet Imperio. Episcopatus floret dignitate. Ager omnium fœcundissimus, qui *Langurvilla* vulgo. Tertia est quæ vulgo dicitur *Acqui*: *Aquae Statyellorum* Plin. lib. III cap V, In Liguribus ponenti: Ἀκουιστατέλλα Strab. lib. V; In vulgatis est, καὶ διακόνισα καὶ ἴλλεια: legendum Ἀκῶαι Στατέλλαι; *Aquae* simpliciter Antonino: ab *Aquis* procul dubio & Fontibus, qui hic sunt, calidis & medicatis: sunt enim in hac civitate Thermæ publicæ cum Mensis lapideis & gradibus. Incolę *statellates* Livio, Ligurum populos facienti; *statiellenses* M. Tullio lib. II Epistolar. Olim frequens: hodie Civium dissidijs ad summam devenit calamitatem. Episcopatus gaudet dignitate. Præter iam dictas vrbes opida sunt: *Bassiniana*, *Valentia*, *s. Salvatore*, *Mon-calvo*, *Alexandria*: *Nicaea Paleae* cognominata, *Alta*, *Pollentia*, *Ceva*, atque alia multa.

Vrbes.

Genuensium Ducatus.

Regio.

Vnde dicta.

Situs.

Soli Fertilitas.

Vrbes.

Fluvina.

Portus.

GEnuensium Ducatus, vel *Ora Genuensis*, olim dicta fuit *Liguria*, non tamen tota sed quæ *Transalpina* fuit cognominata. *Liguriæ* undenomen varie disceptatur. Quidam inter quos Paullus Diaconus, ab *legendis Leguminibus* trahunt: alij ab *Ligone*, uno ex fabulosis Iapeti Ducibus; suppositij ab Annio Viterbiensi Berosus, Cato, Fabius Pictor & Sempronius ab *Ligure Phaethontis* Ægytij Filio. Λιγυρία & Λιγυστική Græcis scribitur: Nunc vulgo *Riviera de Genoa* vocatur, ab *Genua*, clarissimi nominis vrbe. Hodie fines ipsi ab Occasu Alpes, Galliam Narbonensem ab Italia dividentes: ab Ortu, Etruria, Macra interfluente; qua Meridies est, cognomine pulsatur Mari: qua Septemtrio, Apennino clauditur. Hæc olim, ut scribit Str. omnino sterilis fuit, nihilq; memoratu dignũ habuit, nisi quod intus maximæ arbores & vastæ, quæ navibus fabricandis idoneę erant, producebantur. Nunc vero Vini, Olei, ac variorum Fructuum proventu beata. *Ager Dianus* Oleo adeo adfluit, vt quandoque octodecim, nonnumquam viginti millia vrnarum reddat, quas vulgo *Barilas* vocant. *Ora Genuẽsis* hodie duplex, Occidentalis & Orientalis; quæ vulgo ab Metropoli, quæ in medio utriusque, *Riviera di Genova*, *Di Ponente*, & *di Levante*. Vrbs primaria *Genua* Liu. & alijs: Γένοα Strab. Ptol. alijs: Γενοὰ Steph. *Ianua* dicitur Luitprando Ticinensi, & eius ætatis Scriptoribus: Hodie *Genoa* & *Genova*. Quod ad situm: Fronte Meridiem Cirnumque spectat insulam, amplissime circa littus consurgens, dorso Septemtrioni obverso, leniter in planitiem, veluti ad quiescendum descendens, montium innixa radicibus, quorum a tergo contra sævorum Septemtrionum afflatum vallo munitur; non tota montosa, nec vicissim tota plana, sed mixta specie. Circuitu palmos colligere tricena quina millia, supra nõgentos quinquaginta quinque, Nebianus Episcopus tradit. Palmus haud multo minor antiquorum est pede. Hinc mensura totius urbis si palmos septenos passui demus, milliariorum erit quinque, sin senos, sex, demptis quadraginta quinque palmis; nec moles, nec portus in hanc dimensionem venit. Insignem Portũ habet ad Austrum & Africum patentem, ingenti mole ad securam stationem præmunitũ. De Nominis ratione & etymo multi multa frigide. Somniantur varij: Ianus Genius Priscus; primus Italiæ Rex Ianus: Rex Troianorum: Ianus Bifrons, cujus insigni Civitas utitur: Ianus Geminus ex Phaethõtis Comitibus Ægyptius: Genuus Saturni filius: Genua, Promethei Filia; additur & Ianua, quod quasi sit porta & ostium Italiæ: quin nec Genu omittitur, quod ea quasi genu habeat recurvum ab littore maris. Ego nihil affirmare possũ. Antiquissimæ sane censenda est originis. Parochias habet XXXII. Palatium Senatus pulcrum est, & ab quingentis militibus Germanis custoditum. Incolæ magna valent in Negotiando industria, nullas non mundi plagas adire quæstus gratia soliti. *Christophorus* etiam *Columbus Genuensis* fuit; qui, Occidentalibus Insulis repertis, *Admirantis* nomen obtinuit ab Hispanię Principibus. Archiepiscopatus floret dignitate. Cæterum de Genua politissimi & rotundi exstant Scaligeri versus:

Ditis opes Asiæ, & claros Orientis honores
Quantaque ab Euxino tunditur ora salo,
Visanas arces, Thuscae decora inclyta pubis
Et traxi ad Ligures Gallica signa manus.
Subiectis domitas tenui cervicibus Alpes,
Et tremuit nostras Africa terra trabes.
Afflictus toties Venetus, quae fugerat olim
In patrijs movit tela petitus aquis.
Frustra Galle cupis: frustra es frustrator Iberc,
Frustra saeva ferox Insuber arma capis,
Vinco ego, quum vincor, par est, Victoria damno,
Sumque eadem domina servaque facta mea.

Metropoli visa, reliquarum Vrbium nonnullas & Opida indicabo. Haud procul Varo *Nicaea* est; Νίκαια Ptol. *Nicia* Antonino, *Nizza* hodie. Vrbs maritima, quomdam ab Massiliensibus condita, dorso Alpibus innitens, partim in juga, partim in planiciem porrecta. Nunc est munitissima, firmam habens Arcem in colle, ditionis Sabaudiæ Principis. Supra Portum Herculis Monœci ad alterum lapidem editis in montibus *Torbia* jacet, vel *Turbia*: τρόπαια Σεβαστῆ Ptol., uti censent Blondus & alij: sunt & *D. Remi* opidũ, *S. Remo*, peramœno & fertili agro, qui citris, palmis, medicis, limonibus, alijsque fructiferis arboribus mirum in modum ornatus. *Castellum Tabia*: ambitu exiguo, sed nomine celeberrimũ, ob generositatẽ vinorum Apianorum. *Albingaunum*, Vrbs antiqua, situ plano, quingentis a mari passibus, gravioris cœli, alioqui opulenta rebusque necessarijs adfluens. *Finarium* item, *Naulum*, *Savona* vrbs antiquissima, ædificijs ornata magnificis, cuius ambitus est CIↃIↃ passuum. Atque hæc sunt in Ora Genuensi Occidentali. In Orientali sunt: *Clavertum*, *Sestri de Levanto*, & alia. Flumina hic sunt *Varus*, qui Limitem statuit inter Provinciam & Liguriam: hanc Italiæ, illam Galliæ Regionem. Recipit hic, qua occidentalior eius ripa & Gallica, Fluvios, qui vulgo Gallorum audiunt *Caremp*, *Lavatre*, *Elleron*: qua Orientalior & Italiam spectans, *La Lince* & *La Vesubie*. Sequuntur inde per Liguriæ littora *Paulon*, hodie *Palion*: *Rutuba* hodie *Rotta*. Sũt item *Merula*, *Porzevera*, *Ferisano*, *Levagna*, *Macra* fluuius notissimus, *Magra* hodie. Recipit hic præter alios, *Lavilam*, *Fagnonum*, & *Graveiam*. Portus habet Liguria *Olivulam* nunc *Nizzam*, *Anaonis Portũ*, *Avisionis*, *Herculis Monaci* nunc *Monaco*; *Mauriici* nunc *Porto Mariso*: *Albingauni* vulgo *Albenga*; *vortum Savonæ*, *Genuae* & alios.

LOMBARDIAE

IIII·TAB·IN QVA SVNT HAE REGIONES

præcipuæ, Romandiola, Parma & Ferraria Ducatus, & Mantua Marchionatus.

Ecclesiastica administratio.

Archiep. Ravennas 34 53:43.54. *cui subsunt Adriensis* 34 37:44 42. *Comaclensis* 34 52: 44 12. *Cervienſis* 35 5:43 53. *Foroliuienſis* 34 51:43 46. *Foropompilienſis* 34 58:43 46. *Vellimenſis, Fille forte* 34 32: 44 4. *Cesenatenſis* 35 5: 43 44. *Sarenienſis vel Sarſinatenſis. Faventinus* 34 34:43 46. *Imolenſis* 34 20: 43 50. *Mutinenſis* 33 24:43 53. *Bononienſis* 34 52: 43 52. *Regenenſis* 33 3:43 56, *parmenſis* 32 41:44 0. *Barcinenſis* 32 33:43 37.

Meridiani diſtant ex ratione paralleli 44.0. ad circulum maximum.

ROMANDIOLA, DVCATVS PARMENSIS & MANTVAE.

Romandiola.

QVarta & poſtrema *Lombardiae* Tabula *Romandiolam, Ducatum Parmenſem*, & *Mantuae* repræſentat. Primo loco occurrit *Romandiola* vel *Romanula*, ſic dicta hodie, Caroli Magni Imperatoris & Romani Pontificis benificio atque auſpicijs, quod præ reliqua Gallia, Romanorũ ritibus, legibus & inſtitutis firmius inhæreret, Imperijque Ro. dignitatem, nomen & majeſtatem acrioribus armis contra Langbardorum tyrannidem defendiſſet. Dicta quoque fuit *Flaminia*, ab *Via Flaminia*, quam C. Flaminius, Conſul Romanus, opere munivit. *Romanulae* Limites ex communi ſententia ad Septemtrionem quidem Paludes Veronenſes & Patavinæ, uſque ad Fornaces, Oſtium Padi ultimum, una cum parte Maris Hadriatici: ad Orientem Iſaurus, una cum Piceno; ad Meridiem Apenninus, cum Etruria; In Occidentali variatur. Quidam ultra Vatrinum flumen cis Forum Cornelij non procedunt: tranſiliunt nonnulli Scultennam, nunc Panarium, in eo plerique, ſiſtunt. Hos ſequemur, Longitudinem ejus ex Milliar. aut circiter, poſituri inter Foliam & Panarium; Latitudinem xcvi milliar. vel paullo minus, inter Apẽninum &, quarum memini, Paludes. Quod ad Regionis qualitatem, Agros habere optimos ſcribit Leander, omniumque frugum, tam quæ ad vitam neceſſariæ, quam quæ ad humanas voluptates oportunæ & delitias, fertiles. Campi hic latiſſimi, fructiferis arboribus omne genus conſiti; Colles peramœni, Vitibus, olea, Ficu nitentes. Silvæ munificæ herbidaque prata cum dumis venationi apta: ſalubres paſſim aquę; Salinæ cum circa littus, tum intus frequẽtes; Metallorum fodinæ; innumeræque præterea Naturæ dotes eximiæ: quæ niſi lõgiſſima narratione, cõmemorari haud poſſent. Vrbes ſunt in hac Regione aliquot celebres & complura Opida. Primariæ ſunt *Ariminum* Ἀρίμινον Ptol. & alijs, hodie *Rimini* Incolis: *Rumelen Germanus*. Nomen illi ab Amne, quo adluitur. Alij aliunde trahunt. Vrbs in planicie ſita, imminentibus ab meridie collibus amœnis & frugiferis: ab ortu occaſuque latiſſimi lætiſſimique ſe pandunt Campi, Frumenti feraces; pulſatur, qua Septemtrio eſt, Hadria. Rerum omnium copia ſupra modum abundat. Portus olim amplus, ſplendidus ſatiſque capax: Hodie modicis navigijs tantum eſt aptus, arenis oppletus. Vrbs Epiſcopatus habet dignitatem. *Cervia* vrbs maritima olim *Phycoles* dicta. *Cerviani* maiori ex parte ſalarij ſunt Artifices, tanto quæſtu, ut Pontifex annuatim inde habeat lx millia Coronatorum. Ac licet ob incommodiorem ſitum ſit infrequens, Epiſcopali tamẽ ſuperbit dignitate, ſub Archiepiſcopo Ravẽnate. *Ceſena*, καίσαινα Ptol. καισήνα Stra., hodie pleriſque *Ceſena*, alijs *Ceſnadigo*, tertijs denique *Ceſna*. Hodie civitas eſt admodum frequens: annis ſuperioribus a Bernardino Rubrio Parmenſi, qua Occidentem Septemtrionemque ſpectat, aucta. Arx vrbi ex Colle, qua Auſter eſt valida imminet, a Friderico II Imp. condita. Epiſcopatus titulo floret. *Sarſina* Vrbs antiqua ad Apennini radices: Plauti Patria. Σάρσινα Strab.; nomen hodie retinet. Vrbs eſt Epiſcopalis. Agrum habet uberem Vitę, Olea, Arboribuſq; omnis generis fructiferis. *Ravenna*, Ῥάβεννα Strab. cui & Ῥάβενα: Ῥάβεννα Steph. quæ Ῥάβεννα Ptol. Antiquam Civitatem teſtantur omnes. De Situ multa Strabo lib. v. Templa hæc Vrbs habet nobiliſſima, imprimis Archiepiſcopale vel Cathedrale *S. Anaſtaſij*, opus rarum, ſplendidum, immenſi pretij: Vrbs eſt Archiepiſcopalis. Paſcua ad urbem optima: ex quibus magna Lactis, Butyri, Caſei copia. *Forum-Livij*, hodie *Forli*. Vrbs natura & ſitu, rerumque omnium ubertate præſtans inter duos Amnes Roncum & Montonum ſita: aere fruens optimo. Epiſcopatus gaudet titulo. Agrũ habet, qui Frumenti, Vini, Olei feraciſſimus; Coriandrum etiam, Aniſum, Fœnũ-Græcum, Cuminum, Rubiam, Glaſtum, aliaque huius generis gignẽs. *Forum Cornelij* vulgo *Imola*. Sita eſt ad Santernum Amnem, agro frumentario, vini, olei aliarumque frugum feraces. *Bononia* nobilis & antiqua civitas, *Bologna* vulgo: Apennini radicibus adpoſita, ad Amnem Rhenum, Apoſã torrente mediam vrbem interluente: tota Orienti expoſita: qua Auſter eſt, montes imminent vitiferi; qua reliquæ partes, Agri patent longe lateque, omnis generis frugum feraces. Cœlum illi non admodum ſalubre. Circuitus VII milliarium; olim multo minor. Portas habet XII. Potens eſt nobilitate, ædibus magnifica, porticibus frequens. Epiſcopatus floret dignitate. Academiam inſtituit Theodoſius Imperator, anno CCCCXXIII. Nunc *Ferrariam* videamus: cui unde nomen datum valde variatur. Quidam a *Frattis*, quę lingua vernacula *Virgulta, Prunaque Silveſtria*; nonnulli a *Fabro* quodam *Ferrario*: ſunt qui a *Ferro* dirivant: quotannis ab Incolis olim Cenſus nomine Ravennatibus pendi ſolito. Veritati maxime conſẽtaneum, *Ferrariam* nuncupatam ab *Ferrarida*, quæ trans Padũ erat, Colonis huc ex Theodoſij Imperatoris decreto tranſlatis anno CCCCXXXIII: quo tempore Vicus fuit abſque muris ab Smaragdo Exarcho circa annum DXCV foſſa mœnibuſque ſeptus: paullatimque ita auctus, ut tandem in nobiliſſimam Civitatem commutatus fuerit; Vetere Prę ſulatu ab Vitaliano, P. M: hue circa annum DCLVIII traducto, alijſq; XII Pagis finitimis illi ſubjectis ab Conſtante II Imp. qui multa ipſi largitus eſt Privilegia. Hodie *Ferrara* audit. Conditam ab Troianis adſerit ex novitijs Scriptoribus Gabriel Venetus. Adſidet ripæ Padi Amnis, quo qua Ortum Auſtrumque reſpicit, adluitur. Cœlum ipſi craſſius, ob ſitum paluſtrem. Plateas habet rectas, longas, amplas, quarum pleraſque Leonellus Marchio cocti ſtravit lateribus. Ædificijs cum publicis, licet non magnis, tum privatis ſupra

Regio & unde dicta.

Situs.

Soli Fertilitas

Vrbes.

modum

Golfo
di
Venetia
Mare di
Genoa
ROMANDIOLA
cum
Parmensi Ducatu.
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio

modum est ornata. Maximum est Vrbis Fanum. Arx illi duplex, una ad fl., altera e regione S. Georgij, Ducis Sedes: utraque satis munita. Populo frequens, rebus ad vitam necessarijs abundat. Non inamœna inter primas Italiæ Vrbes merito censenda; Caput Sedesque Ducatus Atestinæ familiæ, nobilitatis & antiquitatis stupendæ. Academiam hic instituit Fridericus II Imperator in Bononiensium contumeliam. Planiciem habet circa se maximam sed sterilem. Reliquas Romandiolæ vrbes, & minorum gentium Opida prætereo.

Ducatus Parmensis.

Regio, & unde dicta.

Soli Fertilitas.

DVcatus *Parmensis* a civitate Parma nomen habet. Ager amœnus est, & frugum vitiumque optimarum fertilis, aquis medicatis pascuisque lætissimis felix; cuius *Caseus* & *Vellera* summam merentur commẽdationem. Laudat *Vellera* Martialis; *Tondet & innumeros* Gallica Parma *greges*. Idem cẽsuram instituens *Lanarum*: *Velleribus primis Appulia, Parma Secundis*: Nobilis; *Altinum tertia laudat ovis*. *Lanam Gallicanam* vocat M. Terentius Varro lib. VIII de L.L. Civitas vnde Ducatus iste nomen accepit *Parma* ab *Thusco*, ut multæ his locis aliæ condita, a Boijs inde possessa, lapsu temporis Romanos habuit Dominos: qui anno DLXX, quo tempore Mutinam, eo *Coloniam*, ut Livius tradit lib. XXIX, duxerunt: Calamitatem ab L. Antonio inlatam deplorat M. Tullius Philip. vltima. Conlapsa, auctoritate Romani nominis libera cum alijs cœpit esse; Sequuta nunc *Cæsares*, nunc *Pontifices Romanos*, *Bononiensibus* semper amica & conjuncta. Gravem passa est totum biennium obsidionem ab Friderico II Imp. circa annũ CIↃCCXLVIII, quod partium esset *pontificiarum*. Eo inde profligato, varios habuit Regulos, *Corregios*, *Scaligeros*, *Atestinos*, *Vicecomites*, *Galeatios*, *Sfortias*, *Gallos* denique, quibuscum sæpe de Vrbis dominatu certavit *Pontifex Romanus*, qui ope & auxilio Carroli V Imperatoris, Gallis tota Italia pulsis, rerum solus deinceps in vrbe potitus est. Hodie suos habet *Duces*, quorum primus a P. M. institutus est *Petrus Aloysius Farnesius*, Paulli III P. M. filius, quo crudeliter intra biennium cæso, subrogatus est *Octavius* filius, eique defuncto *Alexander*, Belgicæ Gubernator: cui mortuo successit ante aliquot annos filius. Ceterum *Parma*, πάρμα Strab. Ptol. in Aemilia via, quinque ab Apennino P. M. Nomen illi ab Amne Parma: ex aliorum mente, quod *Parmam*, hoc est, breve scutum referat. Aedificijs est splendida, plateis ornata rectis largisque; rebus ad vitam necessarijs adfluens; Incolarum nobilitate, civiumque frequentia celebris. Situ est admodum plano: cœlo summe salubri: adeo ut Plin. *Parmenses* tradat, tres quidem annos CXX, duos vero CXXX vixisse. Eam neque hiems, neque æstas adfligit. Castrum habet munitissimum; Principum & inlustrium Familiarum Palatia non pauca. In foro satis amplo, Fons pulcerrimus: & Templum ad imitationem S. P. Romani exstructum: Campana tribus impositæ columnis; Turris persimilis Bononiensi. Separatur ab suis Suburbijs fluvio cognomine. Conditam ab *Chryso* Trojano, Pallantis Comite, & ab eo *Chrysopolim* dictam scribit Sicardus Cremensis. Albertinus lib. de Vrbibus Italiæ *Chrysum* illum Placentinum fuisse memorat. Notat Isidorus Clarius plerasque ibi Familias ab Romanis originem trahere. Episcopatus floret titulo. Incolæ venusti, nobiles, Martij, animosi, genio ingenioque præstantes. De ijs Iulius Cæsar Scaliger;

Iuventum medijs præclarum nomen in armis,
Prædita quo sit gensignea Marte docet.
Ingenium rapidum facili flammatur ab ira:
Sed viget in patulo pectore purus amor.
Magnanimo pretium est non displicuisse pudori,
Hoc satis officio cedere turpe putat.

Ducem cum Parma habet vetusta & nobilis civitas *Placentia*: Ptol. alijsque πλακεντία, vulgo *Piacenza*. Iuxta Padum, a quo distat circiter M. P. jacet, loco peramœno, agrorum bonitate, Civiumque claritate superbiens. Muri novi sunt: Propugnacula ampla, Munitiones insignes. Episcopatus gaudet titulo. Gymnasium habet omnium disciplinarum. Vrbis ager vini, olei, frumenti, omnisque generis fructuum fertilissimus est, propter copiam aquarum: multos habens fontes, fluvios, rivulos, pascuis irrigandis facientes.

Mantuæ Ducatus.

Regio.

Imperiũ Maiorum.

DVcatus *Mantuæ* nomen habet ab vrbe *Mantua*. Hujus Imperium primum fuit penes *Tuscos*, Vrbis auctores: hinc penes *Gallos Cenomanos*; post quos *Romani* rerum ibi sunt potiti. Maximam sub Triumviratu cladem tulit. Quum enim *Cremona* victoribus diripienda esset concessa, propter vicinitatem magnam Agri sui partem amisit. Hinc Virgilius: *Mantua veh miseræ nimium vicina Cremonæ*. Successerunt Romanis *Gothi*, & *Langhardi*: quibus profligatis, Vrbs ad *Imperatorum* potestatem est retracta, ea rursus labante, in libertatem se cum multis alijs vindicavit, quam obtinuit, donec ab Othone II Imp. *Theodobaldo* Comiti Canossano donaretur. Subrogatus illi *Bonifacius* Filius, eique sine mascula prole defuncto *Beatrix* conjux, cum *Mathilde* filia, quę Mantuam summopere ampliavit. Libertatem iterum nacta post aliquot annos ditioni subjecta est *Sordelli Vicecomitis*, qui Primus omnium post Mathildem Comitem Mantuæ principatum gessit; quo circa annum CIↃ CCLXXIV mortuo, *Duces* habuit suos, primo *Bonacolsios*, annos fere LV, deinde ab anno CIↃ CCC XXVIII *Gonzagas*, qui adhuc summæ rerum præsunt. Plene Leander, qui accurate Principes commemorat ad sua vsque tempora. Videndi & Blondus, Sabellicus, Corius, Aequicola, Francisci Vigilij ac Bandelli Funebres orationes. Vrbs *Mantua*, Strab. & Ptol.: Μάντουα: Steph. Μάντουα: hodie *Mantoa*. *Galatheam* vocat Allegorice Virg. in Eclogis, ut notat Servius. Conditam ferunt quidam ab *Manto*, Tiresiæ Vatis filia; nonnulli ab *Ocno Tiberino*, Tuscorum Rege, & Manius ipsius Matris nomine nuncupatam. Virgilius lib. X. Aeneid:

Vrbs Mantua.

Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Manto & Tusci filius amnis,
Qui muros Matrisque dedit tibi Mantua nomine.

Initium Vrbis ponunt varij varie. Aretinus CCC circiter ante Romam conditam annis: sed infirmo fundamento: Leander anno ante bellum Trojanum IX: non firmiore. Quidquid sit, antiquissima ipsi est origo. Posita est in medio Paludum, quas Mincius, ex Lacu Benaco egressus, creat, nec nisi Pontibus, qui eximij admodum, aditur: hinc ob naturam loci munitissimis Italiæ concensenda. Ampla est, & magnifice publicis privatisque ædificijs ornata, rectisque plateis decora. Templum Cathedrale pulcherrimum. Forũ satis amplum, in quo Horologium summi artificij. Arcem habet munitam. In Curia, quæ splendidissima, locus est, qui *La Grotta* vulgo, rebus preciosissimis, multisque Antiquitatum Monimentis ab Isabella, Francisci Marchionis ultimi Conjuge, refertus. Videre ibi est duos Cupidines excellentis operis, Cornu insigne Monocerotis, precij magni Gemmas, Vasaque aurea & argentea innumera. Episcopatus floret dignitate. Incolæ ad litteras, arma, Mercaturam apti promptique. Ortu superbit Virgilij, Poetarum apud Latinos Principis, cuius *ingenium*, inquit Munster., *tantum omnes efferre debent, quam imitari nulli possint*. Natus tamen in Vico *Andis*, hodie *Pietola*, altero ab vrbe lapide.

BRESCIA
COMITATVS ET MEDIOLANVM DVCATVS.

Ecclesiastica administratio.

Archiepiscopus Mediolanensis 31 7: 44 36. *hos habet Suffraganeos, Bergomensem* 31 44:44 56. *Brixiensem* 34 10. 46 23. *Cremonensem* 32 9:44 14. *Laudensem* 31 30:44 26. *Novariensem* 30 27:44 28. *Vercellensem* 30 1C:44 10. *in* 3. *Lombardia tab. Ipporegiensem* 29 34; 44 26. *Viglevienſem, Astensem* 30 8:43 52. *Aquensem* 30 20: 43 42. *Albensem* 30 0; 43 34. *Terdonensem* 30 49:43 58. *Saonensem* 30 32:43 20. *Albingaunensem* 30 22: 42 50. *Vintimiliensem* 29 28: 42 40. *Placentinum* 31 50:44 8. *Papiensem exemptum* 31 10:44 17. *Ferrariensem exemptum* 34 0:44 28.

Meridiani distant ad rationem paralleli 44. 0.

BRIXIENSIS COMITATVS & Mediolanensis Ducatus.

Brixiensis Comitatus.

Actenus *Lombardiam* perlustravimus: sequuntur nunc *Brixiensis Comitatus* & *Mediolanensis Ducatus* explicādi. Nomē priori a Civitate nobili *Brixia*. Partē eius tractus occupat quem olim *Cenomani* tenuere. Patetque *Territorium Brixiense* in longitud. Mill. Ca Limone Benaci Lacus vico, ad Vrceanum Opidum. Latitudo est mill. L. a *Moso* usque ad *Dialēgum*; situsque est inter Benacum, Sebinumque Lacus. Ager vberrimus Tritici, reliquorumque frumenti generum, item vini, oleique fertilis, neque carens ferri ærisque fœcunditate. Habet & Aurum, argentum, alumen, marmor porphyreticum, & aliud ex atro & viridi variegatū, quod *Serpentinum* vocant, Ophiten Plin. :aliosque Lapides pretio nobiles. *Marchasitam* etiā, quem *Pyritem* vocarunt Veteres; Abundatque omnibus quæ ad vitæ necessitatem cultumque expetuntur. *Regio & unde dicta. Situs. Soli Fertilitas.*

Brixia fidem *Populi Rom.* perpetuo coluisse legitur; præsertim Bello Punico post cladem ad Trebiam Amnem ab Hannibale inlatam. *Colonia* deducta est cum reliquis Trans-Padanis ab Cn. Pompeio Strabone, anno ɔɔclxv, & postea cum alijs ab C. Cesare Dictatore Civitatis jure donata. Deinceps in *Imperatorum* fuit potestate, quamdiu salva stetit sua Romano Nomini majestas. Post ab Radagiso Gothorum Rege incendio vastata, anno ccccxi i: hinc ab Attila Hunnorū principe subversa, sed refecta anno ccccl i i, imperante Martiano: mox ab *Langbardis* possessa usque ad captum ab Carolo Magno Desiderium: quo exstincto, successit *Frācorum Imperium*. Inde ab Othone Saxone Cæsare libera Imperij Romani Civitas est facta, anno ciɔcxxxvi: mox ab Henrico vi direpta, muris nudata, suisque spoliata Privilegijs; ab *Scaligeris*, Veronæ Ducibus, opera Guelforum est capta. His successerunt *Vice-comites*, Mediolani Principes: a quibus sæpe vexata ad *Venetos* defecit: quibus ab *Gallis* rursum ademta, paullo post ijs est restituta. *Imperium Maiorum.*

Βριξία Strab. & Ptol. Hodie *Brescia*. De huius Vrbis origine varia traduntur, sed parum explorata. Alijs certiora forte apud Livium, quem multi sequuntur. Notat is ab *Cenomanis* conditam; cum Elitovio & Belovefo Ducibus ex Gallijs, per Taurinos & Alpes Iulias in Italiam transgressis. Hinc *Cenomanorum* genti tribuitur etiam a Plinio & Ptolemæo, quin & Livius lib. xxxi i *Brixiā Cenomanorū* signat caput. Ciuitas est pervetusta, dives, populosa, ampla, validis munita muris, Arce superbiens inexpugnabili, pulcra ædificijs cum publicis tum privatis. Eam Amnis perlabitur vocant: Ad situm pertinent hæc Catulli Pœtæ; *Vrbs & Opida.*

Flavus quam molli percurrit Flumine Mela
Brixia, *Veronæ Mater amata meæ;*

O dulci iucunda Viro, iucunda parenti
Salve: teque bona Iuppiter auctet ope.

Castrum habet munitissimum e vertice Vrbem despiciens, & egregio firmatum ab Venetis Præsidio: Templa magnifica: Monasteria stupenda: Hospitale pulcrum. In Palatio Capitanei hæc leguntur:

Hic locus odit, amat, punit, conservat, honorat;
Nequitiem, pacem, crimina, iura, probos.

Templum & Episcopi Palatium, quin tota Civitas, eiusque Territorium, omnia inquam, passim lectissimis Marmorum Inscriptionibus, Statuis, Statuarum titulis & elogijs, variorumque Epitaphijs sunt plena. Incolæ locupletes, lanti, nobiles, solertis ingenij. Familiæ Nobiles ibi non paucæ: in quis principem habent locum *Gambaræ, Martinengi, Madij, Advocati, Averoldi, Luzagi* & *Æmilij*. Opibus hodie floret: *Vrbis Venetæ Sponsa* cognominari solita. Fidem Christianam suscepisse traditur ab *D. Appollinari* Ravennatū Præsule. Episcopatus habet titulum. De ea sic Scaliger:

Quæ pingues scatebras specula despectat ab alta
Postulat Imperij Brixia magna vices.
Cœlum hilarum, frons læta vrbi, gens nescia fraudis

Atque modum ignorat divitis vber agri.
Si regeret patrias animis concordibus oras,
Tunc poterat Dominis ipsa iubere suis.

Est in hoc Territorio etiam *Quintianum* Opidum, viginti mill. pass. a Brixia Meridiem versus situm, prope Ollium Amnem. Item *Reggiate, Bottesino, Virle, Novalara* cum multis alijs. *Lacus* habet *Benacum*, sic dictum ab Opido, quod hic olim, cuiusque hodie cernuntur vestigia. Hic *Lydius* Catullo, ab *Lydis* i. Tyrrhenis, quos fama est quondam vicinos illi agros coluisse: *Lago di Garda* Italice: *Gard-see* Germanice ab Arce Orientaliori ripæ adsita. Hic Lacus, ut scribit ad Cardinalem Polū Alexius Vgonius, optimis Piscibus alijs præstat; amœnissimis Collibus circūseptus: undique fontes scatent; hac illac Nemora, Prata vitētia, Vineæ, Olivæ, Abietes Lauri, Cedri; Opida præterea, rebus omnibus necessarijs referta in modum coronę illum ambiunt: ita ut *Lacus.*

BRESCIA
Episcopatus
MEDIOLANV
Ducatus
Milliaria
Italica communia
Lac
Garda
Milano
Per Gerardum
Mercatorem
Cum Priuilegio

nihil omnino illi deſit ex hiſce rebus, quæ Loca Campeſtria viſu quidem pulcherrima & uſu grata atque jucũda efficere poſſunt &c. Eſt & alius *Sebinus* aut *Sevinnus*, nunc *Lago d'Iſeo* ab *Iſeo* Caſtro quod in eius Ripa. Hic exceptum ad Septemtrionem *Ollium*, rurſus ad Auſtrum evomit. Eſt denique inter *Sebinum* & *Benacum Lacum Idrinus*, vulgo *Lago d'Idro*, vel *Idro Lago*. Nomen illi ab *Idro* Caſtello. Alij ab *Hydra* dictum cenſent, quam Hercules hic perhibetur peremiſſe. Piſcibus abundat. Exonerat ſe in *Idrinum* per varios Amnes; Minores, qui vernacule *Lago Cap*, *Lago Runcone*, & alij. *Mella* vel *Mela* hoc Territorium medium quodammodo ſecat; fluvius

Flumina. Virgilio notus, etiam Catullo hoc verſu:

Brixia Cygnea poſitus in ſpecula *Flavus quam molli percurrit Flumine Mela.*

Mellæ nomen retinet in hunc uſque diem. Non percurrit tamen ipſam, vti videre eſt, urbem, ſed haud procul inde ipſius agrum. Fluviolus qui urbem perlabitur hodie *Garza* vocatur. Sed hæc de *Brixia* ſufficiant: ad Ducatum Mediolanenſem alteram huius Tabulę partem tranſeo.

Ducatus Mediolanenſis.

Regio. Soli Fertilitas. Imperium maiorum.

Ducatus Mediolanenſis ſuo ambitu ccc Milliaria cõplectitur. Incredibilis agro eſt fertilitas, copiaque rerũ omniũ ſtupenda. Tractũ vero hunc M. Marcello & Cn: Scipione Coſſ. cũ pleriſque urbibus Trãſpadanis in Romanorum ditionem conceſſiſſe, formamque Provinciæ accepiſſe, auctores ſunt Livius, Florus, Polybius. In eadem urbe Imperatores aliquot poſteriores conſediſſe loci oportunitate ductos conſtat, Nervam, Traianum, Adrianum, Maximianum, Philippum, Conſtantium, Conſtantinum, Iovinianum, Valentem, Valentinianum, Theodoſium. Traianus certe regiam hic ædificavit, quæ hodieque nomen ſervat *Palatij*. Debilitata autem Cæſarum potentia, variorum hæc Vrbs Barbarorum impetu convulſa eſt & labefactata: Gothorum, Hunnorum, Langbardorũ: quibus, Caroli Magni auſpicijs, Italia exactis fidei ſe commiſit *Francorum Regum*: inde *Germanorum Cæſarum*, quorum plerique Ferream Coronam, Imperij ſolemnia, accipere ibi, in vetuſta celebrique D. Ambroſij æde, conſuerunt, uti ſingulorum exemplis probat Leander. Tandem ſub Fridericis I & II Cæſaribus, quibus perpetuo rebellavit, novos ſortita eſt Dominos, *Galeatios Vicecomites*, qui deinde, anno CIↃCCCXCV *Duces* a Wenceſlao Imperatore nominati. *Vicecomitum* Stemma legitur apud Merulam lib. V Vicecom. & alios. His deficientibus *Sfortiæ Ducum* Inſignia ſunt adepti, cõſentientibus Civiũ ſuffragijs, & accedente Romani Imperij auctoritate: quod Galeatij nunquam obtinere potuerant. Horũ ſtirpe Maiorũ noſtrorũ ævo exſtincta, ſucceſſit Carolus V Imperator, qui Principatũ ad *Reges Hiſpaniæ*, Succeſſores, tranſtulit. Vrbs primaria Latinis Scriptoribus omnibus *Mediolanũ*, Μεδιολάνιον Polyb. Strab. Ptol. cui & Μεδιολάνα Italis hodie *Milano*: Germanis *Mey-lãt*. Vrbs *Melana potẽs*, inquit Gotfridus Viterbienſis pro *Mediolano*. *Olanũ* ab Conditore dictũ notat ſuppoſititius Cato. Sunt qui prius *Inſubriam* vocatam volunt, ut ſcribit Caſtilioneus. *Inſubriæ* meminit apud Abrahamũ Ortelium Nummus antiquus M. Valerij

Vrbs Mediolanum. Meſſalæ. *Mediolanum* ab *Gallis* Inſubribus conditum; auctores ſunt Livius, Trogus, alij: qui, Belloveſo Duce, in Italiam profecti, pulſis Tuſcis, fundamenta iſtic Vrbis locarunt: anno, ut quidam computant, ante Chriſtum natum CCCXXXIX: ut alij CCCLXXX. Quidquid ſit; antiquiſſima eſt. Nomen illi natum, judicio V CL. Iſaaci Caſauboni ad lib. IV Strab., ab Santonum in Gallijs vrbe *Mediolanio*. Quidam vocem aiunt eſſe Germanicæ originis, quaſi *Mey-land* ab Agro vernante, qualis *Maio* menſe ſolet eſſe: vel *Mid-land*, quod medium eſſet & velut umbilicus, uti etiam Iovius indicat Inſubriæ, Ticino Amne clauſæ: vel denique *Maegde-landt* ſive *Meidel-landt*, *Virginis Regio* vel *Terra*, ab Minerva cujus ibi Templum fuit, quod olim S. Salvatori, poſt D. Virgini, hodie D. Teclæ. Elegantes adponam ea de re verſus doctiſſimi viri Andreæ Alciati:

Bitturicis Vervex, Heduis dat Sucula ſignum: *Culta Minerva fuit, nunc eſt ubi numine Tecla*
His populis patria debita origo meæ; *Mutato, Matris Virginis ante domum.*
Quam Mediolanum *Sacram dixere* Puellæ *Lanigera huic ſignum ſuis eſt, animalque biforme*
Terram; *nam vetus hoc Gallica lingua ſonat.* *Acribus hinc ſetis, lanitio inde levi.*

Vbi notandum etiam illam opinionem, qua nomen Vrbi impoſitum contenditur ab Heduis & Biturigibus eius Conditoribus: quorum illi *Porci*, hi *Arietis* ſive *Vervecis* ſigno uſi, ſuæ memores originis, unum *Lanatæ Suis* ex duobus factum civitati huic dederunt, & ex eo nomen *Mediolani* fecerunt. D. Ambroſius alijque nomen derivant ab Apro, qui *media* parte *Lanatur* in Vrbis fundamentis fertur repertus. Situs illi inter Ticinum Abduamque, haud procul Alpibus, peropportunus; natura cœli ſolique temperatus. De ea ſic Strabo lib V. Ἱστοροῦσι δὴ καὶ τοῦτο εἰσί. Μεδιολάνιον δ' ἔσχον μητρόπολιν, πάλαι μὲν κώμην. ἅπαντες γὰρ ὤκουν κώμηδόν. νῦν δ' ἀξιόλογον πόλιν, πόρρω τῆς Πάδου συνεστῶσαν πάνυ ταῖς ἄλλαις. Sane inter maximas Europæ cenſetur Vrbes. mercatura, opibuſque florens: ſplendore ſuperbit Ædificiorũ: Templorũ magnitudine, Prætoriorũ amplitudine, pulcritudine Vicorũ: mœnibus, propugnaculis, armamentarijs ſupra modũ inſtructa: ſpaciũ complectens immenſum, Suburbia habet longa, lataque, quorum nõnulla cum magnis Civitatibus committi poſſet, altis foſſis non ſecus, ac Vrbs ipſa, undique cincta. Poſt Ædem Sacram, quam *Domum* vocant, magnifice ſpacioſeque ad Forum exſtructam, D. Laurentij Fanum eſt ingens in ruinis Templi Herculis excitatum. Exſtant etiamnum ſedecim ſtriatæ Columnæ peraltæ, magnificentiſſimi operis veſtigia. Arcem ibi videre eſt, omnium fere, quæ in hoc terrarum orbe munitiſſimam, cui *Porta Iouiae* nomen; inexpugnabilem, quaque in Europa nihil celebrius. *Xenodochium* ibi vel Noſocomium ſuburbanum, via Bergomati, jugerum aliquot ſpatio ampliſſimum, ab Sfortijs inchoatum, nondum abſolutum. Eſt & Curia vetus, ubi exiguum D. Gothardi Fanum, nobilibus aliquot Vicecomitum ſepulcris decoratum. Multæ ſunt in hac Vrbe priſci ævi Inſcriptiones, aliaque veterum monimenta. Academiam habet antiquiſſimam, ubi etiam *Virgilius* litteris operam dediſſe creditur. Ad Prædicatores tam inſignem eſſe *Bibliothecam* ſcribit Leander, ut celeberrimis Italiæ non cedat. Magna ſemper Civium, qui mire navi & induſtrij, hic fuit frequentia: uti & olim. Artificũ diverſa ibidem genera, tanta frequentia, ut vulgato proverbio dicatur, *Che chi voleſſe raſſettare Italia, si ruina Milano*: *Mediolanum* ſcilicet deſtruendo, *Italiam inſtrui poſſe*, nimirum quorum vis artificum copia. Dicitur Hiſpaniæ Rex ex hoc Statu proventum habere octoginta aureorum millia. Adminiſtratio Cauſſarum Civiliũ

Ratio gubernandi. & Criminalium pendet ab Senatu Mediolanẽſi; in quo XVI ſunt Doctores, & nonnulli Prælati Patritijque Mediolanenſes.

VERONAE PRINCIPATVS, VICENTIAE ET PATAVII,

Vrbium præcipuarum Marchiæ Tarvisianæ ditiones ampliter descriptæ.

Meridiani distant pro ratione paralleli 45. o. ad meridianum

VERONÆ, VICENTIÆ ET PATAVII ditiones.

Veronæ Ditio.

HAc Tabula Ditiones trium Vrbium primariarũ *Marchæ Tarvisinæ* declineantur, *Veronae, Vicentiae & Patavij*. Occurrit primo loco *Veronae ditio* siue Territorium. Eius longitudo, quæ a Bruchelio Opido sumitur Rivam usque, in ultimo Benaci recessu positam, lxv est Milliarium: latitudo ab Turre Confinium Rivoltellam usque xl. Ager ex parte lapidosus, ac propterea incultus, ex parte optimus est: tritico, oleo, vino pecoribus, vellerũ item preciosorũ, ceterarumque frugum copia abundans: nobilissimas item habens Lapidicinas. Lectissimos etiam medicinalium herbarum thesauros, præcipue in monte Baldo, quibus regionis undique eo confluit AEsculapij proles. Vrbem Veronam condidisse feruntur *Tusci*, apud alios *Galli Cenomani*: quibus ejectis, in fide diu fuit & potestate *Romanorum*: quorũ auspicijs *Coloniam* eo duxit Cn. Pompeius Strabo, Magni Pater. Ab *Attila*, Hunnorum Rege, post vastata, varijs inde subdita fuit Tyrannis, quorum agmen duxerunt facile *Gothorum Reges*: Hos expulerunt *Langhardi*; Langbardos, Carolo Magno Duce, *Franci*: post quos *Berengarijs* ab Othone I Imp. Italia ejectis, sui juris facta quietem aliquandiu habuit sub auctoritate fideque *Romani Imperij*: Per vim adeptus *Actiolinus Romanus* Præfecturam in Dominatum convertit, exacto *Azone Atestino*, quem S.P.Q. Veronensis Prætorem designarat. Eo defuncto circa annum CIOCCLIX communibus Civium Suffragijs *Scaligeri* magistratum gesserunt cum titulo Vicariorum & Principũ annos propemodum CXXVIII; quibus extirbatis partim, partim veneno necatis, suæ ditionis fecerunt *Galeatij*, inde *Carrarienses*. Hos exterminarunt *Veneti* in quorum etiámnum potestate constanter & tranquille perseverat. Vrbs *Verona* Latinis; Ο'ινηοῦνα Ptol: Ο'ίνηρων Strab, Βέρωνος, Steph. Nomen hodie retinet. Germanis *Dietrichs Bern*. Ab *Vera*, nobili Etrusca familia, dictam fabulantur apud Annium Viterbiensem Cato & Sempronius. Alij nomen natum volunt *a Brenno*, Gallorum Duce, priusque *Brennonam* nuncupatam, post autem lapsu temporis *Veronam*. Aerem habet tenuem. Non absimilis Helvetiorum Basileæ natura, situ, pulcritudine ædificiorum est nobilis; æquo solo recumbens, ad Meridiem, Ortum, Occasumq; conversa brumalem: tellure ad Septemtrionem leniter adsurgente, jugisque Theatralem pene formam exprimentibus. Athesi amne non tam dividitur, quam munitur & circumquaque cingitur. Mille Antiquitatũ vestigia veterem testantur Vrbis magnificentiam & divitias. Vias habet rectas & amplas; coctili stratas lapide. Templa circiter XXXV, quorum præcipua vervetusta Aedes Cathedralis, & *D. Anastasij*: Monasteria X. In summo clivo duæ sunt Arces nobilissimæ *D. Petri*, & *S. Felicis*. Item *Castellum Vetus*, & quæ vulgo *Citadella*. Amphitheatrum ibi visitur omnium maximum, & quo nullum fere integrius, media Vrbe adsurgẽs. Civitas hæc Episcopatus gaudet dignitate. Incolæ magnifici, splendidi, jucundo adspectu, ingenij summi, maximeque ad litteras idonei. Illud hoc loco non omittendum, quod cum Veneti hanc vrbem munirent, in ipsis fossis antra excavata e topho inventa sint; cumque in monte foderetur, Echini Saxei illic spectati sint, itemque conchæ, ostrea, avium rostra, stellęque pisces, omnia in lapidem versa.

Regio. Situs. Soli qualitas. Imperiũ Maiorum. Vrbs Verona.

Vicentiæ Ditio.

VIcentia *Ditio* sequitur; cuius Ager ut amœnissimus: ita vini, frugum aliarumque rerum fertilissimus: præcipue Mororum, quorum frondibus Bombyces aluntur. Haud procul Vrbe duæ nobiles Lapidicinæ, in Monte, qui *Cornelius* Latinis, vulgo *Covelo*. Sunt & Marmorum in Valdanio vico. Vrbs ab *Tuscis*, vel, ut scribit, Trogus, ab *Gallis* condita, sequenti ævo in fide diu stetit *Populi Romani*, usque ad *Attilae* tempora, a quo vastata, post in *Gothorum*; inde in *Langhardorum*, postremo in *Italiae Regum* fuit potestate. Iis pulsis, libertate sua sub auctoritate *Imperij Romani* est usa usque ad Friderici II Imper. principatum, a quo direpta cremataque varios habuit Dominos, *Carrarienses* Patavinos, *Scaligeros* Veronenses, *Galeatios* Mediolanẽses: *Venetos*. Tandem *Maximiliani* I *Imperatoris* armis infestata, eiusque fidei subjecta, *Venetis* ad extremum est reddita. Consulendi Blondus lib. XVII & Seqq. Histor. Corius Parte II, Merula lib. IIII Vicecomit. & alij. Vrbs ipsa Trogo, Pomponio, Tacito, alijsque dicitur *Vicentia*: *Vicetia* Plin. & Antonino: Βιϛητία & Βιτητία Aeliano, Ο'υικεντα, Ptolemæo: vulgo *Vicenza*. Dicta, ut Baptista Palarinus auguratur, vel ob gentis incolæ *Victoriam*, vel ab *Villis* centum, ex quibus junctis facta fertur civitas. Sita juxta radices collis, duobus amnibus, qui navigabiles, Rerone & Bachilione inæqualiter divisa. Non usq; adeo elegans & magna: sed populosa, rerumque omnium copia abundans. Quatuor ibi notatu digna, Palatium

Regio. Soli Fertilitas. Imperiũ Maiorum. Vrbs & Opida.


VERONAE
VICENTIAE
ET PATAVII
Ditiones
Lago
di
Garda
Valle di Lastisa
Per Gerardum
Mercatorem
Cum priuilegio

tium Prætoris magnificum: Pons unius Arcus; Saxum solidum Aræ maioris in Ecclesia D. Laurentij, stupendæ longitudinis; Theatrum denique, vulgo *L'Academia*. Cænobium ibidem D. Coronæ, ubi pulcerrima Bibliotheca. Incolę ingenijs sunt vividi; ad litteras, militiam, mercaturam promtissimi, faciendæ rei perpetuo sudantes: splendide vivunt, honeste vestiuntur. Nobiles habet & antiquas Familias, uti videre est apud eundem Paliarinum lib. v & vi. Episcopatus gaudet dignitate. Porro in *Vicentinorum* ditione Opida sunt *Marostica* celebre & divitijs affluens Opidum: *Brendulum* divitijs, nobilitate ac frequentia nobile: *Lenicum* cum opibus & multitudine ac nobilitate, tum amplitudine, multis Italiæ civitatibus par. Est & sexto supra Vicentiam lapide, Austrũ versus, pagus & Castellum *Custodia*, quod ibi quomdam noxij homines custodiri cõsuerint in vastis Latumijs, ad cædendos ædificijs faciundis lapides. Iacet ad montis altissimi pedem, in Solis exortum spectans. Posteriori ad Occasum Latere, Mons cavernas habet, inter alias unam memorabili vastitate. Nam uti mensura cæterisque rationibus colligi potuit, ambitu fere tria Millia Pass. continet. Cavatus ita Mons diuturno temporis spatio creditur, cæsis ad ædificia lapidibus; quoniam antiquas Patavinorum & Vicentinorum ædes hoc Lapide constare palam est. Relictæ autem fulciendo Montis tecto, pilæ cernuntur solido ex eodem Lapide peringentes, quadratæ trium ferme in singulis lateribus perticarum intervallis inter se imparibus, plerisque tamen, uti mensura compertum, perticarum xii. Numerus columnarũ in universum ad mille esse creditur.

Patavij Ditio.

Regio. Situs.

SVperest *Ager Patavinus* nobis in hac Tabula describendus. Hic apud Bernardinum Scardeonium describitur his terminis: *A Meridie Atheſis Fluvius procurrit: a Septemtrione Muſo amnis parvus dilabitur: ab Oriente æſtuaria Venetiarum; ab Occidente vero Colles ſunt Euganei & Ager Vicentinus. Patet omnis hic circuitus clxxx P. M: in quo Sexcentae & quadraginta ſeptem Villae ſeu Pagi.* Dicere solitus scribitur ab Cœlio Rhodigino Constantinus Palæologus: *niſi ſciret a Sanctiſſimis Viris affirmari, in Oriente Paradiſum eſſe, arbitrari ſe non alibi eum reperiri poſſe, quam in perſuavi Patavina amœnitate. Ager* frumenti, variorum fructuum, vini etiam generossimi ferax: unde Martialis; *Pictaque pampineis Euganea arva iugis:*

Soli Fertilitas.

Venationibus insuper, Aucupijs & Piscationibus frequens. Mirabilem rerum omnium copiam Incolæ triviali celebrant proverbio: *bologna la graſſa, Padova la paſſa.* Vrbs perpetuo amica sociaque *Populi Romani*, uti paret ex Livij lib xli & M. Tullij Philippicis, *Colonia* deducta multo meliore fuit conditione, quam aliæ Coloniæ; Nam Patavinis ius etiam suffragiorum datum legitur, tamquam Civibus Romanis. Capta direptaque cum alijs ab *Attila* Hunnorum Rege, annisque centum post ab *Langbardis*, qui & igne cremarunt, cum *Caroli Magni* principatu partim sub *Regibus* cœpit esse *Italiae*, *Franciſque Cæſaribus*; partim sub *Berengarijs*: sui tandem juris quodam-modo facta imperante Othone i; Prætorem ex suis creavit & Populi Præfectum. Duravit hæc Reipubl. forma usque ad *Fridericum ii*, cujus jussu auspicisque Vrbem occupavit *Actiolinus Romaninus*: post quem Dominos habuit *Carrarienſes, Scaligeros, Galeatios*, & circa annũ ab Christo nato CIↃCCCCIV *Venetos*; quibus adhuc paret, tamquã pia Mater, præsento viriũ nõ satis compos, pię Filię (nam *Patavinorum Colonia, Venetiae*) non tam imperio, quam ministerio regenda. *Patavium* Civitas antiquissima, flos & decus Vrbium, quãscumque tellus Itala continet. Παταύιον Strab. Πατάυιον Ptol. hodie *Padua*. Ptol. etiam alio loco Βαρτόβιον nominatur. Nomen natum quidam putant a *Padi* vel *Paludum* vicinitate: sicque dictum quasi *Padavium*. Alij ἀπὸ τῆς πάτης ειας dirivant, quod captato augurio fuerit condita; nonnullia *petendo*, quod avem Antenor, Vrbis conditor, telo petiverit; Incertis omnes conjecturis. Condidisse memoratur *Antenor*, Troia profugus, apud Virg. lib. i. Aeneid., Livium, Pomponiũ Melam, Solinũ, alios. Sita est Vrbs loco fertili & plano: placidissima Cœli fruens temperie, summa Soli bonitate; Euganeorum Montium amœnitate, Alpium Marisque vicinitate beatissima. Perfluit eam Brenta amnis. Ambitus duplex hodie, olim triplex; Exterior sex millia, ducentosque passus continet, cum sex Portis magnificis: Interior tria millia passuum altissimus, superne deambulacrum habens perpetuum. Magnifica porro splendida, rebus omnibus, quæ ad vitam necessariæ, adfluens Silice strata: Fossis, Vallisque, & Propugnaculis undique bene tuta. Aedificia habet Sacra, Profana, Publica, Privataque, magnifica & sumtuosa. *Templum Cathedrale*, ab Henrico Imperatore structum, xxii sub se habet *Basilicas* intra Vrbem, ob splendorem tali matre dignas, plurimas etiam superiores. *Monasteria Virorum* sunt xxiii: & xiix *Virginum Collegia. Palatium* ibi *Henrici Imp.* opus, in quo Ius dicitur: rota Italia nominatissimũ, nullis fultum columnis, plumbo tectum. *Curia*, insuper publici consilij, cũ Porticu, columnis marmoreis suffulta, Saxo constructa, plumbeis item laminis intecta: *Fora* maxima sunt v: Pontes xxxix, ex lapide, fornicati, supra Brentam. *Porticus* amplissimæ; *Areae* spatiosissimæ: *Nosocomia iii*, *Xenodochia* totidem. Est & *Orphanotrophium*: & *Domus Dei*, Expositijs Infantibus dicata. *Domorum* quatuor millia hodie suo ambitu complectitur. Episcopatus superbit dignitate. Incolæ summis prædíti sunt ingenijs; ad arma, litteras, omniumque virtutum studia promti. Nobilitarunt Patavium ortu suo *Titus Livius, C. Valerius Flaccus, L. Aruntius Stella*, & innumerabiles alij. Cives inter præcipuas artes *Lanificium* exercent hodie, uti & olim. *Academiam* habet *Patavium* nobilem, quę Natales suos debet Carolo Magno Imperatori, vel, ut alijs placet, Friderico ii: Adolescentiam Vrbano iv, P. M: maturitatem inlustrissimę Venetorum Reipublicæ. Clarissimum est omnium Disciplinarum Artiumque Emporium: *Iuris Legumque corona, Et Sacrae Themidis, Iuſtitiaeque Domus.*

Imperium Maiorum.

Vrbs & Opida.

Ornata est longa consuetudine ijsdem, quibus Bononiensis, Privilegijs. Habent suũ ibi *Hortum* Medici, Simplicium forma sphærica amplum & irriguum. Videre ibidem est *Bibliothecas* varias, Græcis Latinisque Libris abunde instructas: unam, apud S. Ioannem in Viridario: alteram, apud S. Iustinam; tertiam, apud S. Antoniũ. *Patavio* municipali iure hoc tempore subjacent vii insignia Opida, quæ sunt: *Montinianum, Castrum Baldum, Atheſte, Mons Silicis, Sacci* opidum, *Campus S. Petri*, & *Cittadella*. Item vi *vici, Miranum, Oriacum, Titulum*, & *Livianum, Arquadum*, Francisci Petrachæ sepulcro celebertimũ, *Conſylvium*, & *Anguillaria*. Adeo vere Fluminibus irrigatur hæc Regio, ut maximo incolarum commodo & utilitate, nullus agrestis vicus vltra v Pass. Millia a flumine distet.

FRIVLI ET ISTRA
KARSTIA, CARNIOLA, & VVINDORVM
Marchia, Cilia Comitatus.

Ecclesiastica administratio.

Aquilegia Patriarchatus 36 10: 45 42. sub quo sunt Episcopatus hi, Concordia 35 24: 45 17. Pola 37 20: 45 4. Parentium 36 46: 45 12. Triestinensis vel Tergestinensis 36 43: 45 38. Comaclensis vel Petenensis. Iustinopolitanus nunc Capo de Istria 36 46: 45 31. Madriensis Civitatis novæ vel Emonensij.

Reliquos Episcopatus qui subsunt Patriarchæ Aquilegiensi, quære tab. 2. Lombardiae.

Gradensis Patriarchatus 36 12: 45 53. sub quo sunt Castellanensis vel Venetiarum Episcopus. Tercellanensis 34 54: 45 24. Equilensis vel Eusulanus. Capruliensis, Clodiensis 34 53: 49 29 in tab. Veronae. Civitatis novae 35 17: 45 30.

Meridiani distant pro ratione paralleli 46 0.
ad meridianum.

FORVM IVLII ET ISTRIA, &c.

Forum Iulij.

SEquuntur apud Mercatorem *Forum Iulij*, & *Istria* cum alijs regionibus. Nomen huic Regioni vel ab *Foro-Iulio*, vrbe primaria, vel vt alij volunt, ab *Iulio Cæsare*, qui aliquot Legiones hac adversus Germanos duxerit. Italis hodie *Friuli*: Germanis, *Friaul*; Venetis alijsque *Patria* nuncupatur. *Aquileiensem* etiam appellatam fuisse patet ex Historijs. Fines huic Regioni ab Ortu Istria: ab Aquilone, Montes lapidij; qua Occasus, Alpes Vindelicæ Noricæque; qua Auster, Sinus Hadriaticus. Beant Regionem Cœlum temperatum; Aer salubris: Campi lati, irrigui, fructuumque omnigenorum fertiles; Prata nimidissima; Pascua pecoribus gratissima; item Vites vina generantes generosissima: Silvæ quoque tam materia cædenda, quam venationibus munificæ: Montes Metallorum, Marmorumque variorum, nec non pretiosorum lapidum feraces. Inhabitarunt primum hanc Regionem *Euganei*, inde successu temporis *Veneti*, mox *Galli*; postea sub *Populi Romani* fuit imperio, cujus majestate inclinante in *Langbardorum* venit potestatem. Iis successerunt *Imperatores*, his *Berengarij*; quibus excisis in ditionem redijt *Imperij Romani*. Donavit bonam ejus portionem *Aquileiensi Ecclesiæ* Otho Imperator: reliquamque cum Istria Conradus. Fecerũt tandem sui juris *Veneti*, circa annum CIↃ CCCCXX; qui hodieque ibi dominantur: licet pleraque *Comitibus Dominisque* subsit peculiaribus. Metropolis hujus Regionis *Vtinum*: vulgo *Vdene*: Germanis *Weyden*. Condirum hoc Opidum quidam volunt ab *Austriacis*, quod *Austriæ Duces* diu hunc tractum possederint; alij *Attilam*, Hunnorum Regem, ejus auctorem tradunt; quidam ab *Vdinis*, Scythiæ apud Plin. populis factum notant: nonnulli priscæ adserunt originis, argumento cum Arcis ab Iulio Cæsare refectæ, nominisque eiusdem *Iuliae*, tum multarum, quæ hic indies inveniuntur Antiquitatum. Aliorum opiniones prætereo. Leander arbitratur antiquum esse Opidum, eiusque mentionem fieri apud Plinium. Niger credit Ptol. aliorumque *Forum Iulium* esse: non bene. Quidquid statuendum sit de prima origine, Vrbs est ampla & magnifica; rebus omnibus necessarijs adfluens. Ambitus eius milliarium est quinque. Veneti hodie Rempublicæ regunt missis eo præsidibus quos *Locum-tenentes* vocant. Civium in ea numerus est XVI millium. Sunt & aliæ vrbes: *Aquileia*, ἀκυλήια Strab. & Steph. ἀκυλήια Ptol: ἀκυίλια, Eustathio; *Aquilegia* vulgo: *Aglar* Germanis. Dicta, vt quidam volunt, ab fontibus *aquarum* perennibus, quibus abundat: vel, vt aliis visum, ab *Aquila*, militari Romanarum Legionum Signo: vel, ab *Aquilone* Ilienſi, quem ferunt in Italiam venisse cum Antenore. Conditam ab Romanis memorat Strabo, munitionis loco contra Barbaros. Sita ad Natisonem fl. Vrbs olim fuit ampla, copiosa, Mœnibus firmissima: Templis, magnifico Theatro, aliisque operibus publicis & privatis supra modum ornata. De ea Ausonius:

Regio & unde dicta.
Situs
Cœli temperies.
Soli fertilitas.
Imperium maiorum.
Vrbes.

Non erat iste locus: merito tamen aucta recenti — *Italia ad Illuricos obiecta Colonia Montes;*
Nona inter claras Aquileia *cieberis vrbes:* — *Mœnibus & Portu celeberrima.*

Hodie infrequens est Colonis, & ad solitudinem propemodum perducta, quę quomdam summo fuit splẽdore, summaque amplitudine. Fidem sequuta legitur constantissime *Imperij Romani* usque ad *Attilae* Hunorum Regis tempora: a quo totum obsessa triennium magna Annonæ inopia laborans, tandem capta est & vastata, obtruncatis XXX fere septem hominum, qui in ea degebant, millibus; reliquis Gradus insulam fuga elapsis. Post ab *Narsete* restituta, in *Langbardorum* aliquandiu fuit potestate, usque ad Caroli Magni in Italiam adventum: ex quo *Italiae Regibus*, deinde *Imperatoribus* paruit. Post sub ditione *Patriarcharum* esse cœpit: ab ijs ad *Venetos* venit, sub quibus iam nunc pace alta & tranquillitate fruitur. *Goritia*, iudicio Leandri, *Iulium Carnicum* Antonino & Ptol. Alii de *Iulio Carnico* aliter statuunt. Amasæus lib. de Venet. finib. *Geritiam* notat, ubi quomdam *Noreia*: *Noritiam* Candidus. *Goritia* suos habet Principes, qui Ducibus Austriæ parent. Opidum est opibus & nobilitate clarum. *Portus Gruarius*, Plin. *Portus Romatinus*: *Spilimbergũ*, natura loci opereque munitissimum: *Maranum* frequentia divitiisque clarum: *Mons Falconis* nobile divesque Opidum: Est & *Palma* civitas & arx rotunda a Venetis exstructa Anno CIↃ IↃ XCIII, cuius fundamentis substrati sunt nummi cum hac inscriptione. Parte una, *Pascale Ciconia Duce Venetorum*, An. Dom. M.D. XCIII. Parte altera: *Fori Iulij, Italiae, Christianae fidei propugnaculum.* Reliqua minorum gentium prætereo. Flumina ad hanc regionem pertinent *Romantinum*, *Tilaventum*, *Sontius*, *Frigidus*, *Natiso*; *Alsa*, *Turrus*, & alia. Indigenæ ad humanitatis Artes, Mercaturam aliaque honesta studia aptissimi.

FORVM IVLI-
VM. KARSTIA. CAR-
NIOLA. HISTRIA
ET WINDORVM
MARCHIA.
Per Gerardum Mercatorem
Cum priuilegio
Miliaria communia Italiæ
OBER
KRAIN
Cilli
Win
dich
mar
Golfo
Trieste
Golfo
Occidens
Oriens
Septentrio
Meridies

Regio. Foro Iulij Succedit *Istria* Latinis Græcisque Scriptoribus satis nota; nomen hodie seruans: Germanis *Hister-reich*, quasi *Istria Regnum*, dicta. *Iapydiam* quondam fuisse nuncupatam, indicat non obscure Plin. *Peninsula* formam refert: pleraque, inter duos sinus Tergestinum & Carnarium, mari cincta Hadriatico: ab Septemtrione Alpibus munita Carnicis & Noricis: ab Occasu anteaquam in mare excurrere incipiat, Formionem habens amnem, Arsiam vero fl. ab Ortu. Latitudo xl P. M; Ambitus, cxxii, ab Formione, quem dixi, ad Fanaticum usque Promontorium, vel intimum Carnarij sinus angulum extensa. Ota Regio asperior est: Collibus tamen potius, quam Montibus ornata: qui vini, olei, aliorumque fructuũ feraces: Frumenti ceterorumque Leguminum infœcundiores: exceptis Agris *Piscino* & *Humagio*. Mous ibi est, qui *Maior* vulgo, benignus Herbarum Simplicium, quas avide extranei quæsitum huc properant Medici, genitor. Salem *Istria* abunde præbet. Saxifodinæ ibi non inutiles. In Rovinienſi agro Marmor cæditur, quod *Istricum* dicitur, maximi per Italiam precij. Porro Istria ex parte Venetorum est, ex parte Austriacorum. Specialiora videamus. Per oram incedenti occurrit statim *Iustinopolis*, Vrbs Chersonesi primaria. Sic doctis vocatur, quæ vulgo *Cabo d'Istria*. Nomen prius ab *Iustino* Imperatore. Posteriore deinceps nomine cœpit dici, quod Foro Iulio egressis in *capite* adituque Regionis occurrat. Parvam occupat Insulam, quæ passibus longa mille, latitudine modica: trino teli jactu diuisa ab Continenti, cui jungitur Pontibus, qui versatiles. Arcem habet in medio, quatuor munitam turribus. In *Venetorum* hodie est, ditione. Ornamentum attulit Vrbi non exiguum *Petrus Paulus Vergerius*, vir doctissimus. Succedit in ora quinto fere lapide Castellum *Insula*: Continenti ponte lapideo nexum. Sequitur mox *Vranum*, Italis *Castellstium*, & postea *Castillerium*, vulgo *Castelier*. Quingentis hinc passibus ad *D. Simonem* devenitur: inde millia V *Piranum* abest: totidem hinc *Salvorium*: pari propemodum intervallo *Vinacum*. Ab Vinaco millia duo numerãtur ad D. *Peregrinum*: hinc ad *D. Ioannem della Corne* passibus mille: totidemque dein ad S. *Laurentium* vulgo *di Daila*; mox ad alterũ lapidẽ ipsa *Daila* & ad tertiũ *Civitas Nova*, olim *Æmonia*. Post *Quietũ* fl. tria mil. sũt ad *Portũ Cerveriũ*. Visitur quarto inde lapide *Parentiũ* civitas, hodie *Parenzo*. Sequitur mox Opidũ *Orser*, Latinis *Vrserium*. Superato *Lemo*, *Rovinium*: tũmox quæ vulgo *Le Colonne*, *Portesuol*, *Murazzo*; indeque Promontorium *Cisanum*. *Muratio Phasaniam* tria sunt millia, hinc ad *Vallem Bandoniam*, duo, totidemque, ad *Marcodainum*: tria inde, ad *Portum Pola*. Conspiciendam deinde se præbet in alto difficilique Monte Vrbs Episcopalis *Pola* priscum nomen retinens: Straboni, Plinio, Ptol. Antonino, alijsque nota. Plinius *Coloniam* vocat: conditam olim ab *Colchis exsulibus*: *Polam* enim *Exsulum Civitatem* Colchorum lingua volunt dictam: Addit Plinius suo seculo *Iuliam Pietatem* appellatam. In solo plano sita, Tergeste millibus circiter c abest: Ancona, trajectu maris Hadriatici, mill. ccxx. Amphitheatrum videre est in suburbanis locis ex quadrato lapide: aliudque amplissimum Ædificium, vulgo *Zadro* dictum: cum multis alijs Antiquitatum variarum Monimentis. Reliqua prætereo. *Istria* fluvij sunt, *Risanus*, *Draconia*, *Quietus*, *Lemus*, *Arsia*. *Risanus* Ptol. dicitur Φάρμιον. V Volfgangus Lazius vocat *Alben*. *Draconia* nomen ab tortuoso sinuosoque lapsu, quo Draconi adsimilatur. Inlabitur in Sinum Largonem. Qui *Quieto* Incolis, Latinis hujus ævi *Labatus* nominatur: Italis *Laboto*: Germanis *Laybach*. *Lemus* Euripus magis, quam fl. videtur. Qui *Arsia* Plin. & Itinerariæ Tabulæ, nomen hodie servat, *Arsa* dictus. Terminus est Italiæ. *Silvae* etiam sunt, tum alijs vsibus, tum ad naves exstruendas materiam affatim subministrantes. Incolæ re sunt tenuiore: Venetis omnem negotiationem ad se trahentibus. Luculentam istiiæ delineationem istriæ delineationem habet Cassiodorus lib. IV Variarum. Eiusdem Chorographiam scripsit Petrus Coppus. De *Winderum Marchia* infra dicendũ erit, eoq; de ea scribere hic supersedebo. De Karstia & *Ciliæ comitatu* vix habeo quod scribã: pauca ergo de *Carniola* subijciam.

Situs.

Soli qualitas.

Vrbes.

Fluminis.

Silvae.

Carniola.

Regio & unde dicta. *Carniola a carnis* populis, quemadmodum & Carinthia nomen obtinuit. De his Volaterranus Geographię lib. II: Supra Istros *Carni* sunt, lata regio, a Foro-Iulienſibus incipiens, atque ad montana pertinens. Hoc loco *Iapides Liburnosque* olim habitasse tradunt. In his vero regionibus Illiricis tanta etiamnum est terminorum confusio pro varia Reipublicæ, seu imperij Romani status vicissitudine, vt provinciarum quæ hodie ibidem numerantur, vix aut penitus fere nulli certi Limites tradi queant. Regio ipsa Carniolę montosa licet & alpestris, quemadmodum & reliquæ hujus tractus provinciæ; Vini tamen, olei, fructuum ac frumenti hinc inde copiã profert. *Carniolam* autẽ duplicẽ statuunt. *Siccam* scilicet, quæ aquarum indiga est: alteram irriguam, in qua *Savus* fluvius ortum habet, & *Nauportus* qui *Labatus* hodie dicitur, & alij plures fluvij: *Ducatus titulo* ornata est. Vrbs primaria *Labacum* ejusdem cum fluvio nominis. Nonnulli *Goritiam* in Carniola collocant, quam nos supra in Foro Iulij recensuimus. In Læva Sontij ripa sursum propugnacula reperiuntur bina, quondam a Venetis ad tutelam fluminis condita, ne Turcarũ excursionibus hac, vti prius, pateret via. Reliquæ, quæ hic recensentur civitates in Foro Iulio a nobis commemoratæ sunt. Porro in hac regione Lacus est, qui singulis annis Messẽ, Piscationem & Venationem præbet. Adcolæ *Zircknitzerzee* nominant ab Opido *Zircknitz*, quod in eius ora situm. Straboni, locus hic an Lacus dicam? vocari putatur λίμνη, in Pannonia descriptum. Sed libet eius descriptionem paullo accuratius ex Georgio VVernhero hic describere; Clauditur is circumquaque montibus: patet ad sesquimilliarium, minus laxa latitudine. Plerisque in locis decem & octo cubitos altus est: & vbi minimum profundus est, æquat justam humani corporis mensuram. Ex montibus circumpositis rivi quidam ignobiles procurrunt suo quisque alveolo: ab Orientali quidem plaga tres, ab Australi quatuor. Singuli quo longius fluunt, hoc minus scatent aquis, terra nimirum ipsos combibente, donec postremo absorbeantur scrobibus saxeis, ita natis, ut humano opere excisę videri possent. Hic aquis ita redundantibus, vt recipi non possint, fit vt regurgitent scrobes, neque solum nihil aquæ admittant; sed etiam quidquid receperint, effundant tanta celeritate, vt refluxus impetum equiti quamvis expedito & fugienti ægre effugere liceat. Itaque quacumque pateat locus, diffũdunt aquæ, & lacum efficiunt. Hæ aquæ non minus fere celeriter recedunt, quam accesserunt, sed non per scrobes illas tantum, sed universa pene terra eas non aliter recipiente, quam si per cribrum diffunderentur. Quod cum fieri sentiunt adcolæ, continuo grandioribus eius meatibus, quo ad fieri potest, obstructis, agminatim advolant ad piscationem, quæ ipsis non modo jucunda, sed etiam perfructuosa est. Nam hi pisces sale conditi magna copia ad vicinos exportantur. Porro siccato lacu fit messis, qua parte solum consitum, & idem rursus conseritur, antequam inundet. Graminis ita est ferax, ut post xx diem secari soleat. Quis hic ludentis naturæ miracula non suspiciat? Sed de his hactenus, ad reliqua pergamus.

Soli qualitas.

Vrbes.

Lacus.

THVSCIA.

EPISCOPATVS THVSCIAE.

Nepesinus epis. 35 47: 41 59.
Castellanensis 35 49: 42 11.
Montisfalconis 35 22: 42 12.
Viterbiensis 35 28: 42 6.
Suauensis, Soano opinor 34 45: 42 10.
Castellanus 35 17; 43 6.
Vulteranus 33 43: 42 44.
Senensis Archiep. 34 18: 42 44.
Fesulanus 33 51: 43 13.
Sarzanensis 32 25: 43 8.
Sutri 35 41: 41 57.
Ortanensis 35 40: 42 19.
Cornetanensis 35 13: 41 48.
Tusciananensis 35 16: 42 0.
Clusinus 35 8: 42 41.
Aretinas 34 49; 43 0.
Pientinensis Pontito fortè 33 3: 43 16.
Pistoriensis 33 22; 43 14.
Binensis
Corthonensis
Civitatensis 36 3: 42 3.
Balneorigensis
Vrbevetanus 35 12; 41 37.
Castrensis 35 0: 42 2.
Perusinus 35 37; 42 54.
Grossetanus 34 7; 42 10.
Lucanus 33 2: 43 2.
Florentinus Arc. 33 53: 43 8.
Lunensis 32 34: 43 4.

Pisa Archiep. 33 6: 24 52. *cui subsunt Messanensis* 33 53: 42 24. *Civitatensis & reliqui Episcopatus in Corsica.*

Meridiani distant pro ratione paralleli 41. 30.

TVSCIA.

SEquitur apud Mercatorẽ *Tuscia*, quæ qualia temporibus antiquissimis habuerit Nomina vel Cognomina, non quæram. Hæc enim pleraque parvi momenti, fideique incertæ. Illud certius est, satisq; constat, totã hanc Regionem antiquis Scriptoribus tribus præcipue nominibus celebrari, *Tyrrhenia, Etruria, Tusciae, Tyrrhenia*, Τυῤῥηνία, ἀπὸ Τυῤῥηνοῦ simpliciter Steph. ἀπὸ τοῦ Τυῤῥηνοῦ, τοῦ ἄτυος Strab., ubi de *Atye* plura. *Etruria*, si Servio ad XI Æneid. fides, dicta, *quod eius fines tendebantur usque ad primam ripam Tiberis: quasi* Ἑτεροῤῥία, per Syncopen Ἑτρυρία. Nam ἕτερος est *Alter*, & ὅρος *Finis*. Hinc putant nonnulli *Etruriæ* nomen cum adspiratione scribendum. Sed in melioribus cum Latinis tum Græcis Codicibus semper sine adspiratione legitur. Aliorum opiniones prætereo. *Tuscia* Latinis, Θυσκία Dionysio Halicarnasseo lib. I, ἀπὸ τοῦ θύειν; ab *Sacrificando*: quod *Etrusci* præ cæteris *Italiæ Populis*, eorum quæ ad Religionem & Sacrificia pertinebant studiosi fuerint. Inde nonnulli primam Nominis litteram arbitrantur adspirandam. Alij ab *Ture* dirivant: Sextus Pompeius ab *Tusco Rege*, Herculis Filio denominatam scribit. Ex his tribus postremum sane hodieque retinet. *Toscana* namque vulgo audit. Fines eius sunt ad Meridiem mare Inferum, sive Tyrrhenum; ad Septemtrionem mons Apenninus, ubi Vmbria & Galliæ Togatæ pars: ad Occasum Liguria, a qua Macra fl. disterminatur: ad Ortum Tiberis. *Longitudo* inter Macram & Tiberim est stadiorum bis mille quingentorum: secundum Strab. *Latitudo* eius certo non potest diffiniri. Maxima est inter Populonium Promontorium & Arni Fontes. *Circuitus* septingenta habet Millia passuum, Fabio Vberto innuente. Terra ipsa qua Mari propior, planior est, oræque spectatu jucundissima; intus montosior: universim pulcra, nobilis, nullisque Italiæ Regioni sua beatitudine postponenda. Latos lætosque aperit Campos, rerũ omniũ fertiles; amœnissimas Valles, Mõtes, Collesque, Prædijs, Hortis, arboribus, præcipue Malis Medicis Citreisq; cõsitis, nitẽtes. Vinetis abũdat, *Vina* producẽtibus generosissima, in quis quæ vulgo *Tribiana, Aptana, Volsiniẽsia, Senẽsia*, & id genus alia. Veteres Incolæ universim dicti quomdã *Tyrrheni, Etrusci, Tusci*. Cum *Tuscis* iam inde ab Romuli tempore Populus Romanus bellum gerere cœpit, perpetuoque temporum tractu gessit, adeo ut, rebus ad periculosissimum statum adductis, sæpe Dictatore contra ipsos fuerit opus. Anno Vrbis CCCCLXXIV Vulsiniensibus & Vulcientibus florentissimis *Etruscorum* Populis victis per Ti. Coruncanium Cos. Romano Imperio sunt adjecti, atque ea parte Imperium ad Arnũm usque est propagatum Neque post id tempus iustum cum *Tuscis* bellum fuisse gestum memoratur. Ita subiugati constanter in fide Populi Romani manserũt. Inclinantibus Romanorum rebus, varias sunt Calamitates passi ab *Gothis, Langbardis, Hungaris*, alijs. Eo tandem ventum est, ut *Etruria* nunc, maiorem partem, *Magno Etruriæ pareat Duci*, sub cuius Imperio nobilissimæ sũt *Florentia, Pisæ, Sena, Pratum, Pistorium, Volaterræ, Mons Politianus, Aretium, Cortona, Pescia, Pientia, Mons Alcinus, Liburnum, Plumbinum*, aliaque quam plurima Opida. Ad *Summum Pontificem* pertinet *Patrimonium* quod vocant, *S. Petri*. Id ab Amne Pescia & a S. Quirico capit initium, & ad Caparanum usque Castrum in novo Latio non procul ab Liri fl. producitur. Ditionis *Hispaniarum Regis* sunt *Pontremulum* iuxta Macrę fl. fontem, quod olim Ducum fuit Mediolanensium, deinde *Portus Herculis, Orbetellum, Mons Argentarius*, & *Plumbini Arx. Carseniana* seu *Cr. Sminana Vallis*, sub Apennino ultra citraqȩ *Sercium* Amnẽ posita, in qua Castellum Novum est Grafinianum, cum plurimis alijs Castellis Vicisque, sub potestate est *Ducis Ferrariensis. Sarzana* apud Macram fl. ad *Genuenses* spectat. *Massa* & *Carraria* particularium sunt *Marchienum*, qui earum Titulis decorantur: Alia quoque sunt opida, Romanis quibusdã Proceribus subjecta, inter quæ *Braciadum* Vrsinis Ducatus Titulum præstat. In *Tuscia* porro hæ sunt vrbes maxime præ ceteris memorabiles: *Pisa* vrbs stupendæ vetustatis, *Pisæ* Trogo & aliis: Πισαι Strab.: Πισαι Ptol. Conditam vult Halicarnassæus a *Pisis Alpheis Pelasgis*: Plin. & Solin. a *Pelope Pisisque* sive *Atintanis*, Græca Gente: Strabo ab ijs conditas *Pisani*, *Pisas* notat, qui ex Peloponneso cum Nestore ad bellum Troianum profecti quum exciso Ilio domum redirent, erroribus acti per maria partim Metapontum, partim Tyrrhenũ littus tenuerunt, *Pylij* omnes dicti. Incolæ singulari valent memoria: quod Vrbs crassiore fruatur aere. Iacet inter Amnes Auserem & Arnum, ut Strabo Pliniusque notant. Hodie Arnus per eam fluit, tribus ornatus Pontibus. Vetustatem eius & Nobilitatem celebrat Dionysius Halic. lib. I. Connumerari solitam Primis XII *Etruriæ* Vrbibus tradunt alij: Doctissime de ea, paucis multa Iulius Cęsar Scaliger:

Regio.
Nomina, & unde deducta.
Situs.
Soli Fertilitas
Imperiũ Maiorum.
Vrbes.

Pisa *vetus, victi spoliis Orientis onusta*
Invidiae armavi Livida tela trucis.
Sic nocuit vicisse; alijs sic vicimus ergo:
Sic res est humili tutior arcta loco.
Mortales sperate vices, nec credite Fatis:
Nam quod nos alijs, illa dedere mihi.

Archiepiscopatus floret dignitate, *Pisæ* Magnus Etruriæ Dux sæpe moratur, & in ea Domicilium habẽt Equi-

TVS
CIA
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio
Septentrio
Occidens
Oriens
Genoua
Riuiera
di
Ducato
di
Spoleto

tes D. Stephani, ab Magno Duce inſtituti. Primarium Templum, quod *Domnum* vocant, ambitum habens 1xxl paſſuum, columniſque ſubnixum lxx, & ſplendidas Præſulis Ædes ex Spolijs ædificarunt *Piſani*, quæ devictis ad Panormum Saracenis retulerunt. Ager ſuburbicarius Segetibus eſt percommodus; adeoque fertilis, ut *Etruriam* fere totam paſcat, & Exteris etiam Annonam non neget. Vina ibi notæ non admodum probæ; Pepones optimi. *Luca: Tuſcis Delicium, Tuſci Laus inclyta Cœli*, inquit de ea Iul. Scaliger. *Luca* Latinis Græciſque Scriptoribus notiſſima; Straboni & Ptol. λῦκα. Nomen retinet, litteris omnibus. Dicta, ut quidam volunt, ab Scutis inauratis: quæ ſummis inlocata Vrbis Turribus ſplendore Solis inluſtrata valde lucebant: vel, ut nonnullis videtur, ab Duce quodam inſigni. Alij aliunde trahunt. Vrbs Templis & Ædificijs ſplendida, populoque frequens, jacet in planicie, Collibus undique circumdata. Mœnibus eſt firmiſſima, quadrato ſtrata ſilice, ſpacio parvo, ſed Civibus arta & Negociationum plena. Templum Primarium S. Cruci dicatũ. Incolæ lauti ſunt, prudentes, ingenioſi: quique Libertatem diu ſapientiſſime conſervarunt integram, licet Finitimorum bellis haud raro petiti. Epiſcopali gaudet dignitate. *Piſtorium*, Πιστωρία Ptol.: hodie *Piſtoia*. Dictam alij voluut a *Peſte*, quæ Reliquias Catilinæ, in *Agro Piſtoriensi* debellati, adfixit: alij a *Piſtorum* frequentia. Mœnibus cincta auctaque plurimum legitur ab Deſiderio Langbardorum Rege: ijdem poſt nudata, Foſſis impletis & undique complanatis, omnique Agro inter Florentinos & Lucenſes diviſo: Tandem Florentini totam ſuæ ſubjecerunt ditioni. *Florentia* Etruriæ caput & Metropolis; Φλωρεντία Ptol. Φλωρέντεια Sudæ dicitur. Hodie vulgo *Fiorenza*, vel *Firenza*. *Florentia* nomen id habere putatur vel ab *Flore*, cui ob Felicitatem Florentemque Fortunam ſimilis; vel ob *Florida* excellentiaque Incolarum ingenia: vel denique quod ab Roma deducta eſſet omnium Vrbium florentiſſima. Ambitum habens ſex millium, ſupra nonaginta millia cõtinens Incolarum, æquali loco jacet ad Arnum, quo interſecatur, quatuor eximijs conjuncta pontibus, ſilice quadrato ſtrata, latis ornata Plateis. Collibus cincta eſt Theatri inſtar ab Oriente & Septemtrione amœniſſimis, quique undique fructiferis vestiti arboribus; qua Occidens eſt pulcram habet Planiciem: Cœli regione inter Aretium & Piſam media miſtaque: quarum Vrbium prior acutiſſima fert Ingenia, altera homines memoria valentes ſingulari. Munit eam contra vim externam Hoſtiumque incurſiones brachijs aliquot ſuis Apenninus. Splendore & elegantia ſumma eſt: ut voce incertoque Vulgi ſermone feratur, *Fiorenza La bella, totiuſque Flos Italiæ*. Locis, quæ divino Cultui ſacrata, nitet quam plurimis. Admirabile eſt Templum *D. Mariae Floridae*, magnificentiſſimum, & inter tria *Etruriae* nominatum, totum ex Marmore albi, nigri, rufique coloris conſtat, cum Hemiſpherio ſtupendi operis, quod ab Philippo Brunalitto Florentino ſingulari arte factum. Multa hic præterea cum Sacra tum profana publica ædificia: quæ brevitatis ſtudio prætereo. Incolę acuti, graves, facundi, bonarum artium ſtudioſi. Pecuniæ ſunt ſtudioſiores, cujus conquirendę deſiderio in ultimis etiam terris negociantur. Mulieres forma pudicitiaque præſtantes, earumque, ut & Virorum, Veſtitus ſupra modum egregius & decorus. Archiepiſcopatus fulget hac Vrbs dignitate. *Volaterrae*, Οὐολατέρραι Ptol. *Aquae Volaternae* Itinerariæ Tabulæ. Difficili aſperoque ſugo eſtimpoſita. Mœnia quadratis conſtant Lapidibus, longitudinis ſenum fere pedum: qui eleganter & adfabre abſque bitumine compoſiti. Quinis in Vrbem Portis Aditus datur; Pro ſingulis Fons eximius Aquas ejaculatur puriſſimas. Antiquitatem eius arguunt Muri, quibus adhuc cingitur, Sepulcra; Epitaphia Litteris Etruſcis poſita, Veterrimæ ex Marmore Statuę, Lapides elaborati, qui indies hic eruuntur, & alia. *Sæna*, Σαίνα Ptol.: *Sæna Iulia* Itinerariæ Tabulæ: Vulgo *Siena*. Roma diſtans 1ccce Stadijs edito ſita eſt loco, cis Arbiã, flexu ſinuoſo propter Montis dorſum, lateribus anguſtior & proclivior, tria habens quaſi Cornua; quorum quod Meridiem ſpectat, latius eſt ijs, quę ad Ortum ſunt & Occaſum. Cœlo vtitur benigno & ſalubri, niſi quod ſubinde noxijs infeſtetur Ventis; Aere temperatiſſimo. *Italiæ Delitias* multi vocant Poetæ. Strata eſt *Saena* latere coctili, plateis recta & longa, alta Turribus. Frequentia nitet nobilium Ædificiorum: ex quibus Templum D. Virgini ſacrum ſplendidum eſt & ſumtuoſum. Cives cum ſuaviſſimis, tum elegantiſſimis ſunt moribus, maximaque humanitate, erga Exteros etiam præditi; Quæſtui dediti & Civilis Vitę muneribus. *Peruſia* Περουσία Ptol. *Peruſium* Eutropio & itinerariæ Tabulæ. Hodie *Perugia* Italis. *Peruſiam* dictã volunt alij a *Peruſio* Troiano: alij a *Perſeo*. Colli inſidet Apennini; natura loci permunita. Ædificia habet cum publica, tũ privata, valde nobilia, ampla, excelſa. Epiſcopatus gaudet titulo. Incolæ, quorum mediocris eſt frequentia, animis ingenijſque ſunt ſummi: non minus ad Litteras quam ad Arma promti. *Viterbium* jacet ſpecioſo ſpacioſoque loco, lugis Cyminijs a tergo imminentibus; Lapide quadrato ædificata: Turribus plena. Inter Opera Publica Fons eſt inſignis, & maxima cũ admiratione copioſus. Vrbicarius illi Ager bonus & fertilis: Vino abundans & frugibus. Reliquas *Etruriae* Vrbes & minorum gentium Opida hoc loco deſcribere anguſtia loci non patitur. Ad Lacus ergo & flumina tranſeamus. *Lacus* in Etruria viſuntur non pauci. *Traſimenus* Livio alijſque, *Traſimenus* Silio, hodie ab ab Vrbe vicina *Lago de Perugia*. *Aprilis Lacus* Antonino, hodie *Fangoſa Palude*. *Marinus* qui & *Salſus*, Αἰμυθάλαττα Strab.: *Lago d'Orbitello* vernacule. *Lacus Vadimonis: Ciminius: Volſiniensis; Sabatus: Palus Bientina: Ciana*. Fluvijs ſcatet Piſcium optimorum fœcundiſſimis, qui ſunt *Laventia, Frigidus, Anſer, Arnus, Cecinna, Cornia, Alma, Brunus, Vmbro, Oſi, Albengia, Floris, Martha, Minio, Eris, Vacina, Sanguinaria, Aron* & alij nõnulli. Habet & ſaluberrima Balnea, nobiliſſimas Thermas, aliaſque Aquas mirabili præditas virtute. Montes hic ſeſe offerunt cum alij, tum *Ciminus* Livio Vibioque notus; nec non Virgilio. *Soractes* Plin. *Monte di* S. *Silveſtro* hodie. *Feſulanos Montes* habet etiam in Etruria Oroſius: *Cortonenſes* etiam ibidem ſunt ad Septemtrionem Traſumeni Lacus. *Silvæ, Volſinienſium Lucus, Silva Cimina, Mæſia*. *Academias* habet *Piſis, Saenæ* & *Perusiae*. *Bibliothecas* item varias, *Piſae* apud Dominicanos; *Lucae* apud Franciſcanos; in vrbe Florentina v 1: *Senae* 1, & Peruſiæ. *Etruſcos* porro Gentem Italiæ opulentiſſimam Armis, Iuribus, Pecunia eſſe aiunt Livius & Diodorus. Cerimonijs, Cultuique divino maxime ſemper addictos fuiſſe, conſtat ex antiquis Scriptoribus, ut qui Sacrificia, Divinationes, Auguriaque primi Italorum invenerint, eaque Romanis tradiderint, Tullio de Divinatione, alijſque notantibus. Vt autem olim, ſic hodieque *Etruſci* clariſſimi ſunt Belli Paciſque tempore; ad omnia ſumma tam in otio, quam negocio expeditiſſimi: ad litterarum ſtudia promptiſſimi: acumine Ingenij, mira ſagacitate & aſtutia ſingulari præſtantes: frugalis vitæ, parſimoniaque laudabili: Idiomate utentes, quod ob elegantiam præ ceteris *Italiae* cenſetur nitidiſſimum: docentibus id abunde Poetis, Oratoribus, alijſque Scriptoribus, quos habuerunt, habentque cum puriſſimos, tum doctiſſimos.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Silvae. Academiae. Bibliothecae. Mores.

ANCONITANA MARCHIA, ET SPOLETO DVCATVS.

Ariminensis Episcopatus 35,37:43,51. subest Ravennatensi Archiepiscopatui.

Episcopatus Anconitanæ Marchiæ.

Asculanensis 37 42:42 59. Firmanus 36 4:43 31. Camerinensis 36 43:43 7. Auximanensis 37 35:43 38. Humanus 37 21:43 43. Anconitanus 37 16:43 46. Esinensis vel Exinas 37 0:43 35. Senogallensis 36 50:43 44. Fanensis 36 14:43 48, Pisaurensis 36 7.43 48. Forosempronienses 36 12:43 37. Callienses 36 0:43 23. Vrbinas seu S. Leonis 36 2:43 35. Maceratensis 37 16:43 25. Racanatensis 37 26; 43 32.

Episcopatus in Ducatu Spoletano.

Assisinas 35 55:42 53. Fulginas 36 4:42 50. Nucerinus 36 15:43: 3. Eugubinus 35 48:43 8. Spoletanus 36 20:42 43: Tudertinus 36 0:42 38. Amelienses 35 40:42 23. Narniensis 35 58:42 26. Interamniensis 36 8:42 30.

Meridiani distant iuxta rationem paralleli 43 0.

ANCONITANA MARCHIA, & Spoletinus Ducatus.

Anconitana Marchia.

Regio & unde dicta.

VMarchia vel *Marka Anconitana* ab Langbardis nomen accepit, ab *Ancona* Emporio celeberrimo, quod sedem & domicilium dabat Marchionibus, universæ Regionis Dominis & Moderatoribus. *Picenum* nominatur Livio, Latinisque Scriptoribus omnibus; Πικῆνον Ptol. ceterisque Græcis: Πικεντίνη etiam Strab. *Picena regio* Festo. *Pentapolis provincia* in Synodo VI Constantinopolitana. *Picenum* autem dictum ab auspicato *Pici Martij* omine, qui in vexillis *Picenorum*, quũ ex Sabinis Asculum commigrarent, consedisse dicitur. Alij a *Pico*, Saturni Filio, gentis Duce & Auctore, dirivant. Nonnulli a *Piceno* Vrbe. Conregionales Picentibus sunt ad Meridiem quidem Sabini, Vilumbri, Vmbri, cum Apennino Monte: ad Occidentem Galli Cis-Alpini cum Isauro Fluvio; qua Septemtrio est, Sinus illos pulsat Adriaticus; in Orientali Limite statuendo variatur. Plinius Aternum ponit Amnem & Anconem: Ptol. Matrinum fl, cum Ancone. Novitij, in quis princeps Leander, Truentum signat Finitorem inter hos & Prætutianos. Ager Picens (ut cum Livio loquar) rerum omnino fertilis; fructibus tamen lignarijs, præstantior. Nobilissimum vinum ad Sirolum opidum colligitur, quod Plinius *Anconitani Vini* celebrat nomine. Regio majore ex parte sub ditione summi est Pontificis: cujus in ea sunt *Ancona, Recanatum, Fanum D. Mariæ Laureti, Camerinum, Fanum Fortunæ, Tolentinum, Firmum, Macerata*, & alia quædam opida: *Eugubium, Caglium, Forum Sempronij, S. Leo, Senogallia, Vrbinum*, aliaque nonnulla sub aliorum sunt principatu. Vrbs eius primaria *Ancona*, Ἀγκὼν Ptol. Hodie nomen retinet; quod impositum Vrbi ab oræ ibi flexu, Cubiti formam efficiente. Nam is ἀγκὼν Græcis dicitur. Opposita Promontorio Cumero, Mari suoque Portu clauditur a Septemtrione: Portis porro, Propugnaculis Murisque undique munitissima, Pontificum præsertim Romanorum industria. Strabo, Plinius, Solinus Græcam Vrbem, & ab Syracusanis, Dionysij tyrannidem fugientibus, conditam memorant. *Portum* in primis habet, qui natura arteque validus: aditu peroportunus: multarum navium capax: ab Traiano Cæsare exstructus. Propugnaculis Vrbs sex superbit, quæ omnia suis tormentis bene instructa. Continua Græcorum, Illuricorum, Pannonum, imo totius Europæ mercatura præsignis, vijs longissimis sed angustis, frequens habitatur. Ager suburbicarius cum rerum omnium, tum Vini generosi est fertilis. Sunt præterea *Firmum*, Φίρμιον Ptol.: Φίρμιον Πικηνὸν Strab. Hodie *Firmo. Firmianus* fuit *Cælius Lactantius*. Vrbs vetus est. *Ricinetum, Reccanoto*, vel *Recunati*, vel *Ricanati* Italis hodie. Episcopatus clarum titulo. Emporium est celeberrimum, venientibus eo bis ad Nundinas, statis anni temporibus, ex tota Europa Asiaque pleraque Mercatoribus. Stupenda *Helviæ Ricinæ* vestigia passim in itinere per agros monstrantur; inter alia lateritium Amphitheatrum ingens in ripa fluminis potentiæ, aliaque magnorum ædificiorum rudera. *Auximum* antiqua & Episcopalis Civitas, vulgo *Osmo*: Αὔξιμον Plutarcho: Ἀ'ὔξιμον Strab. *Oximum* Livio. Scribit procopius *Metropolin* etiam Romanis dici solitam: & ab Ionico XXC distare stadijs. Summam loci Antiquitatem testantur passim plurima nuper reperta hic Epitaphia & Elogia. *Fabrianum*, Latine scribentibus *Fabertana*; Opidum quatuor nobilissimis Italiæ Castellis ob ædificiorum splendorem connumerari solitum. Opificum tabernis frequens: quæ ita distributæ sunt, ut Vici singuli proprias habeant uno in loco, Fabri suas, Calceolarij suas, Chartarij suas. *Senogallia* Vrbs Episcopalis. *Senam* prius appellatam fuisse patet ex polybio & alijs: Deinde *Senogallia* cœpit audire, Σηνογαλλία Strab. Σῆνα Γαλλικὰ divisim Ptol. Hodie *Sinigaglia* vel *Sinegalia*. Opidum Cœlum habet grave, parvum ab Occasu Misa fl. adluitur: muro validum lateritio, valde crasso, vallo item & propugnaculis. Penuria laborat propter Maris vicinitatem Aquarum dulcium; inportatis uti coacta. *Fanum* Opidum Episcopale non magnum, in monte situm, vulgo *Fano*. Φάνα Steph. *Fanum Fortunæ* Tacito: Φάνον Φορτοῦνας Ptol. *Fani*, quod ibi Fortunæ sumtuosissimum olim dedicatum, adhuc magna monstrantur vestigia. Visitur ibidem Arcus ex marmore, sumtuoso nobilique opere factus, altus cubitos XXX, latus XX. Fastigio, quod mirabili arte elaboratum concidit, insculptum legitur Constantino Imperatori Elogiũ, quod apud alios. Adluitur ab Argilla Fluvio. Mulieres habet lectissimas & a puleritudine commendatas. *Forũ Sempronij*, nunc *Fossumbrunũ*, *Fossumbruno* Opidũ Episcopale. Φόρον Σεμπρωνίου Strab. Φόρος Σεμπρωνίου Ptol. Vestigia ibi Antiquitatis quãplurima, præter Aquę ductus, Vias Silicatas, Columnas, & alia. Marmora multa cernuntur disiecta cum antiquis Inscriptionibus quæ ab alijs collecta. *Pisaurum* Vrbs Episcopalis; Πισαῦρον Ptol. hodie *Pesaro*. Emporium Italiæ celebre, mercimonijs dives, amplum, splendidum, pulcris ædificijs ornatum,

Situs

Soli fertilitas.

Imperium

Vrbes.

MARCHIA
ANCONITANA
CVM
SPOLETANO
DVCATV
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio
Milharia
Italica communia
Campagna di
Roma
Lago di Celano
Occidens
Oriens
Meridies

CAMPAGNA DI ROMA,

OLIM DICTA LATIVM.

Ecclesiastica ex Provinciali Romani Pontificis.

ROMA caput omnium Ecclesiarum dicta est, in qua residens Papa sub se habet intra vrbem quinque Ecclesias Patriarchales dictas, quæ sunt, Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, S. Petri Monasterium, S. Pauli intra muros vrbis, S. Mariæ maior, & Monasterium S. Laurentij.

His Ecclesiis assignati sunt Episcopi 8. qui primum dicebantur Archipresbyteri. Primus & summus est Papa, reliqui sub eo, Ostiensis 36 10: 41 31. qui Patriarcha est Campaniæ, & Papam consecrat, huic iunctus est qui sequitur Velletrensis sive Valeriensis 36 33: 41 36. Portuensis sive S. Ruffinæ & Secundæ 36 7: 41 32. Sabinensis, Tusculanensis 36 34: 41 43. Prænestinensis 36 48; 41 51. Albanensis 37 19: 42 1.

Iisdem Ecclesijs assignati sunt Presbyteri Cardinales 28. videlicet

Tituli S. Crucis in Ierusalem.	*Tit. SS. Marcellini & Petri.*	*Tit. SS. 4 Coronatorum.*
Tit. SS. Ioannis & Pauli.	*Tit. S. Anastasiæ.*	*Tit. S. Sabinæ.*
Tit. S. Stephani in Celiomonte.	*Tit. S. Clementis.*	*Tit. SS. Nerei & Archilei.*
Tit. S. Susannæ.	*Tit. S. Potentianæ.*	*Tit. S. Sixti.*
Tit. S. Petri ad Vincula.	*Tit. S. Martini in montibus.*	*Tit. S. Eusebij.*
Tit. S. Priscæ.	*Tit. S. Praxedis*	*Titul. S. Vitalis.*
Tit. S. Siriaci in Thermis.	*Tit. S. Marci.*	*Tit. Basilicæ 12. Apostolorum.*
Tit. S. Marcelli.	*Tit. S. Laurentij in Lucina.*	*Tit. S. Laurentij in Damasi.*
Tit. S. Balbinae.	*Tit. S. Mariæ in Transtiberina.*	*Tit. S. Cecilia.*
Tit. S. Grisogoni.		

Iisdem adiuncti sunt Diaconi Cardinales 18. videlicet

S. Luciæ in septisolijs.	*S. Mariæ in Aquiro.*	*S. Theodori.*
S. Mariae in Cosmedin.	*S. Georgij ad Velum aureum.*	*SS. Cosmae & Damiani.*
S. Mariae Novae.	*S. Hadriani.*	*SS. Georgij & Bachi.*
S. Mariae in Via lata.	*S. Mariae in Porticu.*	*S. Angeli.*
S. Nicolai in carcere Tulliano.	*S. Mariae in Dominica.*	*S. Eustachij.*
S. Nicolai inter Imagines.	*S. Viti in Macello.*	*S. Agathae.*

Extra vrbem in Campania maritima Episcopi.

Agnaninus 37 2; 41 41.	*Sagninus 36 50: 41 30.*	*Feretinus 37 5: 41 36.*
Alatrinensis 37 11: 41 41.	*Terracinensis 37 2: 41 8.*	*Soranus 37 20; 41 34.*
Fundanus 37 16: 41 6.	*Verulanus 37 11: 41 28.*	*Aquinus 37 37: 41 28.*
Tiburtinus 36 20: 42 0.		

Habet etiam sub se Papa per alias orbis ditiones 4. Patriarchales Ecclesias, quibus ibi constitutæ Ecclesiæ subsunt. Constantinopolitanam, Alexandrinam, Antiochenem, & Hierosolymitanam, de his suo loco tractabitur.

Meridiani distant a se mutuo iuxta rationem ad parallelum 41.30.

Latium, vel Campagna di Roma.

OFFERT se nunc percurrendum *Latium*: Italiæ Regio: quæ nullis non Auctoribus celebrata. *Latium* dictum putatur ab *Saturno*, qui Patria profugus in his locis latuisse fertur. Varroni placet *Latij* nomen huic Regioni datum, quod inter Alpium & Apennini sublimes præcipitesque rupes, Mare, Tiberim atque Lirim, tanquam abscondatur & lateat. Alijs *Latium* ab *Latino* nominatur Rege. Nonnullis ab *Latitudine* diriuatur, quod nulla Italiæ Regio *latius* se inter Montes & Mare adspiciendam præbeat. Hodie *Territorium Romanum*, vel *Campagna di Roma* vocant. Fines Latij plerisque statuuntur ad Septemtrionem Apenninus Mons & Anio fluvius; ad Ortum Liris; qua Meridies est, Mare Tyrrhenum; qua Occasus, Tiberinum flumen: ambientibus illud Populis, Tuscis, Sabinis, Marsis, Samnitibus, Prægutianis & Campanis. Fertilis & abundans est Regio; præterquam aliquibus in locis, propter Oram: quibus cum aspera saxosaque habet multa, tum Paludes, & ex Paludibus Aerem vitiosum atque gravem. Primi incoluere *Siculi*, *Aborigines*, *Pelasgi*, *Arcades*, *Aurunci*, *Volsci*, *Osci*, *Ausones*, & alij. Hæc de Latio universim paucis: flagitat Methodi ratio, speciatim vt perlustrem, orsus ab Vrbe; quæ Orbis quomdam compendium. Ea Prima, in Antiquo Latio, Tiberim ex Etruria trangresso se cum incredibili hodieque Majestate offert. Hæc nomen suum semel obtentum retinet. Sita est loco non admodum fertili, Austro objecta; Cœli gravioris & intemperantioris. Ambitus, qui quomdam Romæ fuisse scribitur tredecim millium passuum, hodie multo minor esse deprehenditur. *Turres* in Murorum Ambitu circiter cccIx: olim 1ccxI: *Regiones*, ut olim, sic hodie, sed mutatis nominibus, sunt XIV. *Aquae* nunc *Tiberis* & *Almo* Fluvij. Occurrunt etiam varij locis reliquiæ Fontium ex veteribus Ductibus. Fora conspiciuntur varia. *Vias* olim habuit XXIIX, quarum nomina, *Appia*, *Latina*, *Labicana*, *Campana*, *Prænestina*, *Cimina*, *Valeria*, *Ostiensis*, *Flaminia*, *Cassia*, *Laurentina*, *Ardeatina*, *Tiburtina*, *Collatina*, *Gallicana*, *Tiberina*, *Nomentana*, *Salaria*, *Quintia*, *Æmilia*, *Portuensis*, *Praetoriana*, *Triumphalis*, *Corneliana*, *Claudia*, *Aurelia*, *Laticulensis*. Fuerunt præter istas in Vrbe etiam *Alta semita*,

Regio & vnde dicta.

Situs.

Soli fertilitas.

Vrbes.

natum, plateis perelegans, situ peramœno maximeque fertili; Cœli tamen gravitate laborans: mensibus potissimũ æstivis sub exortũ Syrij, Vrbi valde inimicum & lethalem. Præter Curiam sumtuosam, aliasque nobiles Ædes, Arcem ad littus habet, munitam & pulcram, ab Ioanne Sfortia conditam. In Ducis Palatio instructissimũ est Armamentarium. *Vrbinum* alto situm monte & inæquali loco inter eosdem Amnes. Dubitat Leander num sit Σύβαρα Ptol. Vrbs est lautissima, splendideque satis ædificata, bono & fœcundo agro. Arcem habuerunt extra eam *Vrbinates* lautissimam, quam *Gundebaldus* Dux, ne noxia esset dejecit. Novam, Vetere diruta, intra muros ab fundamentis exstruxit *Fridericus* Dux, ita ædificatam, ut possit equo in Turres & ad Tectum ipsum iri. Conclavia ibi ccclxxiii, ampla & magnifica. Illustrat eam præcipue Bibliotheca, libris optimis & multis referta. Vrbs Episcopatus gaudet titulo. Multę hic præterea sunt civitates & minorum gentium Opida, quæ brevitatis gratia a nobis omittuntur. In Piceno ad latus Montis Victoris *Lacus* invenitur fama nobilitatus: *Nursinum* dicunt. In eo Cacodæmones innatare Vulgus imperitum dictitat; quoniam Aquæ perpetuis motibus salire, & vicissim subsidere cernuntur, equidem non sine ingenti illorũ admiratione, qui causam ignorant. *Flumina* eã rigant *Truentus, Tronto* vulgo: *Castellanus, Asonus, Letus Mortuus, Tenna, Chientus, Flaffra, Letus Vivus, Asinus, Potentia, Musón, Esinus, Misa, Sontinus, Cesanus, Metaurus, Cantianus, Boasus, Argila.* Inter Montes vero præter *Furcas Pescas Auximus* est, ab *Auximo*, Vrbe, & *Corvus*, unde cum *Albula* & *Truento* multi fluunt Amnes per Marrucinos, Præcutianos, Marsos. Ceterum *Apenninus mons* hoc loco, ubi huic Regioni imminet, editissimis jugis se ipsum superat, in quibus Antrũ illud horribile est quod Sibyllæ cognominant (*Grotta de la Sibylla* vulgo) atque Campos Elysios fingunt. Vulgus enim in hoc Antro *sibyllam* quamdam somniat, quæ hic Regnum amplum magnificis Regijsque Palatijs plenum, hortis amœnissimis consitum, lascivientibusque puellis, & omnis generis delitiarum copia abundans possideat. Atque hæc omnia communicari cum ijs qui eam per hoc Antrũ adeunt. Hoc Antrũ nostratibus quoque innotuit, sub nomine *Vrou Venus berg*, quasi dicas: *Dominæ Veneris montem.* Sed de hac fabula satis, ad alteram huius Tabulæ partem pergamus.

Lacus. *Flumina.* *Montes.*

Spoletinus Ducatus.

Spoletinus Ducatus, Vulgo Ducato di Spoleto, ab Vrbe *spoleto* nomen habet, quæ olim Regia fuit Ducũ Langbardorum. Olim *Vmbria* dicta fuit Latinis: Ὄμβρια Græcis: quæ tamen latius quam *Ducatus Spoletinus* patuit. *Vmbriæ* nomen ab *Vmbro* fl., vel ἀπὸ τῶν ὄμβρων, ut docet Isidorus: *quod tempore aquosæ Cladis*, inquit, *imbribus superfuerit*, & ob hoc *Vmbriæ* Græce cognominata. Alijs ab *Vmbra* dicitur, quod ob Montium altitudinem sit umbrosa. Latissimos *Vmbria* fines olim habitos, non obscure colligitur ex Strabone, qui Montem illi Apenninum & Hadriaticum Mare pro Limitibus adsignat. Longitudinem a Ravenna Oticulum vel ad Tiberim, per viam Flaminiam alij demonstrarunt, quo spacio CIDIDCI Stadia continentur, vel Milliaria CXXVII & semis. Regio ab Apennino majore ex parte occupata, in situs sui varietate se quodam modo videtur oblectare. Nunc enim altis asperisque quasi horret Montibus, nunc collibus vestitur, qui Vini, Olei, Ficuum, aliorumque Fructuum mirum quam fertiles: nunc denique amœnissimas pandit planicies, nihil non frugum abunde ferentes. Bonitatem Vbertatemque Vmbriæ, mirifice extollit Steph. Auctorem citans Aristotelem. *Vrbes Ducatus Spoletini* sunt *Eugubium* ad Apennini radices positum: aditum præstante amœna pulcraque Planicie. Sunt qui volunt esse, quod *Inginium* Silio: *Igurvium* Cic. Ἰγούιον Ptol. Opidum perveteus, multis Antiquitatem suam testans hodieque vestigijs. Frequens hodie: Incolis industria summa lanariã Negociationem tractantibus. Episcopatus gaudet dignitate. Ager Campestris partim, partim Collinus: Frumenti undique ferax. *Nuceria*, lateri item Apennini adhærens: Νοκερία Ptol. *Nuceriam* Tabulæ Itinerariæ. *Necera* vulgo. *Nuceriam* Strabo commendat ab Vasis ligneis. *Fulginum*, *Fulgino* vernacule. Φολγίον Appiano, sexaginta supra centum stadijs Perusia distans. *Fulginia* Silio Italico. *Tinna* dividitur, Flumine parvo & inglorio. In Foro Palaria sunt tria: in uno habitant VII-Viri *Fulginates*, ad quos primũ Civiles deferuntur Controversiæ Magistratu fungentes bimestri: in altero Præter, qui graviores caussas dijudicat, cuius munus sex durat menses; in tertio Gubernator, cui summa potestas Pontificis nomine tribuitur. Episcopatus fulget titulo. Cẽsentur *Fulignates* eximie præ ceteris gentibus Tragemata ex Saccaro conficere, quę vulgo *Fulignata* vocant. *Asisium*, ab *Asi* monte proximo dictum. Ἄσισιον Ptol. Ἄσιον Strab. *Asci si* vulgo & *Sisi*. Episcopatus dignitate claret. Patria est *D. Francisci*, qui Familiæ Minorum conditor: Templo ibi honestatus sumtuosissimo. Est hic Bibliotheca instructissima. *Mons Falco* Opidum amœnis in Collibus; Novum quidem, sed Incolis frequens: quo *B. Clara*, Eremitarum Ordinis virgo, fertur orta. *Spoletum* a quo *Ducatus Spoletini* nomen Vmbriæ tributum. Vulgo *Spoleto*. Σπολήτιον Strab. & Ptol. *Spoletium* Antonino & reliquis Latinis. Situm est inæqualiter, partim in plano, partim in colle, cui & Arx insidet munitissima, ex vetusto quodam Amphitheatro, quod hic erat, facta. Vrbs hodie splendida est, & omnium rerum adfluit copia. Prætorium Spoleti splendidissimum ab Theodorico Gothorum Rege ædificatum: ab Gothis deinde una cum Regia eversum: Narsetis autem opera post restauratũ. Videre ibidem licet præter alia magni ævi aditicia & Antiquitates residuas, Theatri fundamenta, vetustissimum extra Vrbem Concordiæ Fanum, Formas ibidem sublimes ac solidas Aqueductuum, ex Apennini collis partim excisas, partim opere laterilio ex ima Valle fornicibus in altum subductis. Episcopatus claret dignitate. *Ceretum* novi nominis Opidum, sed frequens: a quo *Ceretani* vocantur Errones, qui nunc per universam Italiam discurrentes, sanctitatis religionisque prœtextu varijs artibus emungere stipem consuerunt. *pons Castellanus*, *Ponte Castello*: ab Ceretanis conditum. Eo ortus *Ioannes Pontanus*, Vir magni nominis & omni doctrinarum genere prestantissimus. *Conissa* novi nominis opidum, mõtoso situ, frequens admodum. *Interamna*, Ἰντέραμνα Strab.; Ἰντεράμνια Ptol.: *Interamnia* Antonino; *Interamnã* Itinerariæ Tabulę: vulgo *Terni* vel *Terani*. Rebus omnibus ad Vitã necessarijs abundat: Incolis frequens. Episcopatus gaudet titulo: Agro insignis ab fluvijs est fertilitas. Vinum notæ optimæ *Vernaccia*. *Tuder* vetusta civitas in colle amœno sita, ficubus, oleis, vitibus alijsque fructiferis arboribus ornato. Reliqua minorum gentium Opida prætereo. *Lacus* habet *Floridum, Velinum, Cutiliensem. Montes* autem præter *Inginium*, cuius meminit Strabo, *Eugubinum, Floridum* & alios; sunt, qui Κορυφαῖοι Halicarnassæo; Latinis forte *Corniculi*: videtur Zonaras Καρυτας vocare. *Crustumeni* Montes ibidem, ex quibus Allia fl. prælto alveo defluit. *Fiscellus* Iugum illud Apennini Plinio dicitur, unde duobus erumpit Fõtibus Nar fl. hodie *Monte Fiscello*. Sequitur inde pars Apennini, quæ *Mons Victor*, ubi Apenninus supra Castellũ Arquatã altissimis cacuminibus effertur, ut adeo seipsum excelsitudine videatur superare, id est, ut adhærentia circumquaque iuga cetera, quamquã editissima, longe vincat: ideoque ex re nomen huic Culmini datum *Mons Victor*. Incolæ reliquis Italiæ Populis sunt bellicosiores. Sed hæc hactenus, ad alias Italię Partes transitum faciamus.

Regio & unde dicta. *Situs.* *Solit qualitas.* *Vrbes.* *Lacus.* *Montes.*

LATIVM
nunc
Campagna
di Roma.
Ducatus
Spoletani pars
Parte
di
Abbruzzo
Thoscana
Campaniæ
felicis
pars
CAMPAGNA DI ROMA
TYRRHENO
Septentrio
Meridies
Ortus
Occasus

Via lata, Suburra, Via sacra, Via nova, Triumphalis, Vitellia, Recta, Fornicata. Portae XV. Flaminia quæ hodie Porta populi, Gabiusa, S. Methodij, Collatina Pinciana, Ferentina, Latina, Quirinalis, Agonia, Capena, S. Sebastiani, Viminalis, S. Agnetis. Ostiensis vel Trigemina, S. Pauli. Tiburtina, hodie clausa. Portuensis, Esquilina, Aurelia, Naevia, Fontinalis Cælimontana & Vaticana. Colles mœnibus includuntur isti. Capitolinus qui & Tarpeius; Palatinus, in quo sedes regia fuit, & magnificæ olim domus Augusti, Ciceronis, Hortensij, Catilinæ, quarum hodie ruinæ vix exstant: Aventinus nunc S. Sabinae, prima Pontificum sedes. Cælius, vbi nunc Templum Lateranense. Esquilinus, vbi hodie S. Petrus ad Vincula: hic olim domus Virgilij, Propertij, & Horti Mœcenatis. Viminalis ubi hodie S. Prudentiana: in hoc Crassi domus fuit. Quirinalis hodie Monte Caballo, clarus ædibus & hortis Sallustij. Ab his VII Montibus Roma Septicollis quibusdam: Septimontium Varroni, Septemgemina Statio; Ἑπτὰλόφος Græcis. Accesserunt vero isti. Collis hortulorum vel Pincius, in quo Templum Solis & Moles illa rotunda, cum puteo profundissimo. Collis Vaticanus, ubi hodie Basilica B. Petri & Palatium Pontificis. Ianiculus ubi hodie Templum S. Onuphrij. Sunt præterea in vrbe Templa ccc atque amplius. Cryptæ subterraneæ: quæ quondam, Imperatoribus in Christianos sævientibus, ipsorum fuerunt Latebræ & Sepulcra, quatuor. Cœmiteria, quæ partim olim fuerunt, partim nunc sunt numerantur XXVIII. Xenodochia publica omnium nationum VI: singularum quarundam singula. Præter Academiam sunt XX Seminaria et Collegia omnium Nationum ab Gregorio III P. M. instituta. Bibliothecæ publicæ multæ, Tres in Vaticano, vna selectorum librorum clausa: altera minus secreta: tertia quæ diebus festis per duas horas omnibus patet. Sunt & alię etiam in Templis B. Mariæ: in Ara cœli: S. Mariæ de populo, S. Mariæ Supra Minervam, S. Augustini: & alibi, Horti Pontificii & Cardinalium, Basilicae & Palatia, per vniuersa Vrbē varie dispersa sunt. Aquaeductus, Thermae, Arcus Triumphales, Amphitheatra, Theatra, Circi, Porticus, Columnae, Obelisci, Colossi, Pyramides, Naumachiae, Septizonia, Equi, Statuae in publico & priuatim spectandæ, aliaque plura, quorum numerum descriptionemque accuratiorem non fert instituti operis ratio. Hæc hodie qui viderit, comparaueritque cum vetere Roma, merito dixerit,

Qui miseranda videt, veteris vestigia Roma, *Ille potest merito dicere, Roma fuit.*

Hæc de Roma pro loci angustia sufficiant: qua versus Meridionaliora egresso sese offert *Ostia* Latinis, Ὄστια Græcis. Grauioris est cœli & pestilentis aeris. Ager Pepones fert copiose. Ostijs relictis, reliqua Latij opida præcipua quæ mari fere adsident, peruagabor. *Neptunium* agro fertiliore situm est: Ciues Aucupio & Piscationi vacant, hodie pertinet ad *Columnenses*. *Astura*, Plinio quidem Flumen cum Insula cognomine: Tabulæ vero Itinerariæ, Opidum, quod forte fuit vel ad flumen in Continente, vel in Insula. Locus hic memorabilis cum indignissima M. Tullij Ciceronis, Antonium fugientis cæde; tum Corradini fato Henrici F. Friderici II Imperat. N. quem Carolus Eculismensis securi percussit. *Taracina* vel *Tarracina*, Ταρακίνα Straboni: Ταρακίναι, Ptol.: Ταρακίνη, Steph.: *Terracina* apud Antoninum. Volscorum lingua *Anxur* vocabatur. Opidum est exiguum, sed frequens & honestum. Muri ex quadrato silice absque cemento facti. Ager eius fœcundissimus est & amoenissimus, Vitibus, Aurantijs, Citris, Limonibus, alijsque id genus arboribus abundans. *Caieta*, Καιάττα Strab. Hodie *Gaietta*. Vrbs est munita cum primis: Arcem habens inuictissimam, cum Turri altissima, Summo in Monte, quē superioribus annis, Gallis profligatis, muro cinxit Ferdinandus, Aragonum & Neapolitanorum Monarcha. *Sinus* ad Vrbem *Caietanus* audit, apud Strabonem. Portum ibi fuisse celeberrimum, amplissime ab Antonino Pio refectum, refert Spartianus. Hodie nullus est. Mediterranea *Latij* loca perlustranti offerunt se *Velitræ*, Οὐελίτραι Strab. Βέλιτρα Steph. vulgo *Belitre*, vel vt alij scribunt, *Belletri*. opidum vetustissimum Volscorum, amplum & populo satis frequens, Episcopatus fulgens dignitate. Venustissimi situs, iucundissimi prospectus: Mœnibus vndique cinctum. *Alba* Latinis, Ἄλβη item Græcis. *Longam* cognominant Veteres Scriptores, ab Situ. Hodie *Sauello*, si Leandro fides: si aliis, *Gandolfi*, vel *S. Gandolfo*. Conditor eius *Ascanius* Aeneæ Filius, XXX post ædificatum Lavinium anno. Hodie plane desolata iacet. Nunc Septemtrionaliora Latij per Viam Valeriam Tiburtinamque peragremus. Hic primo se offert loco *Tibur*, Τίβερ Ptol. Τίβερα Strab. *Tiuoli* hodie. Vrbs ad Anienem fl.: Roma distans CL Stadijs, Procopio. Cœlo est temperatissimo; locoque ob Aquarum Fontiumque copiam saluberrimo. Episcopatus Titulo est nobile. *Marruuium* ad Fucinum Lacum, Marsorum olim caput, exiguis nunc se prodit, vestigijs; quæ *Maruo* vulgo, nominant. *Alba* Latinis, vt Ἄλβα Strab. *Albam* hanc, quod ἐν βάθει τῆς χώρας sita, & permunita vndique esset, tradit Strabo, Romanos ijs, qui custodiendi erant, tamquam carcerem adsignare, consueuisse. Ruinis nunc tota fere collapsa iacet. *Preneste*, Πραίνεστος Strab., Πραίνεστον Ptol. hodie *Pilastrina*. Situs eius in decliui Monte ad Venestrim fl., olim longe fuit & amœnissimus & iucundissimus; ideoque florente Re Romana frequenter Imperatores Augusti huc animi gratia secessisse leguntur. Arx summo Monti in quo cōditum, imposita est. Episcopatus hodie gaudet dignitate. *Tusculum* multis olim nominibus insigne, quod haud procul ab *Frascata* abfuisse censent ex ruderibus, quæ hodieque visuntur, Viri docti. Plura sunt huius Nobilissimæ Partis Italię Opida, quæ breuitatis studio omittimus. Sunt et Latio Lacus. *Hostia Lacum* habet Obsequens: *Stagno* vulgo vocatur. Inter Marinum & Albam Longam *Lacus* est *Albanus*, cuius meminit Livius Lib. V. Hodie *Lago di Castel Gangolfo*: Sunt & *Lacus* vel *Stagnum Nemorense*, hodie *Lago di Nemo*; *Iuturnae Lacus*: *Regillus*, hodie *Lago de S. Prassede*: *Fucinus* hodie *Lago di Marsos*: *Pontina* vel *Pomptina Palus* etiam in Latio describitur a Plinio, nunc Aufente Palude. *Fundanus Lacus*: *Tiburtinus*: *Caecubus* & *Simbruina Stagna*. *Flumina Tiberis* quem in generali descriptione delineauimus, & varia fl., quæ cum eo, nominibus amissis, mare petunt. Reliqua Latij, ut antiquitus appellabantur, *Numicius*, *Loracina*, *Stura*, *Nymphaeus*, *Vfens*. Montes præter septem Vrbis Romæ, Colles, de quibus supra, *Albanus* est, scriptoribus omnibus Græcis Latinisque celebratissimus. *Mons Caecubus* in Sinum Caietanum vsque porrectus, ab Vini, quod fert, generositate nominatissimus. *Vestinus* item, *Algidus*, *Auentinus*, *Lepinus*, *Catillus*. *Ceraunios* etiam Montes Latij habet Halicarnassæus. *Silvae*, sunt *Silva* siue *Lucus Feroniae*, *Lucus Iouis Indigeti sacer*: *Dianae Aetolicae Lucus*; *Silva Naeuia*: *Camaenarum Lucus*: *Algidum Nemus*: *Albuneae Silva*: *Angitiae Nemus*: & *Furinae Lucus*. Populi huius regionis ad hæc vsque tempora, præterquam in Ciuitatibus, plerumque rudes, moribusque agrestibus, animis audaces confidentesque: Viribus corporis, non minus quam olim præstantes. Atque hæc de Latio, nunc eas quæ nobis restant in Italia partes videamus.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Silvae.

Vulgi mores.

ABRVZZO
ET TERRA DI LAVARO.

Pars Regni Neapolitani.

In Regno Neapolitano iuxta Franciscum Sansovinum, hi sunt Principatus & Dominia.

Principatus 10. videlicet Ascoli, Bisignano, Euoli, Melfi, Melfetta, Monchercole, Squilaci, Sligliano, Sulmona, Venosa.
Ducatus 23. videlicet Andri, Amalphi, Ariano, Asu, Boiano, Castrovillari, Gravina, Martina, Montalto, Montelione, Nardo, Nocera, Popoli, Rocca di Mondragone, s. Petro in Galatina, Seminara, Sessa, Somma, Sora, Tagliacozzo, Termoli, Terra nova, Traietto.
Marchionatus 30. videlicet Anna, Arbenzo, Bellate, Bucchiani, Campagna, Capo Vrso, Castel Vetere, Chierchiato, Civita S. Angeli, Corigliano, Laina, Lavello, Lauro, Licito, Misuraca, Oria, Oriolo, Padula Berventana, Pescara, Pulignano, Quarata, S. Lucito, Terza, Torre di Francolise, Torre Maggiore, Trivico, Tierso, Valle Siciliana, Vasto, Vico.
Comites de statu 54. Domini 15. Barones titulati 443. Tanta est in Regno Neapolitano nobilitas.

Archiepiscopatus & Suffraganei in hac tabula ex provinciali Romano.

In Aprucina & Marsicana provincia Episcopatus hi sunt. Aquilensis 37 10:42 19. *Forcanensis* 37 22:42 18. *Marsicanus* 37 30:42 4. *Valuensis seu Sulmonensis* 37 49:42 23. *Theatinus* 38 32:42 36. *Adriensis* 38 18:42 51. *Pennensis* 38 24:42 45. *Aprutinus seu Theranus* 38 4:42 49.

Archiepiscopus Beneventanus 38 42:41 22. *huius suffraganei sunt Telesinensis* 38 20:41 20. *S. Agathæ, Alphiensis vel Alipharensis* 38 0:41 39. *Mons Marani, Mariano opinor in tabula,* 38 0:41 25. *Avellinensis* 38 49:41 7. *Vicanensis* 39 6:41 29. *Arianensis* 39 12:41 21. *Boianensis vel Boianensis* 38 29:41 52 *Asculanensis* 37 42:42 59. *Nucerinus* 38 42:40 42. *Tertibulensis Traconensis. Vulturanensis* 39 12:41 18, *Alarinensis* 38 18:42 33. *Ferentinensis vel Florentinensis. Civitatensis* 38 37:42 22 *Termelensis* 39 12:45 8. *Lesinensis Frequentinensis. Triventinensis* 38 51:42 6, *Viminensis, forte Bomia* 38 54:42 17. *Vadiensis vel Gadiensis, Musanensis. S. Maria* 38 40:41 36.

Archiep. Neapolitanus 38 19:40 49. *cui subsunt Aversanus* 38 11:40 53. *exemptus est. Nolanus* 38 26:40 55. *Puteolanus* 38 11:40 47. *Cumanensis* 37 56:40 47. *Acerranus* 30 25:40 58. *Iscalanus.*

Archiep. Capuanus 38 4:41 0. *cui parent Theanensis* 37 50:41 18. *Calvensis* 38 5:41 10. *Calmensis, Suessanus* 37 48:41 10. *Venafranus* 37 58:41 35. *Aquitanensis vel Aquinatensis* 37 38:41 28. *Iserniensis* 38 7:41 43. *Casertanensis* 38 5:41 52. *Cataciensis. Casinensis exemptus* 37 40:41 35.

Archiep. Amalfitanus 38 35:40 32. *Capricanensis* 38 36:40 23. *Scalensis vel Camensis, Minorensis* 38 29:40 33. *Siteranensis.*

Archiep. Salernitanus 38 44:40 33. *Caput aquensis* 38 57:40 22. *Policastrensis. Nusantanensis vel Nuscanensis, Saruensis* 38 43:40 50. *Acervensis vel Acernensis, Marcicensis: Ravellensis exemptus* 38 32:40 34.

Archiep. Surrentinus 38 20:40 33. *cui subsunt Lobrensis, Salpensis, Aquensis vel Equensis alias Vicensis vel Vicanus* 38 22:40 36. *Castellimaris vel Stabiensis* 38 24:40 39.

Franciscus Sansovinus dicit in Regno Neapolitano esse Archiepiscopatus 20. & 124. Episcopatus, sed quosdam in Provinciali Romano positos non habet, alios etiam addit, nimirum vt posteriori tempore mutati sunt vel aucti.

Meridiani distant pro ratione paralleli 41.40. ad circulum maximum.

ABRVZZO ET TERRA di Lavoro.

Abruzzo.

HAc Tabula duę Regiones in Regno Neapolitano peragrādæ succedūt, *Aprutiū* & *Terra Laboratoris*. priorem *Aprutiū*, *Abruzzo* vernaculę hodie vocant Itali, vel, ut augurātur, quod incolæ *Brutij* nō sint, vel quod in his quoque sint *Præcutini*, translato a parte ad totū vocabulo; vel denique ab Montium Saltuumque asperitate in quibus *Apri* plerumque *apricantur*. Nomen *Samnitum* ab Vrbe Samnio universę huic regioni olim tributum fuit, quam *Frentani, Caracceni, Peligni, Marrucini, Præcutini, Vestini* & *Hirpini* incoluere. Fines eius constituti solent ab Ortu Apuli Dauni cum amne Phiterno: ab Occasu Sabini & Picentes cum Truento fl.; qua Septemtrio est, Mare Hadriaticum: qua Meridies Picentini, Campani, Marsi, Æquicoli, secundum Apenninum Montem ultra citraque ex parte habitantes. Regio summa gaudet cœli salubritate & incredibili Incolarum frequentia: amœna est & commoda versus Mare, sed Montibus aspera in Mediterraneis. Præter alia Crocum abunde mittit, nutritque Animalia innumera. Hodie huius Tractus Caput *Aquila*, Vrbs Episcopalis. Natam volunt ex Amiterni ruinis & Forconij, quod P. M VIII hinc aberat; qui locus nunc quoque magna operum fundamenta ex Lapide quadrato habet, appellatus *Forconum*. Condidisse autē perhibent *Aquilam* Langbardos; Carolum inde Martellum, vel ut alijs placet, Fridericum II Imperat. mœnibus cinxisse, munijsseque: Colonis Civium jure, & Civitati *Aquilæ* nomine adsignato ab signo Cæsareo, vel potius ab fausto *Aquilæ* nomine. Ea autem brevi maximis incrementis ita auxit, ut Civitatum reliquarū principatum in hac regione facile nunc obtineat. Ager mira cum aliarum, tum Croci copia est fœcundus. Sunt præterea *Guastum Amonium*, vernacule *Guasto di Amone*; Plinio Melæque *Histonium*: *Istonium* Ptol. sine aspiratione: ut & *Istonium* Tabulæ Itinerariæ. Supersunt hic quædam antiquorum operum, Theatri cum primis & Prætorij vestigia. Marchionatus habet Titulum. *Lancianum* Celebre Emporium: quo quotannis mēsibus Maio & Augusto Italiæ, Inlurici, Siciliæ, Græciæ, Asię & reliquarū Mundi Partium Negotiatores ad frequētissimum conveniunt Mercatum. *Sulmo*, Σελμῶν Ptol.: Σέλμον Strab. Appellationis origo ab *Solymo* Phrygio,

Regio & unde dicta.
Situs
Cœli temperies.
Soli fertilitas.

Occidens
Campagna di Roma
Marchia
Anconita
pars
Ischia
Capri
Golfo di Napoli
Golfo di Salerno
Puglia
Bari
Mercatus
Septentrio
GOLFO DI VENETIA
ABRVZZO ET TERRA DI LAVORO.

Æneæ Comite, teste Ovid. lib. IV Fastor. Hodie *Sulmona* est teste Leandro; aliquibus male *Sermona* dicitur, tamen Ciofano, in pulcherrima huius Vrbis descriptione. Vrbs est pulchritudine loci, frequentia populi, aquarum abundantia in primis nobilis. Ovidij patria. Episcopum habet qui *Valvensis* dicitur, quod *Sulmonensis* ager cum parte quoque vicinorum *Valva* nominetur. *Chieti*, vel *Civita Cheto* vulgo, Vrbs Archiepiscopalis. Sic Leander, Collenutius & Niger hodie vocari scribit, quæ Τιατέα Strab. & Ptol. Vrbem hanc a Pipino Caroli Magni Patre eversam legimus, quod rebus Langbardicis perpetuo studuisset: restauratam vero postea adeo Normannis ob amœnitatem loci placuisse, ut sedem hic potissimum collocarent, auctore Blondo. *Asculum* antiquissima Civitas, Episcopatus dignitate nobilis: Ἀσκλον Ptol.: Ἄσκλος Steph. *Asclum* Antonino. Plinius nobilissimam *Piceni Coloniam* appellat. Iacet plano patuloque campo, munitissimo in loco, mœnibus firmis. Ab una parte Mons sublimis in quo sita est Arx; ab altera Truentus ripis prælitis munit. *Beneventum* auspicatius mutato nomine, quum initio appellaretur *Maleventum*, ab *Malo Vento*, quem iniuriosum & horribilem sæpe patitur. Βενέβεντον & Οὐενέβεντος Ptol. *Beneventi* vulgo. Situ urbs est admodum oportuno & amœno, summa agrorum bonitate præstans. *Sora*, Σώρα Græcis. Vicina est Liri Amni: Populo haud infrequens, tituloq; Ducatus & Episcopatus ornata. *Aquinum*, Ἀκίνον Ptol. Nobilitavit hanc Patriam suam *Thomas*, magnus Philosophus, *Aquinas* hinc cognominatus. Nomen retinens collapsa pene iacet, vestigia præferens pristinæ amplitudinis: Comitatus Episcopatusque habens titulum. Reliqua describere Opida Chartæ angustia prohibeor. *Flumina* hic *Phiternus*, quo Samnium ab Apulia dividitur: *Fortore* vulgo; Φιτέρνος Ptol. Eius in Tiferno mōte Fons est, haud procul a Boviano. Exonerat se in Mare Hadriaticū iuxta Lesinēsē Lacū. *Trinius* quod *Portuosum* notat Plin. *Asinella*, *Sentia*, *Sangrus*. *Sangrus* varios convehit secum ad Mare Amnes, inter quos præcipui *Pasinus* & *Aventinus*. Sunt item *Morus*, *Feltrinus*, *pescara*, *Aternus*, *Rafentus*, *Orta*, *Liberata*, *Salinus*, *Plumba*, *Vomanus*, *Turdinus*, & alia. Montes porro in Samnitibus adeo sunt excelsi, ut etiam ipsos Apenninos superent. Inter eos *Mons Virginis*, ob D. Mariæ Templum nominatissimus. *Maiella* amplitudinis vastissimæ adscensu difficillimus, rupibus asperrimus. Cacumen perpetua nive tegitur: multa herbida habet Prata: plurimos effundit Fluvios: Silvis suberbit immensis, Ferarum copia scatentibus: præcipue Vrsorum; Rupibus etiam abruptis horret plurimis. Sunt & Iuga Apennini: quę *Montes Tremuli* vocantur, unde Sabbatus oritur. Item Mons *Mathesius* & *Grumus*.

Flumina.

Montes.

Terra di Lavoro.

Regio & unde dicta.

Situs.

Soli fertilitas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

Terra Laborii, *Terra di Lavoro*, Regio hęc audit hodie ab *Laborinis*, qui Capuę quomdam vicini & suburbani, *Campis*, quorum Plinius meminit. Quidam parum solide ab *Labore* laborant *Laborinos* trahere: vel quod ad Culturæ Labores idonea sit: vel quod facillime colatur & aretur; Italis illud *Lavorare* vocantibus. Narcissus apud Munsterum ab *Lepore* & elegantia autumat sic appellatam. Ea dicta olim *Campania*, Καμπανία Strab. Ptol. alijs; ab florentissima, quomdam ut plerique censent, Metropoli *Capua*, cuius Incolæ Scriptoribus omnibus *Campani*. Nonnulli sic vocatam volunt, quod *Campestribus* se pandat *locis*. *Fœlix* Plin. cognominatur ab felice beata que Regionis amœnitate. Fines eius, ut videre est apud Strab., Ptol. & alios, ad Occasum Liris, Latium ad alteram relinquens oram; ad Septemtrionem, Samnitium Montes; qua Ortus est, Silarus Fluvius, Lucaniam hinc dirimens, parsque Agri Samnitium quos dixi, qua Meridies: Mare Tyrrhenum sive Inferum. Vere *Campus* est *Campania* in quem Natura luxurians effudisse videtur largissimo Sinu quidquid uspiam est Deliciarum, Amœnitatum, Gaudiorum & Oblectationum. Paradisus vere Italiæ. Tam incredibilis ibi rerum est fertilitas. Principatū habuerunt olim in hac Regione varij Populi, de quibus Strabo lib. v. Et Plin. lib. III cap. v. *Opici*, cognomine *Ausones*, *Osci*, *Cumani*, *Tusci*, *Samnites*: qui postremum a Pop. Rom, debellati sunt. Hæc in genere paucis de Campania; iam-nunc specialior me vocat eius descriptio, & primum Vrbium. Caput Campaniæ Regnique Neapolitani Metropolis *Neapolis*, Νεάπολις in Numismatibus dicitur. Nomen hodie retinet, *Napoli* vulgo audiens. Spatium amplectitur magnum inter mare colliumque amœnissimorum radices ædificata magnifice: Muris firmissimis: Propugnaculis, Turribus, Castellisque, præsertim jussu Caroli V, cujus jam-nunc patet Nepoti, ut sit quasi inexpugnabilis, munita. Fossas habet lxxx pedes profundas: Portas octo: Fora ampla. Fontes publici, ex quibus Aqua limpidissima nunc Lanceæ altitudine, nunc duorum capitum crassitudine, nunc per centum fistulas prosilit, sunt innumeri. Forma est oblonga, seque in modum dimidiatæ Lunæ incurvans. Circuitus olim III, nunc, prolato pomerio, V Milliarium, Aere gaudet permolli & placido. Hiemem vix sentit. Ædes hæc Vrbs cum Divorum tum hominum habet ornatissimas; Arces invictissimas. Academiam etiam ab Friderico II Imp. institutam; ad quam Studiosorū ex toto Regno magnus fit concursus. Sunt & Bibliothecæ aliquot; in quis primi loci D. Dominici. Ager suburbicarius, Vicinique Colles amœnissimi sunt & jucundissimi; Frumenti, Vini, variorum Fructuum, Herbarum, Florum, rerumque omnium, ad Hominum Animaliumque necessitatem, voluptatem, delicias facientium feracissimi. Multa de hac Vrbe brevitati studens pr[illegible]ereo. Sunt & aliæ, *Capua Vetus* & *Nova*. *Vetus* nulli non Latinorum Scriptorum nota. Κάπυα Steph. Καπύη Ptol. Splendor eius, Amplitudo & Magnificentia ab omnibus summopere passim celebratur. Visitur hodie eius altero ab *Nova Capua* lapide peringentes ruinæ, juxta Templum D. Mariæ Gratiarum. *Nova Capua* ex *Antiquæ* dirutæ ruinis cœpit excitari, feliciterque crescere, quam conspicere jamnunc est adsitam sinistræ Vulturni ripæ, duodecimo ab Mari Lapide, in planicie, satis magnificam, commode habitatam, sed infrequentius: stratam silicibus, Plateas habentem rectas, altaque ædificia. Adluit eam ab Ortu & septemtrione Vulturnus, indeque in Occasum reflectitur. Pons est supra amnem ex Lapide insignis. *Episcopatum Capuae Novae* evexit in *Archiepiscopatum* Ioannes XIV P. M. quū Othoni I: Imper. Aug. Coronam imponeret. *Teanum* cognomento *Sidicinum*. Desertum hodie *Theano* vernacule dicitur: Episcopatus nihilominus titulo nobile. *Calvi* Opidum Episcopatus dignitate superbiens; *Cales* Virg. *Cumae*, Κύμαι Strab. Ptol. alijsque Græcis. Nunc hic omnia fere conciderunt, oppletaque jacent ruinis, ut tamen undique amplissimorum operum vestigia satis agnoscantur. Sunt etiam *Aversa*, *Caserta*, *Nola*, *Summa*, *Puteoli*, atque alia minorum gentium Opida.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Inter *Lacus Paludesque*, quæ Campanię, loci principis sunt *Lucrinus* & *Avernus*. *Lucrinus* λουκρῖνος κόλπος, Strab. Denominatum volunt nonnulli, ab *Lucro*, quod ex eo, quia piscosus erat, percipiebatur. *Avernus* Ἄορνος Lycophroni cæterisque Græcis. *Styga* quōdam appellatū innuit Silius. *Infernum Lacum* vocat Virg. Hodie *Lago di Tripergola*. Tribuūtur & Campaniæ *Linterna Palus*, *Pompeia* & *Statinae Paludes*. *Flumina* sunt *Liris*, qui suscipit dextra quidem *Fibrenum*, *Cosam*, *Alabrum*, *Trerum*, & alios: Sinistra vero *Casinum*, *Melsam*, & *Omnem*. Liri succedit *Vulturnus*. Hic Amnes Torrentesque multos colligit: inter ceteros, dextra quidem *Casanum*, *Correctum*. Sinistra *Freddum*, *Pratellum*, *Sabbatum*, *Isclerum*, & alios. *Glanis* item *Linternus*, *Sebetus*, *Sarnus*, *Furcer*, *Eboli*, *Silarus*. *Montes* huc pertinent *Gaurus*, *Massicus*, *Falernus*, alij, vt *Vesuvius*, *Pausilypus*, *Miseuus*, *Culma*, *Mons Christi*, *Taburnus*, *Tifata*, *Planus*, *Asirunus* & *Trifolinus*. Atque hæc de hac Regni Neapolitani parte sufficiant, ad alteram transeo.

PVGLIA PIANA: TERRA DI BARRI, TERRA DI OTRANTO, CALABRIA, ET BASILICATA.

Altera pars Regni Neapolitani.

Archiepiscopus Regiensis 40 12:37 52. huic subsunt Lucrensis 40 20:39 10. Cotronienses 41 56:39 5. Cassanensis 40 46:30 47. Cathacensis, Neocastrensis 40 34:38 58. Giracensis 40 40:38 18. Tropetensis alias Tropiensis 40 0:38 32. Vibona 40 8:38 39. Squilacensis 41 4:38 53.

Archiep. Consentinus 40 24:39 22. sub quo est Maturanensis 40 28:39 7.

Archiep. Rossanensis 41 10:39 31. non habet Suffraganeos, Bisignanensis 40 51:39 29. est exemptus.

Archiep. S. Severinæ, sub quo sunt Ebriaeensis, vel Vmbraticensis, Strangulensis, vel Senoniensis aut Insulensis, Geneocastrensis vel Genicocastrensis Gerentinensis, S. Leonis.

Archiep. Larcatinus, sub quo sunt Mutulensis 41 22:40 53. Castellanensis vel Castellanatensis 41 10;40 28.

Archiep. Brundusinus 41 17.46 32. cui subest Astrinensis vel Ostrinensis.

Archiep. Hidrontinus 42 59:40 8. Castrensis 42 59:49 42. Gallipolitanus 42 12:39 58. Liciensis vel Lucenensis 42 30;40 13. Vgentinensis vel Ogentinensis 42 28:39 56. Lucensis vel Lucadensis, Nertonensis, exemptus est.

Archiep. Barensis 41 5;41 5. cui subsunt Fetontinensis 40 45:41 2. Caelphaianus vel Melphitensis 40 48:41 11 Iuvenacensis 40 51:41 10, Rubentinensis, vel Rubensis, nunc Rivo opinor, *40 22:41 7. Salpensis 40 8:41 24. Caurienses, Bitterensis, Conversanus 41 20:40 57. Minerviensis 40 0:40 0. Polignacensis 41 30: 40 59. Cathericensis, Lavellinensis 39 56:41 9.*

Archiep. Tranensis 40 38:41 15. cui subsunt Vigiliensis, Andrensis vel Adriensis 40 30:41 11. Penensis.

Archiep. Sipontinus vel Montis Gargani *40 1:41 30. cui subsunt Vescanensis exemptus 40 11:41 57. Troianensis exemptus 39 27;41 27. Melphiensis 39 36;40 52. Monopolitanensis exemptus 41 36:40 56. Rapollensis exemptus 39 42:40 56.*

Archiep. Cannosanus 40 14:41 9. sub quo Auranensis, Sarranensis, Montisuiridis, Laquedonensis, S. Angeli de Lombardis, Bisaciensis.

Archiep. Acherenti 39 41:41 1. cui subsunt Potentiensis 40 10:40 35. Tricariensis 40 34:40 30. Venusinensis 39 51;40 57. Gravinensis 40 44:40 44. Angolensis.

Meridiani distant ratione paralleli 41.0.

PVGLIA PIANA, TERRA di Barri &c.

Puglia Piana.

SEquitur nunc altera *Regni Neapolitani* pars perlustranda, in qua primo loco se offert Regio, quæ Italis hodie *Puglia Piana*, ab latissimis Campis, & maiore, quã in Peucetijs agrorum æquore. Hæc etiam *Apulia Daunia* quondam dicta fuit. Fines illi ab Oriente Apulia Peucetia, intercurrente Aufido; ab Meridie Apenninus, cum Hirpenis & Samnitibus: ab Occidente Frentani, Caracenique, nunc Aprutij, cum Phiterno: ab Septemtrione Hadriaticum vel Ionium Mare. Agri hic fertiles supra modum, Tritici aliorumque Frumẽti generum. Vrbes hic sunt & Opida, *Manfredonia* vrbs lauta populoque frequens, in rupe Sinus marini, quem Gargani Montis flexus efficit, sita. Inviclam ad Littus habet Arcem. *Luceria* Opidum Episcopale: Λουκερία Strab. ceterisque Græcis. Νουκερία Ptol. & *Nuceria* Suetonio. Rudera, quæ hodieque passim eo loco, priscam docent Vrbis amplitudinem. *Troia* Civitas opulentissima, fœcundi agri: Comitatus & Episcopatus titulo clara. *Asculum* Vrbs, titulo Ducatus & Episcopatus incluta. Ἄσκλον Appiano Alexandrino: Ἄσκλος Steph.: *Asculo* vulgo, cognomine *Satriano*. Sunt & *Salpe*. Opidum Episcopatus titulo nobile, *Arpi* Plinio commemorati, aliquando *Argos Hippium* dictum, mox *Argyrippa*: Et vrbes duæ, quæ in proverbij ludicrum abiere *Apina* & *Trica*, &c. *In Salentino*, inquit Plin lib. 11. c. c111, *iuxta opidum Manduriam Lacus ad margines plenus, neque exhaustis aquis minuitur, neque infusis augetur.* Hodie Leandro, *Lago di Andurio*, in Apulia Daunia; *Versentino*, Alexandro Andreæ. Flumina sunt *Aufidus* qui Peucetiã ab Daunia separat, Αὔφιδος Strab. & Ptol. hodie *L'Ofanto. Candilaris* item & *Cervaria*. Mons vero hic visitur cum alijs qui *Garganus* Plin. & alijs: Γάργανος Strab. Γάργαρον Ptol. Hodie *Monte de S. Angelo*. Præcelsus valde est & adscensu difficillimo: Silvis quibusdam peramœnis consitus; Herbisque medicis & salutaribus scatens. Incipit ab Apennino, ex cuius radicibus lugum enascitur editissimũ, latitudine P. M. duorum, longitudiue xx: post quod ita paullatim Mons ipse adsurgit, ut in summam altitudinem, vastitatem, amplitudinemque desinat.

Regio & unde dicta. *Situs* *Soli fertilitas.* *Vrbes & Opida.* *Lacus.* *Flumina.* *Montes.*

Sic se habet *Apulia Daunia*: sequitur explicanda jam-nunc quæ cognominari solet *Peucetia*. Nomẽ illi a *Peucetio* Lycaonis Filio, XVII ante Bellum Troianum ætatibus huc profecto. Dicitur nunc vernacula Italorum lingua *Terra Bariana*, *Terra di Bari* ab Vrbe *Bario* primaria. Regio hæc stupenda Agrorum vberiate, admirandaque nobilissimorum Fructuum copia cum reliqua fere Italia committi potest. Sunt tamen ibi, ne quid sit omni ex parte beatum, Loca quædam, quæ pluvijs, aquisque laborant. His locis antea *Ætolos* ex Grecia ortos habitasse ferunt, qui expulerant *Pediculos*. Civitas primaria est *Barium*, *Barion*, Plin. *ante Iapyx* addenti: Βάριον Strab. & Ptol. *Barri* vulgo. Vrbs antiqua, ea pulcritudine populique frequentia, ut Regionis universæ teneat principatum, eique nomen ab se *Terrae Barianae* largiatur. Archiepiscopali gaudet dignitate. *Barium* quoque nobile Syllani morte, Senatoris clarissimi: qui diro Neronis imperio mori jussus, pectus Centurioni præbuit feriendum. Celebris est & hæc Vrbs inaugutatione Regum Siciliẽ & Neapolis. Ora hic importuosa. Agri vbertas incredibilis. Sunt præterea *Monopolis* Vrbs nova, Episcopalis & Marchionatus titulo celebris: non quidem magna sed pulchra, splendida, ædificiorumque magnificentia nobilis. Ager Olei feracissimus. *Polinianum*, *Polignano* Civitas Episcopalis, edita licet præruptaque & saxosa in rupe sita, lauta tamẽ & populo frequens. *Mola* frequens quidem ædificijs, sed colonis agrestibus. Condidit Arcem ibi superioribus annis Marchio Polinianus ad Oræ tutelam. *Iuvenatiũ*, *Giuvenazzo*, Vrbs Episcopalis: Agro fertili. *Marfetta*, vel ut alijs scribitur, *Morfitta*, vel *Melfatta*, Principatus hodie titulo floret. *Vigiliae* vulgo *Bisegli* ad littus præcelsis in rupibus Opidũ Episcopale. *Tranum* Civitas Archiepiscopalis, vulgo *Trani*. Ab ædificijs est pulcherrima: sed hodie majore ex parte deserta. Silvæ Olearum & Amygdalorum ab huius Opidi Agro propemodum Taren-

Terra di Barri, & unde dicta. *Soli fertilitas.* *Vrbes.*


PVGLIA PIANA, TERRA DI BARRI, TERRA DI OTRANTO, CALABRIA ET BASILICATA
Golfo di Taranto
Per Gerardum Mercatorem Cum priuilegio

tum usque pertinent. *Barulum*, *Barleta* vulgo. Inter quatuor Italiæ Castella numeratur. *Ostunum* populo frequens, Episcopali Sede clarum, parvo in colle situm. *Cilium*, *Cilio*: *Celia* Ptol: In eius Agro Crocum nasci scribunt. *Venusia* Civitas Episcopalis: Βενουσία Strab. & Ptol. *venusium* Horatio, cuius patria. *Venosa* hodie. Sunt item *Canusium*, *Acherontia*, *Biletum* & alia Opida. Lacus hic *Lesinensis*, ab opido cognominatus. Ab Fluvijs valde est inops. V num tamen notatum reperio *Cavam*.

Lacus.
Flumen Cava.

Terra d'Otrãto.
Nomina.
Situs.

Post *Apulias* explicanda succedit *Salentinorum* Regio, quæ & *Iapygia Messapiaque*, item *Calabria*. Nunc Italis ab *Hydrunte*, *Terra Hydruntina*, vulgo *Terra d'Otranto*. Habet hæc Regio ab Meridie Tarentum & Mare usque ad Promontorium Salentinum, ab Oriente idem Promontorium cum Mari Ionio: quod etiam & Hadriatico, qua Septemtrio est, adluitur ab Hydrunte Brundisium usque; qua Occidentem respicit Apulia illi adjacet Peucetia, cum Magnæ Græciæ portione. Tota hæc Regio saluberrimo gaudet aere, cœloque sudo & sincero, præterquam in ora, quæ ab Lacu Hydruntino Brundisium usque: ubi plerisque in locis juxta mare sunt Paludes. Regio fertilis & opima, XIII, ætate Strabonis, honestissimis superbiens urbibus. Caput Regionis, cui nomen a se præbuit *Hydruntum* ὑδροῦς Strab. Ptol. & alijs. *Hydrus* Melæ. Hodie *Otranto*. Vrbs est vetustissima, cœlo potitur clementissimo. Præter Portum satis capacem, Aquilone flante non satis tutum, Arcem habet in Saxo, quo mari imminet, tutissimam: opus Alfonsi II. Archiepiscopali superbit dignitate; Ager illi amœnus & fertilis. Reliquæ sunt: *Gallipolis*, hodie *Callipolis*: Alijs *Callipolis* tamquam *Vrbs pulcra*. Munitissimum habet natura situm. Scopulo enim insidet seu Insulæ modicæ, quæ mari undique cingitur. Continenti ponte adhærens, saxis fulto ingentibus. Ager optimus & fertilissimus. *Castrum* Civitas, Episcopatus dignitate gaudens. Mercatoribus frequens Olei coemendi. *Brundusium* & *Brundisium*, Βρενδίσιον Ptol. Βρεντήσιον Steph. *Barnedis* Beniamino. *Brindisi* hodie. Aerem habet clementissimum. Portus olim illi inclutus, ex quo Romanis tutissimus quondam fuit in Græciam transitus. Nunc repletus est: adeo ut vix triremibus per eum cutrere liceat. Arx vrbi munitissima. Ager ipsi fertilissimus, oleique feracissimus. *Oria* civitas in Colle Tarentum spectans. Ὀύριον Strab. spectat eam Arx in Colle valida. *Aletium* Ἀλήτιον Ptol. hodie *Leze* & *Leccie* vulgo. Salentinorum hodie primaria: non Episcopo solum decorata: verum etiam Concilio totius Apuliæ Regio, Foroque perpetuo: Procerum totius huius tractus Domicilium, multorumque Nobilium Sedes. *Vxentum* Civitas Episcopalis, Ὀύξεντον Ptol.: hodie *Vsento*, *Vgenti*, *Ogento*, variante scriptura. Nunc perexigua est. Sunt & alia minorum gentium Opida, quæ prætereo. Fluvij sunt *Galesus* qui inter Magnã Græciã & Salentinos discrimen facit, & præter hunc duo alij, unus, quidem ad Littus Australius, qui ad Pulizanum, Sinum Tarentinum ingreditur: alter qui in ora Borealiore Hadriatico miscetur mari. Incolę moribus sunt simpliciores.

Cœli temperies.
Soli Fertilitas.
Vrbes.

Flumina.

Vulgi mores.

Calabria & unde dicta.
Situs.
Soli fertilitas.

Calabria, ab *Calabris*, quos Magnæ Græciæ partem Salentinis adhærentem ad Ionium Æquor circa Iapygiũ Promontorium tenuisse, ex Ptolemæo est manifestum, nomen habet. Regio Italiæ in extremis eius finibus instar linguæ porrecta inter utrumque fretum Inferum Superumque interjacet. Fert ubertate quadam felicitateque stupenda, quidquid Vitæ ex voto transigendæ, delicijsque fruendis necessarium; Triticum, Hordeũ aliaque Frumenti genera: Vinum varium, Oleum, Saccarum, Manna, Mel, Ceram, Sal natiuũ Factitiumque Ficus, Poma Medica & Citria, Limones aliosque Fructus nobilissimos: item Aurum, Argentum, Lanam, Gossypium; Crocum, Sericum, Linum, & quid non? *Calabria* duplex, *Inferior*, quę *Erutiorum* olim Sedes, hodie proprie *Calabria Inferior*: & *Superior*, quæ olim *Magna Grecia*. *Inferioris Fines* ab Occasu Laus, itemque Lucani; a Meridie Mare Tyrrhenum & Siculum; qua Oriens est, parte Matis Adriatici: qua Septemtrio, Magna Græcia & Amne Crathi clauditur. Caput & Metropolis ejus ut olim, ita & hodie *Consentia*, Κονσεντία Strab. Ptol. Græcisque ceteris: *Consenza* hodie. Sita circa declivitatem pene Apennini, colles amplectens septem, quibus maxima Vrbis ædificiorum pars imposita. Vrbem uno latere Crathis, altero Amnis includit Busentus, qui ipsam ab suburbijs separat. Arcem habet munitissimam. Summo Templo dignitas Archiepiscopalis est adtributa. Civitates reliquæ: *Manthia*, *Fredus*, *Belmontium*, *Sancta Euphemia*, *Panum*, quod propinquo Mari dedit cognomen, cuius in littore Corallus optimæ notæ invenitur. Sunt & *Rhegium*, *Tropia*, *Castrum Villare*, *Altomonti*, *Turranũ*, *Rugianũ*, *Marturanũ*, *Nicastrũ*, *Friatiũ*, *Hippo*, quæ etiam *Vibo Valentia* dicta fuit. *Superioris* quę olim *Magna Graecia* fines, ad Solis exortum Æquor Adriaticum: ad Meridiem Flumen Alex & Bruttij: qua Occasus est Crathis Amnis cũ Apennino & Lucanis; qua Septemtrio Sinus Tarentinus, cũ Apulis Peucetijs. Hic antiquissima nobilissimaq: Vrbs est *Tarentũ*, Τάραντον Appiano Alexãdrino; Τάρας Strab. & Pol. *Taranto* hodie. Calabriæ quomdã & Apuliæ, totiusque Lucaniæ Caput, L. Floro. Situs eius notatur in intimo receſſu Sinus, qui ab ipsa Vrbe dicitur *Tarentinus*, *in ipsis Maris Hadriatici Faucibus*, inquit Florus. Portus, quem habuit maximum, pulcerrimum, tutissimum, hodie visitur obturatus saxis ingentibus, adeo ut parvis tantũ navigijs pateat. Maxima nunc in eo Portu piscium ubertas. Hodie Archiepiscopatus floret dignitate. Sunt præterea *Hieracium*, *Belicastrum*, *Croto*, *Cariathis*, *Matera*. *Flumina*, *Brutiorum* quidem, *Freddus*, *Acheron*, *Amatus*, *Angitula*, *Mesuna*, *Seminara*, *Alex*, *Locanus*, *Sagra*, & alia. *Magnae Graeciae* vero, *Rusillus*, *Crathis*, *Busentus*, *Septimus*, *Sardus*, *Finitus*, *Cruciaris*, alia.

Vrbes.

Lucania Basilicata & unde dicta.
Situs.
Soli qualitas.
Vrbes & opida

Superest in hac Tabula *Lucania*, hodie *Basilicata* dicta: unde incertum. A *Basilisco* trahit Leander. *Lucaniam* autem quidam volunt dictam, quod *Lucenti* cuidam *Stellae* directe subjaceat; Alij ab *Lucio* quodam Samnitium Duce. Fines hodie ab Occidente Silarus Amnis Campaniæ Limes: ab Meridie, Mare Tyrrhenum: ab Oriẽte, Laus cum Brutijs Magnæque Græciæ parte; ab Septemtrione Peucetij in Apulis, cum Hirpinorum portione. Montosam & asperam esse totam indicat Livius. Hodie fortean, quam olim, Incolis est frequentior: quamquam adhuc magna multis locis solitudo, propter vias difficiles, horridosque Nemorum Saltus Latrocinijs infesta. *Lucana Armenta* maxima & validissima olim in Italia fuisse, antea dixi. Opida hic ad Mare *Paestũ*, Græcis Ποσειδωνία. *Paesti* meminit Virg. lib. IIII Georg. *Biferique Rosaria Pasti*. Ad quem locum Servius *Paestum* Calabriæ facit Civitatem, ubi bis quotannis Rosæ generantur. *Acropolis* Opidum ab Silario ostio M. XII. Aere gaudet prestantissimo. Originis esse Græcæ, ut hoc tractu pleraque, ipsum indicat Nomẽ. *Pisciotta*, *Buxẽtum* Plin. & Melæ. Βύξεντον Ptol. Nomen illi fortean a *Buxo*, cuius mira eo tractu copia. *Policastrum* nobilis Vrbs, Ducatus Titulum sustinens, Episcopatusque fulgens dignitate. In Mediterraneis *Padula* Opidum, Marchionatus inclutum dignitate. *Capacia* Vrbs, olim frequens admodum & opulenta, Ducatus Episcopatusque (qui *Caputaquensis*) titulo Insignis: sed hac tempestate pene deserta propter adluviones. *Dianium*, *Diano*, Opidum dives & nobile, a quo *Valli Diania* universæ nomẽ. Reliqua omitto. Flumina quæ habet sunt *Pisciota*, *Molfa*, *Coccus* & *Sapris*. Putatur *Sapris*, qui λάος Strab.: *Laus* Plin. Lucanos dirimit a Brutijs, Lainum ab suis Suburbijs, opi sum in Lucanis, Suburbia in Calabris relinquens. Oritur prope Viminellum, Lucaniæ Opidum, perque Montes asperos Meridiem versus Basilicatam ab Calabria dividens, in Mare Tyrrhenum profluit. Aquas habet perpetuo claras, adeo ut nullo unquam casu turbentur. *Silvae* sunt *Lucique*, *Eboli*, *peregrinalis*, *Veliarum*. Sed de Italia quæ dicta sunt hactenus, sufficiant: ad reliqua transeo.

Flumina.

Silvae.

EPISCOPI IN CORsica, qui Suffraganei sunt Archiepiscopi Pisani in Tuscia.

Aiacensis 31 9: 40 40.
Alariensis 32 20, 41 15.
Sagonensis 31 36. 40 48.
Ciuitatensis.

EPISCOPVS SVBiectus Archiepiscopo Ianuensi in Liguria.

Nubiensis vel Nebiensis 31 45, 41 30.

REGNVM.

Archiep. Calaritanensis 32 12; 37 30 *cui hi subsunt,*
Sulcitanus vel Sulciensis. *Doliensis.*
Suellensis.
Archiep. Turitanus 31 8: 39 15. *cui subsunt hi,*
Sorrensis 31 40: 38 58. *Plonatensis,*
Ampuriensis, *Gisacensis vel Girardensis*
Castrensis
Othanensis vel Othaicensis
Bosanensis, *Bosa fortè* 31 6: 38 38.
Archiep. Alborensis 32 50: 38 8. *subsunt Vbeliensis*
S. Iustæ 31 4: 38 2. *Terra Alba*
Ciuitanensis exemptus
Galtellinensis exemptus.

Meridiani distant pro ratione paralleli 41. 0.

Corsica & Sardinia.

Corsica ἀπὸ κόρης θέλης βικόλω nomen habet, vt tradit Stephanus de vrbibus, quam historiam pluribus refert Eustathius. Alij a *Corso* eius terræ Domino eam dictam volunt; alij a qualitate cacuminis montis alicuius: eo quod κόρυφον apud Græcos sonet Templũ cacuminis, seu montis. Græci hanc κόρυνον appellauere, a *Cyrno* Herculis Filiõ; κορσάτις Lycophroni; *Theraphne* ab Ouidio nominata est, vt scribit Villanouanus. Ab Occidente & Septemtrione respicit Mare Ligusticum; ab Ortu Tyrrhenum; a Meridie Sardiniã. Longitudo mill. cxx non excedit: Licet Strabo mill. clx, Plinius cl ponat; Latitudinem hic lx mill. facit; ille lxx, quod verum esse ex dimensione per circinum constat. Ambitus secundum Plinium Mill. cccxx; secundum alios cccv & ccc ix; Secundum Maginum cccxxv, quod se per dimensionem exactam reperisse scribit. Insula est ab omni parte aditu difficilis, cum præruptis vndique collibus comprehensa sit. Interius similiter magna ex parte montosa, ideoque Frumenti neque Leguminum adeo fertilis est; quæ nisi paucis quibusdam locis crescunt, vbi se aperit, atq; fluminibo & aquis irrigatur, ac feracissima redditur. Ea pars quæ respicit Etruriam est mediocriter plana, habetque ibi fœcundum solum & producit nobiles ac dulces fructus. Vina insulæ præstantissima, primæque nobilitatis, & a Romanis semper expetita, Corsica a loco dicuntur. Mellis & Resinæ hic magna uberras: Olei item & Ficuum. Cæterum Mella Corsicana amara esse notauit Seruius in IV Georg. Fitque id ob Taxi copiam, e qua Apes mella legunt. Venenata etiam credidit Ouidius. Solus hic ager lapidem gignit *Catochiten*, quem Democritus Abderites etiam in certamina contra Magos adhibuit. Rhennius de Corsica:

Corsica & vnde dicta.

Situs

Soli qualitas.

Hanc solam perhibent Catochitem gignere terram;
Corporibus lapis hic seu glutine tactus adhaeret.

Similia tradunt Plinius lib. XXXVII cap. x, & Solinus cap. IX; Sed Plinius de rei fide ambigit. Alumen quoque hic reperitur: & Ferri Fodinæ sunt apud Fluuium *Biuincum* in Comitatu *Nebiensi.* Sunt & Salinę, vulgo dictæ *della Roia* non longe a portu S. Florentij: et prope *Niolum* sunt valles profundissimæ perpetuis nivibus scatentes, sub quibus aiunt Crystallum copiose latere. Nascitur etiam in ea magna copia Buxus, teste Plinio, & Diodoro; nec non Taxus arbor venenata. Animalia producit varia; equos inprimis feroces, & canes venaticos spectatæ magnitudinis. *Musmo* quoque animal, Plinio auctore hic est, arietis genus, *Mosoli* hodie vocant: animal præterquam in hac Insula & Sardinia nusquam apparens in tota Europa. Habet Corium & pilos instar Cervi, & cornua instar arietis, non lõga sed retro circum aures reflexa præcipuæ duritiei, vt si altitudine I pedum præcipitetur inter saxa, ac capiti incumbat, non lædatur, magnitudinẽ retinet Cerui mediocris, solisque herbis vescitur, cursu præditum velocissimo, carnesque habens gustu iucundas. Ouibus insuper & bobus referta est. Insula omnis iam olim maligne culta, primum a *Phocensibus*, post etiam a *Romanis* qui duas colonias eo deduxerunt, *Marianam* & *Aleriam* quæ adhuc exstant. Cætera *Barbari* tenuere: Proinde cum Romani in eos irruerunt, magnum seruorum gregem capiũ Romam abduxerunt: exiguo fructu: quod tam nequam serui essent, tamque bruti, vt quamvis vili emerentur, tamen Dominos semper emitionis poeniteret, vt Strabo scriqto mandauit.

Animalium varietas.

Imperium Maiorum.

Romanis

CORSICA
Ma: re
Li: gusti: cum
Mare
Tyr
rhe
num
MEDITERRANEE
Sardiniæ par

SARDINIA
Mare
Tyrrhe:
num
Mare
Africum

Romani ſucceſſere *Saraceni*: his profligatis *Genuenſes*: tum *Piſani*: hodie vero iterum ad *Genuenſes* jus redijt: qui eo quotannis Præfectum mittunt. Nunc bifariam in duas partes eam diſtinguunt. Plagam quæ Orientem ſolem reſpicit, Latus interius: partem vero huic obverſam, Latus exterius vocant. Pars quæ Italiæ propior eſt, *Ciſmontana*, & quæ verſus Sardiniam excurrit *Vltramontana* dicitur. Vrbes Plinius XXXIII fuiſſe in ea teſtatur, quod etiam ex eo notavit Martianus Capella: Ex Strabone tamen non tam civitates quam caſtella fuiſſe videntur. Hodie Opidum eſt *Baſtia* in quo Summus Gubernator præſidium habet. Eſt & *Nebbium* civitas cum Comitatu, eam Ptolemæus κέρσονον videtur appellaſſe. Fluminibus rigatur *Gelone*, *Tavignano*, *Sagona*, *Bavono*, *Tegiamo* & nonnullis alijs. Silvis Nemoribuſque quę Reſinam exhibent, Montes hinc inde veſtiuntur. Montes vero præcipui ſunt *Illia Orba* dicti; item *Cheparteno Mons*, *Mons Tenda*, *Mons Gualango*, *Mons Roſſus*. In Mari autem inter Corſicam & Sardiniam Coralium legitur. Portus habet binos hæc Inſula ſatis amplos, maximarum Nauium capaces, in *Sinu* qui vocatur S. *Florentij*! Eſt & S. *Bonifacij Portus*, Ptolemæo *Portus Syracuſanus* dictus. Hodierni Corſicæ Incolæ etiam nunc, vti olim, habentur homines agreſtes ferociſque, qui vel ipſo adſpectu animi quamdam ferocitatem referant. Homines pauperrimi, furtis & latrocinijs dediti: ac a Litteris prorſus alieni.

Flumina. *Montes.* *Portus.* *Vulgi mores.*

Sardinia.

Sardinia vnde dicta. SARdinia a *Sardo* Herculis filio nomen habet. Timęus *Sandaliotin* appellavit ab effigie ſoleæ: Mirſilus & Chryſippus *Ichnuſam*, a ſimilitudine veſtigij. Eodem reſpexit Manilius cum inquit

Sardiniam in Lybico ſignant veſtigia plantae.

Situs. *Sardegna* hodie audit. Eam ab Ortu Solis Mare Tyrrhenum, a Meridie Africum: ab Occaſu Sardoum ambit & littora pulſat: a Septemtrione Marę quod ipſam & Corſicam interluit. *Cœli qualitas.* Aer Inſulæ inclemens eſt: propterea Q. Fratrem monet M. Cicero, vt valetudinem curet, memor quod quum optime valeret, tamē in Sardinia eſſet: & in Epiſtolis Tigellium quendam Sardoum hominem eſſe ait patria ſua peſtilentiorem. *Soli fertilitas.* Abundat tota Inſula Frugibus, Tritico, Vino, Argenti fodinis, Pecore, Armento, & cunctis ad vitæ uſum neceſſarijs. *Animalium varietas.* Equorum tanta copia, ut non pauci agreſtes ſint, dominis carentes, noſtris minores, generoſi tamen, robuſti ac agiles. Venationem habet vberem: multique Ruſtici ex ſola viuunt venatione. Abūdat enim Regio Apris, Cervis, Damis, & alio quodam animali quod *Muſlonem* vocant, quod modo in Corſica deſcripſimus. Nullum gignit Sardinia Lupum, aut aliud huiuſmodi nocens animal. Caret etiam Serpentibus. Silius: *Serpentum tellus pura, ac viduata veneno* *Sed triſtis cœlo, ac multa vitiata palude.* Sed quod alijs terris Serpens eſt, id *Solipunga* Sardois agris; animal perexiguum, ſimileque araneis forma. Lucanus Salpiga vocat, Plinius Soliſugam, quod diem fugiat. In Metallis argentarijs plurima eſt: eſt enim ſolum iſtud Argenti diues. Occultim reptat, & per imprudentiam ſuperſedentibus peſtem facit. Accedit etiam huic incommodo herba Sardonia quam Pauſanias in Phocaicis Selino, hoc eſt Apio ſimilem eſſe dicit: Græci vocant βατράχιον, Latini Ranunculum, & Strumeam. Hæc ſi edulio fuerit, ora hominum & rictus contrahit, & quaſi ridentes perimit. Strabo ex ea ſcribit Hiſpanos venenum conficere, quod vrgente vi maiore hauſtum, citra dolorem perimat. Inde prouerbium natum, Σαρδόνιος γέλως. Quinam hæc loca primi coluerint, ambigitur. Ariſtoteles in mirabilibus narrationibus docet *Græcos* hic quomdam habitaſſe, *Ilienſes* & *Locrenſes* creduntur fuiſſe. *Imperium Maiorum.* Romani de ea diu multumque certauere cum Carthaginienſibus, victoreſque in eam Colonias miſere. Poſtea occupauere *Saraceni*: hiſque pulſis *Genuenſes*, & *piſani*; nunc eam habet *Hiſpaniarum Rex*. *Vrbes.* Vrbs Sardoa primaria eſt *Calaris*, vulgo *Cagler*. Sita eſt in Monte iuxta Mare, Africam reſpiciens, portumque habet ampliſſimum: De ea Claudianus,

Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Calaris, tenuemq; per vndas
Obvia demittit fracturum flamina collem.

In quatuor Vrbs ſecatur Partes: quarum media quæ fortiſſimo ſepta eſt Muro, proprie vocatur *Calaris*: Pars ad Ortum vergens, *Villa nova* vulgo dicitur, Latine *Novum Opidum*: quę vero Meridiem reſpicit & Mare Mediterraneum, *La Gliapola* vocatur, ſeu *La Marina*: & quæ ad Occidentem vergit *Stampax* nominatur. Suntque hæ tres Partes Suburbia quædam & Appendices Vrbis Calaritanæ. Vrbs multis ornata eſt Privilegijs. Conſules creat, qui poteſtatem habent ſontes puniendi citra auctoritatem Regis: præterea novas Leges condendi, cum populi tamen conſenſu. In hac Vrbe *B. Auguſtini* λείψανα tam diu quieſcere, donec ab Heliprando Langbardorum Rege Papiam tranſlata ſunt. In ea *Sardiniae Prorex* fere ſemper moratur, una cum Baronibus, Comitibus & multis divitibus. Mela & Plinius *Sulchitanam* vrbem hic commemorant. Hodie etiam ſunt Civitates, *Oriſtagnum* Civitas Metropolitana, ſita in loco plano & parum diſtans a Mari. Aer hic inſalubris ob paludes & ſtagna, atque ob id non eſt admodum Populo frequens. Fuit olim regio illa Arborea appellata, nunc autem Marchionatus Oriſtagni dicitur. In hac olim Turrita fuit Romanorum Colonia. *Saßaris* Civitas Solum amœnum habens & pulcherrimis irriguum fontibus, multis boniſque frugibus abundans. Parum tamen munita eſt. *Algher* Civitas nova, exigua, populo tamen frequens & munitiſſima, domibus & ædificijs pulcris ornata: cujus Incolæ fere omnes Taraconenſes. Habet Sardinia & alias Civitates, & Opida, quorum mentionem hic non faciemus, brevitati ſtudentes. *Flumina.* Flumina habet multa & amœna, ſed non profunda, quæ eſtatis tempore vado tranſiri poſſint. Multi ſunt in Sardinia *Magiſtratus*. Omnium ſupremus eſt *Prorex*, qui omnem fere Regis tenet auctoritatem: & ſolus Hiſpanus hunc Magiſtratum gerere poteſt ſecundum antiquas conſtitutiones. *Ratio gubernandi.* Habet a Rege adſignatum *Adſeſſorem* Iuris V. Doctorem quem *Regentem* ibi appellant. Habet præterea & alios *Conſiliarios*; quorum conſilio omnia fere diſponit, appellaturque ejus Tribunal, *Regia audientia*. *Senatores.* Olim hunc Magiſtratum juxta privilegium Regni nullus poterat gerere niſi per triennium: deinde alius ſuccedebat in locum ejus. Nunc autem in eo Munere multis temporibus quis perſiſtit, vt Regi placet. Ad mores & Genium Sardorum quod attinet; Corpore ſunt robuſti & laboribus adſueti, præter paucos luxui deditos: *Vulgi mores.* Litterarum ſtudio parum ſunt intenti, venationi autem deditiſſimi. Multi pecuariam exercent rem, agreſti cibo & aqua contenti. *Victus.* Qui in opidis & Villis habitant, pacifice inter ſe vivunt. Advenas amant & humaniter tractant. *Veſtitus.* Vivunt in diem & viliſſimo veſtiuntur panno. Et quod mirandum eſt nullum habent Artificem in tam ampla Inſula, qui enſes, pugiones & alia fabricet Arma, ſed hæc ex Hiſpania & Italia petunt.

Ecclesiastica administratio.

Panormus Archiepiscopatus est situs 36 56:37 2. Cui subiecti sunt Agrigentinus Episcopus 37 39:36 10. Mazarensis 36 20;36 24. & Milevitanus seve Maltensis, qui est in Insula Malta inter Africam & Siciliam sita.

Montis regalis Archiep. forte 37 0:37 18. Cui subsunt Siracusensis 39 24:36 22. & Cathanensis 39 40:37 0.

Messanensis Archiep. 39 56:37 54. Cui subsunt Cephaludensis 37 42;37 36. Pacensis 38 58:37 50. Liparienſis in Insula Lipari, Vide in Tab. Italiæ vniversali ad septentrionem Patti, in latitudine 38 18. & S. Marci 38 32;37 45. & Militensis Milazo nunc, 39 20:38 1.

Meridiani distant pro ratione paralleli *37.0.* ad meridianum.

SICILIA.

Sicilia ante omnes Mediterranei maris Insulas claritate eminẽs, Thucydidi *Sicania* a *Sicano*, qui, ut Solinus & Capella scribunt, cum Iberica manu in eam terram ante bella Troiana devenit. *Trinacria* pluribus, ac præsertim Poetis, ob tria Promõtoria. Ovid. lib. VI Fast. *Regio- Nomina & vnde deducta.*

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor, Trinacris, a positu nomen adepta loci.

A specie *Triquetra:* tribus enim Promontorijs in diversa procurrens, Græcæ litteræ imaginem quæ Delta dicitur, efficit. Tria illa Promontoria autem sunt *Pelorus, Pachynus* & *Lilybæũ.* Σικελία Græcis: Τριναχίη Dionysio Alex. & Θρηνακία Sudæ, nisi Codex vitiosus sit. Ceterum ut quidam arbitrantur —— *Trinacria quondam Italiæ pars una fuit, sed pontus & æstus*

Mutavere situm: rupit consinia Nereus Victor, & abscissos interluit æquore montes.

Atque hinc *Rhegium* in Italia dictum διὰ τῆς ῥήξεως, quod illic Siculũ latus ab Italia divulsum. A Septemtrione Mari Tyrrheno seu Infero pulsatur; ab Ortu Adriatico vel Supero & Ionio; ad Austrum Africo Mari, & ad Occidentem Sardoo. Thucydides lib. VI scribit ambitum Siciliæ non multo minorem esse octo dierum itinere. Tantaque cum sit, tamen tantum XX Stadiorum intervallo dirimi a terra continenti. *Situs.*

Insula porro hæc Salubritate Cœli, Soli fertilitate, Frugum omnium copia rebusque alijs, quibus indiget Mortaliũ usus, maxime præstat. Subjacet enim quarto Climati, quod Cœli clementia sex alijs anteceellit. Quo fit, ut, quidquid Sicilia gignit, sive Soli, sive Hominis ingenio, vt Solinus ait, proximum sit ijs quæ optima judicantur. Marcus Cato eam Cellam Penariam Reip. Nutricemque Plebis Romanę apellavit: Horreum Pop. Romani Strabo. In Agro Sunensi, in quo raptam Proserpinam Veteres finxerunt, loco quem dixerunt *Vmbilicum Siciliæ*, tanta est Frumenti vbertas, ut ex uno Tritici Modio centum colligantur, quem Agrum idcirco vocant *Campe dallo cento Salme.* Huic tamen non cedit Ager Leontinus, de quo videndi, Cicero III Vertina, Sidonius lib. XI, ep. XII. Prudentius lib. II contra Symm. & lib. I Car. XXII. Quid Vina commemorabo optimi Saporis odorisque? Vina in Siciliæ laudatissima premi. Plinius (qui in censendis Vinis quibusque optimis diligentissimus ac prope curiosus fuit) peculiariter prædicat. *Balincium* enim Vinum (quod Mulsi saporẽ habet) in Sicilia ponit. Vocant autem *Mulsum* vinum melle affectum, unde conjicitur *Balincium* Vinum illud esse quod *Muscatellum*, exactæ dulcedinis vocant. Vuas namque, quarum Apes sunt avidæ, a quibus & *Apianæ* dicebantur eas & Muscæ quoque vt inquit Columella, insectantur a quibus *Muscatellae* vulgo nunc dicuntur, ex quibus vinum dulcissimum, & eximiæ suavitatis exprimitur, quod *Muscatellum* dicitur: licet plerique a muſci odore, quo plurimum redolet, id ei nomen impositum, existiment. Hac ætate Vinis Siculis jure optimo præstantia debetur, quod cum Italis non impari certamine contendãt, tum quod palato æque arrideant, tum quod ætatem optime ferant. Oleum item Sicilia vbertate quadam, & abundantia fundit, Saccarũ, Crocũ, Mel, Sal, omnis ferme generis Fructus nobilissimos, & Sericum præstantissimum. Est præter hęc Sicilia Metallis etiam dives: Aurum namque habet, Argentum ac Ferrum, & Alumen. Lapides quoque preciosos gignit, Smaragdum, Achatem, Beryllum, Porphyritẽ, Iaspidem. Boum, pecorum, ceterorumque animantium Armentis Gregibusque densissimis præstat. Damarum etiam Aprorumque Venatione, ac Perdicum ac Ataginum (quas *Francolinas* vulgo appellant, Aucupio insignis est. Falcones sacri & peregrini, volatilium hostes, aliunde advolantes, hic etiam capiuntur. Regionem hanc primi tenuere *Lastrygones* immanes & ἄξενοι; tum *Sicani* Hispanorum Coloni; accessere *Troianorum* & *Cretensium* populi. Postea *Græci* eam appetiuere, inde *Romani*, & quidem post divisum Orientis & Occidentis Imperium Constantinopolitanis paruit per annos pene CC. Sub *Iustiniano* autem Imperatore Insulam *Gothi* invasere, qui ipsi post annos XVII a *Belisario* expulsi sunt. Postea occupavere eã *Saraceni* sub *Michaele Balbo*, qui CCCC annos ea potiti sunt. Hi *Normannis* cessere: Successere *Langhardi, Suevi, Germani:* sed his a Clemente IV exactis, *Galli* rerum potiti per annos XVII ad vesperas usque Siculas, quę incidere in annum CIↃCCLXXXII. Ex eo paruit *Arragonensibus*, usque ad *Ferdinandum Regem*, quo extincto *Hispaniarum Reges* Arragonię & Siciliæ imperium possedere. Plinius in hac Vrbes LXXII numeravit. Hodie sunt civitates & Opida CLXXIII, Magino teste. Regni Metropolis est *Panormus* Ptol & alijs: *Palermum, Palerno* hodie. Vrbs est vetustissima, Phoenicum Colonia, uti ostendunt Epitaphia aliqua Litteris Chaldaicis conscripta. Existimatur temporibus Abrahami exstructa. Sita est loco amœno & fertilissimo. Ad Septemtrionem spectat, pelagoque adluitur Tyrrheno, Muris septa altissimis, quod opus est Friderici Regis, Secundum mare Arx est, quæ nostra tempestate amplificata, quod *Castrum ad Mare* nominant. Tres item antiquæ Civitatis portæ, & veteres muri multis cum *Cœli temperies. Soli fertilitas. Animalium varietas. Imperium Maiorum. Vrbes.*

SICILIAE
Regnum.
MARE TYRRHENO
MARE AFRICO
Per Gerardum Mercatorem
Cum Priuilegio.
Milliaria Italica communia

turribus Lapide quadrato constructi, etiamnum manent. Templum est Panormi D. Petro Sacrum, a Rogerio Siciliæ Rege conditum, quod sua pulchritudine & rerum preciosarum apparatu, ceteris, quæ in Italia nũc usquã exstant, seu veteribus seu nouis merito præferri constat: quo nomine ab omnibus, qui Panormũ aut inhabitãt aut invisunt viris, non imperitis modo, sed ingenio etiã doctrinaq; præstantibus, summa cũ admiratione ac voluptate frequẽtatur. Maior etiam totius Vrbis Ecclesia reticulata est structura, quadrato ac diversis in exteriori facie imaginibus figurisque inciso ac perpolito Lapide a Gualtherio huius nominis II Archiepiscopo, anno CIƆIƆLXXXV fundata: vbi Regum Reginarumque Siciliæ ac Ducum quoque corpora sunt recõdita. Est & Gymnasium publicum & *Hospitale* novum, quod & structuræ magnitudine & loci pulchritudine ceteris quibusvis Xenodochijs nihil invidet. Longum foret reliqua huius Vrbis ornamenta & præclara ædificia commemorare. Reliquæ Civitates sunt, *Syracusae*, vrbs quondam maxima, quam ita Orator describit Actio. IV in Verrem. *Vrbem Syracusas maximam esse Græcarum Vrbium pulcherrimamque omnium, sæpe audistis. Est, Iudices, ita ut dicitur: Nam & situ est cum munito, tum ex omni aditu vel terra vel mari, præclaro ad adspectum, & portus habet prope in adificatione adspectuque urbi inclusos. Qui quum diversos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur & consluunt. Eorum coniunctione pars opidi quæ appellatur insula, mari disiuncta angusto, ponte rursum adiungitur & continetur. Ea tanta est vrbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur, quarum una est ea quam dixi Insula: quae duobus portubus cincta, in utriusque portus ostium aditumque proiecta est: in qua est domus, quae regis Hieronis fuit, qua Praetores uti solent. In ea sunt aedes sacrae complures: sed duae, quae longe caeteris anteeellunt, Dianae una, & altera quae fuit ante istius* (Verris) *adventum ornatissima, Minervae. In hac Insula extrema est Fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole Lapidum a mari disiunctus esset. Altera autem est Vrbs Syracusis cui nomen Acradina est, in qua Forum maximum, pulcherrimae porticus, ornatissimum Prytaneum, amplissima curia, templumque egregium Iovis Olympij, ceteraeque urbis partes una lata via perpetua multisque transversis divisae, privatis aedificijs continentur. Tertia est Vrbs, quae quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit, Tyche nominata est, in qua & Gymnasium amplissimum est, & complures aedes sacrae, coliturque ea pars, & habitatur frequentissime. Quarta autem est urbs, quae quia postrema aedificata est, Neapolis nominatur, ad quam Theatrum est maximum, praeterea duo templa egregia, Cereris unum, alterum Liberae, Signumque Apollinis, qui Tennites vocatur pulcherrimum & maximum.* Idcirco Ausonius quadruplices dixit *Syracusas.*

Quis Catinam sileat, quis quadruplices Syracusas?

Syracusani vero virtute, aut eruditione, aut aliter nobiles, hi fere commemorantur. *Lygdamus*: cuius ossa carruisse medullis, fama est. *Asylus* & *Hisvio* Olympionicæ. *Hermocrates* Dux & Orator. *Callicrates*, qui cum Lamacho Atheniẽsi occubuit. *Heraclides, Eurides, Menãder, Diocles Legislator, Theocritus* poeta, *Epicharmus* Comoediarum scriptor; *Dinolochus: Corax* & *Tisias* Rhetoricæ Inventores: *Antiochus* Historicus, *Lysias*, *Bion* orator, *Cimias* Philosophus, *Philemon* Comicus qui Alexandri Magni ætatẽ risu mortuus. *Sosphanes* Tragicus, *Theodorus* Orator, *Themistogenes* Historicus, *Athanagoras* orator, *Dion* ad quem Platonis exstant epistolæ, adfinis Dionysij Superioris, qui & ipse Syracusius fuit, & huius filius alter *Dionysius*, qui Corinthi ludum aperuit. *Nisaeus, Cephalus, Agathocles*, & huius F. *Eudoxus, Philistus, Hiero* Rex, *Archimedes*. Hodie tam amplæ vrbis decora omnia periere: ruinæ exstant & Opidi partes. *Messana* vrbs freto incumbens, cujus Incolæ primum Messanenses, postea Mamertini dicti sunt, noti Punicis & Atticis bellis, ex Herodoto & Thucydide. *Catina*, quę etiam *Catana*, ut recte tradidit Hermolaus Barbarus, Patria Charondę Legislatoris, Gymnasio hodie celebris, Æthnæ vicina, medio fere spacio inter Pachynum & Pelorum. *Taurominium* vrbs a Zanclæis condita, hodie *Taormina*. *Leontium* patria Gorgiæ Sophistæ. *Agrigentum* pervetusta Civitas, quam olim Carthaginenses everterunt, & Megalus atque Feriscus rursum instaurarunt. Hic Tyrannidem suam exercuit Phalaris, qui homines in taurum æneũ igne accensum conjectos necavit. Sunt etiam *Augusta* antea *Megara*: *Castrogianum* olim *Ennea*: *Drepanum, Monreale, Heraclea*, & aliæ vrbes complures. Fluminibus rigatur plurimis, in quibus, ut & in Lacubus Mugilum, Alosarum, Anguillarum, Tincarum & Troctarum non spernenda captura. Siculas etiam Patellas Eubulus apud Athenæum maxime laudat. In Mari vero Thynnorum non modo ad Pachynum sed ad Panormum etiam & Drepanum, ac omnem eam, quam Mare Tyrrhenum adluit, otam, larga captura. Non singulatim sed gregatim incedunt, & mensibus Maio ac Junio in mare Tyrrhenum, ab Oceano ad ea loca maximo impetu irrumpunt. Capiuntur & in Freto Messanensi Xiphij. Siculum mare omni denique piscium genere benignissimum est, & Mullorum copia, quos Græci Trichias, Barbatos autem Sophron & Cic. vocant, & Murenarum ac Horycinorum, qui teste Athenæo lib. VII secundum obtinent locum, insigne. Quid de Coralio plantę marinæ genere dicam? quod in Drepanitano & Messanensi gignitur mari laudatissimum. Sub Aquis herbascit, extractum dein ad aerem durescit in lapidem purpurei coloris, oculis gratissimum. Fretum autem Siculum angustum, anceps, atrox, sævuum, Scyllæ Charybdisque nominibus infame. *Montes* præcipui sunt *Ætna* & *Eryx*. *Ætna*, ἀίτνη. *Cælestis Columna* cognominatur Pindaro. *Tiphoeum* eum vocat Silius Italicus. Hodie *Monte Gibello* aut *Mongibello* nominant. Assiduis ignibus flagrat, Vulcano sacer. Describitur a Virg. lib III Æneidos, Plinio lib III. Cap. VIII, Mela lib. II cap. VII, Solino, alijs. *Eryx* maxime memoratus ob delubrum Veneris ab Ænea, quod scribitur conditum. De quo Strabo lib. VI. Eum pulchre describit Polybius lib. I. Sunt & alij Montes II, *Nebrodes* & *Neptunius*. E Neptunio specula est in Pelagus Thuscum & Adriaticum. *Nebrodi* Damarum copia nomen dedit, quem Damæ & Hinnuli gregatim pervagantur, ut scribit Solinus. Sunt autem vt plurimum *Siculi* ingenio acuti, natura facundi, faceti, sententiosi, & arguti: sed loquaces. Præterea suspicione pleni, invidi, nec non asperi & rustici; bello strenui, facile injurias inferunt, ac vindictæ vehementer cupidi sunt.

Flumina.

Mare.

Montes.

Vulgi mores.

STIRIA

Vulgò Stirmarck, per Fredericum Barbarossam factus est Ducatus.

In eo plures sunt Comitatus, inter quos VVarasdin, ad Drauum fluuium, & Lebnau, ad Muram fluuium.

Meridiani positi sunt pro ratione paralleli 47. 10. ad circulum maximum.

STIRIA.

Stiriam vulgo *Stirmarck*, a Tauro dictam esse vix dubium est, cui opinioni subscribit etiam Ægidius Tschudus; vbi refert ex Plinio, Catonem Lepontios & Salassos Tauriscæ gentis asseuerare: (inquit enim) Fuerunt autem Tauristi isti Galli, quorum natio in antiquissimis Gallorum prælijs Sedem collocavit vltra Alpes, de quibus Polybius lib. 11 de bello Gallico sic scribit: In Alpibus ab vtroque latere montosa habitant ad eam partem quæ versus Rhodanum & Septemtrionem spectat, *Galli* qui *Trans Alpini* appellantur; ad eam vero quæ campis imminet *Tauristi*, *Agones* & alia pleraque Barbarorum genera, a quibus Trans Alpini non genere, sed differentia loci differunt: ideo Trans Alpini dicti, quod trans Montes colant etc. *Isti Tauristi* postea emigrantes, alia quæsierunt loca, occupaueruntque regionem quæ modo Comitatus *Goertz* appellatur, ac deinde profecti sunt in Stiriam, nomen suum illi terræ relinquentes. Significat enim Taurus Germanis *Stier*. Fuerunt se quoque in Austriam & Hungariam, de qua re hic non est locus differendi. Hæc ille. *Stiriam* vero *Valeriam* olim dictam fuisse affirmant nonnulli, sicque appellatam fuisse in honorem *Valeriæ* Diocletiani Filiæ, quemadmodũ Marcellinus memoriæ prodidit: Et Aurelius Victor de Cæsaribus. Volaterranus vero *Iapidiam* dictam putat: Sic enim scribit lib. VIII Geograph. Proxima huic *Iapidia*, quam *Stiriam* nunc vocant, licet Pius Pontifex eam Valeriam putat: ego vero ex descriptione Rufi, *Valeriam* potius *Croatiam* dixerim, inter Danubium & Dravum. Hactenus ille. Si prior opinio vera est, *Quados* aliquando hęc loca tenuisse, ex eo paret, quod Sextus Rufus scribit sub Iulio, *Marcomãnos* & *Quados* de locis *Valeriae* quæ sunt inter Danubium & Dravum fluvium pulsos esse. Est vero & hæc regio Norici Mediterranei pars, quemadmodum & Carinthia, & Illyrici provincijs adnumeranda. Germaniæ quoque posterius accessit. Conregionales Stirijs sunt ad Ortum quidem Hungari; ad Meridiẽ Carniola Carniaque; ad Occidentem Carinthia; qua Septemtrio est, Austria. Terra vndique Montibus obsita, præterquam qua Orientem respicit Solem, vbi spaciosa est planicies. De eius fertilitate parum polliceri ausim. Regio quidem vniuersa Mineris turget, verum Principum iucuria parcius fodirur. Argentarias Fodinas habet in Alpibus quas *Schwenberger Aben* ipsi nuncupant. Ferrarias iuxta Anisum Fluuium. Salis quoque ingens copia hic coquitur, quem in alias Regiones exportant, ac Lucrum ingens recipiunt. *Marchionatus* olim Pannoniæ primæ erat, vnde Stiriæ Marchia dicta fuit. *Marca* autem Limitem sonat: per Limitaneum itaque Comitem administrabatur, vti Lazius ostendit. Deinceps Ducatus dignitatem adepta, Austrijs Ducibus accessit, quibus etiamnum paret. Vltimus Marchio dictus fuit *Ottocarus* cuius Filiam duxit vxorem *Lupoldus* Dux Austriæ, qui consensu Imperatoris factus est Dux Stirię. Deinde successione illa rursus extincta, miserunt Provinciales quidam in Bavariam, alij in Hungariam, cuius Regni Moderator misit Filiũ suum: sed cum ille viveret iuxta mores suos, intolerabilisque esset Stirijs, exactus fuit, & vocatus *Ottocarus* filius Regis Bohemiæ, qui vsurpaverat Ducatum Austriæ, obtinueratque anno CHRISTI CIↃCCLXIX Carinthiam, sed diu conservare non potuit.

Regio & vnde dicta.

Situs

Soli qualitas.

Imperium Marcionum.

STIRIA
Carintbie
Mare

Nam cum eo arrogantiæ provectus esset, vt contemta Imperij Majestate de Clientelaribus Boemiæ beneficijs Cæsari Rudolpho Habsburgio Sacramentum dicere nollet; hic ad Augustam Vindelicorum, Germaniæ Principum conventum indicit, citaturque gravissimis sub pœnis *Ottocarus*, uti se sistat, ac de injuste occupatis Imperij provincijs, neglectaque ejus Majestate rationem reddat. Ridet citationem *Ottocarus*, neminemque ad Comitia qui pro se respondeat, mittit. Interim Legati ab Austriæ Ordinibus missi Augustam ad Cæsarem Principumque conventum perveniunt, & apud Cæsarem Principesque gravissime de injuria crudelitateque Ottocari conquesti docent, eum iniqui tituli jure Austriæ se insinuasse: Margaritam legitimam vxorem, Austriæ Heredem superinducta pellice repudiasse, ac tandem veneno sustulisse: Agnetem Badensem filiamque ejus Elizabetham cum fratre Henrico, legitima Austriæ hereditate spoliasse: Optimatesque complures in Vrbe Vienna crudeliter trucidasse, ac sæpissime in innocentem populum sævijsse: Austriam, Stiriam, Carniolam ac VVindorum Marchiam Imperij beneficia, cum Bela Hungariæ Rege clam esse partitum, ac ut exteræ nationis auxilio, Austriam retinere, populumque duro jugo premere posset, ab Imperio ac Cæsare defecisse &c. Decernitur communi Principum sententia, Legatos ad Boemum mittendos. Sed cum ij indigna in Cæsarem Imperiique Principes probra pro responso tulissent, omnium consensu decreto bello, ad id justa auxilia Cæsari promissa. Is maximis coactis copijs in Austriam contendit. Prodit contra Ottocarus non minoribus adductis copijs. Sed de prælij eventu, Cæsaris prudentiam ac vim veritus, dubitans, intercessione duorum hinc inde Antistitum, pacem cum eo facit restituta Austria, dictoque de Boemia ceterisque ejus provincijs Cæsari Sacramento: in genua dum hæc fiunt ante Cæsarem subsedit, inspectante exercitu. Qua de re, ut indigna, ab uxore hominibusque turbulentis reprehensus, violata pace, cum ingenti exercitu, Austriam invadit. Exit contra Cæsar Rodolphus, Germanorum copijs, Hungarorumque auxilijs stipatus, ac haud procul Opido Marchecco, cum Ottocaro congressus, eum superat occiditque, deinde infesto exercitu Boemiam invadens; ferro ac igne adolescentē *Wenceslaum*, defuncti Ottocari filium, petere pacem coegit, legesque pro sua Imperijque dignitate dat. Filium vero suum Albertum natu maximum Austriæ præficit; ac paulo post, e communi Principum Imperij sententia Ducem Austriæ & Stiriæ eum renunciat. *Stiria* distinguitur in *Superiorem* vbi Muræ fluvij divertigium, & *Inferiorem* juxta Dravi & Muræ confluentes, qua Pannoniæ Secundæ seu Hungariæ proxima est, vnde is locus *am Hungherischen* dicitur. Vrbes Stiriæ sunt famatæ *Brugæ* ad Muram, ac ibidem *Grazium*; *Viana*, *Voytsperg* vulgo ad Kaynacham fluvium: *Woisspergum* ad Lavandam fluvium: *Marchpurgum* Metropolitana ad Dravi sinistram ripam, atque ex eadem parte *Petovia* seu *Colonia Petovia*, vbi Legiones Romanæ fixerunt sedem. Trans flumen *Warasinum*, *Castra Variana* vocant. *Rackelpurgum* Muræ fluminis sinistræ ripæ adjacet, ubi Savaria Regio initium habet. In hac etiam *Cilia* est ad Savi ripam, urbs uti apparet ex vestigijs, antiqua. Nam inscriptiones in ea plures nominum Rom. apparent. Opidani a Sulla conditam dicunt, vocarique *Sullacem*, nulla tamen authoritate quam sciam, inquit Volaterranus. Nam forte ea fuerit aut ex eius ruinis, quam Ptolemæus non longe ab hac ponit, *Celiam* appellatam. Fluvijs rigatur *Stiria*, *Dravo*, *Lavanda*, *Sackan*, *Sulmo*, *Raynacho*, *Mura*, *Martza* *Arrabone*, *Voystritza*, *Laufnitio*, ac infinitis propemodum Torrentibus ac rivulis qui omnes tandem Danubio miscentur. *Montium* hic numerus non est, quare singulorum nomina adscribere vix licet, omnes pene generali nomine *Norica Alpes* dicuntur. Vnde Alpium adhuc præ se ferunt nomina cuiusmodi sunt *Rauch Alben*, *Subalben*, *Saw Alben*, *Schwanberger Alben*. In confinijs Austriæ, Carinthiæ & Stiriæ *Taurus* Mons est: Muræ fluvio *Gesacus* Mons imminet, nunc vulgo *Der Scockel* vocatur, & *Sattli*, *Mansenperg*, *Weinsperg*, juxta Salzim fluvium dicitur *Ina Sawrussel*, hoc est *os porcinum*, *Deifelsteig*. i. *Diaboli praecipitium*. Infra Muram dicitur, *in Gaistal*, *Stainperg* & *Rainacher Alben*: Paullo inferius sunt, *Kreiczpergus*, & *Hertzpergus* montes; & versus Ortum *Radel* & *Plaitzperg*. Vltra Dravum versus Meridiem *Claudius Mons*, nunc *Dracimperg* dicitur. Refert Vadianus, quod superioribus annis Viennæ Austriæ constans fama increbuerit, ardere in Stiria cœpisse Montem, quo pellectus Maximilianus Cæsar Augustus, nuncijs ad inquirendum missis ita esse ut ferebatur compererit, quod miraculi loco hic recensere libuit. Hæc vero accidisse verissimile est circa annum Christi CIↃ IↃXX, quo tempore Vadianus hæc videtur scripsisse. Prædicti vero Mōtes passim, sparsimq; Siluis vestiuntur. *Stirij* agrestes vulgo populi sunt & strumosi, adeo quidem ingenti struma nonnulli, vt ipsis loquelam impediat: & mulier lactans illam post tergum perinde atque saccum reiiciat (si fama vera est) ne infanti impedimento sit. Memoriæ prodit Ortelius se Frisachij dum anno CIↃIↃlVIII Vienna Venetias proficiscebatur, non sine admiratione hominem contemplatum, cui mentum ab auribus incipiens, humeros latitudine fere æquabat, & ad pectus usque propendebat. Strumæ caussam Aquæ Aerique, quibus vescuntur incolæ, tribuunt. Suriani cultu & sermone Germani sunt præter Dravi adcolas, qui Illyrica vtuntur lingua.

Vrbes.

SCLAVONIA, CROATIA, BOSNIA, CVM DALMATIÆ PARTE.

Ecclesiastica administratio ex Provinciali Romano.

Archiepisc. Iadra, quam nunc Zaram dici putant 39 23:44 33. Cui subsunt Anzara, Vegla aut Vegia in tab. Friuli 38 19:45 *10. Arbe* 38 49:44 *56.*

Archiep. Spalato 40 54:44 *0. sub quo Tragurium* 40 40:43 56. *Teniensis Tina* 40 34:44 34. *Sardona* 40 8:44 20. *Temnensis, Nenensis, Nonensis, Nona opinor* 39 16:44 42. *Almissa* 41 14:53 54. *Sibinicensis* 40 16:44 24. *Farensis.*

Archiep. Ragusinus, vide in tab. Græciæ & Macedoniæ 42 52:42 50. *sub quo Stagnensis* 42 25:43 12. *Rossenensis vel Bossononensis, Risine opinor* 43 30:42 44. *Tribuniensis Trebina* 42 58:43 8. *Cataro* 43 40:42 36. *Bacensis, Rosensis* 42 16: 42 30. *Bidnanensis, Budoa* 43 34:42 16.

Archiepisc. Antibarensis in tab. Macedoniæ 43 32:42 12. *sub quo sunt Dulcinium* 43 54:42 6 *Suacinensis, Drinastensis* 44 20:42 28. *Polastrensis, Scodrensis,* 44 20:42 24. *Sardensis, Surtanensis vel Acittarensis Arbensis.*

Medius meridianus *41. 30.* ad quem reliqui iuxta rationes parallelorum 44. 40. & 46. 0. inclinantur.

SCLAVONIA, CROATIA, BOSNIA, cum Dalmatiæ parte.

Sclavonia.

Regio & unde dicta.

INter Regiones quæ hac Tabula nobis repræsentantur, primum locum sibi vendicat *Sclavonia*. Hęc a gente Selavonica nomen habet, quæ olim ad Mæotidem paludem habitavit. Dicta quoque fuit *Illyricum* Plin. ab *Illyrico* Cadmi, vel ut alij sentiunt, Polyphemi Filio: Ἰλλυρίς Ptol. *Illyria* Steph. Eam alij aliter definiunt. Ptolemæus ab Istria ad Macedoniæ usque confinia secundum maris littora producit; mediterranea eius ad Pannones & Mœsiam superiorem expandit. Multo ampliorem eam describit Pomponius Mela, & Dionysius Alexandrinus: totam enim matis Hadriatici oram, a Tergesto ad Ceraunios usq; montes, Illyrijs adscribit, eosque ultra Danubium fluvium habitare docet: Danubium namque inter eius flumina Mela numerat. Alij etiamnum latius huius fines extendunt. Plinius vero inter Arsiam & Titium fluvios constringit. Plerique in ea describenda Ptolemęum sequuntur. Secundum quem continet Illyris qua Macedoniam spectat, Dalmatiam, & Liburniam quam *Crabatem* nunc Lazius vocat; alij Croatiam: Pinetus Comitatum Iaderæ, hoc est *Contado di Zara* indigitat. Longitudo ab Arsa ad Drinum usque est mill. Italicorũ ccc lxxx. Aere fruitur locis nonnullis puro ac salubri, quibusdã minus grato, qua paludes ac exhalationes foedæ eum inficiunt. Regio omnis, teste Strabone, aprica est & amoena: optimos habet & firmos maris portus, solum fertile, etiam vitiferum, nisi qua saxis & rupibus horret, aut ad Pannonias, ubi frigida est & nivalis. Florus de Illyrijs scribit, primò bello Punico Illyrios populationibus non contentos, licentiæ scelus addidisse, legatos Pop. Romani iure agentes, non gladio, sed ut victimas securi percussisse: Præfectos navium igni combussisse, idque, quod indignius foret, muliere imperante, quam ille *Teutam* vocatam scribit. Rursũ bello Macedonico Illyrij a Perse rege conducti Romanum militem a tergo cœperant distringere, sed deleta ab Anicio Prætore Scorda, quod caput gentis erat, statim sequuta deditio est. Plinius orã Illyridis mille amplius Insulis frequentari scribit, quum contra Italiæ ora huic obversa importuosa sit. Illyridis urbes potiores & Opida sunt *Senia* vrbs, vulgo *Segna*, in planicie sita ad Mare, quod a Borea vento horridis tempestatibus obnoxium. *Iadera* Colonia, Liburnorum Metropolis, hodie præcipua ac munitissima. *Zara*, vulgo *Sebenicũ* Opidum Ptol. *Sicum* dictum. Situm est in Sinu Scardonico, in conspectu irrumpentis freti ad montis radicem, ubi est Arx. Fertiles habet agros, sed male nunc habitatur ob Turcarum vexationes. *Spalatum* & *Salona* Ptolemæo & Straboni celebrata. *Salona* etiam, Dalmatarum navale, quod quidem nunc parum colitur, ob Turcarum viciniam. *Tragurium* hodie *Tran*, a continenti parvo Euripo separatum. *Epidaurus* vrbs antiqua, ad cuius ruinas *Ragusium*, vulgo *Ragusi*, Turcis *Pobrouicha*, urbs exigua cum Arce munitissima: Hic nobile est emporium mercium Turcicarum, Respublica legibus ęquissimis constituta, cives opulenti. Duobus præcipuis abluitur tota Regio fluvijs, Savo & Dravo qui in Danubium corruunt. Vltra Montes plurimi minores Amnes erumpunt in Sinũ Hadriaticum, ut sunt Edanius, Ticius, Naron, Rhizon & Drinus. Illyrici seu Sclavonici populi fere omnes ligneis habitant ædificijs, culmo contectis, præter paucas littorales vrbes, in quibus humanius degunt. Et hæc de Illyrico sive Sclavonia universim. Sclavonia autem quam hic nostra exhibet Tabula, Illyrici illius tantum pars est, nisi forte dicamus eam Plinij esse. Continet *Windorum Marchiam* & *Zagabriensem Comitatum*, uti ex Pinace videre est.

Nomina.

Situs.

Aeris qualitas.

Soli fertilitas.

Vrbes.

Flumina.

SCLAVONIA,
CROATIA, BOSNIA
CVM DALMATIAE
PARTE.
GOLFO
DI
VENETIA.
Per Gerardum Mercatorem
Cum priuilegio.
SENA
Sirmiensis com.
Ratzia
Pelcs
Spatarum
CVONIA

Regio. Situs. Vrbes.

CRoatia Illyrici quod initio descripsimus, pars versus Hungariam, Rufo & Volaterrano *Valeria: Liburnia* alijs. Istriæ ad Sinum Fanaticum adhæret versus Ortum, inter Cuspam & Savum flumina, & Superiorem Moesiam sita. Huius Metropolis nunc *Bigihon* esse dicitur, aliquando *Fumium* erat. Vrbes præterea plurimas habet, utpote *Zeng, Wackat, Turnaw, Modrisch.* Ceterum Regio paucis ab hinc annis propter Turcarum in hanc invasiones mirum in modum innotuit. Cum iam foedus quod cum Christianis erat Turca rupisset, hanc regionem vti sibi vehementer commodam ad invadendum ceteras Regiones, Italiam & Germaniam, suis Regnis & provincijs adnectere ardebat. Sub initium itaque æstatis anni CIↃIↃXCII Turcarum Imperator per Bassas & Duces suos in Croatiam exercitum duci jubet. Consternatis vehementer per totam regionem adventante hoc exercitu militibus, *Hraslovitzam* munimentum fortissimum per proditionem, Bassa ex Bosnia capit. Neque hoc furiosi militis placata rabies est, quin *Wyhitz* civitatem munitissimam, vallis aggeribusque undique circumductam, obsideat; militem omnem, qui eam tuebatur, cum pro vita sustentanda, & reliquo defendendo, nihil, neque spes superesset, gloriose se dantem, præter fidem datam, Turca eneat. Hanc deditionem mille aliæ calamitates sequutæ sunt, quas silentio transeo. Porro anno sequenti qui erat Millesimus Quingentesimus Nonagesimus Tertius, cum a se tot partas victorias, tot captas Arces & Munimenta Turca gloriaretur, habendi *Sissegkum* civitatem munitissimam, vehemens eum cupido invadit: atq; exercitu coacto, obsidione hanc civitatem cingit. Verum Germani animadvertentes quantum mali hinc & detrimenti, si a Turcis caperetur, non solum Germanię, verum etiam toti Europæ accederet, collectis undiq; copijs, ac trajecto Savo fluvio, pro civitate liberanda, cum inimico confligere statuunt. Turcici Equites qui numero erant 8000, aut ut alij volunt 10000, ut impedirent Christianorum adventum per pontem quem ante exstruxerāt, ad alterā Savi ripā properāt, exercitū suū locant, pugnāque cū Christianis ineunt: instāt durius ac animosius Christiani, quorū impetum nō ferētes Turcæ ad pōtē fugiunt, verū eū iam paullo ante occupaverāt Carolostadiēses milites, pars Christiani exercitus. Turcæ nusquā refugio repetto, præcluso pōte ad reliquū exercitū aditu, omnes fere cædūtur, reliqui in Savo & Kulpa fluminibus salutē quærētes submerguntur. Pars reliqua Exercitus Turcici, cum a suis infelicissime pugnatum videret, turpiter fugit; ac tandem nostri auxiliante Deo XXII Iunij Anno CIↃIↃXCIII Civitatem arctissima obsidione liberant.

Bosnia.

Regio & unde dicta.

LIburniæ Orientalem plagam *Bosniam* hodie dicunt a *Bessis* Inferioris Mœsiæ populis: qui inde a Bulgaris ejecti in hanc Superiorem Mœsiam migrarunt, ac mutato e in o litera, pro *Bessis Bossi* & *Bosni* dicūtur: atque inde *Bosna* & *Bosnia.* Quales mutationes in multis alijs proprijs nominibus sæpe factas videmus, ut olim *Melita* & hodie *Malta, Longones* & *Lingones, Scandia* & *Schondia* &c. Quando hæc provincia in Regnum fuerit evecta non invenio. Scribit quidem Bonfinius, *Ludovicum* Regem Hungariæ circa Annum CIↃCCCXLV, quum reliquias Tartarorum ex regno suo pellere conaretur, vocasse principem Bosnę, cujus filiā duxit vxorē, in auxilū: quia erat potēs, habuitque amplissimā terrā, quæ ad Macedoniā usque extēdebatur. In alio quoq; loco invenio, Bosnā tributariā factā Regno Hūgariæ. Anno CIↃCCCCXV Princeps Bosnæ defecit a Sigismūdo Rege Pānonię inijtque fœdus cū Turca. Quod videns Sigismūdus, cupiensq; reducere Bosnā, misit magnum exercitum contra occupatores ejus, Turcas, sed Mahumetes fortior Sigismundo, fugato hoste retinuit Bosnam, præfecitque provinciæ *Ikachum* principem. Is abutens officio, gessit se pro Rege, vicinasque regiones invadens, multa illis damna intulit. Hungari vero collecta forti manu profecti in Bosnam, Turcico Rege trucidato omnibusque Turcis, qui in eam provinciam se receperant, fugatis, subiugarunt sibi regionem, & constituerunt in ea Regem, primum scilicet (ut videtur) ex Christianis. *Bosnia* vrbs est *Iaitza* in edito monte sita, quam duo amnes circumfluunt, præruptisque rupibus & vadis obfirmant. Ad radices montis & ad ambitum vrbis amnes illi confluunt, admixtique una in Savum feruntur. Bosnensis regni hæc ante tempora nostra caput erat, cum inexpugnabili Arce, ac Hostibus inaccessibili. Habet regio & alias quasdam insignes ciuitates, præsertim *Schwonicam* & *Warbosayne*, quam aiunt hodie esse Metropolim, sed nullo cingitur muro. Milliatzka fluvius dirimit eam in duas partes, &c.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

Dalmatia.

Regio & unde dicta. Imperiū Maiorū

REstat vt de Dalmatia, cuius etiam partem hæc Tabula delineat, pauca subjungamus. Ea a *Delminio* civitate gentis Metropoli nomen habere putatur. Fuit olim Dalmatia potentissima regio, atque ipsi Dalmatæ olim potentes armis & opibus, situ etiam confidentiores fuerunt. Agebant plerumque sub silvis, inde in latrocinia promtissimi. Hos quidem Marcius incensa urbe Delminio quasi detruncaverat, posteaque iterum Asinius gregibus, armis, agris, mulctaverat, sed Augustus rebellantes perdomuit, misso ad eos Vibio, qui efferum genus fodere terras coegit, aurumque venis repurgare: quod alioquin gens omnium cupidissima studiosa diligentia anquirit, ut illud in suos usus servare videatur. Vrbes sunt *Salanum.* Hic supersunt aliquæ reliquiæ Dioclet iani, qui hoc loco, uti patria sua, afficiebatur. *Raguzium*, de quo supra. *Castel novo* ad ostium sinus Rizonici ab antiquis vocati. *Catarum* optimum habens portum. Atque haud procul a limitibus huius Regionis sita est ad mare *Civitas Apollonia*, juxta quam est petra quæ flammam ignis evomit, & infra eum ebulliunt aquæ calidæ, & bitumen, præsertim quando petra ardet. Nec longe ab hoc loco effodiuntur Metalla, & implentur fodinæ rursum, ut post aliquot tempora iterum liceat hinc colligere æs.

Vrbes.

VVALACHIA, SERVIA, BVLGARIA, ROMANIA.

Parent nunc ista Regna Turcarum Imperatori, qui sedem Imperialem habet Constantinopoli, & præcipuum ibi palatium Serceſi dictum, de cuius regimine & gubernatione aulaque officijs non est nostri instituti scribere, luculenter ea tractarunt Ioannes Antonius Menavinus Genuensis, & Antonius Geufreus. De Imperatoris autem potentia & regnorum administratione breviter dicam. Ducenti circiter sunt, quibus Turca mandavit singulis quadriennijs per Græciam, Walachiam, Bosniam, & Anatoliam, reliquasque ditiones suas colligere Christianorum pueros masculos ex singulis familijs, tanquam decimas sibi debitas, quos Constantinopolim, Peram & Andrinopolim adducunt, & civibus educandos tradunt, ac minus elegantes in Bursia & Caramania agricolis commendant. Hi omnes Azamoglam aut Iamoglan vocantur, id est, innocentes & simplices infantes, nihilque scientes, & cum ad 8. annum pervenerint elegantiores & dociliores in Saray, hoc est, palatium præcipuum Imperatoris Constantinopoli collocantur vsque ad quingentos, ibique in litteris & armis instituuntur, donec 20. annum compleverint. Ex his eliguntur præter aulæ ministros & officiales Ianizari pedites, quos ad 12. milia in sui perpetuam custodiam habet Imperator. Ex Ianizaris spectabiliores electi Spachoglani ad 3000. dexteram Principis claudunt, singuli 4. aut 5. equis servientes. Ex ijsdem Silichtar ad 3000 similiter 4. aut 5. equis servientes sinistrum Principis latus tuentur.

Post hos duos ordines Spachoglan & Silichtar equitant Vlefagi 5000. ad dexteram Imperatoris & 5000. ad sinistram, qui omnes ex Ianizaris, aut ex abiuratis Christianis, qui fideliter Beglerbeio aut Bassæ servierunt, eliguntur.

Post hos vltimi sequuntur equites Charipici, id est, pauperes, qui ex omnibus provincijs Turcici Imperij & diversis nationibus, Christianis, Persis, Mauris, Syris, Arabibus, Barbaris & Tartaris sponte ad Imperatoris servitium Sipedy causa confluunt, ex quibus, teste Antonio Geufreo 2000. selectiores Imperatori serviunt.

Item ante Imperatorem 200. Mutaferacha lanceam gestantes equitant, qui ex servis ob facinus aliquod egregium sunt manumissi, & in nobiles aulæ electi. Item (post hos opinor) 30 Chausiler, hoc est, Caduceatores ante Principem equitant, qui accursum populi prohibent, & viam Principi aperiunt, Supplicationes quoque ipsi tradendas recipiunt.

Post hos proxime pedites Solachi, qui arcum inauratum cum sagittis portantes 200. Imperatorem præcedunt, 200 sequuntur, & ex utroque latere 30. comitantur.

Iuxta hos proxime equum Principis incedunt sine tibialibus & calceis 100. Peicler, idest Cursores, quos huc illuc in pace ac bello mittit.

Hæc perpetua est Imperatoris custodia, tempore belli vero habet etiam Asaples, qui sunt pedites extraordinarij, & Caripoglan: qui sunt equites extraordinarij. Per ditiones autem & provincias suas in illarum defensionem alia habet præsidia. In limitaneis ditionum Christianorum sunt supra 10000. Ianitzarorum, intra provincias autem Turcicas 6000. Ianitzarorum sparsim commorantur, nulli Beglerbeio aut Bassæ subiecti, sed immediate Imperatori, & liberi ab omni contributione. Est item per provincias alia iuventus dispersa ad 10000. ex qua suppleri possint, qui in limitaneis ac provincialibus ordinibus defecerint.

Reliquæ omnes copiæ militares præter dictas subsunt Beglerbeis, qui sunt rectores provinciarum, quales habet 7. Græciæ, Anatoliæ, Caramaniæ, Amasiæ & Cappadociæ, Anacidulæ, Mesopotamiæ, Aegypti, de quibus suo loco dicemus.

Habet etiam Imperator 3. aut 4. ad summum Consiliarios, quos vocant Visirbachas, aut simpliciter Bassas, quod principes sint consiliorum, quibus imperator in rebus omnibus gravioribus pace & bello vtitur, & est hic summus gradus officiorum, ita vt Beglerbeios maiore dignitate volens honorare, Bassas faciat.

Theodorus Sanduginus lib. de moribus Turc. colligit annuos reditus Turcae esse vasa auri 68. & 58. milia ducatorum. Vas autem auri continet milia ducatorum centum.

Ecclesiastica administratio ex Provinciali Romano.

Archiepiscopus Constantinopolitanus hos habet Suffraganeos, Colubriensem nunc forte Chiorlich, Naturensem 56. o: 43. o. Spigacensem 55. o: 42. o. Dorkensem, Pavadensem forte nunc Pandia 55. o: 42. 40. & Calcedonensem, vbi nunc Scutari e regione Constantinopolis.

Arch. Heraclia 54. 20: 42. 40. Huic subsunt Rodesco 54. 30: 42. 45. Peristaciensis. Gallipolis 54. 30: 42. 16. Darnensis, forte Dardanello 54. 22: 41. 50, Curlotensis, Archadopolis, forte nunc Arco 54. 48. 42. 8. Missenensis.

Arch. Patracensis cui subsunt Lampsacenus & Dinensis de Sellana.

Arch. Squisicensis vltra brachium S. Georgij (quod ex mari de Marmora in Aegeum fluens Europam ab Asia dividit) Sequino forte 56. 32: 42. o. Huic subsunt Troianus, Andrunianus, Iacorensis, Decandimonia, Lupadiensis, Epigoniensis, Libariensis.

Arch. Veristensis, cui subsunt, Rostianensis, Aprensis 54. 8: 42. 44. Ripsalensis, Cypsela opinor 53. 51: 42. 48.

Arch. Madricensis, Mariza opinor 53. 30: 42. 28.

Arch. Andrinopolitanus 53. 4: 43. 25.

Arch. Traianopolis 53. 16: 42. 44. cui subest Aviensis.

Arch. Maliacensis sub quo Maronia 53. o: 42. 16.

Arch. Messipolis, cui subest Xanociensis.

Arch. Philippensis 50. 52: 42. 4. cui subsunt Christopolis 51. 44: 42. o. Dragonensis, Chrisopolitanus.

Medius meridianus 50. 20. reliqui ad eum sunt inclinati iuxta rationem parallelorum 42. 40. & 46. o. ad circulum maximum.

WALACHIA
SERVIA, BVLGA:
RIA, ROMANIA
Moldauia
Bessa: rabia
pars
Turcia
Mar de Mar
mora
Nato: lix pars
Per Gerardum Mercatorem
Cum priuilegio

VALACHIA.

Regio & unde dicta.

Valachia a *Flaccis* Quiritum gente appellationem habet. Romani enim Getis superatis & deletis, *Flacci* cuiusdam ductu eo Coloniam deduxere, vnde primum *Flaccia*, deinde corrupta voce *Valachia* dicta. Hæc etiam Transalpini nominis originem ex re sortita est.

Situs.

Alpibus enim & montibus continuis, & his quidem altissimis, ab Hungaria & eius potissima Transilvania parte, nemo rosisque passim amœnisque intervenientibus Silvis dividitur & terminatur. Habet autem ab Ortu piscosum Lacum, quem Hierasus Amnis incolis *Pruth*, efficit; ad Meridiem vergit terminata Danubio, atque item ab Occasu Transilvaniæ fines attingens, ad Opidum Severnum, vbi Traiani pontis admirabiles pilę triginta quatuor visuntur. Ad Septemtrionem autem finitur *Hoina*, ignobili flumine, & directis terrestibus terminis ad Istrum, curvata admodum regionis fronte contra *Paucem Insulam* antiquis Scriptoribus notam, quam hodie *Barillanam* dicunt.

Soli fertilitas.

Valachia autem, licet altissimis sit innexa montibus, nihil tamen ei deesse comperitur, quod vsui humano necessarium videri possit. Adhæc dives Auri, Argenti, Ferrique ac Salis fodinis. Nec vineæ desunt: nec varij generis animalia; imprimis equos alit insignes, Asturcones optimos, aliosque magna copia.

Animalium varietas.

Opida.

Hic *Ternovizza* Opidum Vaivodæ sedes, est. Alia Opida sunt *Braila* & *Trescortum*, non longe a quo ecfoditur bituminis species, ex quo sicut ex cera optimæ candelæ conficiuntur.

Flumina.

Reliqua huius regionis per Pagos & villas habitantur. Flumina sunt *Hierasus*, ἱέραρος Ptol. incolis *Pruth*: *Hoina*: *Danubius*, alia. Valachi porro ut plurimum animo instabiles, iracundi, crapulæ & otio indulgentes, & pauperes sunt; domos habitant ex ligno & stramine confectas, creta incrustatas, & arundine contectas, quæ isthic abundant.

Vulgi mores.

Ceterum Mores, Religio, Sacra Valachorum, ad Græcas Armenicasque Ecclesias accedunt, apud quos Sacerdotes vxores ducunt. Atque hæc de Valachia hactenus, ad reliqua pergo.

Servia.

Regio.

Servia, *Mœsia Superior* Lazio, regio inter Bosniam & Bulgariam. Hanc antiquam *Triballorum* regionem esse multi putant. Et hi quidem populi huc ex Septemtrione, debilitatis Imperij Romani, Græcique viribus, commigrarunt. *Sirsi* etiam hi Scriptoribus quibusdam dicuntur, atque etiam *Rascij*, & ipsa regio *Rascia*. Sunt tamen qui hos populos diversos putent, sed tamen vicinos, & a *Rossis* Septemtrionalibus populis huc profectos. *Dardanos Serviam* & *Rasciam* habitasse, scribunt Cuspinianus & Volaterran.

Vrbes.

σερβία & ῥασκία habet Sophianus. Regia Serviæ vrbs fuit *Sinderovia*, quam alij *Spenderoben*, & alij *Simandriam*, vel *Semendriam*, Turcæ *Semender*, Hungari *Zendreun* vocant, quæ quidem non procul a Belgrado ad Danubij ripas jacet, & capta fuit ab Amurathe Turcarum Imperatore Anno CIↃCCCCXXXVIII, & in Sangiacatum redacta sub Budensi Beglerbego. Nobilia quoque Opida sunt *Vidina*, quod Turcis *Kiratovum* appellatur, ad Montem Argentarum situm redactum in Sangiacatum Temisvarensi Beglerbego subiectum. *Novogradum* in finibus Serviæ, quod quidam perperam novum montem appellant; Arcem habet inexpugnabilem. *Mons Niger*, ubi sunt Argenti fodinæ admodum nobiles. Sunt & *Samandria*: *Prisdena* Patria Iustini Imperatoris: *stonibrigadum*, & *Belgradum* antea *Taurunum* dictum.

Bulgaria.

Regio & vnde dicta.

Situs.

Soli qualitas.

Bulgaria quasi *Volgaria* dicitur, quia nimirum huiusmodi populi profecti a Volga circa annum Domini IↃCLXVI hanc Regionem occuparunt. Hanc quidam esse Veterum *Mœsiam inferiorem* putant. Iacet inter Serviam, Romaniã ac Danubiũ. Regio magna ex parte Mõtib⁹ aspera, et iuxta dorsũ Hęmi mõtis producta modo versũ Danubiũ, modo versũ Romaniã: vnde media ipsa regio asperior est: decliviora loca Siluis obsita sunt, & Solitudinibus occupata: sunt tamen valles aliquę & planicies.

Imperium maiorum.

Cæterum Bulgari gens ferox putantur e Scythia olim egressi, intuleruntque plurima damna regno Constantinopolitano, & vexarunt Christianos varijs modis, quousque tempore Nepotum Caroli Magni factæ sunt induciæ & conditiones pacis, reddita Regi Sorore, quam bello Græci cœperant. Hæc cum esset in Christiana religione recte instituta, persuasit fratri, vt pro Ethnica Christianam Religionem amplecteretur. Hac occasione Bulgari pervenerunt ad agnitionem Christi. Fama est primum Regem Christianum in Bulgaris *Trebellium* vocatũ fuisse.

Vrbes.

Metropolis hic *Sophia*, quam Ptol. *Tibiscum* Opidum Niger putat. Hęc situ peroportuno gaudet, ampla ac populo frequens est, licet nulla ex parte sit munita. Hic sedem habet Beglerbegus Græciæ, quĩ Turcis dicitur *Rumeli Blegerbeg*, habetque Sangiacatus sub se unum & XX. Sunt & *Seraium* Civitas Bulgariæ insignis. *Nicopolis*, hæc a Sangiacis regitur. Prope hanc Civitatem vestigia superstunt pontis admirabilis maximeque stupendi, quem construxit supra Danubium Trajanus Imperator, dum contra Getas pugnaret.

Romania.

Regio & vnde dicta.

Situs.

Cœli & Soli qualitas.

Bulgaria *Romania* proxima est, sic dicta ab urbe præcipua Constantinopoli, quæ *Roma Nova* etiam dicebatur. Olim *Thracia* appellata fuit, vel a *Thrace* Martis Filio, vel a *Thracia* nympha, vel potius a feritate, seu temeritate. Separatur a Macedonia Strymone flu-; ad Septemtrionem est Hæmus, cetera Mare adluit. Regio nec Cœlo læta, nec Solo: & nisi qua mari propior est infœcunda, frigida, eorumque quæ feruntur, maligne admodum patiens. Versus mare vero Frugibus, Frumento & Leguminibus fœcũda. Raro vsquam pomiferam arborem, vitem frequentius tolerat: sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora objectu frondium cultores arcuere.

Vrbes.

Vrbes habet *Abderam* Democriti patriam. *Nicopolim*, *Philippopolim*, *Hadrianopolim*, *Traianopolim*, *Selymbriam*, *Perinthum*, aliasque complures. Metropolis est *Byzantium*, conditum a Pausania, nunc *Constantinopolim* vocant a Constantino, qui ibi sedem imperij esse voluit. Turcis dicitur *Stampolda*, quasi ampla civitas. Sita est ad Euripum, habetque ex adverso *Peram*, quã vocant *Galatam* in cornu Byzantino, veterem Genuensium coloniam. Multa admodum in vrbe sunt vetustatis Monimenta partim illic primum posita, partim Roma illuc allata. Præcipua hæc sunt. Templum Sophiæ, opus Iustiniani Imperatoris: Palatium Constantini, Columna Serpentina, & altera quæ historiata nominatur. Templum S. Lucę, Navale, Castrum novum, Colossus, Gynæceium, Hippodromus, Obelisci. Flumina eam duo adluunt, *Cydrus*, vulgo nunc *Machlevam* & *Barbyses*, *Chartaricon*. Ambitus vrbis est XIII mil. pas. Incolarũ numer⁹ IↃCC millia excedit. Regio vero paucos Amnes habet verũ celeberrimos, *Hebrum*, *Melanem*, *Tearum*, *Arsum*, *Bathyniam*, *Neitam*. *Montes* attollit, *Hæmum*, *Rhodopen*, *Orbelum*, *Pangæum* & *Messapum*. E quibus Hæmus in tantum altitudinis abit, vt Euxinum & Adriam ex summo vertice ostendat. Incolæ hujus tractus colore sunt fulvo & cæruleo & in vertice comati, impavidi, ferocissimi, validissimi ac sævissimi: potores strenui & vinosi, atque allio imprimis delectantur.

GRAECIA,

CONTINET PRAECIPVAS REGIONES,

ALBANIAM, MACEDONIAM,

Epirum, Achaiam, & Moream.

Rector Græciæ vocatur Vromeli Beglerbey, id est Romanorũ principum Rex, præest enim omnibus regionibus, quas in Europa habet Turca, quæ nouæ Romæ Cõstãtinopoli iectæ fuerunt. Hic sub se habet 40. Sangiagler siue Sangiacos, qui sunt Capitanei copiarũ equestrium ex Spachoglanibus electi, & in principalibus ciuitatibus prouinciarum commorantur ad continendum eos in officio & pace, ipsisq; sub sunt 150. Sobãsci Cimmeriotæ, aut plures, qui sunt quasi vicarij per minora oppida distributi. Sub his autem Sangiacis 30000. Spachi sunt, quorum quilibet tribus aut quatuor equis meret. Et sunt hi Spachi per flamboler, hoc est, vexilla distributi, quæ 200. 300. 400. aut 500. equites continent.

Inter Sangiacos potentiores sunt rector Modenæ, qui præest toti Moreæ, qui ad mandatum Beglerbey mille equites adducit, quos suo stipendio sibi deuinctos habet. Item gubernator Bosnæ habens 800. equites, & Thessalonicæ habens 500. equites, quorum 100. perpetuo penes se seruat, reliquos monitus Turcæ in subsidium mittit. Sunt præterea sub hoc Beglerbeyo Sangiacis subiecti 20000. equitũ, qui Tymariotæ vocantur, quod ex Tymar, hoc est ærario Imperatoris stipendia habeant. Et item 60000. Akengi siue Acconti, id est fatales siue periclitatores, qui liberi & exemti à contributionibus absque vllo stipendio equites seruiunt, victum præstantibus ciuitatibus per quas transeunt: sunt praedones, grassatores & vastatores. Sunt etiam multi feudatarij Mosselin dicti, qui aliquando ad 60. milia equitum & magnum peditum numerum colliguntur. In Asia sex sunt Beglerbey, de quibus ibi dicemus.

Medius meridianus 50.0. ad quem reliqui inclinantur & accedunt pro ratione parallelorum 38.0. & 42.0.

GRÆCIA.

Græcia sequitur Europæ nobilissima Regio, totiusq; eruditionis Fõs & mater. Incolis ἑλλας dicebatur. Qui vero hodie eam habitant eã *Romechi*, Turci *Heromeli* nominãt. *Rumelia* est Leunclavio: Septuaginta Interpretibus *Phobel*, & *Iavan*. Eius incolas his nominibus apud vetustissimos Scriptores frequentius appellari observavimus. *Achai* ἀχαιοὶ, *Achivi*, *Argivi* ἀργῖοι, *Danai* Δαναοι, *Dolopes* δόλοπες, *Dores* δωριεῖς *Dryopes*, δρύοπες. Graij, Graiugenæ, *Hellenes* ἕλληνες, *Iones* Ἴωνες, *Myrmidones* Μυρμιδονες, & *Pelasgi* Πελασγοὶ. *Græciam* autem non semper omnes ijsdem terminis circumscribunt. Proprie ab Isthmo Thessaliam usque extenditur, & ab Epiro Amne Acheloo dispescitur; ortum versus habet Mare ægæum: atque hæc proprie est *Hellas*. Hoc est quod Plinius aliquoties innuit; *Ab Isthmi*, inquit, *angustijs Hellas incipit*. Et rursum: *Angusta cervice Peloponnesum contingit Hellas*. Hac ratione, Athenæ Atticæ sunt ἑλλὰς ἑλλάδος. Interdum etiam Peloponnesus & Thessalia Græciæ notione comprehenduntur. Ita L. Æmilius Paulus quum circuiret Græciã, per Thessaliam Delphos petijt, inde Lebadiam, tum Chalcidem, postea Aulidem, inde Athenas; altero die Corinthum, tum Sicyonem, Argos, Epidaurum, Lacedæmonem, Megalopolim, Olympiam; Ita peragrata Græcia redijt Amphipolim. Homerus solos *Phtiotas* vocat *Hellenas*. Herodotus inter *Hellenas* & *Pelasgos* discrimen facit. Hodie vero Græciam vocamus tractum omnem qui ad Occidentem Ionio mari adluitur, ad Meridiem Libyco, ad Ortum Ægæo; ad Septemtrionem vero montibus a Thracia, Mysia, Dalmatiaque separatur. Regio hęc præstabat olim reliquis Europæ Cœli temperie, ac benignitate: Frugum omnium fertilitate, Armentorumque omnis generis copia. Hęc illa est regio, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude diu floruit. Libera primum, sed dum imperium in socios affectat, serva. Itaque eam primum *Cyrus*, postea *Xerxes*, alijque *Persarum Reges* vexaverunt. Subiecere eam sibi inde *Macedones*: tum Perseo devicto *Romani*: quorum imperio diviso cessit tota *Constantinopolitanis*, donec *Gothi*, *Bulgari*, *Saraceni* eam deprædati sunt, & *Turca* postremum in miseram servitutem omnem redegit, exceptis quibusdam Insulis quę *Veneto* parent, Corcyra scilicet, Cephalenia, Zacyntho, Creta, alijsq; minoribus. Superbivit olim Græcia multis vrbibus florentissimis: *Athenis*, *Lacedamone*, *Delphis*, *Argis*, *Mycenis*, *Corintho* alijsque plurimis, quarum pleræque, ut caduca & fluxa est mortalium rerum conditio atque interitui obnoxia, prostratæ & dirutæ jacent. Flumina hic & fama & natura ingentia XXXII numero; Ea sunt *Strymon*,

Regio. *Nomina.* *Situs.* *Cœli temperies* *Solifertilitas.* *Imperium Masiorum.* *Vrbes.* *Flumina.*

GRÆ
CIA

mon, Chabrius, Echedorus, Axius, Erigon, Lydius, Aliacmon, Pharybus, Peneus, Sperchius, Parysus, Apsus, Lous, Celidnus, Thyamus, Acheron, Arachthus, Achelous, Evenus, Ilissus, Asopus, Ismenus, Cephisus. Boagrius, Asopus alter, *Sus, Peneus, Alpheius, Selas, Parysus, Eurotas, Inachus. Sinus* reperio XIV *Ambraciũ, Corinthiacũ, Cheloniten, Messeniacũ, Laconicũ,*

Maria. Argolicum, *Saronicum, Oeteum, Maliacum, Pelasgicum, Thermaicum, Toronicum, Singiticum, Strymonicum. Maria, Ionium*: nomen habet ab *Ionia*, quam regiunculam in ultimis Italiæ oris facit Solinus: vel ab *Ionio* Illyriorũ Rege: vel ab *Ionibus*, ut censet Archidamus, in traiectu Maris ibi submersis. *Cronium* & *Rheæ Sinus* antea dicebatur, ut antiqui Scriptores testantur. *Creticum*; ab Creta: Hodie *Mar di Candia. Carpathium*: ab Insula *Carpatho*, quæ ad Orientale Cretæ Promontorium. *Ægæum*: dictum, vt Festus & alij scribunt ab Agæo Thesei patre, qui in id se præcipitasse perhibetur: ut Pherecydes, ab Neptuno, qui & *Aegeus*. Aliorum opiniones prętereo. Nominatur etiam *Ægon* Valerio Flacco & *Aegeon. Mare Græcum* Thucydidi. Europæ is hodie *Archipelago* voce Græca: Turcis *Mare album*. Romani totum hoc mare duobus nominibus olim appellabant, teste Plinio, *Macedonicum* quidquid eius Macedoniam & Thraciã attingebat: *Graecienſe* quidquid Græciam, *Myrtoum*, Aegæi pars, μυρτῶον πέλαγος, Ptolemæo circa Cariam, Asiæ Minoris regionem: Castaldo *Mar di Mandria*; Straboni vero Plin. & alijs inter Peloponnesum & Atticam. Nomen illi a Myrtilo Mercurij filio, quem in id deturbatum ab Oenomao volunt Solinus & Isidorus; vel, ut verius sentit Plinius, ab exigua Insula, non procul a Carysto Euboeo opida sita. *Icarium*, ab Icari nota fabula plerisque: Andrætæ Tenedio, ab una Cycladũ, quæ & & *Macris* & *Icarus*: Hodie *Mar di Nicaria*, Castaldo scribente: & alia. *Montes* etiam plurimi, *Bertiscus, Athos, Olympus, Ossa, Pelion, Citarius, Othrys, Oeta, Pindus, Acroceraunij, Stymphe, Calidromus, Corax, Parnassus, He-*

Ratio gubernãdi, Leges & instituta. *licon, Cytharon, Hymettus, Stymphalus, Pholoe, Cronius, Zarex, Minthe, Taygetus*, alij. *Gracia* olim universa libertatem consectabatur. Singulis pene urbibus suæ leges, sui Reges, sui Legislatores. Athenienſibus leges condiderunt *Cecrops* & *Solon*. Nam Draconis leges a loco dictæ; non auctore. Erat enim Prætorij insigne *Draco*. Ob asperitatem sanguine scriptas Demades ait: sed rigorem mitigavit Solon. Hæ per Decemviros Romam translatæ. Status porro Athenienſiũ primũ regius, sub XVII Regibus a Cecrope ad Codrum, per annos CCCCLXVIII; deinde sub Archontibus perpetuis XIII per annos CCCXIV, in quorum ἀρχόντων penultimum Aeschylum incidit Olympiadum initium. Tertio ad Archontes decennales deventum est. Sub quorum VII per annos IXX gubernatum est. Quarto Democratia constituta est, & Archontes annui creati per annos IV usque ad Pisistrati tyrannidem. Postæ exactos tyrannos rursus in popularem statum Athenæ sunt redactæ. Lacedęmonijs jura præscripsit Legislator celeberrimus *Lycurgus*. Hic etiam primum Regnum fuit: deinde per XXIX Ephoros Reges frænati. Tertio Communio φειδωνίων instituta, ferrea moneta percussa: possessiones æqualiter distributæ: virgines sine dote collocatæ per easdem leges. Mantinæis, *Nicodorus Pugil*: Locrensibus, *Saleucus*: Cretensibus, *Minos* leges dedere. In Gręcia, nempe Athenis Mercatus olim fuit, bonarum Artium & Disciplinarum celeberrimus. Quare a Thucydide παίδευσις ἑλλάδος, dicitur. Diodoro Si-

Scholae. culo κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον, Communis Schola generis humani. Straboni σόφων οἰκητήριον. Aristidæ σοφίας πρυτανεῖον. Cicero lib. IV epistolarum ad familiares, *Nobilissimum Orbis Terrarum Gymnasium* cognominat. Eo Romani aliæque nationes Philosophiæ Græcæque linguæ gratia se conferebant. Cicero Græcis passim attribuit, multarum artium disciplinam, sermonis leporem, ingeniorum acumen, vbertatem dicendi, a quibus Philosophiam, reliquas item artes & scientias Romani hauserunt. Et Flaccus canit:

Ingenio & bonarum artium studijs celebres viri. *Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo Musa loqui*. Viri hic clari literis & doctrina fuerunt *Musæus*, Poeta, *Solon, Socrates*, Philosophorum omnium præceptor, *Xenophon, Plato, Isocrates, Demosthenes, Thucydides*, & innumerabiles alij. Quia vero omni tempore Athenæ viris eruditis & excellentibus in omni doctrinarum genere

Bibliothecae. præstabant, qui de omnibus doctrinæ sapientis partibus libros conscribebant, factum est ut Bibliothecæ privatæ & publicæ Athenis haberentur. Hodie vero nulla Barbaria æque Barbara, est atque Græcia. Litteras & sapientiam non tantum non colit, sed ne intelligit quidem. Nulla vrbs apud eos reperitur in qua sit Academia: nemo est etiam qui suos liberos artes liberales, aut literas edoceri curet. Quod ad Veterum Græcorum

Mores. religionem, regnavit apud eos Idololatria & πολυθεισμός. Deorum enim Dearumque numerus fuit infinitus. Augustinus de Civitate Dei lib. III. ex Varronis sententia affirmat, simul tam apud Romanos, quam Græcos extitisse 3000 Deorum, quorum CCC Ioves erant. Vnicuique suus Lar, suum Numen domesticum. Vnicuique affectui, commodo, incommodo, periculo, suus tutelaris Deus; vnicuique Deo suę Ceremoniæ, suæ preces, sui Sacerdotes, sua Sacrificia, & libationes. Et θεόμαχοι verius quam θεοστυγεῖς vocandi fuere. Vulgus Græcorum hodie antiquitatis nihil retinet. Nam promissam plerumque gestat comam, anterioremque capitis fronti imminentẽ partem tondere solet: duplicatoque & crasso pileo vtitur. Omnes universim pauca supellectile, uti Turcæ, cõtẽti sunt; nec plumeis lectis incũbũt, sed culcitras sive centones lana, aut tomento suffultos substernere solent. Odiosum omnes censent vinum aqua diluere, & etiam nunc poculis se invitant; sed mulieres eorum Symposijs non intersunt, neque accumbunt in accubationibus epularibus. Vetus etiam Mortuos deplorandi consuetudo apud Ethnicos etiamnum perdurat in Græcia. Religione Græci Christiani a Romanis dissident, gaudentque titulo Ecclesiarum Orientalium. *Patriarchae* ipsis quatuor, *Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus* & *Antiochenus*. Hi a Metrepolitanis creantur, ut a Cardinalibus Papa; sed ij perpetua sanctimonia vitæ celeberrimi. Modestia in illis mirifica. Annuus singulorũ reditus CCCC aureorum ab Ecclesijs quibus præsunt emendicatus. Nihil Ecclesiasticis hereditarium. Vxorem, sed vnam tantum ducunt. Sacramenta duo dum taxat agnoscunt Baptismum & Sacram Cęnam. Sub utraq; specie communicant, Pane & Vino. Purgatorium ignem execrantur; Sculptilia detestantur: Rasuram verticis non admittunt. Ceterum Græci qui opulentiores sunt, & qui auctoritatis titulo delectantur, vestibus utũ-

Vestitus. tur consuetudini ipsius Principis convenientibus. Qui Venetis subsunt, Venetorum vestiuntur more: qui sub Turca sunt, Turcicis similes vestes gestant. Gens levis, faceta, comis. Iracundos fuisse ingenio, misericordes, suspicaces, falsos, ambitiosos, auctor est Plutarchus in præceptis politicis: novarum etiam rerum cupidos testantur Scriptores. Longum foret omnia accurate referre; neque id nostri hoc tempore instituti est, quare ad specialiora Græcię pergo.

MACEDONIA, 305

EPIRVS ET ACHAIA,

cum quibus Albania describitur.

Præcipuus Sanziacus Macedoniæ *habitat in vrbe Thessalonica, qui ad iussum Beglerbey, quoties Turca expeditionem aliquam parat, 500. equites bene armatos habet, quorum 200. perpetuo penes se servat in defensionem limitis sui.*

Episcopatus in hac tabula sunt iuxta Provinciale Romanum.

Archiep. Philippensis 50 52:42 6. cuius Suffraganei sunt Christopolitanus 51 32;42 1. Dragonensis, Chrisopolitanus.

Archiep. Serressanus nullum habet Suffraganeum.

Arch. Thessalonicensis 40 6:41 32. sub quo sunt Citrensis, Veriensis, 48 28:41 3.

Archiep. Laricensis 48 42:39 58. sub quo Dinutriensis vel Dinutricensis, Almurēsis Armiro credo, 48 54:39 20. Gardicensis 49 14:39 4. Mazarocensis, Sidoniensis, Dinucensis.

Archiep. Neopatensis, sub quo Lariactensis vel Lavacensis.

Archiep Thebanensis 48 56:38 52. Zorocemensis, Castoriensis 50 44:38 48.

Archiep. Athenienſis 50 20:37 42. sub quo Thermopilensis 48 36:38 38. Davaliensis, Salonensis 50 57:37 46. Nigropontensis 50 28;38 22. Albelonensis, Molgarensis, Megara opinor, 49 38:37 52. Roonensis, Eginnensis.

Archiep. Corcyrensis 44 36;39 20.

Archiep. Duracensis 44 22:41 26.

Meridiani positi sunt ad rationem paralleli 40 0.

Macedonia, Epirus, & Achaia.

MACEDONIA

Graciam alij aliter diviserunt. Quibus omissis, Mercatorem nostrum sequemur, qui tribus Pinacibus ejus partes graphice nobis & eleganter delineat. In hac autem Tabula tres Græciæ Provincias proponit, *Macedoniam, Epirum,* & *Achaiam*; proxima *Moream*: Tertia & postrema *Candiam*. Primo loco occurrit *Macedonia*, amplissima regio a *Macedone* Rege Ositis filio, alij dicunt Iovis & Thyæ nomen sortita; vel ut Solino placet, a Deucalionis Nepote. *Emathia* ἠμαθία antea dicebatur, Plinio & Trogo testibus. *Paoniam* primo vocatam scribit Livius, deinde *Æmoniam*. *Edonia* item & *Pieria*, Solino. *Bottiam* quondam dictam scribit Trogus. Eius partem *Macetiam Mazuriam* dictam scribunt Stephanus & Hesychius; & inde totā regionem nomen accepisse, refert Eustathius in Dionysium. *Cethim* item in libris Machab. vbi legimus Alexandrum egressum esse ex terra *Cethim*. In medio duorum marium Ionij ab Occasu & Ægei ab Oriente describitur: ab Aquilone Dalmatiæ partem & Mœsiam Superiorem: a Meridie Epirum & Achaiam attingit. Regio circumquaque fertilis: Montibus maximis circumvallata; cujus ora juxta Ionium Mare plana, ac nemorosa est; nam tota ea pars *Albania* nunc dicta, quæ satis ampla, fertilis & amœna est. Auri præterea & Argenti Metallis satis dives est, atque in ea olim incognitum quoddam Auri genus, teste Aristotele inventum est; Asphaltum quoque isthic ex venis terræ eruitur. Gignit & Macedonia lapidem quem *Paeantiden* vocant. Hunc eundem & concipere & parere, & parturientibus opitulari fama prodiga est, vt Solinus Scribit. *Haec est Macedonia*, inquit Plin., *terrarum imperio potita quondam: hac Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucasum transgressa: haec in Bactris, Medis, Persis dominata, toto Oriente possessor: hac etiam India victrix, per vestigia Liberi Patris atque Herculis vagata; hac eadem est Macedonia, cuius vno die Paulus Æmilius Imperator noster lxxii urbes direptas vendidit. Tantam differentiam sortis praestitere duo homines.* Macedonia regiones plures in se complectitur, inter quas *Thessalia* quæ nūc *Comenolitari* Castaldo, præstantissima est. Vrbes Macedoniæ olim multæ & nobiles. Hodie præcipuæ sunt *Thessalonica*, ἐυανδρέστατη καὶ πολυανθρωπότατη veteribus nuncupata, nunc etiam frequentata variis gentibus Christianis habitata, & Iudæis, qui ibi lxxx Synagogas habere referuntur. Sedes hodie Sanziaci Macedonici. Huic vicina *Siderocapsa* Metallis Auri celebris. *Pella*, vbi Gazæ regiæ custodiebantur, & equæ regiæ ad fœturam alebantur numero supra 3000: Plinio & Strabone prodentibus. Eam Melæ illustrem efficiunt Alumni Philippus Græciæ Dominus, Alexander etiam Asiæ. *Stagyra* Aristotelis patria. *Apollonia* in qua Augustus Cæsar Græcas litteras didicit. *Dyrrhachium* quod ante dicebatur Epidaurus e regione Brundusij; *Aulon, Croia, Cavalla*. *Flumina* Macedoniæ sunt post *Strymonem* in finibus Thraciæ *Axius, Erigonius, Aliacmon* & *Peleus*. Sinus præcipui *Strymonicus, Singiticus, Toronicus & Thermaicus*. *Montes* habet *Pelion, Ossam, Pindum, Nymphæum, Athon* qui hodie ab accolis ἅγιον ὄρος appellatur. Athos ingens est, asper, aditu perdifficilis, vmbras etiam in Lemnum vsque Insulam proijcit: consitus est vite, olea, lauro, myrtho, pomis: nunquam Caloieris incolitur tanta religione, vt etiam Turcæ eo solo abstineant, sæpe etiam monachos orent muneribus & eleemosynis.

Regio & vnde dicta. *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Imperium.* *Vrbes.* *Flumina.* *Montes.*

MACEDONIA
EPIRVS ET
ACHAIA.
Romanie
Pars
MACEDONIA
Constantinopolis
Thessalonica
MARE MAGNUM
MARE MAGNUM
MARE MEDITERRANEUM
MARE MEDITERRANEUM
Golfo di Corone
Golfo di Corone

Regio & unde dicta. Situs. Soli fertilitas. Animalium varietas. Imperium maiorum. Opida. Flumina. Montes. Vulgi mores.

Epirus, ἤπειρος Græciæ Regio Ptol. & ceteris. In nummis antiquis ἄπειρος, Steph. ἤπειρος. *Chaoniam* olim dictam, scribit Martianus Capella; *Oriciam* & *Dodonam* ex Dionysio & Thrasibulo Garbelius. Hodie *Albaniam* vocari, scribunt Leander & Erythræus. *Larta* Richerius & Æneas Silvius: Jannã nuncupari Castaldus ait. Terminatur hæc regio ab ortu Acheloo fl.: a Meridie Hadriatico mari abluitur: ab Occidente Ionio pulsatur mari vsque ad Celydnum Amnem seu Pepylychnumqua: Septemtrio est habet Macedoniam. Regio multis in locis nemorosa & sterilis, ,ad oram vero maritimam satis fertilis. Scribit Plinius Mala Orbiculata, ex figura orbis in rotunditatem circumacti, dicta: in Epiro primum provenisse, atque inde Græcis *Epirotica* vocata. Animalia producit magna excepto Asino, imprimis Boves & Canes magnitudine egregia, atque etiam Oves. Equos generosos Epiri commendat Virg. 1 Georg. *India mittit Ebur, molles sua thura Sabæi. Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum.*

At Chalybes nudi ferrum virosaque pontus Hanc regionem auctore Trogo *Molossi* primum tenuerunt. Troianis vero temporibus rexit *Vlysses*. Post quem ad *Æacidas* res pervenit, sub quibus longe propagatum imperium. Deinde locus is ad *Romanos*, postremo ad *Constantinopolitanos* pervenit Imp., & eorũ concessione ad *Despotos*, familiam quandam magnam Epiri. Sed hanc Turca *Amurathes* expulsis Christianis Principibus ante xl annos sibi subjugavit. Vrbes hic sunt *Dodone* Δωδώνη, πολύγλωσσος. Poetis propter oraculum Iovis Dodonæi. *Nicopolis*, ab Augusto in memoriam victoriæ, cum navali prælio superavit Marcum Antonium & Cleopatram Reginam, condita. Civitas olim fuit egregia & incolis frequentissima: nunc *Prevesa* dicitur. *Ambracia*, nunc *Larta* a fluvio cognomine. Fuit hęc Pyrrhi Epirotici regia, patria Cleombroti Ambraciotæ, qui referente Cicerone, lecto Platonis libro de animæ immortalitate, pertæsus miseriarum vitæ, e loco edito se præcipitem dedit. *Actium*, quam etiam Acarnaniæ clarissimam vrbem ponit Gerbelius. Hæc Augusti fuit Colonia, nunc *Capo Figulo* in recentibus tabulis. *Buthrotum* βουθρωτὸν Strab. & Virg. *Coloniam* vocat Plin. *Butrinto* hodie Sophiano. Et *Leucas* ubi Apollinis delubrum & saltus, quem πήδημα Lucianus vocat, quo crediti sunt amatores ab amoris æstu liberari, & ex quo prima omnium auctore Strabone, Sappho Poetria desilijsse fertur, vt Ovidius etiam in epistola Sapphus meminit. *Amnes* Epiri sũt *Acheron*, ἄχερον Ptol. *Acheros* Livio. Marius Niger *Velichi* interpretatur. *Achelous* ἀχελῶος Strab. Sophiano *Aspri*, Nigro *Catochi*, Kyriaco Anconitano, *Geromlea*. Ἀργυροδίνης Dionysio Afro & Callimacho Poetis. Lycophronis Poetæ Græcus Interpres scribit ejus Aquam vulnerum dolores, cruciatusque lenire, & quasi τὰ ἄχη ἀμαλύνει. Montes, *Ceraunij* seu *Acroceraunij* altitudine famosi, nautis formidabiles. Nam quotiescumque nubeculæ inde elevantur, tempestates in eis maximę exoriuntur. *Stymphe*, στύμφη, ex quo *Arachtus* fl. profluit, teste Strabone. Incolæ, Bellonio referente, turmatim sua regione æstate egrediuntur, ob soli sterilitatem, atque alio proficiscuntur, nempe in Macedoniam, Romaniam, & Natoliam, ubi operam Turcis locant lucri gratia, veluti ad segetes metendas, & frumentum expurgandum: qui postea messe perfecta domum Autumni tempore redeunt cum vxoribus & liberis vitam traducturi. Sunt autem Christiani, & peculiarem habent linguam a Græca diversam: religionem tamen Græcam colunt, & quoniam Græciæ vicini sunt, Græcum etiam Idioma callent.

Achaia.

Regio & unde dicta. Situs. Vrbes

Restat in hac Tabula *Achaia*, ἀχαΐα, Græciæ Regio. Hanc Ptol. *Helladem* quoque nominat, *Meram Græciam* vocat Plin., Cæcilius in epistolis, *Linadia* hodie vocari videtur. *Achaiam* quidam dictam volunt a crebra Aquarum inundatione: alij ab Achæo Duce. Terminatur a Septemtrione Thessalia iuxta Amnem Sperchium, Sinum Maliacum, & Oetam Montem, ab Occasu Acheloo Amne, vltra quem mox Epiri tractus incipit; qua Oriens est, nonnihil in Septemtrionem reflectendo ægæo Pelago, & Myrtoo pulsatur usque ad *Sunium* Promontorium, nunc *Capo delle colonne*; qua Meridies est Peloponnesũ habet objectam Isthmo conjunctam. Regiones apud Scriptores hic 1x reperio, quæ sunt *Doris* regio juxta Parnassum. Aetolia ad *Evenum* fl. Hæc ad Arctum plana, & fertilis, ad Austrum aspera ac sterilis. Multas vetũstissimas habuit vrbes, inter quas præstantissima fuit *Calydon*, quæ hodie cum reliquis in ruinis jacet. Hanc regionem *Evenus* liquidissimus Amnis perfluit, qui in mare devolvitur. *Locrorum* & *Opuntiorũ* regio, aspera erat, quorum *Amphissa* vrbs maxima & nobilissima. In hac etiam *Naupactus* quam alij in Aetolia locant. *Phocis* juxta Parnassum montem. Vrbs ejus *Delphi*, ubi Templum Apollinis sumtuosissimum, & oraculum auctore Strab. ἀψοδίστατον πάντων, πρότερον πολυχρήματον, νυνὶ δ' πενέστατον ἱερόν. *Bœotia*, inter montes sita agro potitur humido & paludoso, sed pingui & frugibus fœcundo. Vrbes *Ascra* ad Heliconis radices Hesiodi patria. *Orchomenus* a Minya Thessalo condita, Tiresiæ oraculo clara. *Thebæ* ἑπτάπυλαι, quæ neque Athenis cedebant olim claritate, Plinio prodente. Multorum illustrium virorum patria. Nunc vero prostratæ & dirutæ jacent. *Cheronea*, patria Plutarchi. *Platea* memorabili victoria Græcorum Duce Pausania adversus Mardonium nobilis. *Tanagra* vrbs superstitiosissima. *Aulis*, ubi Græci ad Trojam profecturi congregati fuere. *Attica*, terra sterilis ac silvosa: Aristophani Comico & Pindaro Lyrico κραναὰ. Vrbs primaria *Athenæ*, Pomponio clariores quam ut indicari egeant. Euripidi apud Athenæum ἑλλὰς ἑλλάς, Græciæ Græcia, seu Græciæ compendium. Demosthenes ψυχὴ κ' ἑλλὰς, κ' ὀφθαλμὸς ἑλλάς. Valde prædicat illam vrbem Cic. oratione pro L. Flacco: libro 11 de Legibus, & in Dialogo de partitione. Porro *Athenienses* quum antea κατὰ δήμους habitarent, primum a *Theseo* in Astu convenire jussi sunt, qui vnam ex clxxx pagis civitatem constituit. Attius *Quadriurbem* vocavit, quod ex quatuor urbibus in unam domicilia contulissent, *Braurone, Eleusine, Piræo* & *Sunio*. Longum foret civium ingenium, urbis situm, vias, loca sacra & profana, bella, incrementa & decrementa &c. accurate referre: pergimus ergo. Fuerunt & *Marathon* celebri Miltiadis victoria notissima. Et *Eleusis* clara sacris Cereris quę *Eleusinia* dicta fuere. *Megaris*, a Stephano aspera vocatur. Hujus vrbs *Megara* quæ ipsi regioni nomen dedit juxta Isthmum posita. *Fluvij* Achaię celebriores sunt: *Ismenus* ἰσμηνὸς Ptol. Steph. & Sophocli in Antigona: Thebas urbem adluens Bœotiæ fl. κνώσσος quoque Straboni. *Asopus*, Homero Βαθύδοινος, & λαχρωνὸς herbidus cognominatus. Hic, referente Pausania in Corinthiacis, Thebanam regionem a Plataica dividit. *Evenus*, ante *Lycormas* λυκόρμας Apollodoro & Strabone testibus. Fluvius est Aetoliæ. Montes celebres *Parnassus*, Lucano lib. v. *Mons Phœbo Bromioque sacer*; in ipso totius Orbis medio Claudiano & Lucretio situs. *Helicon* Plinio Musis natale. *Hymettus* Melle, Marmore, & omni eo, quod ad medicinam utile est, clarus. *Citheron*, a Cithara dictus Lactãtio, quod illic frequenter hoc organum personaret: & alij Poetarum versibus decantati.

Fluvij. Montes.

MOREA
OLIM PELOPONNESVS.

Sub Beglerbeio Romano siue Graeciae, vt dixi, sunt 40. Sangiaci, quorum praecipuus est Morabegi, Rector totius Moreae, habitans Modenae 47 28: 35 22. qui tempore belli Beglerbeio Vromeli siue Romano mille Equites bene armatos suo stipendio ordinarie adducit.

In Morea hi fuerunt Episcopi iuxta Prouinciale Romanum.

Archiep. Corinthiensis 49 8: 37 30. sub quo Arguiensis 48 58: 36 55. Archiep. Patracensis 47 13: 37 22. sub quo Coloniensis Mothonensis 47 28: 35 22. Coronensis 47 48: 35 23. Amyclensis 48 56: 35 48. Androuillensis.

Meridiani distant pro ratione paralleli *36. 30.*

Morea.

Hæc de præcipuis Græciæ Regionib⁹ quæ sunt in Cōtinēti: *Morea* & *Candia* succedūt explicandę. Prior Πελοπόννησος Ptolemæo, Straboni, Steph. Procopio ceterisque, peninsula est, hodie, *Morea*, a *Maurorum* fortasse incursionibus. Olim Appollodoro & Plinio testibus *Apia* ἀπία, & *Pelasgia* πελασγία, *vocata* fuit. *Argos* ἄργος, & postea *Argos Achaicum* nuncupatum, tradit Strabo; & *Achaiam* Orosius 1 cap. 11. Item Apuleius VI Asini. *Pelopia* πελοπία, etiam Eustathio: et *Inachia* ἰναχία, Stephano. *Ægialia* vocatur quoque in Eusebij Chronico. *Peloponneso* nomen est a *Pelope* homine Barbaro, qui ex Asia profectus hic regnauit. *Pelopia* enim Insulam sonat, cum insula non sit, sed peninsula, platani folio, vt scribit Mela, simillima; pari pene longitudine & latitudine. Eius Perimetrus est quatuor M Stadiorum, quibus Artemidorus addit cccc. Isthmo adhęret continenti, cuius Latitudo est Stadiorum xl. De huius finibus quum diu multumque Peloponnesiaci cum Ionibus certassent, tandem posuerunt Columnam communi arbitrio, cuius in parte altera erat, τὰ δ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία· In altera, τὰ δ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία. Angustias istas perfodere multi irrito ausu tentaverunt, quos inter Demetrius, C. Cęsar, Caligula, Nero & alij: quo instituto frustratis, murum ducere placuit, quem *Hexamilium* vocauerunt. Eum Amurathes Turca deiecit, Veneti restituerunt, Anno CIↃCCCCLIII spacio XV dierum; sed Turcæ iterum eūdem postea solo æquarunt. In hoc Isthmo Neptuni olim Templum fuit, ad quod *Ludi Isthmici* celebrati. Ceterum *Peloponnesum* ad Ortum respicit Mare Creticum: ad Occasum Ionium siue Hadriaticum: ad Septēntrionem Corinthiacum habet sinum, & Saronicum, inter quos Isthmus clauditur: ad Meridiem habet Mare Mediterraneum. Peninsula porro hęc caput & arx totius Græciæ est, &, ut ait Plinius, haud vlli terræ nobilitate postferenda. Ea siquidem rebus omnibus, quę vel ad victum vberiorem, vel ad elegantiorē vitæ cultum spectant, sua fœcunditate, affluentiaque insignis est. Colles enim & planicies frugiferas habet, ac finibus & portubus refertissima est, quos Promontoria multa efficiunt. Peloponnesum incoluere *Elij*, *Messenij*, *Achivi*, *Sicyonij*, *Corinthiaci*, *Lacones*, *Argivi* & *Arcades*. Fuitque hæc Græciæ pars toto Orbe quomdam maxime celebrata propter *Mycenarum*, *Argivorum*, *Lacedæmoniorum*, *Sicyoniorum*, *Elienſium*, *Arcadum*, *Pyliorum* & *Messeniorum* Respublicas, & Imperium ex quibus multi claruerunt Principes, vt *Agamemnon*, *Menelaus*, *Aiax*, & alij. Ac loci ipsius tum situs, tum maiestas Imperium quomdam totius pene Græciæ obtinuit. At hodie tota *Peloponnesus Turcarum* dominio subiecta est, quemadmodum & reliqua Græcia: licet fuerit ab aliquot *Regulis* Græciæ quos *Despotas* vocant, & a *Venetis* annis superioribus gnaviter defensa. Præest autem nunc Turcæ Imperatoris nomine toti Moreæ *Sangiacus*, inter ceteros potentissim⁹, qui Modoni moratur, & ad mandatum *Beglerbeij* totius Græciæ mille equites adducit, quos suo stipendio alit. Vocatur hic *Sangiacus* a Barbaris *Morabegi*, cuius annuus in hac Provincia reditus est 700 mill. asprorum, hoc est XIV mill. Aureorum. Vniuersam autem hanc regionem in octo Prouincias fuisse divisam ex Ptol. & alijs auctoribus constat, quæ sunt *Corinthia*, *Argia*, *Laconica*, *Messenia*, *Elis*, *Achaia*, *Sicyonis* & *Arcadia*. *Corinthia* in Isthmo sita est: nomen ei a primaria vrbe quæ primum *Ephyre* dicta fuit. Eam Cicero merito *Græciæ Lumen* vocat. Vtrimque portum habuit, quorum alter Asiam, alter Italiam spectabat; qua oportunitate loci vrbs subito crevit: juvit eam etiam Isthmicorum ludorum celebratio. *Acrocorinthus* in monte erat III stadiorum ac dimidiati altitudine, sub ea erat *Corinthus* ambitu XL stadiorum. In vertice montis ædes erat Veneri sacra: cui vicinus mons *Pirene*, quem fama finxit a Pegaso illic vngulæ ictu excussū. Eversa est vrbs a L. Mummio, quod in ea legati Pop. Romani excepti essent indignius, post annos nongētos quinquaginta duos quam ab Alete Hippotis filio erat condita, ut est apud Paterculum. *Argia* sequitur: hodie *Romania* Ortelio. Vrbes huius tractus *Mycenæ* regia Agamemnonis, vnde Ovid. *Agamemnoniæ* dictæ, celebres a Templo Iunonis vetustissimo & religiosissimo, vnde Argiua Iuno. Eam Cyclopes muro scribuntur cinxisse ἐγχειροχάστορες, ab arte quam exercebant nuncupati. Non procul inde fuit *Lerna* pa-

Regio.

Nomina.

Vnde dicta.

Situs.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

MOREA
olim Pelo:
ponnesus
Mare del
Archi
pelago
Golfo de Napoli
Golfo de Lacedia
Golfo de Corone
Golfo de Coro
Arca
Per Gerardum Mercatorem
Cum priuilegio

lus, vbi Hercules Hydram Lernæam, seu potius Latrones ad ea loca latrocinantes, sustulit, vicit & dissipauit. *Argos*, vrbs exstructa, vt aliqui perhibent ab Argo πανοπτῃ illo; nam *centum luminibus cinctum caput Argus habebat*, Poëtarum carminibus Agenoris regis Phoniciæ filio celebrato. Aristoteles inter CL. Respublicas quas Diogene teste descripsit, Argivorum etiam Rempublicam depinxit. *Nauplia*, hodie *Neapolis* Romaniæ vrbs munitissima. *Epidaurus* in Saronici Sinus recessu, Æsculapij templo celebris: *Amyclæ. Argiam* sequitur *Laconica* siue *Laconum* regio, in quorum ditione Strabo præter Spartam triginta vrbes fuisse testatur, superioribus autem temporibus C, atque ex eo dictam Hecatompolin; sed & Hecatombas propterea, quod pro vrbium numero boves C. immolarentur. Metropolis *Sparta*, quæ etiam alio nomine vocatur Lacedæmon, hodie *Misithra*: vrbs olim magna & potens, quam idcirco etiam κηπόεσσαν vocauerũt. Fuit hæc ἀτείχεστος, non muris, sed civium virtute septa; non hinc operum magnificentia sed disciplina institutisq; Lycurgi Pomponio memorabilis, & quæ cum Athenarũ vrbe deinde de Imperio dimicavit, quẽadmodum Thucydides id libris VIII expoſuit. *Leuctra* nota e Plutarcho a filiarum Scedasi tristi & tragica historia. *Epidaurus* quæ hodie *Maluasia*. *Messenia* a Taygeto Monte & fluuio Pamiso ad Alpheum vsque porrigitur. Primaria eius vrbs *Messene* ad mare sita, hodie *Mattagia* dicitur. *Aristomenis* Messenij præstãtissimi viri patria, qui referente Pausania, hirsutum cor mortuus habuisse, deprehensus fuit. Sunt & *Methone* nunc *modon*, insignis quomdam & nunc Sangiaci Turcici sedes. *Corone* nunc *coron*. *Pylus* patria & sedes Nestoris Homerici trisecli illius & dulciloqui, τοῦ ἐκ γλώττης μέλιτος γλυκίων ῥεῖν αὐδή. Et cuius tota senecta, vt scripsit Philostratus, hilaris & læta fuit, ridentique simillima. Dicta quoque fuit *Sphacteria*. Et *Cipariſſi* hodie *Arcadia*. *Elis*, inter Messeniam, Achaiam & Arcadiam sita est. Vrbes *Elis* per quã mediam Peneus & Alpheus fluebant, memorata Iovis delubro, Ludorum claritate fastos Græcorum complexa. Pindari autem interpres *Elidem*, *Pisam* & *Olympiam* in vnam vrbem contrahit, alij vero distinctas esse volunt. *Olympia* celebris a ludis Græcorum solemnibus, quæ *Olympia* dicta fuere, & templo Iovis Olympij sumtuosissimo, quod hominum frequentia potentissimorumque Regum donarijs adeo crevit, vt in tota fere Græcia nullum fuerit magnificentius, nullum clarius opibus, cum etiam Iove ipso nihil ibi putaretur sanctius, nihilque augustius. *Cypselus* Corinthiorum tyrannus, Iovem totum aureum Olympię consecrauit. Deinde *Phidias* Athenienſis simulachrum eius Dei, ex ebore & auro stupenda & insolita magnitudine erexit, vtpote pedum lx. In quo opere illud ab alijs artificibus reprehẽsum, quod simulacri ad templum nulla esset proportio. Cum enim in eburneo throno sederet Iupiter, capiteque templi fastigium contingeret, necesse erat, siquando sedendo defatigatus eburneus ille Deus surgere vellet, vt templi culmen una cum tecto deijceretur. Et *Pisa*. *Achaia* ab Ptol. *propria* cognominata, Ab Araxo Promontorio vsque ad Sicyonios extenditur, quorum terminus communis est fl. Sus; ad Austrum est mons Stymphalus, ad Septemtrionem Sinus Corinthiacus. Vrbes *Dyme* quæ nunc *chiarenza*, unde Promont. Araxeum vocant *Capo di chiarenza*: *Olenus*, *Patrae* vrbs insignis olim, nunc *Patras* dicitur: *Ægium* vrbs recentioribus temporibus *Vostiza* vel *Bostiza* dicta, & a Turcis excisa. Ægira vrbs quomdam primaria in colle aspero atq; difficili posita, quę nũc diruta iacet & *Xilocastro* dicitur. Et in Crissæo sinu *Helice*, *Bura*, *Pellene*. *Sicyonia* inter Achaiam & Asopum sita: primaria eius vrbs *Sicyon*, omnium Græcarum urbium vetustissima, & tempore Abrahæ condita, templis, aris, statuis, simulacris plenissima. Fuit & *Phlius*, quæ forte ea est quam hodie vocan *Vasilicon*. Superest *Arcadia* regio Peloponnesi mediterranea, vndique a mari remota. Huius vrbes *Megalopolis* patria Polybij grauissimi ac sapientissimi Scriptoris. Hodie *Leontari* dicitur. *Stymphalus*, unde Stymphalis palus, & aues Stymphalides, ἀνδροφάγοι, καὶ σιδηρόπτεροι Pausaniæ. *Lilaea*, *Mantinea*, *Psophis*. Ciuitates autem totius Peloponnesi nobilissimas, quasi compendio complexus est Ouid. lib. VI Metamorph. vbi procerum mentionem facit, qui ad consolandum Pelopem missi fuerant, cuius soror Niobe cum omnibus liberis fuerat extincta: vbi sic canit:

Finitimi Proceres coeunt vrbesque propinquae
Oravere suos ire ad solatia reges:
Argosque & Sparte, Pelopeiadesque Mycenae,
Et nondum torvae Calydon invisa Dianae,
Orchomenosque ferax, & nobilis aere Corinthus,
Messeneque ferox, Patraeque humilesq; Cleovae,
Et Melea Pylos, nec adhuc Pytheia Traezen,
Quaeque vrbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo.

Flumina. Amnes celebriores sunt *Asopus*, nunc *Arbon* Theveto; *Peneius*, nunc Nigro & Theveto *Igliaco*; *Alpheus*, qui adcolis *Rophea* dicitur, vt Sophiano placet, & secundum Nigrum *Orphea*; Italis vero nautis *Carbon*: atque huic fluuio cxl Amnes inlabuntur; & albas maculas ac impetiginem sanat. *Panisus*, *Stromio* nunc Nigro: sed *Pirnaza* in Tabulis Castaldi & Mercatoris: totius Peloponnesi fluuius maximus. Huius Aquæ puerorũ & infantium morbis mederi dicuntur. *Eurotas*, hodie *Basilopotamo* Sophiano & alijs, sed *Iris* Nigro; cuius ripæ lauro abundant: & *Inachus*, qui *Planizza* hodie est Sophiano, & alijs. Reliquos prætereo. *Montes* *Montes.* *Stymphalus* Στύμφαλος, Mons Arcadiæ altissimus, qui Dominico Nigro *Poglici* dicitur. *Pholoe* φολόη, Xiria Nigro. *Cyllenius*, Melæ, *Cyllene* Strab; totius Arcadiæ altissimus. *Mænalus*, *Mænalius* Melæ. *Cronium*, Κρόνιον Ptol. *Greuenos* Nigro *Zarex*, Gemistus *Zaraca*, *Zaregka*, vocat. *Minthe*, Μίνθη Ptol. et Strab. Gemistus hoc loco apud Ptolemæũ μανώη legit, & cum quoque *Scorton* σκόρτων vocat. *Olono* vocatur Nigro. *Euan* videtur apud Pausaniam dici, ab Euoe Bacchantium voce: quod hoc loco Bacchus, & quæ eũ sequebantur mulieres, sic exclamasse credantur. *Taygetus* ταύγετος Plinio, Pausaniæ, Vibio & Steph. Peloponnesi mons in Laconica, Eurotę flumini vicinus. In huius summitate existentibus, prospectus patet per omnem Peninsulam, vt nulla celebris visum effugiat ciuitas. Hic mons varias feras nutrit, consecratus Baccho, Apollini, Dianæ, Cereri.

CANDIA

PRIMVM MAGNO DIVENDITA FVIT *VENETIS A BONIFACIO MONTISFERRATENSI, ANNO*

Domini 1194. sed sub Henrico Dandalo Duce rebellavit, deinde anno 1343. per Andream Ducem sub iugum missa adhuc a Duce & Consilio Veneto per Præsulem regitur. Volaterranus Geographiæ lib. 9.

Episcopatus in ea fuere iuxta Provinciale Romanum.

Archiep. Cretensis nunc Candianus 53 22: 34 40. cui hi subsunt Suffraganei: Kirokensis, Archadiensis, Gerapetrensis 54 16: 34 0. Sicinensis, nunc Sittia opinor, 54 55: 34 29.

Milopotamiensis 52 45: 34 48: Ariensis, Calamoniensis, Epicalamoso forte 52 14: 34 25. Agiensis, Rissaniensis.

Archiep. Atridensis, sub quo sunt Casensis, Scopulensis, Napronensis, Margaricensis.

Archiep. Soltaniensis hos habet Suffraganeos, Helenensem, Studensem, Monouasiensem, Tauristiensem, Marrachitaniensem.

Archiep. Vospreniensis, huic sunt Suffraganei Tephelienſis, Matrehensis, Cersonensis, 55 2: 33 36.

Meridiani positi sunt iuxta rationem paralleli 34.20.

Creta seu Candia, cum aliquot Insulis circa Græciam.

TAndem ad postremam Europæ Tabulam pervenimus, in qua nobis *Candia* cum aliquot exiguis circa Græciam Insulis a Mercatore depingitur. *Creta* Κρήτη Ptol. Maris Mediterranei Insula. Hodie *Candia* vulgo dicitur. Sic quoque in Concilio Chalcedonensi. *Curetam* olim ab incolis *Curetibus* vocatam volunt, & per Syncopen *Cretam*. Alij dicunt *Cretam* nuncupari a Crete quodam Iovis & Ideæ Nymphæ filio, vt ait Steph. alij a Creta Nympha Hesperidis filia, vt ait Plinius; alij denique a Curetũ Rege. *Candia* vero, a candore forsan, vt nonnulli sentiunt: siquidem hujus Insulæ Montes occidui candidi dicuntur: vel ab urbe primaria cognomine. Olim etiam *Heria*, *Curetis*, *Macaros* & *Macaronesos* dicta fuit ab aeris temperie, teste Plinio & Solino. Εκατόμπολις quoque Eustathio. *Idea* & *Chthonia* item Steph. *Telchionis* etiam a *Telchinibus*, vt habet Gyraldus. Eam a Septemtrione Aegæi fluctus verberant, ab Austro Libyci & Aegyptij, ad Occasum est mare Hadriaticum, ad Ortum Carpathium. Forma oblonga est: ad Orientem promontorium Samonium excurrit; ad Occasum κέρα μέτωπον contra Cyrenem: In Septemtrionem vero tertium prominet quod Strabo lib. x vocat Cimarũ, nunc *Capo Chesin* dicitur. Longitudo est cc lxx M.P.; Latitudo l, Ambitus ꝟlxxxi ix. Regio omnis aspera est & montibus ubique horrens, sed fertilissima Frumenti, & pascua. Mira soli indulgentia, arborarij proventus abundantes. Plinius quoque auctor est, quidquid in Creta nascitur, infinito pretio ceteris ejusdem generis antestare. Profert Vites, Oleas, Mala punica, Ficus, Mala aurea, Citrea. Malvaticum vinum in hac sola Insula premitur, atque ex ea Venetias & in reliquas Orbis partes defertur. Hoc vinum antiqui *Pramnium* vocarunt, auctore Bellonio. At Volaterranus putat hodie Arvisia, Malvisia dici, adjectione unius literæ: additque id genus vitium ex Aruisio Chius Insulæ promontorio (vnde Aruisia vina olim) in Cretam esse delatum. Profert item Mel, Ceram, Caseum, Coccum, Ladanum copiose, Dictamon soli Cretæ peculiarem; atque aliam herbam ἄλιμον nomine, quæ admorsa diuturnam famem, teste Solino, prohibet. Cupressorum ad naves fabricandas, hic maxima copia. Hæ tãtæ altitudinis nascuntur, ut spectabilius nihil humano visui sit, inquit Dominicus Niger. Insula omnis Lupum, Vulpem, Serpentem, aut omnino animal noxium præter Phalangium, natura non habet. Eam ob caussam magna cum securitate animalium greges noctu in arvis pasci sinunt, præsertim Ovium & Arietum, qui *Striphoceri* ab illis appellantur. Varia autem producit Animalia. Hoc etiam de Creta auctores prodiderunt, Noctuam non habere, eamque mori quando invehitur. Rexere Insulam primum *Iupiter*, tum *Rhadamantus*, post *Minos*, & *Graci*. *Romanorum* potestatis facta est a Metello, qui ex re *Creticus* dictus est. *Constantinopolitani* eam postea tenuere: *Balduinus* Comes Flandriæ & Imperator Constantinopoleos dedit *Marchioni Montisferrati*, a quo vendita est *Venetis* anno cꝟcxcꝟ immani auri pretio: itaque adhuc illorum Imperium agnoscit. Ac de Iove quidem ita Ennius in sacra historia, *Iupiter* (inquit) *postquam terram quinquies circuivit, omnibusque amicis & cognatis suis imperium divisit, reliquitque hominibus leges, mores, frumentaque paravit, multaque alia bona fecit, immortali gloria memoriaque affectus sempiterna, Monimenta suis reliquit: Ætate pessũ acta, in Creta vitam commutavit & ad Deos abijt, eumque Curetes filij sui curaverunt decoraverunque. Est sepulchrũ eius in Creta opido Gnosio: et dicitur Vesta hanc vrbem creavisse, inque sepulchro eius est inscriptum antiquis litteris Græcis* OZEVΣ TOY KPONOY, *id est latine, Iupiter Saturni.* Olim centum vrbibus claram fuisse prisci Scriptores tradunt: earum circiter xl Plinij ætas novit. Vrbium notissima *Gnossos*, Minois aliquando regia, a qua Gnosius arcus, tela Gnosia dicuntur. Sequitur *Cortyna*, unde tela Cortynia, vestis Cortynia. Claudianus de raptu Proserpinæ lib. 2 *Crispatur gemino vestis Cortynia cinctu.* Tum *Phæstos*. Ovidius

Creta sive Candia.
Vnde dicta.
Nomina.
Situs.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium maiorum.
Vrbes.

Proxima Gnossiaco iam quondam Phæstia regno Progenuit tellus.

Et *Cydon*, unde Arcus Cydonius, Cornu Cydonium. Et *Dictinna*, *Manethusa*, *Lycastos*, *Lyctos Holopixos*, aliæque

CORFV
ZANTE
MILO
CANDIA
cum
Insulis aliquot
circa Græciam
NICSIA
SANTORINI
SCARPANTO
MARE DE CANDIA
MARIS MEDITERRANEI PARS
Miliaria
Italica communia

liæque a Plin. commemoratæ lib. IV cap. XII. Hodie vero, Bellonio auctore, tres tantum alicuius nominis habet vrbes: quæ sunt *Candia*, olim *Matium*, vrbs totius insulę prima, a qua universa Insula appellationem desumpsit. Amplitudine secunda post Candiam, *Canea*, olim *Cydon*. Tertia est *Rhetymo*, quam veteres *Rhithymnam* dixere. Paullo incommodiorem habet hæc portum; at *Canea* & *Candia* commodissimos habent. Flumina per vniuersam insulam nulla sunt quæ navem ferant. Sunt tamen multi & magni rivi, in quibus sponte sua sine ulla cultura Colocasia proueniunt. In littore Septemtrionali sunt *Melipotamus*, *Scasinus*, *Cladilis*, *Epicidomus*, *Gissio*, *Divotro*: versus Occidentem est *Nopuliar*: versus Meridiem *Limens*. Piscem habet Creta in littoribus admodum frequentem Muli Barbati magnitudine alijs regionibus valde rarũ, qui *Scarus* dicitur, cuius veteres auctores sæpe meminerunt, & apud Romanos olim in delicijs fuit primarium inter pisces locum facile obtinens. *Montes* eius nobiliores sunt tres *Ida*, qui *Psiloriti* adcolis vocatur: *Leuci* qui Plinio *Cadissi*, nunc vocantur *de Madara*: & *Dicta*, qui *Sethia*. Adeo celsi sunt, vt nix tota hieme eos operiat: tametsi Cupressi hinc inde inter saxa convallium nascantur. *Mons Ida* omnium est eminentissimus. Hic ante Solis ortum solem videt: nam vt est apud Lucretium:

Flumina.

Montes.

----Idæus fama est e montibus altis Dispersos igneis orienti lumine cerni.

Stirpibus rarioribus Herbisque varijs abundat, quæ a Bellonio lib. I cap. VII enumerantur. *Labyrinthum* in Creta Dędali opus multi memorant: eius, quemadmodum & Italici nulla vestigia fuisse suo ævo testis est Plinius lib. XXXVI cap. XIII. Mirandus propterea Incolarum stupor, qui etiam hodie ad radicem Montis Idæ pro vetere novum fictitiumque Labyrinthum ostentant; sed non est mirum Cretensem κρητίζειν De Arcibus siue Castellis huius Insulæ agit idem Bellonius cap. V eiusdem libri. *Incolæ* vel Cœli Solique larga benignitate, vel suopte vitio fuerunt ad mala propensissimi. Paulus ipse ex Epimenide Cretensi de eorũ moribus in epistola ad Titum: Κρῆτες ἀεὶ ψευσταὶ κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί. Ac in Epigrammate Leonidæ, quod lib. III Epigram. Græc. legitur:

Opera publica.

Vulgi mores.

Ἀιεὶ λῃστεῖ καὶ ἀλιφθόροι ἠδὲ δίκαιοι Κρῆτες, τῆς κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην

Mendaces ergo olim, fraudulenti, rapaces, auari, & vinosi fuerunt, vt auctores perhibent, laboris impatientes, nullasque artes exquisite discentes; sed ut plurimum comessationibus, & potationibus dediti. Hodie vero naturæ impulsu, vt auctor est Bellonius, & ab ipsa pueritia Scythico arcu sese exercere solent, veterem sequentes consuetudinem. Namque tradunt eos olim Dianæ fuisse dicatos: propterea etiam ipsos Turcas arcus iaculatione superant: quinetiam dextri, agiles & strenui nunc in pugnis marinis sunt, sicut olim. Primi enim Cretenses nauibus & sagittis valuisse scribuntur, quod ita capiendum puto, vt hi Græcorũ primi hæc studia sectati sint. Nam vt est apud Philosophum cap. VIII lib. II Polit. *Videtur hæc Insula ad principatum Græciæ nata, ac præ ceteris omnibus præclare sita. Immittet enim vniuerso mari; cui Græci circumfusi sunt. Atque hæc quidem parte exiguo abest intervallo a Peloponneso: illa, ab Asiæ loco qui est circa Triopium, & a Rhodo. Quocirca Imperium maris obtinuit Minos, atque insularum alias subegit: aliæ quũ diu fuissent desertæ, coli fecit.* Atque hæc de *Candia*: restant paucis explicandæ aliquot circa Græciam Insulæ.

Corfu.

Situs.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Corfu vulgo, *Corcyra* κόρκυρα, Ptol. Insula olim nobilis, bello & navib⁹ imprimis potens. Distat ab Epiro duobus mill. vbi fretum est arctissimum: vbi vero latissimum XX. Passus XCVII in longitudinem patet, teste Plinio. Cœli hic mira clementia: qua fit vt nemora ipsa ex Citriș, Medicis, atque id genus arboribus constent. Solum fertile, abundans vitibus, oleis, pomis, omnisque generis arboribus fructiferis: Mellis etiam ingens hic copia colligitur. Segetes vero minus lætas habet, propter Austrinos ventos, quibus exsiccatæ arescunt antequam ad maturitatem perveniant. Hodie *Venetis* paret, a quibus strenue aduersus Turcarum rabiem defensa est. Vrbem habet cognominem. Incolæ Græci sunt.

Zante.

Situs.

Soli fertilitas.

Zacynthus, vulgo *Zante*. Hanc inter Cephaleniam & Achaiam ponit Plinius. Ipsa in circuitu colligit XXXVI mill. Ager Insulæ Frumentum profert magna copia; imprimis vero Vuas passas, Vinum et Oleum, ex quorum annuo proventu, Incolæ colligunt cl millia Aureorum. *Græci* sunt et *Venetis* parent. Habet eiusdem nominis Opidum cum arce in monte situm, mari imminens, siluis obsitum, aeris salubritate, pascuorũ vicinorum vbertate, agrique fertilitate valde commendabile. *Mons* ipse *Elatos* dictus, nobilis est.

Milo.

Situs.

Soli fertilitas.

Milo Insula, ea *Melos* prisco æuo dicebatur, in Cretico est mari. Ambitus lxxx Milliaria complectitur. Feracissimos habet agros Frumenti & Olei, sed vitibus parum accommodos. In hac etiam Argenti fodina & *Sardonius lapis* reperitur.

Nisia.

Situs.

Soli fertilitas.

Naxus, nunc *Nisia* Sophiano, & alijs. Hęc lxxx mill. in ambitu patet. Inter frugiferas insulas hæc etiam numeratur. Vini admodum fœcunda est: in eaque Marmoris genus reperitur quod ὀφίτης Græcis, *Ophites* Plinio, maculosum, Serpentum maculis non absimile. Smirillus etiam lapis, Smiris Plin. hic reperitur. Venam quoque Auri hic esse, sed desidia et ignauia Incolarum non inueniri, sunt qui credunt. Vespæ genus in ea, cuius punctio homini mortem adferre dicitur: Vespertilionumque magna copia. *Ioanni Quirino* Nobili Veneto hæc quondam paruit. Postea sub quodam Duce *Iacobo Crispo* fuit, quem *Solimus* Turcarum Imperator hinc expulit. Habitatur itaque hodie a Turcis & Iudæis.

Santorini.

Situs.

Soli fertilitas.

Santorini vel *Santorino*, *Therasia* θηρασία, Maris Ægæi Insula, juxta Atticam, Straboni & Ptolemæo. Formam nunc Lunæ corniculatæ habet, licet prius aliam haberet, antequam comburetur, & a Mari in duas partes scinderetur, inter quas scopuli aliquot interjacent. Est etiamnum satis fertilis, & portubus commoda. Incolæ piscationibus fere victum quærunt. Hæc etiam subjugata a Turcis est.

Scarpanto.

Situs.

Soli qualitas.

Portus.

Scarpanto, olim *Carpathus*, aut ut Homero placet, *Crapathus* dicta. Carpathium hinc Mare. Situs ejus inter Cretam & Rhodum, medio fere itinere. Ambitus ejus, lx, aut, ut alij volunt lxx mil. pas. Ardua & Montibus passim aspera; ac in ea Marmoris Lapidicina reperitur. Olim quatuor vrbibus prædita erat, & ob id *Tetrapolis* nuncupabatur, ut habet in Homerum Eustathius. Habet multos portus, sed non admodum capaces, & malefidos. Incolæ Græce loquuntur, & Græcorum religionem amplectuntur: Venetorum tamen dominio subsunt.

Sed de Europa quæ dicta sunt hactenus, sufficiant. Reliquas igitur Orbis Partes, & primum Africam, cui in nostra distributione post Europam princeps tribuitur locus, quod felix faustumque sit, ingrediamur.

NOVA
AFRICÆ
TABULA
AUCTORE
Judoco Hondio
MARE
MEDITERRANEUM
ASIÆ PARS
OCEANUS
TROPICUS CANCRI
LIBYA INTERIOR
NUBIA
ARABIA
AEQUINOCTIALIS
ÆTHIOPICUS
OCEANUS
TROPICUS
CAPRICORNI
Madagascar
Excudebat in aedibus Auctoris
Amstelodami

BARBARIA, IN QVA REGNVM TVNETANVM: ET ÆGYPTVS.

Barbaria.

Barbaria nobilissima Africæ regio nomen accepit vel a murmure inconcinno incolarum, Arabibus dicto *Barbar*, eo quod Numidarum sermo Arabibus talis videatur: vel a frequentibus desertis. *Bar* enim eorum lingua desertum sonat. Ab Ægypto ad fretum vsque Gaditanum pertinet, complectiturque Mauritaniam vtramque, Tingitanam videlicet & Cæsariensem, Africam proprie dictam, Cyrenaicam, Marmaricam, cum Libya exteriore. Statuunt illi recentiores Africæ scriptores ab ortu Solis Marmaricæ (quæ hodie *Barcha* dicitur) deserta ad montis vsque Atlantis partem hodie *Meies* vocatam, quæ pars a Strabone forte sub nomine *Asps* describitur: hunceque Montem Atlantem (secundum eius ab Oriente in Occidentem ad mare vsque, quod ab eo Atlanticum nuncupatur, longitudinem) a Meridionali plaga habet: ab occidente ipsum mare Atlanticum: Septemtrionale vero latus mare Mediterraneum lambit. *Regio & vnde dicta.* *Situs.*

Aer & Cœli qualitas huius Regionis varia. Vere Cœlum mite, clemens, serenum; Æstate æstus vehementissimi, inprimis Iunio & Iulio, mensibus; Autumno calor remissior: Hieme frigus vehementius, potissimum circa Decembrem & Ianuarium, sed matutino dumtaxat tempore, adeo vt nemo ob frigus ad ignem accedere cogatur. Autumni finis, tota hiems, bonaque Veris pars, impetuosis plena ventis. Quin & grandinibus, fulguribus & tonitruis horridis interdum vexatur: neque deest aliquibus in locis nix copiosa. *Cæli temperies.*

Ager Dactylorum, Malorumque Punicorum feracissimus; sed Frumenti non adeo fertilis; vnde eius incolę magna ex parte panem conficiunt hordeaceum. Fructus alios profert magna copia, Cerasa, Ficus, Poma, Pira, Pruna, Mala Persica, Armenica, Cydonia, Oliuas, & similes. Abundat Oleo, Melle, Saccharo. Multijugis item Armentorum, Pecudum atque Ferarum generibus. Alit enim hæc regio Dracones, Elephantes, Capreas, Bubalos, & similia animalia: item Leones, ac Pardales; habet & Mustelas felibus pares ac similes, excepta rictus eminentia: Simiarum quoque maximam multitudinem. Coluerunt hanc Regionem primum *Phoenicum* coloni, alijque qui ex Asia aut Aegypto eo deuenerunt: Postea paruit *Romanis*, tum *Græcis Imperatoribus*, deinde *Vandalis*, *Saracenis*, *Arabibus*; nunc partim *Turcæ* subest, partim proprio *Seriffa*: *Hispaniarum* quoque *Rex* arces quasdam in ea possidet, Regna omnino quatuor sunt, *Marocci*, *Fessæ*, *Teleusinum*, *Tunetanum*, quibus nonnulli *Barcæ* addunt. De duobus prioribus Marocci & Fessæ sequenti Tabula agetur, de reliquis hic agam. *Soli fertilitas.* *Animaliũ varietas.* *Imperium Maurorum.*

Regnum Tunetanum quod vocãt *Tremisen*, est Mauritania Cæsariẽsis. Lõgitudo eius ab Ortu in Occasum est ccc lxxx milliarium. Latitudo arcta, milliarium xxv, a desertis videlicet Numidiæ vsque ad mare Mediterraneum. Huius regionis maxima pars, inculta est, arida atque aspera, eaque præsertim parte, qua meridiem spectat. Maritimi autem agri aliquanto fertiliores atque fœcundiores sunt. Raræ in hac parte vrbes, raraque castella. Metropolis est *Teleusina*, quondam ampla, nunc magna ex parte collapsa. In eodem tractu est *Algira*, vrbs magna & probe munita. Hęc a *Teleusino Rege* primum defecit, ac *Bugiæ Regi* tributum soluit: postea hoc deserto *Ferdinandum* Hispaniæ Regem admisit. Denique capta a Barbarossa, imperio Ottomanico adiecta est. Celebris est naufragio Caroli v, tristi Christianorum captiuitate, & piraticis excursionibus Turcarum. Hodie ita præsidijs firmata est, vt humana ope vix possit expugnari. Hanc Castaldus *Salden* Ptolemæi fuisse opinatur, sed Ortelius cum nostro Mercatore putat *Salden* Ptolemæi nunc esse *Tadelis*: Iouius censet esse *Iuliam Cæsaream*, & alij *Cirtham*. Sunt quoque vrbes *Mersalcabir*, *Messagran*, *Mustaganin*, & alię. Duos habet hoc regnum maris portus nobilissimos atque frequentissimos, alterum *Horami* seu *Oraniæ* cum arce munitissima, alterum *Marsæ Eltabiri*, ad quos solet confluere maxima Mercatorum frequentia: præsertim ex Italia: qui ambo ab Hispaniarum Rege ante aliquot annos occupati fuere, non sine illius regni maximo detrimento. *Vrbes.*

Regnum Tunetanum continet totam Africam minorem, & magnam Numidiæ partem. Nam a *Maiori* fluuio, quem *Audum* Ptolemæi esse putat Maginus, vsque ad Mesratę regionis amnem extenditur. Hoc autem tractu ager satis fertilis est, ac frugibus ac pecoribus aptissimus, arboribus fœcundissimus, præsertim ad Occasum: nam ad Ortum sterilis est, & aquarum inops. In hoc Regno vrbes sunt *Bugia* ampla & copiosa, quam Petrus Nauarrenus expugnauit spoliauitque anno CIƆIƆ VIII. Hodie autem pulsis Hispanis occupat Turca. Hæc regioni Bugiæ nomen dedit. *Constantina*, quæ creditur *Cirta* fuisse, regia *Masinissæ*, vrbs est locuples, amæna, muris altissimis præcincta. In eodem tractu centum pene mill. a mari Mediterraneo est *Bona*, siue *Hippona* a Romanis condita, cuius ecclesiæ *D. Augustinus* præfuit. *Tunetum*, vulgo *Tunisi*, quæ *Themisa* Ptolemæi, initio paruum oppidulum fuit, sed postea creuit ex ruinis Carthaginis. In ea Templum est Mahumetanorum *Ameth Benatos*, quod mira veneratione colunt: estque certissimum reorum asylum. *Genuenses*, *Veneti*, alijque mercatores vrbem frequentant. De Tuneto ita Scaliger.

Invide demolire altas Carthaginis arces
Quem sors aequalis, parque futura manet.
En te inuito iterum Florens, excisa renascor.
Te non vinco ego, nec me tamen ipsa premis.

Ad fretum stagni vicini quod Tunetum ducit, sita fuit *Goletta* arx, capta a Carolo v. destructa ab Vchialia Bascia. *Carthago* condita a Phœnicibus multis ante Romam conditam annis, ampla, potens, diues, Romæ æmula. Arcem habuit *Byrsam*, media vrbe sitam, exstructam a Didone, cuius spacium creditur fuisse duorũ mill. passuum, nimirum *Taurino quantum potuit circumdare tergo*. Vrbis totius ambitus fuit XXII. mill. eamque totam fere mare cingebat. Eius situm luculenter describit Appianus in Punicis. Imperium eius non in Africa tantum sed in Europa longe lateque patuit: Hispaniam enim a freto ad montes vsque Pyrenæos domuit, Italiam, Siciliamque longo bello fatigauit. Tandem a Scipione capta totos dies VII. arsit. Restituta est a C. Cæsare: posteaque a Vandalis, Gothis, Saracenis sæpius vastata: adeo vt nunc deserta ex magna parte sit, & præter rudera & aquęductus aliquot vix habeat quicquam antiquæ maiestatis. *Tripolis Barbariæ* hodie piraticis excursionibus nobilis, cum prius mercimonijs maxime affluereret. Flumina sunt *Bagradas*, *Cynips*, *Tensist*, *Omirabih*, *Subu*, *Luccus*, cum multis alijs. Regionis pars que mare Mediterraneum spectat, montibus occupata est. Inter quos *Atlas* de quo alibi, frigidissimus & sterilis, omnique ex parte nemorosus atq; nivibus obsitus. Hic omnia fere totius Africæ flumina procreat. Incolæ probissimi (si Leoni fides) sunt viri: nullus illis fucus: simplicitatem atque veritatem non amplectentes modo, sed & re ipsa comprobantes. Validissimi sunt atque robustissimi; imprimis illi qui montes incolunt. *Flumina.* *Montes.* *Mores.*

BARBARIA
SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
HISPANIAE PARS
MARIS ATLANTICI PARS
GRACIAE
NATOLIAE PARS
MEDITERRANEUM
TREMISE
BARCA
ZANHAGA
BILEDULGERID
BIBYAE INTERIORIS PARS
BERDOA
GAOGA
BORNO
MARIS MEDITERRANEI PARS
AEGYPTUS

Regio. *Nomina.* *Situs.*

Aegyptus antiqua & nobilis regio primum a Misraim filio Chus, nepote Cham, abnepote Noachi culta est: quare a *chamo chemia* in sacris Osiridis vocata fuisse videtur, pro *chamia*, vt ab alio *Misraim*, quã appellationem etiamnum seruat apud Arabas qui vocant *Mesre*. Turcis dicitur *Elquibet* vel *Elchebit*. Termini sunt ab Occidente ultra Nilum deserta Barcę Libyæ & Numidiæ, cum regno Nubiæ. Ab Austro agro Bugiensi & Nilo concluditur, quo loco Nilus ab Occasu in Ortum nonnihil fertur. Plinius eam finit Syene urbe, quæ nunc Asna dicitur. Ab Ortu sunt deserta Arabiæ, quæ inter Ægyptum et Mare Rubrum sita sunt. Ab Aquilone clauditur Mari Mediterraneo, quod ea parte vocatur Pelagus Ægyptiacũ. Raro pluit in Ægypto, imo vt Plato tradit, nunquam visum est pluere in Ægypto, sed aer perpetuam habet serenitatem, atque ob id fortassis olim dicta fuit *Aeria*. Terra quamuis pene expers imbrium, mire tamen fertilis, & hominũ aliorumq; animaliũ perfœcũda generatrix. Nilus efficit, qui per mediũ eius labens, & singulis annis terræ superficiem inundans, humectans, & adducto limo impinguans, fœcundam, mireque fertilem eã reddit. De huius soli felicitate multa passim extant scriptorum elogia. Iustinus solum ita fecundum asserit, vt alimentorum nulla terra feracior sit in vsus hominum. Veteres etiam plurimi publicum orbis horreũ Ægyptum esse prædicarunt. Plinius quoque asserit Rom. Imperij amplitudinem absque Ægypti opibus frugibusque diu perdurare non potuisse, cum in solo Nilo populi Romani abundãtia, vel fames esset. Idem etiã testatur, sic abunde herbis ad cibum accommodis Ægypti agrum affluere, vt vel frugibus carere possit. Huc etiam pertinet illud Lucani: *Terra suis contenta bonis non indiga mercis, Aut Iovis, in solo tanta est fiducia Nilo.* Summa in Aegypto est vbique Tritici, Siliginis, Hordei, Auenæ, Fabarum, aliorumque Leguminum: Vini etiam optimi fertilitas. Nec desunt Pascua lætissima. Oleo tamen, vt plurimum, caret, raraque ligna isthic nascuntur. Præter Bestias sæuas ac nocuas, quibus hæc terra abundat, Animalia domestica mira copia alit, Bubalos, Boues, Camelos, Equos, Asinos, Arietes & Capras, quæ quidem omnia in magnam excrescunt molem, teste Bellonio, ob aeris temperiem, pabuli abundãtiam, ac stirpium a Nilo irrigatarum bonum alimentum; inter reliqua vero arietes pingues admodum, & crassi sunt, atque amplam & densam, atque ad terram vsque propendentem caudam habent, & palearia insuper e collo dependentia, vt in bobus, nigraque lana vestiuntur. Quia vero hæc regio hieme tepida admodum ac palustris, in eam aquaticę Aues tãta copia commeant vt agri & prata ijs albescant; præsertim autem Ciconijs: Ranæ quoque tanta abundãtia istic generantur, vt nisi Ciconiæ eas vorarent, nihil illis esset frequentius. Chamæleones etiam frequentes reperiuntur, eodem Bellonio teste, in fruticibus qui *Rhamnus* altera dicuntur, & in varios colores sese cõmutant, qui non vento vescũtur, vt multi prodiderunt, quamuis ij integro anno sine esca perdurare possint. Per vniuersam vero Ægyptum, pulli gallinacei a matre excludi non solent: sed fornaces artificiose exstructas habent, in quibus tria aut quatuor ouorum millia reponunt: quarum calorem ita temperare norunt, vt omnia oua simul excludantur. Quod etiam de Ægyptijs Aristoteles memoriæ prodidit. Metallis insuper regio hæc perpetuo abundavit, præsertim in partibus ad Æthiopiam vergentibus. Ceterum vniuersa olim Ægyptus floruit sub varijs Regibus diuersorum nominum vsque ad *Ptolemæos*; nam *Pharaones* admodum pauci fuere. *Ptolemæi* lõgo tẽpore regnarũt, usq; ad Romanorũ imperiũ, quo perfractores Ægyptia peruenit ad *Agarenos* Arabiæ felicis, quorum princeps *Sultanus* fuit dictus, & alij sequentes quoq; vocati sũt *Sultani*, Mahumetani omnes, regnarunt multis annis donec a *Turcis* expugnati fuerunt. Possidet iam totam Ægyptum *Solymanus* Turca, relicto ibi Præfecto, qui *Baxa* Ægypti dicitur. Diuisa fuit ab Alexandro Macedone in Nomos siue oppidorum præfecturas, quales Herodotus ponit XVIII. Strabo vnum amplius. Ptolemæus XLVI. Plinius L. qui & addit quosdam nomina permutasse, vt proinde non sit putandum tot Ægypti olim præfecturas fuisse quot apud Historicos nomina possunt colligi, quum eiusdem præfecturæ plura nomina esse potuerint. Leo Africanus auctor est a Mahumetanis in tres prouincias diuisam esse. *Sahid* quæ est superior siue Thebais, a finibus Bugiæ ad Cairum vsque. *Errifiam*, quæ est pars Occidẽtalis a Cairo ad Rosettum: & *Maremmam* quæ est pars Orientalis. Vrbes Ægypti sub Amaside creduntur fuisse XX. mille. Diodorus tria millia suo æuo superfuisse testis est. Celeberrimæ fuerunt *Syene*, *Thebe*, quæ et *Diospolis*, *Tentyra*, *Heliopolis*, *Mẽphis*, *Babylon*, *Alexandria*, *Pelusium*. *Syene* nunc *Asna* dicitur, sita sub Tropico Cancri: hic, teste Plinio, puteum habuerunt Mathematici profundissimum, quem rectis lineis Sol totum illustrabat, quum esset in principio Cancri. Quo respexit Lucanus Lib. II. *Vmbras nusquam flectente Syene*. *Thebe* condita a Busiride Rege ambitu CXL stadiorum, vt refert Herodotus, centum portis, alijsque ædificijs publicis priuatisque insignis, quæ iã olim esse desijt. *Tentyra* ab insula Nili nomẽ habet: incolę Tẽtyritæ, qui naturæ, genio Crocodilis aduersi sũt: qua de re apud Strabonem & Plinium videre est. *Heliopolis*, olim sacerdotum habitatio, Straboni hominum Astronomiæ & Philosophiæ deditorum mansio. *Memphis* olim *Arsinoe*, regia vrbs, vbi Nilus primã accipit diuisionem & Δ formam facit. Hanc hodie vocant *Cairum* vel *Alcair*. Vrbs est triangulari forma exstructa, ambitu plus quam octo milliarium. Incolunt eam *Turcæ*, *Ægyptij*, *Arabes*, *Hebræi* alijque. *Babylon* paullo supra Cairum ponitur a Bellonio, conspiciunturque adhuc splendidorum ædificiorum ruinæ. Hic nunc est Christianorum pagus. *Alexandria* nobilis olim & splendida vrbs ab Alexandro magno in extremitate maris Mediterranei loco situque pulcherrimo condita: Turcæ *Scandertam* vocant. *Pelusium* hodie vocant *Damiatam*, vrbs est potens, opulenta, commodo portu & navium frequentia celebris, ad Nili ostium Pelusiacum. Sunt etiam præter has vrbes in Ægypto aliæ, *Rosetta*, in qua Veneti consulem habent. *Michale*, quæ Cairo par est. *Fuoa*, aliæque. Regio hæc fluuio *Nilo* totius Orbis nobilissimo secatur, irrigatur, ac fœcundissima redditur. Ortum, notauit Iuba Rex in monte Inferioris Mauritaniæ non procul Oceano habere, lacu protinus stagnante, quem aiunt vocari Nilidem. Alijs alia mens est. Ex hoc lacu profusus longo cursu varias regiones & squallentia arenis loca percurrit, postea multas efficit insulas, quarum clarissima est *Meroe*, a qua quartus parallelus Ptolemaicus nomen accepit: eius ramum dexterum dicit Plinius vocari Astusapẽ, lævum Astaborem: nec ante vocari Nilum, quam se totum aquis concordibus denuo iunxerit. Tandem inclusus montibus, torrentibus & properantibus aquis ad locum vehitur qui *Catadupa* vocatur, ibi inter occursantes scopulos non fluere, sed præceps cataracte ruere creditur, tanto fragore, vt accolæ sonitus magnitudine sensu audiendi careant. Ditionis Ægypti esse incipit a fine Æthiopię Syene. Post efficit illud Græcorũ delta, & diuisus in ostia se in mare exonerat. Ostia hodie sunt quatuor, quorum duo nauigabilia, *Pelusiacum* vbi Damiata, & *Canopicum* siue *Heracleoticum*, vbi Rosettum. Certis etiam diebus auctu magno per totam spatiatus Ægyptum fœcundus innatat terræ, pluviarum quibus caret Ægyptus inopiam compensans. Initium est VII Iunij; finis post diem quadragesimum; non post centesimum, vt scribit Herodotus. Maior autem lætitia gentibus quo minus terrarum suarũ vident: nam quæ inundãtur sunt fertilissima, cetera sterilia, & quo altior Nilus, eo solum fœcundius. Auctus eius per puteos mensuræ notis deprehenduntur. Iustum incrementum est cubitorum XVI si vlterius increscat, absumuntur tempora serendi; si minus, non rigatur pro siti. In XII. cubitis famem sentit; in XIIII. etiamnum esurit: XIIII hilaritatem afferunt. Quindecim securitatem, sedecim delitias. Vt quæque liberata est aquis terra, ita seritur.

Cœli temperies. *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Imperium Maiorum.* *Flumen Nilus.*

Pars illa *Barbariæ* quam hæc Tabula repræsentat olim *Mauritania Tingitana* dicta, hodie duo Regna comprehendit, *Marocci* videlicet & *Fessæ*, de quibus nunc ordine dicendũ est. *Marocci* regnũ nomẽ accepit ab vrbe primaria *Marocco*, iacet inter Atlantẽ montẽ & Oceanum Atlanticum, Formæ pene triangularis. Amœnissima est regio, abũdatque Frugibus & Leguminibus omnis generis, Oleo, Melle, Saccharo, Fructibus omnigenis, Dactylis, Vuis, Ficubus, Pomis ac piris varijs. Armentis item ac gregibus: Multæ etiã reperiuntur Capræ, quarum pelles *Marocchini* dicuntur: villi vtilissimi sunt ad pannos contexendos quos *Camelottos*, vulgo vocant. Rerum denique omnium quæ ad victum conueniunt, quę naribus adblandiuntur, quæ oculos pascunt, regio feracissima est. Eius prouinciæ sunt, *Hea*, quæ ab Oriente clauditur Fluuio *Esfiualo*, a Meridie Atlante, ad Occasũ & Septemtrionẽ Oceano: estque regio aspera, mõtosa, nemorosa, diues, & incolis frequens. Ciuitates paucæ hic sunt, sed pagi, vici & castra munitissima maximo numero reperiuntur. *Susa* quæ ad Septemtrionem Atlantem habet & oppidum *Hea*, ad Ortum fluuium Sus, regio fertilis, amœna, diues. Auri metalla sunt in monte *Ilalemo*. Præcipuum huius regionis opidum *Tarodantum*, Mauris *Taurent*, satis amplum, ab antiquis Africanis conditum. Domorum numerat circiter tria millia. Incolæ moribus sunt ciuilioribus. Hic *Angli*, & *Galli* mercatores degunt, & Ferrũ Stãnum, Plumbum, Saccharo commutant. *Marocci* territorium cultissimum est, Armentis, & Pecoribus abundans. In hac vrbs est *Maroccum* quod *Bocanum Hemerum* Ptol. fuisse quidam suspicantur. Hæc inter maximas totius orbis terrarum vrbes adnumerari solet. Est enim inauditę magnitudinis: ita vt sub Principe suo *Hali* Iosephi filio domus numeraret plus quam centies mille. Portas in ambitu habebat viginti quatuor: sed hæc ampla quondam & celebris vrbs, nunc ita frequentibus Arabum excursionibus attrita est, vt vix tertia vrbis portio incolas habeat. *Guzzula* ad Septemtrionem Atlanti adhæret, ad Ortum Heæ iungitur: oppida hic et arces vallo carent: pagi frequentes, ampli, diuites: regio omnis incolis referta. *Duccala* regio ab Occasu a *Tensifio* fluuio initium capit, terminatur a Septemtrione Oceano, a Meridie flumine *Habiel* clauditur, atque ab Occidente fluuio *Hammirabith*. Paucæ in hac ciuitates muris cinctæ. *Hascora* regio ad Septemtrionem Duccalæ confinis est, ad Occasum terminatur *Tensifio* fluuio, & ad Ortum fluuio *Quadelhabit* a regione Tedeletes discluditur. Multa ad hanc regionem pertinent opida opulentissima, populo satis numerosa, vt *Alemdin*, *Tagodaß*, *Elgiumuha*, *Bzo* &c. *Tedles* regio non adeo ampla est, ab Occasu terminatur fluminibus *Servi* & *Ommirabih*, ad Meridiẽ Atlanti contigua est: ad Septemtrionem vero terminatur, vbi fluuius *Serui* in fluuium *Ommirabih* prolabitur, vnde regio ipsa triangulari forma clauditur. Sunt in ea nonnulla oppida: Præcipuum est *Tefza*, ab Africanis, conditũ, populo satis frequens. Sunt & *Ffza*, *Cithiteb*, & alia. Præcipua *flumina* huius regni sunt *Tensift* & *Omirabih*, qui ex Atlante monte erumpentes in Oceanum se exonerant: sed *Tensist* oritur in Marocci territorio, ac plurimis augetur fluuijs, inter quos magni sunt *Sifelmel* & *Niffis*. *Omirabih* vero scaturit inter altissimos mõtes, qua *Tedles* prouincia *Fessano* Regno cõtermina est. In littore maris alibi magna Electri copia inuenitur, quæ inde a Lusitanis atque alijs exteris exportatur in alias regiones, quod quidem electrum vilissimo pretio coemunt. Multi hic *Montes* inter quos *Nispha*, *Semede*, *Seusana* etc. quorum plerique frigidissimi atque sterilissimi sunt, adeo vt nihil præter hordeum producant. In hoc regno neque Templorum, neque Collegiorum, neque Hospitiorum copiam desiderabis. In vrbe Marocco multa sunt templa, inter quæ nullum artificiosius neque magnificẽtius, quam quod in medio vrbis a dicto Hali exstructum extat. Est et aliud ab huius successore *Abdul Mumen* exstructum, & ab huius Nepote *Mansor* ampliatum, multisque columnis ex Hispania convectis opulentius redditum. Cisternam sub hoc templo confecit, ejus magnitudinis, cujus totum est templum: tectum templo addidit plumbeum: singulis angulis addidit canales, qui pluvialem aquam in cisternam subjectam mittant. Turris ex lapide durissimo, quale Romanum Vespasiani est amphitheatrum, altitudine Turrim Bononiensem in Italia superat. Gradus quibus ascenditur habent singuli nouem palmos latitudinis: exterius vero muri latus decem. Septem habet hæc turris mansiones. Huic superstructa alia turricula, quę instar acus adsurgit. Hæc tres alteram alteri superpositas habet mansiones, sitque ab vna ad aliam lignea scala adscensus. Si quis e summa turri despiciat, huic homines quamuis staturæ procerioris, non aliter ac pueri vniùs anni appareant. Habet & hæc turricula in summa parte ferrum quoddam luna ornatum aurea, tres item sphæras aureas, sic ferro insertas, vt maxima inferiorem minima superiorem locum occupet. Est et Arx quædam munitissima in hac vrbe, quæ si amplitudinem, si muros, si turres, si portas ex Tiburtino marmore exstructas videris, ciuitatem iure censeas. Templum habet altissima turri ornatissimum in cuius fastigio Luna, atque sub hac tres inæqualis magnitudinis sphæras aureas, quæ omnes 130 mille aureos pendent. In hac vrbe intra muros vineæ, palmæ, horti spaciosi, agrique frumenti fœcundissimi. Nam extra muros terram colere, frequens Arabum vetat incursio. Incolæ huius regni alibi ciuiliores, alibi rudiores, & ciuilitatis plus satis ignari. Pane fere vescuntur hordeaceo, non fermentato, nec in furnis excocto, interdum vero cibum sibi ex farina hordeacea lacte & oleo uel butyro parant. Apud multos nullus mensarum & mapparum vsus. Vestiuntur fere pannis ex lana in straguli modũ confectis, caput vero pãniculo quodam ornant, remanente tamen superiore parte nuda, pileum non nisi senes aut docti viri gestant, subuculas non habent, lecti vice culcitra villosa vtuntur, cui se inuoluunt. Barbam radere solent antequam matrimonium contrahant, sed matrimonio iuncti promissam gestant.

Regio & vnde dicta. *Situs.* *Soli fertilitas.* *Animaliũ varietas.* *Vrbs & Opida.* *Flumina.* *Montes.* *Mores.* *Victus.* *Vestitus.*

FESSÆ REGNVM.

Fessanum vel *Fessæ* Regnum sequitur, quod *Ampelusia* olim a vitium copia nonnullis dicum: *Fessanum* nũc ab vrbe eiusdem nominis. Hoc Regnum ditissimum & potentissimũ, ab Occasu habet mare Atlanticum, a Septemtrione fretum Herculeum, ab Ortu Muluiam flumen, ab Austro regnum Marocci. Est autem hic alibi optima aeris temperies, alibi aliquanto asperior. Ac regio ipsa etsi nonnullis in locis prorsus aspera est, frigidissimis montibus plena, ac in ea aliquot sint solitudines ac deserta: ipsa tamen vniuersẽ considerata, quamuis altera sui parte magis, altera minus, felicissima & fertilissima est. Ager enim tam frugibus atque fructibus abundat, vt nulli cedere videatur; passim Vites, Oleæ optimẽ proueniunt, Ficuũ & Amygdalarum magnam habet copiam, magnam etiam Gossipij affluentiam.

Regio & vnde dicta. *Situs.* *Soli fertilitas.*

SEPTENTRIO
HISPANIAE PARS
MARIS MEDITERRANEI PARS
OCEANUS
HISPANICUS
Penon de Velez
Barbarus Pars
Fez
Garetum desertum
Hucini pp.
Benimarac
Nussini pp.
SEGELMESSE
Abulhuseini pp.
Serra Verde
Mauruco
Darga Reg.
Goadalc.
Serra de Haba
Guerda
DARA REG.
Aubia
Aubi
Mons Major
ZANHAGA
INSULÆ FORTUNATÆ Ptolemæo
at nunc CANARIÆ INSULÆ ob ingentes
canes, quorum ibi magna copia à Portugallis inventa.
Canaria
Ide Ferro
Ide Forte
Ide Gran Canaria
Scala
Millaria Germanica communia
FESSÆ et MAROCCHI REGNA.

Reperitur hic etiam planta quædam, *Maus* dicta, fructum ferens valde dulcem ac esui gratissimum, magnitudinis mali Citrei. Mahumetici Rabini hunc esse fructum aiunt, qui parentibus nostris Adamo & Evæ interdictus fuit, cujusque foliis pudenda texerunt: folia enim habet longa & lata, harum hic magna copia. Abundat armentis, pecoribus, equis, camelis: capreolorum atque leporum magna copia. *Fessæ* Regiones sunt septem, *Temesna*, *Territorium Fessæ*, *Algara*, *Elhabata*, *Errifa*, *Garetum*, & *Elchausum*, *sive Chauz*. *Temesna* regio incipit a fluvio *Ommirabih* versus Occidentem, & protenditur ad Ortum versus *Buragragum* fluvium: a Meridie terminatur monte Atlante, & a Septemtrione Oceano. Fuit semper hæc regio totius Africæ caput, in qua olim numerabantur oppida plus minus 40. castella vero 300. Sed ob bella, quæ ibi magnopere sævierunt, civitates omnes & oppida deleta sunt, totaque provincia vastata. Sed tandem denuo reviviscere cœpit postremis hisce temporibus, & oppida prope 200. continet. Inter ea *Rabato* civitas magna ad littus Oceani condita. Hæc muris & structura Marocco persimilis, sed magnitudine ambitus valde dissimilis. Sunt & *Thagia*, *Salla*, & alia. *Fessæ* territorii a fluvio *Buragrago*, versus Ortum protenditur vsque ad fluvium *Inavem*, a Septemtrione fluvio *Suba*, a Meridie Atlantis radicibus clauditur. Numerantur nonnulla oppida in agro Fessano: sed ipsa vrbs Fessa primaria. Sita est in regni hujus meditullio. Conditam ferunt circa annum Domini septingentesimum octuagesimum sextum. Hanc metropolim totius Mauritaniæ dicunt: & vulgo, teste Marmolio, Aulam totius Occidentis cognominant. Nomen habere ab auro, sunt qui opinẽtur: quod cum prima ejus fundamenta jacerentur, eo loco inventus fuerit auri cumulus, quod Arabibus *Fes* appellatur. Alij fluvium *Fez* qui mediam interluit, vrbi nomen dedisse autumant. Maximam hujus vrbis partem colles atque montes occupant, sic vt vrbis tantum medio planicies reperiatur. Duabus vijs dictus fluvius vrbem intrat, in duas namque est divisus partes. Moxque in vrbem collapsus in infinitas fere, per quosdam aquæductus sese spargit, ac per singulas fere domos, per templa, per collegia, per hospitia & xenodochia sese diffundit. Deinde per foricas percurrens, totius civitatis sordes secum trahit, atque foras in fluvium inducit. Atque hæc dicitur *Fessa* vetus. Est enim & alia vrbs quæ *Fessa* nova dicitur, duplici cincta muro altissimo ac munitissimo. *Azgara* regio a Septemtrione Oceano abluitur, ab Occasu ad fluvium vsque *Buragragum* protenditur; Orientale latus claudunt mõtes *Gumaræ*, *Zaronij* & radices montis *Zalagæ*; a Meridie vero fluvio *Bunaza* terminatur. Fuerunt hic olim oppida & arces quamplurimæ, sed bellorum injuria maior pars deleta est. Oppida præcipua sunt *Larissa*, & *Casar Elcabir*, hoc est Regum palatium. *Habat*, seu *Elabat* regio clauditur a Septemtrione mari Mediterraneo, ab Occasu *Algaræ* paludibus, a Meridie *Suarga* fluvio, ab Ortu vero montibus Herculeo freto vicinis. In ea præstantiores vrbes sunt *Arzilla*, seu *Azella*, ampla satis, atque a freto Herculeo circiter 70 mill. distans. *Tingis* seu *Tanger*, ampla & antiqua ad Oceani littus posita, & a freto Herculeo 30 mill. dissita. *Septa* seu *Seuta* maxima civitas ad fauces Herculei freti, olim totius Mauritaniæ metropolis, ac Hispaniæ æmula, quæ quidem tres civitates sub regno Portugalliæ sunt. *Errifa* regio incipit non procul ab Herculeo freto, & ad fluvium vsque *Nocor* seu *Hoccore* ad Ortum protenditur: ad Septemtrionem prima sui parte, ut testatur Leo, terminatur Mediterraneo mari, vergitque Meridiem versus ad eos vsque montes, quĩ Fessæ territorium spectant. Oppida hic rarissima, pagi frequentissimi. *Gareti* regio initium sumit ab Occasu a *Medulo* flumine, & ad fluvium *Mulviam* ad Ortum terminatur, a Meridie montes ipsam a desertis Numidiæ separant, a Septemtrione ad mare Mediterraneum protenditur. Duas hujus præcipuas vrbes *Medelam* & *Chesasam* Hispani occuparunt. *Chaus* vltima Fessani Regni regio continet tertiam ipsius fere partem: namque in longitudinem 190 milliar. patet, nempe a fluvio *Zha* ad Ortum, ad fluvium *Gurguigara* ad Occasum; in latitudinem vero mill. clxx. Nam omnis ea Atlantis pars, quæ Mauritaniam spectat, teste Leone, hujus regionis latitudinem præbet, complectitur & bonam planiciei atque montium partem, qui Libyę sunt contermini. Præcipua loca hujus tractus sunt *Dubdu* oppidum antiquum, & *Teza*, maxima, nobilis, & opulentissima vrbs. Regnum hoc multis irrigatur *fluvijs*, quorum aliquot navigabiles: præcipui sunt *Subu* & *Luccus*. *Subu* veteribus *Subur* dictus, originem ducit ex maximo fonte in horrida silva *Selsgi* montis *Cheuz* provinciæ, atque multos recipiens fluvios per longum tractum discurrit, & lato simul ac profundo ostio in Oceanum sese exonerat, ubi naves etiam magnas recipit. *Luccus* fluvius Ptolemæo *Lissus*, ex Gumuræ montibus originem ducens in Oceanum labitur: in ejus ostio sita civitas *Haraidos*, cuius portus ingressu difficillimus. *Montes* hic multi inter quos *Gumaræ*, *Zaronij*, mons *Zalaga*, & multi alij quos brevitatis studio omittimus. In vrbe *Fez* multa pulchra sunt & ampla ædificia, publica privataque. Templa, Collegia, Xenodochia. Templa sunt 100c. in quibus magnifica & splendida. Summum templum quod vocant *Carauvea* ambitum habet sesquimilliaris. Portas amplas atque altas vnam & triginta. In hoc templo singulis noctibus cc10 lucernæ accenduntur. Reditus templi in singulos dies feruntur esse ducentorum aureorum. Collegia in quibus studiosi artibus, medicinæ, legibus operam dant, permulta sunt. Vnum præ cæteris nobile, in quod exstruendum Rex *Habu Henon* quadringenta octoginta aureorum millia effudisse dicitur.

Animalium varietas.

Vrbes & Opida.

Fluvina.

Montes.

Opera publica.

Canariæ Insulæ.

ET hęc de *Marocci* & *Fessæ* Regnis: restant paucis explicandæ *Insulæ Canariae* & *Pennon de velis*. De *Canarijs* in generali descriptione Africæ aliquid diximus. Abundant Hordeo, Melle, Cera, Saccari arundinibus, Caseo. Habent & Oricelum herbam, qua panni colore puniceo inficiuntur, & vini præstãtissimi amplum proventum. Sunt & teste Martiano palmiferæ, Nuce Pinea abundantes; Pecore & Avibus plenæ. In *Ferri* Insula res est admiratione & commemoratione dignissima. Insula omnis aquis destituta, ardenti cœlo, solo arido, squallentes æstu homines pecudesque destituit. Sed Dei Omnipotentis singulari munere data est arbor, quæ sola medicinam facit hominibus & pecudibus. Eam nubecula circumdat, ex qua ita folia humectantur, vt ex ijs perpetuo liquor destillet, quem vasis circa arborem dispositis adeolæ excipiunt tanta copia, vt abunde toti insulæ sufficiat. *Canaria Magna* longa est xc milliaria. *Tenariffa* aliquanto minor est. Hanc putat Niger esse *Niguariam* Plinij: vt *Forteuenturam* Plinij *Caprariam*. *Palma* insula exigua est sed amœna, ac Vino, Caseo, Saccharo abundans. Qui ex Hispania in Peruuiam & Brasiliam nauigãt, in hac insula commeatũ rerum in itinere ad victum necessariarum petunt. *Montes* hic suapte natura fere inaccessi, ideoq; inexpugnabiles. *Tenariffa* mõtẽ habet eximiæ altitudinis, quẽ etiã ad nonaginta milliaria licet sereno cœlo conspicere. Incolæ olim rudes admodum erant, sed hodie cultiores & sagaciores facti sunt. Vitæ institutis & moribus a cæteris Africanis discrepabant, Solem, Lunam & Stellas colebant, veram lucem ignorãtes. Viuunt pane hordeaceo, carnibus & lacte plurimo, & inprimis caprino, quo abundant.

Insulæ Canariæ.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Montes.

Mores.

Victus.

Pennon de Veles.

Antiquissimum est opidum in littore maris Mediterranei constructum ab Hispanis *Vellet de Gumenera*, sive etiam *Pennon de Veles*, nuncupatum. Inter duos visendæ altitudinis montes situm est. Alij ab Africanis, alij a Gothis ædificatum scribunt. Sed de hoc Opido in Theatro Vrbium plura.

ABISSINORVM, ET CONGI REGNA.

Abissinorum Regnum.

Abissinorum Regnum, Æthiopia quæ sub Ægypto, Ptol. dicitur. Eius Princeps Mauris *Assielabasi*, lingua Æthiopica *Ioannes Belul*, quod est altus seu pretiosus dicitur. Hic se Dauidis ortum stemmate gloriatur: vtitur autem plerumque istiusmodi inscriptione. N. N. *Supremus meorum Regnorum, a Deo vnice dilectus, columna fidei, ortus ex stirpe Iuda etc.* Hic inter maximos nostræ ætatis Monarchas procul cubio censendus, vt qui inter vtrumque tropicum à Mari Rubro ad Æthiopicum fere Oceanum pertingat. Et vt aliquanto accuratius eius imperij terminos describamus: A Septemtrione habet Ægyptum (quæ subest Turcis) vicinam: ab Ortu ad Mare Rubrum, et Sinum Barbaricũ ex parte pertinet: a Meridie Lunæ montibus a natura vallatur; ab occasu verò Regno Congi, Nigro amne, Nubiæ regno & Nilo flumine terminatur. Quibus terminis veterum Æthiopiam sub Ægypto cognominatam, Troglodyticam, et Cinnamomiferam regionem, & Libyę interioris partem videtur comprehendere. Regio ipsa in vniversum (ut ex recentioribus qui eam lustrarunt, constat) fertilissima. Æstas ibi gemina est in anno, & ferme perpetua: vt vno tempore in alijs agris fiat sementis, in alijs vero messis. Alicubi singulis mensibus nouæ Fruges, Legumina præsertim feruntur. Triticum quidem Regio parce producit: Hordeum vero, Milium, Sesamum, Ciceres, Fabas, aliaque Legumina copiosissimè profert; quorum nonnulla nobis ignota sunt. Hebeno Persico & Siliquastro abundat. Aromata Piperis, Cinnamomi & Gingiberis hic leguntur. Saccharum etiam in arundinibus copiose producit, sed ipsum coquere & expurgare non norunt. Vites istic multæ sunt, Vini tamen hic nullus vsus, præterquam in aula Regis & magni Patriarchæ. Mala Medica, Citrea et Limones magna copia hic sponte proueniunt: Mellis item immensa vis. Nam apes etiam in ipsis hominum habitationibus nutriuntur: vnde ceræ tantam conficiunt copiã, quæ toti regioni ad candelas conficiendas sufficiat absque seui vsu: Linum habet etiam hęc regio, sed incolæ artem ex ipso telas conficiendi nesciunt, atque magna ex parte pannos suos ex Gossipio sibi parant, cuius hic magnus est prouentus. Metalla habent Auri, Argenti, Æris, sed ea nõ expurgant, artẽ ignorantes. Habet insuper hæc Regio omnis ferè generis Animalia, & Aues. Vti sunt Elephantes, Leones, Tigres, Pardales, Lynces, Rhinocerotes, Meles, Simiæ et Cerui (quod contra Veterum opinionem, qui negant Africam alere hoc animal) Boues, Oues, Capręs, Asini, Cameli, Equi. Sæpissimè hic a Locustis mirum in modum infestantur. Olim a Reginis duntaxat gubernata hæc Regio fuit. Vnde in historia veteris Testamenti legimus venisse ad *Salomonem* Regem, *Austri Reginam* de Saba, audiendi causa admirandã eius sapientiam, circiter annum Mundi 2954. Nomen Reginæ huic fuit *Maqueda*. Credunt Æthiopiæ Reges ex Dauidis stirpe, et Salomonis familia sese procreatos esse. Idcirco se filios Dauidis & Salomonis, atque adeo Sanctorum Patriarcharum appellare solent, quod ex eorum semine orti sint. Nam ex Salomone filium suscepisse *Maquedam* illam fingunt, quem *Meilech* nominârit. Postea *Dauid* fuit dictus. Is secundum eorum commentum, cum annum ætatis vigesimũ attigisset, ad Salomonem patrem & præceptorem à matre remissus est, vt doctrina & sapientia vtili ac salutari ab eo imbueretur. Quod simul atque assecutus fuit *Meilech* seu *Dauid*, permissu Salomonis, Sacerdotes & Comites nobiles multos de singulis duodecim tribubus sibi adiunxit, & in regnum Æthiopiæ reuersus, gubernationem eius suscepit. Ac vna etiam legem Domini, circumcisionemque eodem importauit. In toto hoc Imperio vrbes paucę: ac vicatim habitatur. Pręcipua regna ad Superiorem Æthiopiam pertinentia, quæ vt plurimum Abissinorum Imperatori subiacent, sunt hæc sequentia. *Regnum Barnagnes:* Hoc fluuio Abanthi & mari Rubro clauditur: vrbs primaria est *Beroa* seu *Barnæ* Ptolemæo *Colone* dicta, vt Sanuto placet: hic Regis vicarius degit: qui Abissinorum regi Cl. equos quotannis pro tributo pendit, cum serico alijsque mercibus; Bassæ vero Turcico mille vncias auri. *Tigremaon* Marabo fluuio proximum et mari rubro, quotannis pendit suo Imperatori cc. equos ex Arabia aduectos. Subest huic regno Regnum *Tigrai*, in quo est vrbs *Caxumo* seu *Cassumo*, sedes olim (vt in eorum annalibus est, *Reginæ Sabæ*: ac post etiam *Candacis* Reginæ. *Angote* regnum numo caret, vtuntur pro eo salis & ferri globulis. *Amara* nomen habet à monte in quo Imperatoris filij firmo et vigili præsidio seruantur, vt defuncto imperatore heres educatur. *Fluuij* in hoc regno duo memorabiles per Æthiopiam labentes *Abanhi*, qui *Astapus* Ptol. & *Tacassi* qui Ptol. *Astaboras*, in quem complures alij Amnes confluunt. Fons Abanhi est Barcenæ Lacus amplissimus sub Æquinoctiali iacens, in quo plures insulæ. Hic lacus est *Coloe Palus* Ptolemæi. Incolę domos ex creta et stramine compactas habitant. Christianam religionem profitentur, eorumque fidei articuli præcipui sunt hi. Credunt in vnum *Deum* Creatorem cœli ac terræ, in tres personas distinctum, *Deum Patrem, Deum filiũ* ex Patre ab æterno genitum: qui pro nobis carnem assumpsit, mortuus est, & resurrexit; & *Deum Spiritum Sanctum*, ex Patre et Filio procedentem. Hæc summa est totius religionis. Vetus testamẽtum cum nouo sic coniungunt, vt ritus nonnullos Iudaicos & Christianos sequantur. Infantes omnes masculos pariter & femellas, octauo ætatis die circumcidunt. Nullam tamen salutem circumcisioni adscribunt, quam in sola fide in Iesum Christum collocãt. Sed ad quadragesimum diem masculos, ad octogesimum vero femellas, nisi aliqua ægritudo festinastionem desideret, baptisant. Singulis annis baptismum renouant, tam in adultis quam in infantibus, proferentes hæc verba. Ego te Baptizo in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti. Hũc morem à maioribus acceptum sancte obseruant, non vt primum baptismum extenuent, aut infirment, sed vt à peccatis absolutionem singulis annis consequantur. Administrationem Cęnæ Domini sub vtraque specie obseruant, tam Laici quam Clerici. Confirmationem et extremam Vnctionem neque pro sacramẽto habent neque vsurpare solent. Sabbatum æque ac Dominicum ab opere immune habent, veteri Christianorum more. Legis vsum illum maximum esse putant, vt peccata nobis ostendat: seruari vero à nullo mortalium posse excepto Iesu Christo, qui eam pro nobis impleuit, credunt. Sanctos quidem amant & venerantur, sed non inuocant. Mariam Christi matrem magno honore afficiunt, non tamen adorant, neq; opem eius implorant. Coniugium Clericis & Presbyteris non minus quam politicis permissum est. Omnem fornicationem & libidinem puniunt. Habent Patriarcham Ecclesijs præsidentem, virum perspectæ probitatis, grauem, bonę doctrinæ et prouectæ ætatis: cuius munus est Ecclesiasticos status in vnione conseruare, Ecclesiasticã disciplinam tueri, ac rebelles excõmunicare. Episcoporum aliorumque Ecclesiasticorũ electio, pene solum Regem manet.

Regio.

Situs.

Solifertilitas.

Animalium varietas.

Imperium Maiorum.

Flumina.

Incolarum Mores.


ABISSINORUM SIVE
Pretiosi Ioannis Imperiu.
CONGI REGNI in Africa Christiani Nova descriptio.
Scala
NUBIA REGN.
Desertum Zeu.
Nubia
GOGA
AYAMAN Sive
ARABIÆ FELICIS
PARS
Sibit
MARE RUBRUM
Sinus Arabicus
SINUS
BARBARICUS
PARS INSULÆ S. LAURENTII
OCEANUS ÆTHIOPICUS.
Maris Aethiopici Pars
BRAMAS.
ANZICANA
CONGO.
ANGOLA
Pangue Lungi
Bagamidri
Tigrai
Aqua populi
TIGREMAON
AMBIANCANTIVA
VANGVE
DAMUT.
GOLAMI.
MALEMA
Zet Regnum.
Tirutt
Melinde
GORGA
DANGALI
ADEL.
DOBAS.
BELLI.
ANGOTE.
BARNAGASO.
DAFILA.
BELLO
BARCENA.
AMARA.
BELEGUAN
BARU
Lima Montes

Regio, Situs.

REgnum *Congi*, alijs *Manicongo*, amplum potens & opulentum. A promontorio S. *Catharinae* quod secundo gradu abest ab æquinoctiali, Austrum versus protenditur vsque ad Promontorium *Ledo*. Habetque ad Occasum Oceanum Æthiopicum: ad Meridiem Montes Lunæ, & *Caferes* populos: ad Ortum Montem, a quo fluvij emanant, qui in Nili fontes prolabuntur: & ad Septemtrionem territorium Regni *Benin*. Mira hic cœli clementia incredibilisque aeris temperies, hyeme atque æstate nunquam sævientibus. Abundat Regio Frugibus, Tritico, Milio, Oryza, Arboribus fructiferis. Palmarum plures habet species, vnam quę Dactylos producit, alteram quæ Nuces Indicas, tertiam ex qua Oleum, Vinum, Acetum, Panem conficiunt. Ex arboris cacumine terebrato vel fisso, succus quidam lacti similis emanat qui initio dulcis, postea tractu temporis acescit. Ex fructuum pulpa Oleum exprimitur nostro butyro haud absimile, cujus vsus est in cibis, vnctionibus, lucernis. Sunt & Cassiæ, & Cedri magna copia. Nec desunt in hortis omnis generis herbæ ac fructus, vt Pepones, Melopepones, Cucumeres, & similes, pręter alia genera quæ cum nostris Europæ Climatibus non conveniunt. Omnis præterea hęc regio Metallorum dives est, etiam Argenti, imprimis circa *Loandam* Insulam. Animalium varij generis hic ingens copia. Elephantum imprimis hic maximus proventus, quos vernacula lingua ipsi *Manzao* vocant, miræ magnitudinis, quorũ dẽtes cc libras pẽdũt. Reperitur & feræ genꝰ, ipsis *Zebra* dictũ, magnitudine & forma Mulæ instar. Mulæ autem genus non esse fœcunditas arguit: fœtum enim parit: habetque pellem a cæteris animalibus dissimilem; vtpote trium diversorum colorum fasciis variegatam: nigris nempe, albis & fulvis: animal tantæ velocitatis atque feritatis ut domari neque ad hominum usum accommodari vllo modo possit. Adagium Lusitanis hinc fertur, *Velox vt Zebra*. Sunt & hic, vt alibi, Leones, Tigres, Bubali, Onagri, Lupi, Vulpes. Cervi, Lepores, Cuniculi, Simiæ, Chamæleontes, & Serpentum multa genera. Item Porci, Oues, Capri. At non habent Equos, Boues aut alia lumenta humanis vsibus apta. Quare ligneis equis, teste Maphæo, vtuntur, cuius commentum tale est. Cantherio seu tigno dodrantalis fermè crassitudinis, pedum octo longitudinis, bubulum corium ad sellæ amplitudinem extendunt, huic ephippio diuaricatis cruribus viator insidet: baiuli succollant duo, et vbi longum iter est, succedunt alij. Abundat etiam Zibethis, animalibus formam felis nostræ domesticæ habentibus, sed paullo minoribus. Habent autem in se Odoramenti genus quoddam pretiosi quod & *Zibethum* dicitur. Nutrit insuper Aues omnis generis, inprimis Psittacos virides & cinericios. Struthiones item, Pauones & Gallinas Indicas, Perdices & Anates: habet & Phasianos, Columbas, Turtures, & minorum auium quæ *Becca-fichi* incolis dicuntur, infinitum numerum. Aquilarum præterea, Falconum, Accipitrum fringillariorum, Pellicanorum magnam vim. Sunt & Multæ Ardeæ candidæ *Aues Regiæ* dictæ, ac aliæ Gruibus similes quas incolæ vocant *Flemminges*. Diuiditur autem regnum Congi in prouincias sex, *Bamba, Songo, Sundi, Pango, Batta* & *Pemba*. *Bamba* littoralis est, ab Ambrizi flumine ad Coanzam vsque: regitur à varijs Præfectis, quos ipsi *Mani* vocant. Primaria vrbs est *Panza*, sita in planicie quæ est inter fluuium *Loze* & *Ambrize*. Hic moratur Præfectus prouinciæ, dictatq; a mari C. M. Pass. *Sogno* ad flumen *Zaire* sita est. Primaria vrbs est *Songo*, in qua Præfectus huius prouinciæ agit. *Sundi* a *Congi* vrbe ad fluuium vsque *Zaire* protenditur. *Pango* a Septemtrione Sundi contermina, a Meridie Batta, ab Occasu Comitatu *Congo*, et ab ortu montibus Solis terminatur. Vrbs primaria in quo Præfecti degunt Provinciæ cognominis est, diciturque *Pango*. *Batta* quinta prouincia: eius fines sunt a Septemtrione *Pango*, ab Ortu extenditur ad montes Solis, & ad radices Montium Salnitri. Et a Meridie vsque ad Montem Brusciato. Hisce finibus Batta terminatur, atque vrbs eius primaria, in qua Princeps habitat, similiter *Batta* dicitur. Sexta et vltima provincia *Pemba* sita est in meditullio regni *Congi*. In hac sita est totius regni vrbs primaria et Regia. Hęc hodie *S. Saluatoris* nominatur, olim vero dicta fuit *Banza*, quæ vox significat Aulam in qua Rex aut Pręfectus plerumque agit. Sita 150 mill. *paullo plus* minus a mari in magno & excelso monte. Multis fluuijs regio ipsa irrigatur. Præcipuus est *Zaire* e lacu *Zembre* ortus. Latitudo quibusdam locis est quinque milliarium tantam autem aquarum vim in Oceanum Æthiopicum euoluit, vt x. atque interdum xvi. milliaribus seruet dulcedinem. Aduerso flumine ad quinque tantũ milliaria nauigare licet: occursãtibus posteà vndis, magno impetu, quia è cataractis ruunt. In fluminis ostio insulæ quædam sunt, quibus per vicarios suos rex Congi imperat. Lembi illic ex arbore Licondo capaces cc. hominum Crococilos capiunt, et Hippopotamos, et piscem, quem ipsi *Ambize Angulo* vocant, quingentarum librarum, eximij saporis, quem sub pœna capitis piscatores ad regem deferre coguntur. Sunt et alia Flumina, *Letunda* ad quam ciuitas regia *Congo* exstructa est, *Ambrizi, Onzo, Lemba, Danda, Bengo* & *Coanza*: quorum duo posteriora è Danda orta insulam efficiunt *Loanda* planam sine monte, sine colle. In hac si crescentibus vndis terram effodias, aquam deprehendes dulcem; sin decrescentibus, salsam. In eadem conchas piscantur, quæ per totum regnum pecuniæ loco sunt. Et quemadmodum flumina piscibus abundãt, sic etiam sinus et maria. Et potissimum quibusdam piscibus quos vocant *Sardinaes*, & *Anchiones*: quorum tanta copia est, vt hiberno tempore vltro in littus saliant. Sunt et alia genera piscium delicatorum, vt Acipenseres vulgo Sturiones, Mulli & huiusmodi: ac Cancrorum magna copia: adeo vt maxima pars adcolarum maris ijs viuant. Non desunt *Montes* inter quos altissimus Lusitanis, La *Sierra Compleda*, hoc est, *Longus Mons*: *Mons Crystalli* sic dictus a magna copia Crystalli quæ in eo reperitur: valde excelsus hic et incultus. Sunt et alij qui dicuntur *Sierras de Sol*, id est, montes Solis, quia supra modum alti sunt. Alij item qui dicuntur *Montes Salnitri*, quia in ijs ingens huius mineralis vis: & Montes *Cabambe*, ingentem Argenti vim proferentes, & alij. Incolæ & potissimum Bambæ proceri, robore corporis gladiatorio, vastis musculis: gestant grandes gladios, Helveticis similes, quos à Lusitanis coemunt. Vno ictu vivum hominem medium dissecare, aut boui viuo caput pręscindere ludus est. Fuere qui vas vino plenum ccc xxv librarum brachijs suis gestarint. Monilia sibi nectunt ex caudis Elephantorum. Ex hac prouincia talium virorum xl. millia colligũtur ad militiam, Regis imperio, quoties id vsus aut necessitas postulat.

Cæli temperies.
Soli fertilitas.
Animaliũ varietas.
Vrbes.
Flumina.
Maria.
Montes.
Mores.

GVINEA CVM INSVLIS S. THOMAE, PRINCIPIS & Anni boni.

GVINEA.

GVinea regnum eo tractu est, quo *Gangines* Aethiopes, de quibus apud Orosium & Aethicum, teste Ortelio. Incolis *Ghinni* dicitur. Regio Nigritarum est. *Nigritæ* dicuntur adcolæ fluminis Nigri, qui mediam regionem præterfluit Nili instar agros vicinos fœcundans. Crescit hic, ut & Nilus mente Iunio, totos dies xl. quibus per regionem vicinam navigare licet. Ita limo obducta Tellus miro proventu rerum luxuriat. Circa flumen planities ampla, nulli montes aut colles, Silvæ frequentes, quibus Elephanti pascuntur. Crebri lacus, qui ex Nigri inundatione dicuntur remansisse. Aer saluberrimus, adeo ut morbo Hispanico laborantes, si in eam regionem proficiscantur certo conualescant. Sermo Nigritis varius, pro Cœlo & Solo. Religio varia: Sunt in Mediterraneis Christiani, Mahumetistæ, Gentiles. Maritimi vero omnes idola colunt. Reges Nigritarum sunt tres. *Tombuti*, *Borni*, & *Gaogæ*. *Gualatæ* etiam proprium Regem habent. Color omnibus nigerrimus. Ceterum *Guinae* Regnum inter *Gualatam*, *Tombutum*, & *Melli* situm est, a Nigro flumine ad Oceanum usque Æthiopicũ. Aer *Guineæ* nostris corporibus noxius est, tum ob Cœli intemperiem, tum propter pluvias, quæ putredinem pariunt & vermes. Est autẽ Hordeo, Oryza, Gossypio, Auro, Ebore: Ovibus item & Gallinis abundans. Est & Aromatis quoddam genus, sapore piperi conforme, Lusitanis *Melegneta* dictum. Aliud itẽ duplo efficacius Pipere Calicutiano, vocaturque dictis Lusitanis *Pimienta del Rabo*, quod tamen vendere non licet, ne vulgare Piper prorsus fordeat & vilescat. Fructus alios præter Dactylos nullos habet, sed eos ex Numidia aut Gualata Incolæ petunt. Quadrupedum imprimis Elephantorum & Simarum, Aviumque ingentem habent copiam, præsertim Aero Pavonum & Psittacorum cinericiorum. Habent & minutas quasdam Aves quæ ex Arborum ramis pendulum sibi ipsæ nidum singulari arte construunt. Arcem, Opidum, Vrbem non habent. Pagum unum dumtaxat amplissimum, quem Principes, Sacerdotes, Doctores, Mercatores incolunt: Ceteri sparsim degunt. Circa *caput Lupi Conzalvi* Incolæ Solem, Lunam, Terram adorant: hanc sputo inquinare magnum apud ipsos piaculum. Cutem sibi ipsi conscindunt potius quam scarificant, & postea unguento quodam colorato tingunt: bello ipsis, nobis stupendo spectaculo. Salutant Principem in genua prolapsi, manibus complosis: alijs inclamant *Fuio*, *Fuio*, *Fuio*. Inter prandendum potu abstinent: pransi bibunt vel Aquam vel Vinum e Palma. Palma hæc non ea quę Dactylos seu Caryotas fert, sed ab hac arbor diversa, quovis anni tempore succum emittens. Arboris truncum sauciant, lachrymam inde manantem vase aliquo (uti Thura leguntur) exceptam ad ebrietatem usque hauriunt: quippe cum liquor is sit vino quovis etiam generoso meracior. Color ei subcinericius, unde Lactis serum repræsentat: *Mignolum* vocant. Nec maior est proventus Arbori, quam binæ ternæve mensuræ intra diem naturalem. Fert ea arbor fructum Olivæ triplici virtute pollentem: Oleum videlicet, ut odoris violacei, saporis olivæ; id si dapibus adhibitum fuerit, eas uti crocus tingit, aut eo amplius. Viri iuxta & Feminæ nudo capite incedunt: quibusdam tegmen est ex corticibus arborum aut Nuce Indica confectum: Sunt qui Superius labrum sauciatum habent, perque illud foramen & per nares Eboris frusta adigunt, hoc ipso ut opinantur, valde formosi. Alij ex interstitio narium, aut e labris ebur gestant, & conchas: quidam etiam pertuso inferiore labro linguam tanquam per os alterum exsertant. Vestimenta contexunt ex Arborum libris, hisque decore scilicet, verenda tegunt: ex ijsdem storeis non ad usum, sed ad ornatum nexas gerunt Simiarum & Cercopithecorum pelles, cum Nola. Oculum alterum rubro colore tingunt, alterum cęruleo. Femininæ ditiores ingentes annulos ex ferro, ære rubro, aut stanno cruribus nectunt. Postremum in stupida & putida barbarie mirifice sibi placent. Horum numi aurei sunt nulla inscriptione insigniti: utuntur etiam numis ferreis rebus in vilioribus emendis.

Regio.
Situs.
Cœli qualitas.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Mores.
Victus.
Vestitus

Insula S. Thomæ.

INsula S. *Thomæ* sequitur nunc explicanda; Inventa a Lusitanis die festo B. Thomæ, a quo etiam inditum loco nomen. Sub ipso Aequatore sita est forma pene rotunda. Eius diameter est lx. milliarium. Hæc cum detegeretur tota consita erat proceris arboribus, quarum rami sursum crescebant. Pestẽ nescit: Aer calidus, & salubris: pauci tamen Christiani hic ad quinquagesimum ætatis annum pertingunt: ita ut prodigiosum foret inter illos cana barba aliquem videre. Indigenæ vero facile ad centesimum annum vivunt. Dies noctibus semper, æquales. Mensibus Martio & Septembri crebræ & den-

Regio.
Vnde dicta.
Situs.
Aeris qualitas.

 se

AFRICÆ PARS
GENEHDA
CARAGOLI
GAMBIA
MANDINGA
MELLI
SOUCOS
Sierra Lionæ
CARAGOLES
BANGANA
LYBIA INTERIOR
ZEGZEY
LUDAYAS
MALAGVETA
GVINEA
ASSAS
BENIN REGNU
ÆTHIOPICUS OCEANUS
LINEA ÆQVINOCTIALIS
IS. THOMÆ
GVINEAE
NOVA
DESCRIPTIO

Soli fertilitas. sæ pluviæ decidunt, quibus solum humectatur, cæteris mensibus rore copioso recreantur fruges. Solum ipsum Insulæ tenax, lentum, colore subruffo. Frumentum, Vites, aut Arborem ossa duriuscula habentem non patitur: fert autem Melones, Cucumeres, Cucurbitas, Ficus, Gingiberis & Sacchari inprimis ingentem copiam, adeo ut quotannis xl. naves Saccharo onustæ solitæ fuerint ex hac insula alio exportari, proque Saccharo suo Vinum, Caseum, Frumentũ, Coria, aliaque ad vitam necessaria importari. Sed desijt proventus iste ex quo tempore vermiculi quidam arundinum radices perfodere cœperunt, adeo ut nunc vix sex naves Saccharo illic nato possint quotannis onerari. Liberaliter etiam Milium, Orizam, Hordeum præbet. Lactucas item, Brasiccas, Rapas, Betam, Petroselinum, Herbas hortenses magna luxurie profert. Præter has radicem quæ apud Indos crescit in Insula Hispaniola, quæ Illic *Batata* dicitur, Nigri huius Insulæ dicunt *Ignamam*, ac plantant tanquam herbam eximiam eorumque vitæ necessariam. Cortex exterior nigri coloris est, interior albus forma oblonga, instar maioris rapæ, atque in radice plures ramos habet. Castaneas gustu repræsentat: melior tamen & delicatior. Vulgo sub cineribus aut prunis cocta, aliquãdo etiam cruda comeditur. Incolæ Hispani huc aliquot Olivas, Persicos, Amygdalos, aliasque arbores transtulerunt: quæ plantatæ pulcherrimæ quidem aspectu fuere: sed nunquam vllos tulerunt fructus. Est in hac Insula Cancrorum mirificum genus, quod in terra Talparum instar degit, thalassij coloris: solum subuertens: hoc omnia longe lateque infestat, arrodit, absumitque. Reperitur etiam in hac Insula Avium ingens numerus, Perdices, Sturni, Merulæ, Passeres virides modulantes, Turdi, & Psittaci. Vrbem in ea Lusitani condiderunt *Panoasam*, ad flumen, in qua 1000 familiæ creduntur habitare, præter Episcopum aliosque ordinis Ecclesiastici homines. Portum optimum Amnemque saluberrimum habet. Ad Piscationes incitant in Mari omnis generis Pisces. Imprimis vero res miranda est infinitum numerum Balenarum conspicere, quæ in hoc, & in reliquis Africę littoribus reperiuntur. In media insula mons est valde nemorosus, qui perpetuo nubibus tegitur adeo densis, ut ex silvis aquæ manent rigandis Sacchari arundinibus sufficiẽtes: quoque Sol est sublimior, eo magis cœlum est circa montem illum nebulosum. Incolæ partim albi sunt, partim nigri. Mirum quod narrant, nigros admodum pulicibus, pediculis & cimicibus infestari: albos neque pediculos, neque pulices, neque cimices in lectis habere.

Animalum varietas.

Vrbs panoasam.

Mons.

INSVLA PRINCIPIS.

Vnde dicta.

Soli fertilitas.

HAud procul inde, citra Aequinoctialem tamen gradibus pene tribus, *Insula* est *Principis*. Hæc ex eo nomen traxit, quod *Principi* Portugalliæ huius Insulæ reditus esset assignatus. Satis culta est, & proventu Sacchari celebrata. Crescit & in ea Palma, cuius supra mentionem fecimus, ex qua succum eliciunt, quo sitim levant.

ANNI BONI INSVLA.

Vnde dicta.

ANni boni vel *de Annobon* Insula, sic dicta, quod sub novi Anni auspicia detecta fuerit. Ea ultra Æquinoctialem Austrum versus pari intervallo sita est. Inhabitata est: sed ad eius littora optimę piscationes fiunt: atque his locis pisces volantes interdum apparent. Crocodilorum etiam hic ac venenosorum animalium incredibilis copia.

Atque hæc de *Guinea* & hisce Insulis, deque *Africa* hactenus dicta, sufficiant. Libet autem, adscribere Coronidis quasi loco, quod Æneas Gazæus Græcus Scriptor retulit in Theophrasto suo, sive libro de animarum immortalitate, & resurrectione mortuorum, Martyres ac Sacerdotes magnæ Libyæ, evulsa a Tyranno & excisa ipsorum lingua, nihilominus clare locutos fuisse, ac annunciasse animo hilari ac magno Dei magnalia, id est, ut ipse loquitur; ὅλης ἐκ ῥιζῶν ἀνασπασθείσης τῆς θεοφιλοῦς γλώσσης αὐτῶν a Tyranno, qui criminis loco subditorum Suorum pietatem habebat, ἔγκλημα ποιούμενος τὴν ὁσιότητα ἀρχεμένων αὐτῶ εὐσέβειαν, φωνὴν ἐναρθρον edidisse, ac obstupefactum se id vidisse & audivisse commemorat. Qui porro, quam ego attuli, plura petat: consulat moneo ex veteribus Sallustium in bello Iugurthino: Hannonis Africæ circumnavigationem apud Arrianum: & Iamboli, apud Diodorum Siculum: item Melpomenen Herodoti. Ex recentioribus Aloysium Cadamustum: Vascum de Gama: Franciscum Alvares, qui Aethiopiam perlustravit: Ioannem Leonem qui omnium accuratissime eam descripsit: & Ludovicum Marmolium: item Livium Sanutum, & alios. De Nilo flumine totius Orbis terrarũ maximo, extant litteræ Ioannis Baptistæ Rhamusi, & Hieronymi Fracastorij. Nos ad tertiam Orbis partem Asiam pergimus.

ASIÆ
NOVA
Descriptio
Auctore
Jodoco Hondio
AMERICÆ
PARS
EUROPÆ
Grœcia
BARCHA
AFRICÆ
PARS
MARE
ARABICUM
INDICUM
OCEANUS
AEQUINOCTIALIS
ORIENTALIS
MARE DEL
SUR
PARS
OCEANUS
MARIS
CINENSIS
PACIFICI
PHILIPPINAE
INSULÆ
Archipelagus
S. Lazari
NOVA GUINEA
GOLFO DI
BENGALA
Mare de
Sala ou Bachu
Mare Caspium
Nova Zembla
Mare Congelatum
Tartaria
Moscovia
Ingheria
Kalmucki
Cathaio
Cuarium
Tangut
Bartia
Ung K.
Iunos
Tibet
India
Siam
Pegu
Ceylon
Java
Sumatra
Borneo
Molucca
Gilolo
Ternate
Tidore
Banda
Celebes
Philippinae
Formosa
Iaponia
Coreia
Cindi
Cuba
Hispaniola
Iamaica
Terra Firma
Mexico
Peru
Brasilia
Canada
Florida
Nova Hispania
Nova Granata
Chile
Paraguay
Tierra del Fuego
Nova Guinea
Nova Hispania
Nova Granata
Chile
Paraguay
Tierra del Fuego
Nova Guinea

TVRCICVM IMPERIVM.

In *Asia*, ad quam nunc peruenimus, *Imperium Turcicum* primo loco occurrit. *Turcarum* meminit Mela libro primo: *Fœcundos pabulo iuxta Mæotim, ad alia sterriles nudosque campos tenent Budini. Geloni vrbem ligneam habitant. Iuxta Thyrsagetæ Turcæque vastas siluas occupant, aluntur que venando.* Eosdem agnoscit Plinius lib. VI. cap. VII. neque est dubium quin ab his & nominis & gentis originē traxerint illi qui longe lateque hodie imperitāt, ignauia & dissensionibus nostris magni. *Turcum* significare hominem, qui agrestiorem victus rationem sequitur, docet Chalcondilas. Postellus putat eos Hebræis *Togarma* nominari: sic etiam Beniamin Tudelensis. Hi se ipsos *Musulmannos* vocant, hoc est circumcisos, vel vt alij interpretantur, recte credentes. Turcę vero appellari nolunt, ac nomen hoc contumeliosum apud ipsos habetur, cum lingua Hebræa exules significet, vel secundum alios, vastatores. Ceterum *Othomanæ* seu *Osmanidæ* familiæ *Imperium*, quod sane amplissimum est, ac potentissimum, permultas prouincias, ac regiones Europæ, Africæ & Asiæ complectitur. In Europa extenditur iuxta oram maritimam Hadriatici sinus a finibus Epidauri nunc *Raguſi*, et totum Ægæum mare ambiens, simulque Propontidem, ac non minimam Ponti Euxini partem, ad Theodosiam vrbem in Taurica Chersoneso sitam, quam nunc *Caffam* vocant, terminatur: quod spacium octo millia milliar: continet. In Mediterraneis vero protenditur a lauarino oppido Hungariæ, incolis *Rab*, ad Constantinopolim vsque in finibus Europæ sitam. In Africa habet Turca vniuersam oram maritimam ab oppido *Bellis de Gomera* vsque ad sinum Arabicum, seu mare Rubrum, exceptis paucis locis Hispaniarum Regi subiectis. In Asia etiam quam latissime sese extendit, Regio vt plurimum, Frumenti, Tritici, Hordei, Auenæ, Siliginis, Fabarum, Milij aliorumque Legumi- num fertilis. Abundat Oriza, Lino, Gossipio. Vineta quoque habent et colunt, & Christiani & Turcæ, sed varie. Christiani Vinum conficiunt, & Turcæ Mel eorum lingua *Pechmez* vocatum, Vuas passas quasdā ita medicantur, vt semper & visu & gustu recentes appareant, has *Vsum Turcis* vocant. Fert etiā magna copia Pepones, Melones, Cucumeres, Nuces, Poma, Pira, Mala Punica, Aurantia, Castaneas, Ficus, Cerasa, aliosque Fructus: sed non in omni Regno. Sunt enim loca vt passim in Cappadocia & Armenia minori, vbi nihil horum (propter intensissimum frigus) nascitur. Venas item habet Auri, Argenti, Ferri, Aeris & Aluminis. Varij generis alit Animalia, magnamque Camelorum, Mulorum et Pecudum copiam. Equi Turcici, Canesque ferocissimi imprimis probantur. Turcarum porro Imperio tale legitur fuisse initium. Primus illorum Imperator *Ottomannus* Tartarus fuit, miles magni Cham, homo audax, corporis viribus præ ceteris eximius. Hic prætextu iniuriarum quarundam secedens a Tartaris, cœpit in Cappadocia montes atque aditus insidere. Habebat initio apud se equites XL: accessere tum prædæ spe, tum scelerum suorum conscientia permoti multi alij; quorum opera, quod antea clam instituerat, palam adgredi cœpit, occupauit que *Cappadociam, Pontum, Bithyniam, Pamphiliam* & *Ciliciam* regiones opulentissimas. Hæc gesta sunt circa annum Domini CIↃ CCC. Huic successit filius *Orchanes*. hic a patre acceptum imperium ijsdē artibus, sed maiore opum vi & diuitiarum copia seruauit auxitq; : vsus imprimis oportunitate Christianorū inter se animis dissentientium: quo factū est, vt *Mysiam, Lycaoniā, Phrygiā, Cariā* domuerit, *Niceā* obsederit ceperitque; regnum & ad Hellespontum vsque protenderit. Contendebant eo tempore inter se Palæologi cum Catacuzeno. Ratus autem quod res erat, fore vt si huic faueret in Europam accerseretur, traiecit, & viā posteris strauit Europam diuexandi. Sub finem vitæ infeliciter cum Tartaris decertans occubuit, postquā regnasset annos vnum & triginta. Huic successit filius *Amurathes*, egregius simulandi & dissimulandi artifex, robore animi, laborum tolerantia, disciplina rei militaris maioribus haud inferior. Hic contentiones illas, de quibus dictum est, inter Græcos dissimulando fouit: quibus bello fessis & exhaustis, Genuensium nauibus conductitijs vsus (hominum perfidiam et auaritiam vide) ex Asia in Thraciam superato Hellespōto traiecit. Anno CIↃ CCC. LXIII, *Callipolim* in Chersoneso sitam occupauit, quam magna statim Thraciæ pars sequuta est. Postea deuicit *Mysiam, Bessos, Triballos.* Denique quum expugnata *Adrianopoli* Seruiæ Bulgariæque inhiaret, a Seruo Lazari *Seruiae* Despotæ olim Cliente quem in prēlio ceperat, pugione confossus perijt. Liberos reliquit *Solimannum* & *Baiazeten*; *Baiazetes* fratre interempto rerum potitus, Thraciam omnem vincere instituit. Vir erat ingenio acri, & maximarum rerum cupido; in rebusque capessendis audax, in administrandis solers, in laboribus perferendis indefessus, in occasionibus prospiciendis acutus & sagax, in exequendis constans. Igitur Thracia omni superata, animum ad Constantinopolim adiecerat; Sed primum Thessaliam, Macedoniam, Phocidem, Atticam occupare visum est, *Mysios* quoque (qui hodie Seruij) *Illyricos* (qui Bosnēses) & *Triballorum* (qui Bulgari dicuntur) partem reliquam Principe Bulgariæ interfecto subegit. Iamque Constantinopolim totos annos octo obsederat quum Hungarorum Gallorumque (quos Imperator eo nomine in Italiem profectus accersiuerat) aduentantium copias reformidans, relicta obsidione, ad Nicopolim ijs occurrit; Congressus victor euasit cæsis captisque magna ex parte Gallorū Ducibus. Quo rerum successu elatus *Baiazetes* rursus Constantinopolim contendit, eamque biennij obsidione fatigauit: iamque actum erat de obsessis, nisi *Tamerlanes* magnus Tartarorum Cham igni et ferro Asiam totam depopulari, vrbes vastare, prædas agere instituisset, cuius ille subito terrore euocatus, in Galatiæ & Bithyniæ finibus aciem instruxit. Pugnatum est acriter in multam noctem. At Baiazetes impar viribus superatur, et captus aurejsque compedibus vinctus in cauea per Asiam traductus est. Tandem dimissus in Asia inglorius paullo post diem obiit, postquam regnasset annos XIII. menses VI. Filios reliquit *Calapinum, Moysen, Mahumetum* & *Mustapham*. *Calapinus* subito extinctus est: Filius eius Orchanes a Moyse patruo interemptus, ipse etiam Moyses a fratre *Mahumeto*. Hic *Valachiam Macedoniamque* omnem deuicit, signaque Turcica ad Ionium vsque pelagus promouit: regiam cōstituit Adrianopoli, & postquam imperasset annos XVII. è vita excessit, anno Domini CIↃ CCCC. XXII. Hinc *Amurathes* secundꝰ imperium adeptus est. Hic Genuensū ope in Thraciā delatus patruū suū Mustaphā cui Græci magis fauebant, bello vicit. *Thessalonicam* vrbem antiquam, et tum temporis amplitudine, amœnitate, opibus, situque illustrem, quæ tunc á Venetis tenebatur, euertit. *Cyprum, Epirum, Ætoliam* subegit. Quumque intelligeret rebus suis stabiliendis, christianorū vero debilitandis magnopere sibi Georgij Despotę Seruiæ Domini amicitiam prodesse posse, eam modis omnibus ambijt, ducta insuper eius filia in vxorem. Hac et suis viribus fretus, Belgradum oppugnare aggreditur. Periere in obsidione VII. Turcarum millia. Successit huic *Mahumetus* secundus. Hic fratris nece tyrannide stabilita, *Constantinopolim* expugnauit Anno CIↃ CCCC. LIII. penultima die Maij. Biennio

Nomina.

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium Maiorum.

SEPTENTRIO
Ducis Moscoviæ sive Magnæ Russiæ confinia
TARTARIAE PARS
PONTUS EUXINUS
MARE DE BACHU olim CASPIUM MARE ET HIRCANUM
PERSICI REGNI PARS
MARE MEDITERRANEUM
AFRICAE PARS
SULTAN MAHOMET TURCORUM IMPERATOR
TURCICI IMPERII IMAGO.
ARABIA DESERTA
AYAMAN
ARABIA FELIX
ORMUS
Aden Regn.
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS

ennio post Belgradum se contulit, sed multis ibi suorum interemptis, ipse saucius discedere coactus est. Postea *Bulgariam* occupauit, *Dalmatiam* & *Croatiam* cum *Rascia* omni. *Trapezuntem* etiam expugnauit & *Mitylenen* cum aliis quibusdam maris Aegæj insulis. *Euboam* cepit, & *Theodosiam* nunc *Capham* vrbem Genuensiũ deuicit. Præfuit imperio annos XXXII. *Baiazethes* II bellum cũ Venetis gessit; eisque *Naupactum*, *Methonã*, *Dyrrachiumque* abstulit, *Dalmatiamque* omnem depopulatus, veneno interijt. Huius filius *Selymus* imperium inuasit. Hic *Alcairo* munitissima Ægypti vrbe expugnata, Sultanoque cæso, Alexandriam, totamque Ægyptum suo subiecit imperio: Damascum cepit. *Solymannus* vnicus Selymi filius, patri suffectus est, *Belgradum* cepit propugnaculum non Hungariæ solum, sed totius etiam Orbis Christiani. Idem *Rhodum* deuicit, *Strigonium* & *Budam*, aliasque Hungariæ vrbes expugnauit, Viennam Austriæ obsedit, tandemque ad Zygethũ periit anno Imperij sui XLVII. Sequutus est *Selimus* Secundus, qui inducias Maximiliano fecit annorum VIII, *Cyprum* Venetis ademit, Tunetum & Gouletam occupauit, obiitque anno CIↃIↃ LXXV. Huic *Amurathes* successit, & huic *Mahumetes* III. qui parricidio interemptis fratribus XVIII imperium auspicatus est, et adhuc pœnis reservatur. Habet igitur Turcarum Imperator latas amplasque ditiones. In *Europa Hungariam & Thraciam*, cum *vniuersa Græcia*, hoc est, *Macedonia*, *Epiro*, *Achaia*, *Peloponneso*, cum *insulis maris Aegæi*. Præterea *Illyridis* siue *Sclauoniæ* partem, Tum *Bosnam*, *Seruiam*, *Rasciam* & *Bulgariam*: quas Regiones omnes in Europa descripsimus. In *Africa* habet *Algerium*, *Tunetum*, *Tripolim*, *totam Aegyptum ab Alexandria vsque ad Asnam vrbem quæ Syene est*, de quibus in Africa. In *Asia* vero habet *Natoliam* quæ est *Asia minor*, *Cyprum*, *Palæstinam*, de quibus infra, *Cœlosyriam*, *Babyloniam*, *Arabiam* omnẽ, cum *Armenia*. In his ditionibus quatuor habet *Vrbes* opulentissimas, *Constantinopolim*, *Alcairum*, *Alepum*, *Taurisium*. *Constantinopolis*, quondam *Bizantium*, omnes Europæ Ciuitates populi frequentia superat. Ferũtur enim in ea esse plus quam septingenta hominum Millia. In Ambitu tria Milliaria Germanica complexa recte & vere a Rhodogino κόσμῳ κόσμος dicitur, Regia sedes Imperatoris Turcici. Sed de hac plura in Thracia diximus. *Alepum* maxima Syriæ Vrbs, Emporium celeberrimum, & quasi Centrum, quo mercimonia Asiæ vndique confluunt. Adluitur ramo vno fluvij Eufratis, quem quidam ex Sultanis eorum eo deduxit. *Taurisium* vel *Tauris*, amplissima quõdam Imperij Persarum ciuitas, quibus nostro ævo erepta est. Ambitus eius pene XVI mill. pass. complectitur: quo spacio ec Civium millia contineri creduntur. *Alcairum* vel *Cairum* inter omnes Africæ ciuitates principatum obtinet. Non enim alia vlla est, quam non lõgo intervallo post se relinquat. Circuitus eius plus quam VIII Milliarium. Est quasi Horreum, non solũ Ægypti, magnęque partis Africę, sed et Indiæ, cuius Thesauri, ad mare Rubrum, ac deinde dorsis Camelorum, inde Alcairum deuecti, per Regiones, quas Mare Mediterraneum adluit, distribuuntur. Maxima Turcis cura exstruendi spatiosas *Meschitas* siue *Templa*, & *Carbarsara* siue *Xenodochia*, adhæc *Balnea*, *Aquaductus*, *Pontes*, *Vias*, aliaque publici operis, quæ sane omnia spectabilia sunt apud Turcas, & præclara. *Diva Sophia Templum* in vrbe Constantinopoli pulcerrima est omnium structura, quæ adhuc permaneat, scribente Bellonio, longeque superat Romani Pantheonis structuram. Nam tota Templi interior pars in fornices exstructa est, easque superiore parte patentes, & lucem admittentes, quæ columnis electissimo Marmore variorum colorum confectis sustinẽtur, suntque in eo Templo tot Portę quot in anno dies. Turcæ ad eius exemplum suas *Meschitas* ædificarunt: nam circiter sex admodum splendidæ & magnificæ quæ intra centesimum annum exstructæ sunt, omnes ad D. Sophiæ Templi exemplar sunt factæ. *Regium* Turcæ *Palatium* ac multa vetusta *Monimẽta*, ne prolixior sim, prætereo. Domos priuatæ ãgustæ: nõ enim curãt Turcæ quomodo habitent. Tecta cuneatim coeunt, quemadmodum hic, idque in tota Europa: sed in Natolia tecta plana sunt in modum tabulati sine vllo fastigio. Sed hæc hactenus, ad rationem gubernandi venio. *Ottomanorum* Regimen est prorsus despoticum. *Turcarum* enim *Imperator* adeo absolute Dominus omnium rerum, intra fines sui Dominij contentarum est, vt Incolæ, se ipsius Mancipia, non Subditos nuncupent: nec quisquam sui ipsius, multoque minus, domus quam inhabitat, aut agri quem colit, Dominus est: exceptis aliquibus Familijs in Vrbe Constantinopoli, quibus præmii loco, & privilegio, id concessum a Mahumete II fuit. Inter eius Ministros principem locum tenet *Alcorani Interpres Mufti* dictus Pontifici Romano similis. Secundum ab hoc honoris locum habent *Cadilescheri*. Hi sunt supremi Iudices caussarum omnium & sunt velut Patriarchæ, ad quos appellationes caussarum fiunt. Olim tãtum modo duo erant in vniuerso hoc Imperio. Primus *Rumeliae*, hoc est Romaniæ, vel Europę; alter *Natoliae*; sed à Selymo primo tertius adiunctus qui iurisdictionem habet in Ægypto, Syria, Arabia, parteque Armeniæ. Hi imperium in iudices particulares provinciarum habent, qui dicuntur *Cadij*. Post *Cadilescheros* ordine sequuntur *Vezires Bassae*, Consiliarij Imperatoris hodie circiter IX, quorum supremus *Vezir azem* dictus, solus vniuersum Imperium maxima cum potestate administrat, quem quidẽ vt plurimum Imperator de rebus serijs consulit. Post hos auctoritate maxima sunt tres *Beglerbegi*, quorum munus respondet dignitati *Generalis campi* vulgo dicti. Primus est *Rumeli Begerbleg*. I. Romaniæ. Secundus *Anatoli Beglerbeg*. I. Anatoliæ vel Asiæ. Tertius *Denizli Begerbleg*. I. Maris Præfectus. *Turcæ* iustitiæ strenuissimi sunt exactores. Qui hominis sanguinem fuderit, pari pœna semper plectitur. In adulterio deprehensus cum adultera, absque misericordia & absque mora lapidatur. Fornicarius præuentus octingentos flagelli ictus seu verbera debet tolerare. Fur prima et secunda vice deprehensus totidem verberibus cæditur: tertia manu truncatur: quarta pede. Longum esset reliquas leges & instituta commemorare. Gymnasia multa habent, in quibus leges ciuiles a regibus latæ pro regni administratione defensioneque plurimi docentur, quorum deinde quidam ecclesiasticis, quidam secularibus muneribus præficiuntur. Ingenio sunt tardo, stupido, ignauo. In suos obsequiosi, in exteros superbe imperiosi sunt, iactabundi, arrogantes, fastuosi. Religionis locum apud eos obtinet superstitio. Hæc a Mahomete conficta circa annum IↃCXXIII imperante Heraclio. In lege Mahometis omnia absurda & ridicula, de creatione mundi, de eius fine, de Paradiso, Inferno, cœlo, Terra, creatione hominis, deque Mahometis itinere in Paradisum. Vnum tamen Deum agnoscit, Christum etiam pro magno Propheta coli præcipit, vt et Mosen & se. Annum non ex Solis sed ex Lunæ cursu æstimari vult. Hæc omnia & infinita alia instituit. Rustici per seruos suos agros colunt. Opifices artibus mechanicis se sustinent. Mercaturam quoque strenue exercent. Ter edunt quotidie, cernui, cruribus decussatim cõpositis. Cibus ipsis oriza, pisces, carnes, excepta porcina. Vtuntur et pane non pessimo *Echmech* dicto, nigro & albo, quemadmodum & nostrates. In eduliis illis multiplex ars, & varia conditura. Vinum non bibunt, id enim lege vetitum: sed eius loco aquam cui mel, saccarum aut iulebum admixtum est. Opij frequens apud eos vsus. Vestes omnibus oblõgæ. Sidari alba caput tegunt, qui autem ex stirpe Mahometi sunt, viridi. Vxores diuitum velata facie incedunt, nunquam alienis viris vultum aperiunt, nunquam forum frequentant.

Vrbes.

Opera publica & priuata.

Leges & instituta.

Scholæ.

Mores.

Opificia.

Victus.

Vestitus.

PRovincia hæc Syriæ longe celeberrima olim *Terra chanaan* dicta fuit, a *Chanaan* filio Chã, qui cõmunis discessionis necessitate pulsꝰ eã tenuit: *Terra* itẽ *Promissa* sive *Promissionis*, quod patribꝰ Abrahæ, Isaac & Iacob a Deo promissa esset. Hæc ipsa veteribus incolis ex ea pulsis, atque Israelitis in eorum locum substitutis, *Israel* & *Iudæa* cœpit appellari. Ptolemæus & alij παλαιστίνην *Palæstinam* nuncupant, a *Palæstinis* populis magni nominis qui in Sacris literis *Philistim* vocantur: Christiani *Terram Sanctam*. Regio hæc in vmbilico Orbis constituta, inter mare Mediterraneum & Arabiã, qua ex parte montibus fere continuis natura vltra Iordanem fluvium vallatur: atque ab Ægypto incipiens, vt vult Herodotus, vel, vt alij, a Sirbonis lacu, vsque ad Phœniciam porrigitur. Ab Oriente autem Syriam & Arabiam: a Meridie desertum Pharan & Ægyptum: Ab Occidente Mare Magnum seu Mediterraneum; a Septemtrione vero Libanum Montem, fines habet. Eius longitudo ad Septemtrionem a civitate Dan ad radicem montis Libani sita (quæ postea Cæsarea Philippi & Paneas dicta est) versus Meridiẽ porrigitur, & vsque ad Bearsebagh civitatẽ in Tribu Simeonis contra desertum magnum sitam, plus minus LXVII conficit miliaria, singula unius horæ itinere commensuranda. Latitudo vero, quæ ab Occidente a mari magno in Orientem ad Iordanem vsque sumenda, quibusdam locis sedecim, quibusdam octodecim miliaria complectitur. Inter omnes vero regiones quæ sub cœlo sunt ob Aeris salubritatem Cœlique temperiem imprimis commendatur, in qua nec rigor est nimius hyemis, neque æstatis ardor. In primis autem ob Soli ubertatem, Frugum omnis generis abundãtiam, atque aliarum omnium rerum copiam, quæ res tum ad hominum vitam sunt necessariæ, tum etiam earum, quæ hominibus solent esse in delitijs, apud Scriptores tam sacros quam prophanos maximis est celebrata laudibus. Moses de hac ita Israelitis est vaticinatus Deutero. 8. *Ecce Dominus Deus tuus introducet te in regionem bonam & amplam, cuius aquae, torrentes, & fontes abyssi exeunt ex planitiebus & montibus, terram Tritico & Hordeo abundantem, Vitibus, Ficubus, Malispunicis, Palmis: terram Oleo & Melle affluentem, in qua pane tuo absque penuria vescaris: terram cui pro lapidibus est Ferrum, & cuius ex montibus Æs effodias: terram Lacte & Melle manantem: terram quam Deus tuus procurat, cui divinitus prosperitas est collata, ut fertilitate omnes alias terras superet, ac Paradisi Dei sit adsimilis.* Suffragatur his etiam Aristoteles his verbis: *Nam terra promissionis & hominum & omnium Frugum copia abundat. Immensa ibi multitudo Vitium, Glandium & Palmarum; tum omnis generis Pecus: omnique tempore pascua ijs abunde suppeditantia, propter optimam soli temperiem atque pinguedinem: magna etiam ibi multitudo Aromatum, Lapidum pretiosorum Aurique ex Arabia importatorum.* Vt est apud Cedrenum. Longum foret reliquorum Iosephi, Plinii encomia quibus miram huius terræ commendant fertilitatem commemorare. Quæ autem oculatus testis Brocardus de hac refert, non abs re fuerit, paucis recensere. Est Solum ipsum, inquit, Frumenti feracissimum, quippe quod in cultura sua minimum laborem exigit, & multum reddit fructum. Rosas, Rutam, Fœniculum, Salviam, & alias Herbas humus ipsa sponte producit. Lana quoq; succida ibi crescit in fruticetis quibusdã, quorũ semina singulis ãnis in terrã spargũtur, & ex his consurgit caudex quidam in cuius folliculis Lana illa colligitur. Crescunt quoque ibi Cannæ molles ex quibus colligitur Saccarum. Habent hæ Cannæ medullam quandam humidam in modum Sambuci, quæ in pelvim expressa atque in æneis caldariis decocta, optimum efficitur Saccarum. Id tamen ingenue fateor, raro illic inveniri Poma, Pira, Cerasa, Nuces, & alios similes fructus arboreos, sed e Damasco illuc deferuntur. At loco illorum habent alios fructus, qui etiam per totum annum in arboribus conservantur, ut sæpe videas unam arborem simul flores & fructus maturos gestare. Habent Poma Cetrina magna, ex quibus optima conficiunt Electuaria. Habent & alia optima Poma & mirabilia, quę Poma Paradisi ab eis vocantur. Hæc crescunt in modum maximi Botri, quantitatem habent mediocris cophini, cuius grana sunt ipsa Poma, ita ut non raro centum poma & aliquando plura simul conglobata in modum uvarum reperias, quorum quodque ovi habet magnitudinem, obductum folliculo spisso crocei coloris, qui decorticatus dulcem & delicatum relinquit fructum. Vineæ multæ sunt in terra sancta: optimum vero vinum quod in ea invenitur, crescit circa Bethleem in valle Raphaim, & in Nehelescho l, vnde exploratores portauerunt palmitẽ uvarum, ut in Numeris legimus: habentque uno anno tres vindemias. Habentur quoque in ea terra Ficus, Malogranata, Mel, Oleum, Pepones, Cucumeres, Melones, Citruli, Cucumeres Babylonici, & alii multi fructus his similes. Frumentum quoque ipsum est delicatissimum, ut non videar mihi unquam meliorem panem comedisse quam Ierosolimis. Hæc ille. Ex his vero quæ ad vitæ delitias, vel Medicinæ usum faciunt, præcipue commendatur *Balsamum*, huic olim Orbis parti generosissimum uni a Deo concessum, quo nunc caret. *Aromata*, *Mastix*, ac duo *Nucum* genera, alterum *Amygdala* Latinis dictum: alterum vero, quod optimum in ea regione est, Græcis & Latinis *Pistacea* dictum. In montibus etiam Ferrum atq; Æris Metalla ecfodiuntur. Aquis dulcibus & amœnis pascuis abundat: Pecoribus, Armentisque frequẽs, Lactis copia, & bonitate nulli concedens. Aprorum item, Capreolorum, Leporum, Perdicum, Coturnicum, ac aliorum eiusmodi Animalium & Avium optima hic est venatio. Lupi, Cervi, Leones, Vrsi, & Cameli innumeri inveniuntur. *Terra* autem *chanaan* Regna Regesque habebat triginta & vnum, præter Sydonios & Palæstinos maritimos, cum ab Israelitis occupata atque obtenta fuit, maxima antiquorum cultorum parte vel interfecta vel depulsa. Ipsi vero *Israelitae* sub *Ducibus* fuerunt annis circiter quadringentis & quinquaginta vsque ad Samuelem Prophetam. Quorum non fuit successio ex certa stirpe, aut electio certi Senatus, sed velut *Aristocratia* Seniorum in singulis Tribubus. Post mutata fuit forma hæc gubernationis a Deo instituta in Regnum, populo id flagitante, ac multos annos duravit hęc Politia. Successu tamen temporis multas calamitates passi sunt Israelitæ donec tandem omnino Regno sunt exuti. Varias enim mutationes expertam hanc gentem, multisque bellorum tempestatibus agitatam fuisse, vel gentis ingenio imperium nec suum nec alienum ferente, vel peccatis eorum divinam iram provocantibus, vel exteris regionem felicissimam appetentibus, sacræ & prophanæ Historiæ nobis testantur. Victi aliquoties, aliquoties in duram servitutem exportati, nec secundis nec adversis rebus idonei fuere. Experti jugum modo vicinorum, modo remotissimorum populorum, *Ægyptiorum*, *Chaldaeorum*, *Medorum*, *Persarum*, *Macedonum*, *Romanorum*,

Regio & vnde dicta.
Situs.
Cœli ſtperies.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium Maiorum.

TERRA SANCTA
quæ in Sacris
Terra Promissionis et
PALESTINA
MARE MORTUUM, SALSUM
sive SALIS, LACUS ASPHALTITIS
Mare Galilæa vel Tiberiadis quod
et Stagnum Genezareth
Mare Syriacum
MARIS MEDITERRANEI PARS
SYRIÆ PARS
Philadelphia
Moabitarum Regio
Amor
Bazor
Desertum
Moab
Vallis Hermon
Emathitis
Bathanæa
Manaei
Pella
Ammaus toparchia
Neptalim
Tribus Aser
Tribus Zabulon
Tribus Issachar
Tribus Dan
Tribus Simeon
Tribus Iuda
Hebron
Hierusalem
Sinaei
Enachim
Thamnatha
Philistiim
IUDAEA
IDUMEA
Desertum Maon
Saltus Persæus
Sinus Arabicus
Sinus Magnus
Sinus Gaditanus
Sinus Persicus
Sinus Nilus
Sinus Indicus
Sinus Gallicus
Sinus Tyrrhenus
Sinus Ionicus
Sinus Adriaticus
Sinus Ligusticus
Sinus Hispanicus
Sinus Atlanticus
Sinus Aethiop

Romanorum: nec destiterunt vnquam seditiosis consilijs seque suamq; Rempublicā omnem pessundare, donec ipsum *Filium Dei* humani generis Servatorem, nefarijs manibus (quo nullum scelus altius eniti potuit) cruci affixerunt. Ex eo sequutus longa serie nouus malorum ordo. *Titus Vespasianus* Iudæa devicta, Hierosolymis captis, multis Iudæorum millibus in captivitatem abductis, pluribus occisis fame, peste, igni, gladio, Templum & quicquid sacri aut prophani erat, vastavit diruitque, anno a Christo nato lxxiii: quod ipse in terris agens futurum ante prædixerat. Vrbem restituit Ælius Adrianus: mutata nonnihil loci regione: Ac Templum vetus Salomonis dissipatum dirutumque jacuit vsque ad annum ccc. lxiii, quo Iulianus Apostata Iudæis illius instaurandi copiam fecit; qui tamen miraculo territi a cœptis destiterunt. Anno ıɔcxv, *Chosroes Persarum Rex* urbem cepit, & in ea nonaginta millia hominum trucidavit: sed ab Heraclio superatus & captus pœnas dedit. Anno ıɔcxxxvi, *Haumar Saracenorum Princeps* Iudæam omnem sibi subjecit, mansitque totos quadringentos quinquaginta annos sub Saracenorum potestate. Anno autem cıɔxcvii, quum Concilio Claremontano decreta esset sub Vrbano ii. sacra profectio recuperādæ Terrę Sanctæ gratia, *Gotofredus Bulioneus* coactis Christianorum copijs amplissimis (dicuntur enim ccc. fuisse peditum millia, c millia equitum) Saracenos expulit. Anno cıɔ. clxxxv, *Saladinus Persarum Rex Saracenos* restituit. Haud multo tamen post rursum invasere *Christiani*. Iterumque *saraceni* anno cıɔcc xvii, donec post varias mutationes *Turcæ* eam omnem occupaverunt Anno cıɔıɔxvii. Complectitur hæc *Idumæam, Iudæam, Samariam* & *Galilæam*. *Idumæa* initium trahit a Cassio monte, vel secundum alios a Sirbonis lacu & versus Ortum ducitur usque ad Iudæam. In ea sunt hæ civitates *Marefa, Rhinocorura, Raphia, Anthedon, Ascalon, Asotus*, & *Gaza*. Iudæa Palestinæ pars longe celeberrima, sita inter mare Mediterraneum & lacum Asphaltitem, atq; inter Samariam & Idumæam. Nomen ei potissima tribus *Iuda* indidit, in qua vrbes & oppida plurima fuerunt: sed omnium clarissima Hierusalem Iudeæ metropolis toto Orbe celeberrima. Tempore Ptolemęi *Ælia Capitolia* dicebatur, hodieque a Barbaris incolis *Coz* seu *Godz*, aut *Chutz* dicitur. Præter Hierosolymam in Iudęa sunt etiam alia oppida, ac loca celebria, ut *Iericho, Ioppe* quæ nunc *Iaffa*: *Turris Stratonis* postea nuncupata *Cæsarea*: *Bethlehem, Chebron* sive *Hebron* prius *Arbee*, & *Mambre* & *Cariatharbe*, hoc est, civitas quatuor virorum, eo quod quatuor Patriarchæ *Adam, Abraham, Isaac* & *Iacob* ibi habitaverint & sepulti sint. Et trans Iordanem *Macherus* oppidum & castrum munitissimum. Hic etiam fuere *Sodoma* & *Gomorra* quæ ob flagitia & scelera funditus subversa sūt. Sequitur *Samaria* media inter Iudæā & Galilæā sita. Nomē ei a Metropoli cognomine, quam *Amri* Rex Israel condidit, nunc *Sebaste* dicitur. Oppida hic sunt *Sichem* postea *Neapolis*, *Capernaum, Bethsaida, Chorazin*. *Galilæa* sita est inter montem Libanum & Samariam. Hæc in Superiorem & Inferiorem dividitur. Superior, aliter Galilæa gentium dicta, Tyro contermina. Inferior sita ad mare Tiberiadis vel Genezareth. Vrbes in hac sunt, *Naim, Cana, Nazareth*, & *Gadara*. Cæterum tota regio inter duo maria & Iordanem flumen sita, lacus non paucos habet, eosque qui navigabiles sunt, & optimis abundant piscibus. Fluvius vero *Iordanis* qui Hebræis *Iarden*, hanc regionem quam longa est secat. Hic ut scripsit Hieronymus, ex duobus fontibus haud procul a se dissitis *Ior* scilicet & *Dan* bicornis erumpit, alterum cornu *Ior*, alterum *Dan* vocant adcolę, conjuncti efficiunt *Iordan* vel *Iordanem*. Hic per regiones amœnissimas lapsus inter Cæsaream Philippi & mare Galilææ vallem quandam ingressus, stagnum facit, latum stad. xxx, longum lx. Hoc stagnum vocant *Aquas Meron* & *Samachonitem Lacum*. Excipitque eodem in loco fontis illustris aquam, quem posteriora tempora *Daphnin* dixere, quo auctus inter Capernaum & Corazin in *Mare Galilææ*, seu *Lacum Genezareth* se effundit, qui & *Mare Tiberiadis*. Atque hactenus quidē *Iordanis minor* dicitur. *Maior* inde effectus, *Cison* & *Iaboc* torrentes recipit: post *illustrem convallem* præterlapsus, post multos ac sinuosos flexus juxta *Arnonis* ostium velut invitus in *Mare mortuum* sive *Lacum Asphaltitem* (cui nomen ἀπὸ τῆς ἀσφάλτου) dirum natura illabitur, cui permixtus & nomen amittit, & limpidissimas eximiæ dulcedinis & saluberrimas aquas perdit, pestilentibus mixtas, quas ubi pisces quibus Iordanis abundat, gustaverint, ilico aut renatant aut moriuntur. Lacus iste exhalat tam tetrum spiritum, ut neque aer Avem, neque valles vicinæ fructum ferre possint. *Montes* præcipuos habet *Hermon* ad Orientem, & *Thabor* ad Occidentem, eosque maximos & editissimos, quorum alij vel brachia, vel partes, vel ramenta sunt. *Ebal* enim, *Bethoron*, & *Mispa* sive *Maspha*, & *Bethel* ad *Hermon*; *Gelboe, Gerizim, Sarona*, & postremus ac mari proximus *Carmel* ad Thabor referuntur. In maximis illis Montibus Leones, Lupi, Cervi, Vrsi, aliæque feræ cubilia, latibulaque habeant. Sunt & isti, *Mons Sion, Moria, Olivarum, Calvariae*, & alij. *Silvis* etiam, *Lucis* & *Nemoribus* superbit: inter quę *Silva* juxta Bethel ex qua immissi a Deo Vrsi devorarunt xlii pueros. *Silva* trās Iordanem juxta locum *Copar*. *Silva Larim*, atque aliæ plurimæ. Multa etiam hic & potissimum Hierosolymis præclara ædificia. Ex ijs vero operibus quæ præcipua antiquis & recentioribus temporibus in urbe fuisse commemorantur, primum fuit *Mons Domus*, & *Iebusæorum* Arx, ad quam jam dirutam Arca Domini a Davide Rege asportata fuit, in eoque loco mansit, quoad Templum a Salomone constructum consecratumque fuit: cuius loci vestigia nunc extant, ubi & Christus Pascha cœnasse perhibetur. Ibidem Davidis Regumque Iudæ Monumenta visuntur. Fuit etiam *Domus David*, quæ hactenus *Turris David* nomine appellata conservatur. *Mello* etiam reliquiæ sunt certis ruinis ad montis Moriah extrema conspicuæ. In ambitu montis Templi Salomonis duæ piscinæ erant non longe inter se dissitæ: altera ad ortum maior, quæ inferior dicta: altera vero secundum murum exteriorem ad Portam gregis, quinque porticibus instructa, cui ob singulare singulis annis sanitatis beneficium gravissima infirmitudine oppressis hominibus divinitus exhibitum *Beth Hesda* nomen inditum erat, illustri miraculo eadem a Iesu edito celeberrima. Fuit & tertia Piscina, quam Nehemias FACTAM appellat, in civitate David, inter Occasum & Aquilonem, quam Historici altam pedibus quadraginta, latam vero ducentis & quinquaginta describunt. Atque hæc ex antiquissimis operibus præcipua adnotantur. Illa vero recentiora, sed suis temporibus illustria *Monobazi Regis Adiabene Palatium* in Bezetha secundum montis domus murum Ortum versus, & *Antiochi Castrum* juxta eundem murum in colle eminenti situm ad Aquilonem iuxta quem arcus duplex erat: *Lithostratos* Græce, Hebraice vero *Gabatha* dictus, unde Præsides populū alloquebantur: & alia plurima. Imprimis autē memorandum Templum Solomonis celeberrimum, quod spacio septem annorum centum & quinquaginta millium hominum continua opera absolvit. De cuius magnificentia in lib. i. Regum cap. vi & vii, & Chron. lib. ii. cap. iii & iv abunde legere est. De Legibus & institutis brevitati studentes nihil adijciemus, Lectores ad libros Mosis, Exodum, Leviticum, Numeros & Deuteronomium remittentes.

Vrbiū nomina.

Lacus & Flumen Iordanis.

Montes.

Silvae.

Opera publica.

ASIA MINOR;
QVAE NVNC NATOLIA.

ASia cui nomen a magna *Asia* contigit, & ad eius differentiam *minor* cognominata est, hoc loco describenda: sic eam Romani quum provinciam facerent, a continentis nomine vocavere. Hodie Turcis *Natolia* aut *Anatolia* nominatur, quasi plagam Orientalem dicas, a Greca voce ἀνατολία quæ Orientem significat, vt Petrus Bellonius in peregrinationum suarum doctissimis observationibus docet. Hanc etiam subinde a recentioribus *Turciam maiorem* nuncupari videmus. *Turciam Novam* a nostris, a Barbaris vero *Rom* dici tradit Marius Niger: eam partem nempe quæ versus septemtrionem Bithyniam, Galatiam & Cappadociam complectitur. Australem autem tractum in quo Lycia, Cilicia & Pamphilia sunt *Cottomanidiam* nuncupari. Termini eius sunt, Ab Oriente Euphrates fluvius, a Meridie mare Mediterraneum, modo Lycium, modo Pamphylium mare, & alibi etiam Ciliciæ fretum dictum: ab Occasu mare respicit Ægeũ, seu Archipelagum Græciæ: a Septemtrione Ponto Euxino seu *Mari Maiori* abluitur. Complectitur itaque totam illam Chersonesum, quæ inter Euxinum & Ciliciũ, Pamphyliumque pelagus protensa est. Eius latitudo ex traditione Plinij ec. circiter mil. pass: ab Issico scilicet sinu, nunc *Golfo de Laiazzo*, & Amanicis portis vsque ad Trapezuntem quæ est in ora Ponti, in quo quidem cum Herodoto consentit, qui ait Isthmũ Asiæ minoris esse iter quinque dierum expedito viatori. Terra cui nulla clementia Cœli: bonitate felicitateve Soli præponenda. Quod Cicero testatur his verbis: *Ceterarum provinciarum vectigalia Quirites tanta sunt, vt ijs ad ipsas provincias tutandas vix contemti esse possimus: Asia vero tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportentur, facile omnibus terris antecellat.* Fuit ergo olim frugiferis campis, copiosis pascuis, auriferisque Amnibus abunde dives. Præterea quicquid ad bene beateque vivendum desiderari potest habet, aliena nou cupit, suis satis contenta. Vinetorũ & Olearum fertilitate nulli postponenda. Hoc tamen vnum in ea malum, nusquam in orbe toto tam assidui terræ motus & tam crebræ vrbium eversiones: quemadmodum Tiberio Cæsare imperante civitates in Asia XII vna nocte concidisse, author est Plinius lib. II. Turcæ tametsi magno numero per turmas, quas ipsi *Caravannas* nominant, convenire soleant, vt securius profectiones suas suscipiant, quilibet tamẽ eorum vestitu amictus, diplomaque habens ex aula Turcarum Imperatoris, comite interprete qui illi dux itineris sit, libere quocumque libebit proficisci poterit, exceptis desertis & extremis Provinciarum limitibus: ut scribit Petrus Bellonius. In hac *Asia* regna olim fuere maxima *Troianorum*, *Cræsi*, *Mithridatis*, *Antiochi*, *Paphlagonum*, *Galatarum*, *Cappadocum*, aliorumque. Fuit autem primum a *Cyro* Persarum Rege occupata, deinde a *Macedonibus*, & ab *Alexandri ducibus* vna cum Syria, Aegypto ac Babylonia mire fuit divisa, post a *Romanis* spoliata, ac postremo a *Turcis* vastata, misereque perdita, & ad maximam tenuitatem redacta, vt nihil nunc memoratu dignum fere habeat: Totaque Imperatoris Turcici tyrannidi subest. Nulla hic datur nobilitas ex antiquitate sanguinis, aut stemmatis, sed omnes æquales sunt, & a Turcarum imperatore mancipiorũ loco tenentur, qui hic suos *Beglerbeios* & *Sangiacos* habet in diversis regionibus & provincijs. Habet autem *Natolia* Regiones istas, *Pontum*, *Bithyniam*, *Asiam proprie dictam*, *Lyciam*, *Galatiam*, *Pamphyliam*, *Cappadociam*, *Ciliciam*, & *Armeniam minorem*. *Pontus* & *Bithynia* olim Sagari amne interfluente distinctę, post in unam prouinciam redactæ sunt, quæ hodie *Bursia* vel *Becsangial* vocatur. Hoc Mithridatis quondam Regnum fuit; Vrbes celebriores erant, *Chalcedon*, *Nicomedia*, *Cerasus*, *Prusa*, ad montem Olympum, ante captam Constantinopolin Imperatorum Turcicorum sedes. *Nicaea*, & *Heraclea* Ponti. Herodotus etiam qui hunc tractum accuratissime describit, refert *Tium*, *Phyllum*, *Diospolim*, *Calpem portum*, *Artacen*, *Dianæ fanũ*, *Chrysopolim*, vrbes ad Pontum Euxinum sitas. *Asia* proprie dicta nunc vocatur *Sabrum vel Sarcum*, ab Ortu Galatia, a Septemtrione Ponto & Bithynia terminatur: Cætera mari adluuntur. Habet in se *Phrygiam*, *Lydiam*, vtramque *Mysiam*, *Cariam*, *Aeolidem Ioniam*, & *Doridem*. *Phrygia* duplex est, *maior* & *minor*. *Maior* orientẽ spectat, in ea vrbes paucę, plures vici, in ea est *Midaium* vrbs iuxta Sangarium, a Mida, cuius regia hic fuit nomen sortita. Est & *Apamea* vrbium Phrygiæ maxima, non procul a Męandro. *Docymaeum* oppidum & *Synnada* vrbs. Est & *Pessinus* vnde matris Deum statua Romam accersita est. In *Minore Phrygia* sive *Troade* fuere *Ilium* & *Troia*, decantatissimis Homeri & Virgilij versibus nota. *Pergamus* quã ex arce in amplissimã vrbem Attalus Rex novis exstructionibus auctam mutavit: patria *Apollodori* Rhetoris, & *Galeni*. Inter Troiæ ruinas etiamnum marmorea sepulchra, murorum fundamenta, turrium rudera, Colossos, portarũ fragmẽta exstare, testis est omni exceptione maior Bellonius. Est in eodem tractu *Sigeum* promontorium & oppidum, in quo Achiuorum statio & Achillis tumulus. *Lydia* quæ & *Mæonia* vrbem habet *Sardeis*, Cresi regiam. *Mysia* ad Hellespontũ Troadi contermina fuit. In hac *Lampsacus* vrbs Pariorum colonia, & *Abydus* Milesiorum. *Caria* inter Ioniam & Lydiam sita est, huius metropolis olim *Miletus*, quã nunc *Malaxo* dici putant. Falso: nam hæc Veterum est *Mylassa*, quam Plinius vocat vrbem liberam lib. V cap. XXIX. Est & hodie *Magnesia* iuxta Mæandrũ. Porro de hisce Asiæ populis non fuerit alienum adscribere illustrem M. Ciceronis locum ex oratione pro L. Flacco. *Namque, ut opinor, Asia vestra constat Phrygia, Mysia, Caria, & Lydia. Vtrum igitur nostrum est an vestrum hoc proverbium, Phrygem plagis solere fieri meliorem. Quid de tota Caria? Nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Cari id potissimum esse faciendum? Quid porro in Graeco sermone tam tritum atque celebratũ, quã si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur?* In littore fuere *Ionia* prope Chium insulam in qua celebris illaquõ dã vrbs *Ephesus*. *Aeolis* inter hanc & Lesbũ, cuius vrbes littorales *Myrina*, *Cuma*, nunc *Castri*, & *Phocaea*, nũc *Foglia Vecchia* dicta, *Doris* ad mare Carpathiũ in Chersoneso cuius vrbs primaria fuit *Halicarnassus*,

Regio, & Vnde dicta.

Situs.

Cali temperies.

Soli fertilitas.

Itinerum securitas.

Imperiũ Maiorũ

Vrbes.

Septentrio
PONTUS EUXINUS vel MARE MAIUS Turcis CARADENIZ
BUIGARIA
ROMANIA
MENGRELIA
PATBURT
Archipe
lago
Mare Aegaeum
Occidens
Oriens
RONI
AMASIA
GE
NECH
CALAMCARE
CHIU
TALE
BECSANGIL
SUVA
PEGIAN
ANADO
LE
BOZOCH
SAR
CUM
MIAN
GER
ALDI
NELLI
MEN
TESELI
MANIA
CYPRUS INS
Rhodus
PARS
MARIS MEDITERRANEI
Meridies
NATOLIÆ SIVE ASIA MINOR

patria Herodoti & Dionysij Historicorum, & Regia *Mausoli*. *Gallatia* quæ & *Gallograecia*, nomen habet a *Gallis*, qui Græcis mixti olim loca ea coluere, quæ ad Pontum Euxinum sita sunt, inter Pontum & Cappadociam. Vrbes in ea, *Ancyra*, nunc *Anguri*: celebris pannis undulatis qui ex Caprarum villis eo loco texuntur. *Sinope*, *Mithridatis* patria: *Amisus*, nunc *Simiso* dicta. In hac regione est *Paphlagonia*, hodie *Romi* dicta. *Cappadocia* quæ nunc *Amasia*, a Galatia ad Antitaurum protenditur: ad Metidiem Cilicia est: ad Septemtrionem Pōtus Euxinus, longitudo est amplius cccc l: mill. pass. Hic in campis Themiscyrijs Amazonum olim regna fuere: quas Titianus, ut est apud Isidorum, elegantet vocavit unimammas. Vrbes sunt *Trapezus*, *Themiscyra*, *Amasia*, Straboni s patria, *Iconium* & *Maza*. *Lycia* Cariæ proxima est, vrbes præcipuas habet *Pataram* & *Telmessum*. Pamphylia sequitur solo fluvio Cataracte a Lycia divisa. In ea vrbes fuere *Sida*, *Attalia*, & *Aspendum*. Hæc cum *Cicilia* hodie vno nomine dicitur *Caramania*. Ciliciæ metropolis hodie est *Hama*, veteribus *Tarsus* dicta, *D. Pauli* patria, vetus litterarum sedes ad amnem Cydnum. Strabo eius vrbis Gymnasiū valde laudat. Est & oppidum *Adena*, & ad Taurum montem *Heraclea*. *Armenia*, minor ad Euphratem vsque protenditur, ad occasum vero terminatur Cappadocia. Inter *Lacus* Natoliæ est *Ascania palus* seu lacus, nunc *Lago de Isnic*, per quem in mare tendit *Ascanius* amnis. *Flumina* sunt *Iris*, qui nunc *Casalmach*: *Halis*, *Ottomangiuch*: *Parthenius*. *Dolap*, *Sangaris*, *Sangri*, qui se omnes in Euxinum exonerant. In Propontim fluunt, *Ascanius*, *Rhyndacus*, *Aesopus*, & *Granicus*: In Hellespontum, *Simois* & *Scamander*, qui & *Xanthus*. In Aegeum, *Caicus*, *Hermus*, *Caistrus*, *Maeandrus* Prusæo autore sexcentas flexuras faciens. In Mediterraneum postea *Calbis*, *Xanthus*, *Limyrus*, *Cataractes* alijque. *Maria* vero *Pontus Euxinus*, *Mare Ægaeum*, & *Pamphylium*, *Propontis*, *Hellespontus*, *Icarium*, *Myrtoum* & *Rhodiense pelagus*. Horum magna opportunitate vtuntur, cum propter navigationem qua omnia necessaria aduehuntur, & mercaturam, tum propter piscationem, quæ illis perutilis est. *Pontus* imprimis piscosus admodum est: cuius rei caussæ: cum quod, præter Phocas, Thynnos & Delphinos, eosque non grandes & innoxios, belluas maiores non patiatur, ut cum alijs Isidorus notat: notum autem Maioribus Minores esse plerumque escam, hosque ab illis deuorari; tum quod ex vastiore pelago pisces minorum gentium eo, tamquam in tutum quendam secessum confluant ad profundendos fœtus, aquarum adlecti partim suavitate, partim tranquillitate. Sed quoniam in piscium mentionem incidimus, non fuerit alienum de piscatione quæ in Propontide fit, Petri Bellonij verba adscribere. *Pisces certo anni tempore ex uno mari in aliud transmeant, suasque habent quietis & motus horas: quod non ignorantes Propontidis incolæ ea loca maris observant, in quibus pisces eorum iudicio, frequentius versari soliti sunt, praesertim circa littora vbi aqua non admodum alta & profunda est. Iltic binas trabes longitudinis malis navium rectas, & circiter quadraginta aut quinquaginta passus inter se distantes infigunt, in quarum summis tuguriola exstruunt vnius aut duorum hominum capacia, qui iltic a solis ardoribus & imbribus tuti, pisces observare queat. Trabes ligneis palis hinc & inde transfixae sunt, quo ascensū & descēsū facilē praebere possint. In edito istic stantes, vinetorum custodes imitantur: nam si piscium gregem obeuntem animaduertunt, alter alterum ad diligentem piscium observationem adhortatur: ut simulatque eos in aream ingressos animaduerterint, singuli funem ad se trahant reti adnexum: quod tali artificio dispositum est in imo fundo sub aqua, vt reti sublevato, pisces qui in area sunt, concludantur.* Hactenus ille; apud quem plura de his vide. Abundat autem *Propontis* omnis generis piscibus, adeo vt non minorem censum reddat, quam Continentis aliqua regio, pascuis & armentis abundans. Montes me vocāt. Hos habet celebriores *Horminium* in Ponto & *Mysium* qui & *Olympus*. *Montes Symnadicos* lapidicinis nobilissimis celebratos, *Idam* vetere Divarū certamine & iudicio Paridis memoratū in Phrygia: *Tmolū* auriferū in Lydia: *Argaeum* in Cappadocia: *Amanū*, nunc *Mōte Negro* in Cilicia, in quo celsæ crescūt *Cedri*, *Iuniperus* maior, & mōs *Sabina*, qui etiā varijs abūdat plātis. Sunt & *Dindyma*, & Mōs *Chimera* ignivomus perinde vt Aethna, cuius flāma teste Plinio affusa aqua excitatur, fœno autē extinguitur. Tauri mōtis iugū est, cuius hoc loco initiū sumūt colles: in eius cacumine leones habitāt: in medio autē propter læta pascua Capreæ, & in radicibus Serpētes. Vnde Poetæ mōstrū fingunt flāmas evomēs, capite & pectore leonino, caprino ventre, & cauda Draconis ad quod tollēdū missus erat Bellerophōs Sūt & alij, vt *Antitaurus*, *Scordiscus* quos brevitatis gratia omittimus. Silvæ sunt in Cilicia Myrtos albos fructus ferentibus consitæ ac Terebinthis ac Pinastris. Ad Opera publica venio. In Ionia fuit olim in vrbe Epheso *Templum Dianae* toto Orbe tū celeberrimum tum magnificentissimum, inter septem Orbis miracula numeratum. Fuit & in *Caria Mausoleum*, sepulchrum a Regina Artemisia marito suo Mausolo adeo magnifice constructum, ut e septem spectaculis mundi vnum esse fuerit habitum. Hodie autem, vt olim apud Romanos nullæ fuere splendidiores Fabricæ Templis & Thermis, sic in Natolia alijsque regionibus Turcici dominij nihil magnificentius conspicitur, quam Templa & Thermæ, quæ magnorum Palātiorum instar sunt. Multa etiam hic *Xenodochia* sive *Nosocomia*, illis *Carbachara* appellata. Nulla vero in ijs provincijs quæ Turcæ imperio subsunt diversoria, aut loca quæ iter facientes excipiant sunt, nisi publica illa ædificia; quæ diversis rationibus extructa fuere, inter quas hæc maxime vsitata. Satrapę Turcici qui opulenti evaserunt, pium aliquod opus dum adhuc in viuis sunt facere volentes, tales structuras zelo quodam fieri curant: nam neminem sanguine iunctum norunt, cui beneficium aliquod præstare velint. Talibus ergo structuris summum aliquod bonum se facere existimantes publicæ vtilitatis gratia, multa egregia opera restituunt, veluti elegantem aliquē pontem, vel amplum *Xenodochium Carbachara* dictum, cui magnificū aliquod Templū adiunctū sit, & huic proximū Balneū. Turcæ pauca supellectile cōtenti sunt & frugales. Carnes salsæ magno apud illos in vsu sunt: eas autem recens sale exemptas, cumini pulvere inspergūt & ad pensas exsiccant. Carnes vero deligunt cum bubulas tum vervecinas pingui cum macro æqualiter permixto constantes, quas in tenues laminas secant, deinde paululum saliunt atque exsiccant. Multa edulia parare norunt Turcæ e quorum numero farciminis genus, vulgari Græcorum lingua *Siopides* dictum: fiunt autem in hunc modum: Nuces iuglandes in quatuor partes diuidunt, & filio traijciunt, farciminis longitudine, deinde in coctum vinum fervens reiteratis sæpius vicibus immergunt, eorum more qui candelas parant: nonnulli satiam inspergunt, vt citius spissescant. Eadem ratione e Ficubus, Amygdalis, Avellanis & alijs durioribus fructibus cocto vino inductis parari possunt. Opifices Artibus Mechanicis se sustinent. Mercaturam quoque strenue exercent.

Lacus & Flumina.

Maria.

Commoditates.

Montes.

Opera publica.

Mores.

Victus.

CYPRVS INSVLA, CVM STALIMENE, CHIO, MITYLENE, NEGROPONTE, CERIGO, ET RHODO INSVLIS.

Cyprus inter maiores maris Mediterranei insulas locum iure sibi vendicat, Veneri olim sacra, cui & primum in hac insula constitutum templum. Varia hæc obtinuit nomina. Olim enim, teste Plinio, dicta fuit *Acamantis, Aspelia, Amathusa, Colinia. Cryptus* etiam, quod à maris vndis videatur abscondi, & *Cerastis* ob montes frequentes quasi cornua quædã prætendẽtes, *Paphia, Salaminia*, & *Macaria*: quod mire fertilis sit et nouem aliquando regnorum: *Cyprus* denique vel à *Cypro* Cynicæ filia, vel ab arbore *Cypro* huic insulę peculiari. In medio Issici sinus inter Ciliciam ac Syriam iacet; ad Ortum est Mare Syriacum & Sinus Issicus, quem vulgo *Golfo de Laiazzo* vocant: ad Occasum Mare Pamphylium: ad Meridiem Ægyptium pelagus: ad Septemtrionẽ spectat asperam Ciliciam, quæ nunc *Turcomannia*, vel secundũ alios *Caramania* dicitur. Habet in circuitu quadringẽta & viginti septem millia passuum, in longitudine verò ducenta, teste Bordonio. Plinio verò ambitus ccc lxxv. M. est. *Promontoria* sunt, ad occasum *Acamas, Drepanum, Zephyrium*; ad Austrum *Phrurium, Curias, Dades*: ad ortum *Pedasium*; ad Septemtrionem *Crommyon*. Ingrato quidem ac insalubri, vt plurimum aere fruitur, ob stagna tetrum vaporem exhalantia. Insula tamen omnis mire fertilis est. Fert enim vbertate quadam stupenda, quidquid Vitæ ex voto transigendæ, delicijsque fruendis necessarium: Triticum, Hordeum, aliaque Frumenti genera; Vinum præstantissimũ quod cum Cretico gratia certare possit, Oleum, Saccarum, Mel, Sal natiuum ac Fossile, Poma Medica & Citria, Limones, Dactylos, aliosque Fructus nobilissimos. Aurum item, Gossipium, Lanam, Crocum, coriãdrũ, Sericũ, & quid non? Smaragdo etiã, Crystallo, Ferro & Alumine nobilis est: Ære inprimis, quod ibi primum inuentum creditur, tanta copia, vt Cyprus ærosa ex eo dicta fuerit. Ex pilis quoq; Caprarum, pannus conficitur cui *Zambelotto* nostra ætas nomen dedit. Non procul ab Opido Lymiso tractus quidã terræ est adeò scatens vermibus & immundis reptilibus, vt nemo ibi habitare possit. Est tamen ibi Monasterium, in quo plures aluntur Feles, quæ turmatim egressæ in campum, malum illud imminuunt, reuocanturque per campanam in Cœnobium. Diodorus Siculus libro xvi scribit huic insulæ nouem *Reges* præfuisse; qui tamen omnes *Regi Persarum* audientes erant. Habuit & *Tyrannos* olim *Græcos*: Teucrum primò, qui Salamina condidit, eiusque prolem vsque ad *Euagoram*, eiusque filium *Nicoclem*, ad quem est Isocratis oratio. Postea teste Strabone, iuuantibus Romanis in manus venit *Ptolemæorum*, quorum postremus quod parum gratus erga rempublicam videretur, sublatus est, haustoque veneno perijt: atque ita ad Romanos redijt. Occidente deinde Imperio *constantinopolitani Imperatores* eam tenuere, sub quibus insula ipsa à Ducibus regebatur annos circiter 1000. Quibus successerunt *Reges Latini* ex familia *Lusignana* Galliæ nobilissima. Tãdẽ verò insula iure hæreditario ad *Venetos* peruenit: qui eã rexerunt ab anno CIↃ CCCC LXXIII, ad annũ CIↃIↃ LXX, quo anno eam *Turca Selymus* Christianis eripuit. Olim quindecim vrbibus claram fuisse legimus, quæ nunc maiori ex parte interiere. Harum clarissimæ fuere. *Paphos*, nunc *Eapho*: *Pala Paphos*, quo primum ex mari Venerem egressam affirmabant accolæ; *Salamis*, hæc in amœnissimo sinu Orientalis littoris posita fuit, habuitque traiectum ex Syria commodissimum. Ea postea dicta est Constantia, habuitque Episcopum Epiphanium. Fuere et *Amathus* & *Ceraunia*. Hodie celeberrimæ sunt, *Nicosia* & *Famagusta*. Pagi in vniversum sunt 1000 L. Lacus est amplus haud procul a mari, cuius ambit' XII milliarium, in quem modicus amnis ex Olympo mõte decidit, qui locus ad mare *le Saline* vulgo vocatur, ex eo copiose salẽ colligunt. Ipse enim lacus in salem cõgelatur, ex quo complures, ac magnæ Naves quotannis onerantur. Ex Olympo autem monte duo insignes exeunt amnes, *Lycus* & *Lapethus*, prior in Austrum, posterior in Septemtrionem decurrit. Quanquam alij torrentes potius dici debere existimant, quam flumina: quia interdum exsiccantur: quo tempore incolæ summa laborant aquarum penuria. Vnicum tantum habet portum navibus pervium prope Famagostam vrbem, tametsi permultos alios habuerit, qui nunc impetu maris repleti sunt. Plures sunt in hac insula *Montes*, sed omnium altissimus est *Olympus*, quem *Trohodon* vocant, arboribus õnis generis vestitus, & vndique exstructis monasterijs insignis, in quibus habitant *caloieri*. Ambitus eius LIV mill. cõplectitur. Passim vero in Monasterijs fontes aquę viuę sũt, ac fructus omnis generis colligũtur.

Regio. *Situs.* *Cœli qualitas.* *Soli fertilitas.* *Imperium maiorum.* *Vrbiũ nomina.* *Lacus et flumina.* *Montes.*

Stalimene.

Lemnos Insula Maris Ægęi, hodie *Stalimene* Turcis & Italis: inter Thraciæ Cherronesum, & Athon Macedoniæ montem, Thraciæ opponitur. Ambitus eius ad Centum Millia passuum (vt Bordonius refert) extenditur. Plana, si eam cum circumiacentibus insulis conferas, videtur. Qua Orientalem plagam aspicit, aridam et frugibus minus idoneam; inter Meridiem & Occasum vero, vbi humidior exstat, fertiliorem esse scribit Pellonius. Suntque alibi elegantes & bene culti Agri, qui Triticum, Legumina, Pisa, Fabas, Ciceres, Vinum, Linum, Cannabim, ac similia proferunt. Terra quę olim *Lemnia*, Galeno σφραγὶς quod Dianæ sacerdotis sigillo obsignaretur ad evitandum fucum; hodie *Sigillata*, nunc vti olim hic non sine superstitionis apparatu ecfoditur, idque singulis annis, VI Augusti; alio tempore minime. Sub capitis enim pœna cautum est, ne quis clam vel palam eo ad fodiendum accedat. Locus vbi ecfoditur *Montem Vulcani* appellant. Insula Equis gilvi coloris abundat: qui gradarij omnes, nulli succussatores. Nec Serpentes desunt. Vrbes hic olim *Myrina* & *Ephestias*. Hæc hodie prorsus deserta est, & *Cochino* appellatur. Illa parvi nominis Opidum hodie, in Peninsula angusto Isthmo Insulæ iuncta, positum: hoc *Lemno* nostra ætate dicitur. Scribit Plinius in hac Insula fuisse *Labyrinthum* tertium ab Aegypto, & Cretico similẽ, sed huius vestigia nulla hic exstare affirmat testis oculatus Bellonius, apud quem plura de hac Insula vide.

Insula. *Situs.* *Soli qualitas.* *Animalium varietas.* *Vrbes.*

Chios.

Chios Insula nomen habet, vel a nive quæ Græcis χίων, vel a Nympha *Chione*. Dicta antea fuit *Æthalia*, vt Ephorus tradidit. Sita est inter Samum & Lesbum, e regione Erythrarum. Ambitus eius Circiter amplius Mill. Pass. Chios οἴνῳ ἀρίστῳ, vt libras ibi VI aliquando racemi pendant Strabo-ni. Chia autem Vina iam olim fuisse celebratissima vel ex Poetis constat. Tibullus:

Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos *Consulis, & Chio soluite vincla cado.*

Habet et Ficus gratissimi saporis; & Marmor varium quod Romæ in delitijs fuit. Sola inter reliquas Masti-

Insula. *Vnde dicta.* *Situs.* *Soli fertilitas.*

MARIS MEDITERRANEI
SEPTENTRIO
OCCIDENS
ORIENS
MERIDIES
CYPRUS INS:
PARS

STALIMINI I.
CHIUS INSUL.
MITILENE INS.
NEGROPONTE IN.
CERIGO INSUL.
RHODUS INS.

chē generat. Olim vero Frugū adeo ferax atq; abūdās fuit, vt Horreū Populi Romani dici meruerit. Perdicib⁹ etiā abūdat maximo numero cicurib⁹, in agros ad pastū excurrētib⁹, redeuntibus & passim per plateas palantib⁹. Insulā totā *Andronicus Palaeologus* Imperator Cōstātinopolitan⁹ quēdā *Genuēsibus* dedit: sed eā *Turcæ* Imperante *Selymo* II, anno CIↃIƆLXV inuaserunt. Hodie vniuersa diuiditur in *Superiorem* quæ *Apanomerea*, & *Inferiorem*, quę *Catomerea* dicitur. Illa montosa est admodum, & Opidis frequentior; hæc Colles habet Lentisco consitos, e quibus Mastix colligitur. Opida sunt XXXVI Primaria est vrbs *Chia*, portum habens & stationē peroportunam. Civium humanitatem vehementer prædicat, sæpius nobis memoratus Bellonius. Tota montibus adsurgit. Promontoria habet *Posidium*, *Phanaeum* & *Arvisium*, a quo *Vina Arvisia* quę nūc *Malvasia*. Ex hac orti *Ion* Tragicus, *Theopompus* Historicus, & *Theocritus* Sophista. *Homerum* quoque nonnulli hic natum credidere. Cicero pro Archia: *Homerum Colophonij civem esse dicunt suum, Chij suum vendicāt, Salaminij repetunt, Smyrnaei vero suū esse confirmant. Itaque etiam delubrum eius in opido dedicaverunt. Permulti alij praeterea pugnant inter se atque contendunt.* Agellius hoc Epigramma refert.

Imperium Maiorum. *Vrbs & Opida.* *Montes.* *Viri celebres.*

Ἑπτὰ πόλεις διεριζόσιν περὶ οἴκεον Ὅμηρον Σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμὶς, χίος, ἄργος, ἀθῆναι.

Certe in Promontorio Septemtrionali Opidum est pervetustum in monte quem vocant *D. Helia*, in quo etiam nunc *Homeri* sepulchrum ostentatur.

Mitylene.

Insula. *Situs.* *Cœli temperies et Soli fertilitas.* *Imperiū Maiorum.* *Opida.*

Lesbus λέσβος seu *Mitylena*, *Metelin* hodie ab vrbe primaria; Phrygiæ obiacet, & ab eius continenti VII Mill. cum dimidio distat. Circuitus eius traditur aliis CLXVIII Milliar. Aliis vero dumtaxat CXXX. Hæc Aeris salubritate, Agrorum vbertate, & Fructuum bonitate gaudet. Optimum hic Frumentū nascitur. Vinum profert optimum quod quidem Constantinopoli ceteris præfertur, atque magna ex parte heluosum est. Marmor hic etiam habetur, quod tamen Pario marmore lividius est, & Achates gemma reperitur. Validos & robustos alit Equos, licet humiles. Hæc ab Imper. Constantinopolitano cuidā Genuensi tradita est, quod eius auxilio classis ad imperium restitutus fuerit. Nuper vero dum nostri eam invadere vellent, a Turcis maxima clade reiecti. In ea quinque olim Opida, *Antissa*, *Pyrrha*, *Eressos*, *Ciraea*, & *Mitylene*, nunc *Metelino*, totius Insulæ primaria. Arcem habet, & Agrum amœnum ac fertilem. Olim insignis fuit, ac splendidis Incolis, & ædificijs ornata, nunc maiori ex parte collapsa est. Duos habet hæc Insula Portus satis commodos. Incolæ Turcæ sunt; sed qui rura inhabitant, eaque & vineta colunt, fere omnes Græci sunt.

Negroponte.

Insula. *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbes.* *Flumina.*

Eubaea nunc *Nigropontus* vel *Negroponte*, ad Meridiem promontorium *Geresto*, & Caphareum: ad Septētrionem, Cœneum extrudit, & nusquam lata, duum millium spatium habet vbi arctissima est: ceterum longa, totique Bęotiæ opposita, angusto freto distat a littore. Olim Bæotiæ continua fuit. Ambitus CCCLXV Mill. patet Insula. Tritico, Leguminibus, Vino, Oleo, atque Arboribus, imprimis quæ Navibus fabricandis idoneæ, mire abundat. Tradunt nonnulli pecora felle carere, quod an verum sit ignoro. Metropolis fuit *Chalcis* nunc *Negroponte* de insulæ nomine. In planitie sita est, vbi mare in angustias arctatur. Clara hæc morte Aristotelis ibi mœrore extincti, cum caussas Euripi sue Maris reciprocantis septies die ac septies nocte non posset reperire. Tametsi Sudas non mœrore animi, sed veneno ipsum extinctum prodat: Laertius morbo. Sunt prætetea Vrbs *Eretria* patria *Simonidis* Poetæ Lyrici. *Caystus* Stephano *Chironia* & *Ægaa*, nunc *Caristo*, Marmore olim nobilis. *Helliaa*, *Pyrrha*, *Nesos*, *Oechalia*. Scribit Strabo duos in hac Insula Amnes esse, *Cerum* & *Neleum*, diversarum naturarum. Nam si animalia ex vno potent, albescit pilus eorum, alterius autem aqua pota, pellem eorum nigram reddit. Est et Euripus quem Livius *Euboicum Sinum* vocat, rapidum mare, & alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus invicem versis adeo immodice fluens, vt ventos etiam, ac plenis velis navigia frustretur. Mons item *Caphareus*, Grecorū ex Ilio redeuntium clade nobilis, ob interfectum ad Troiam Palamedem πένθος ἀηδόνα, Euripidi Nauplij Euboeæ Insulæ regis filium.

Cerigo.

Insula. *Situs.* *Opidum.*

Cythera κυθήρα Ptol. olim *Porphyris Plin.* & *Porphyrusa* Eustathio dicta a Marmoris Porphyretici copia, quo montes abundāt; hodie *cerigo*. Prima maris Ægęi insula ad Occasum e regione Sinus Laconici. Distat a littore Peloponnesi V Mill. & in circuitu patet LX. Opidum habet eiusdem nominis, ac multos portus sed parum tutos, atque circa ipsam insulam sparsi sunt complures scopuli. Hic Templum Pausania scribente, Veneris Vraniæ ἀγιώτατον, & vetustissimum cernebatur, in quo Deæ simulachrum indutum armis conspiciebatur, cum hac inscriptione: Τὰν χεῖρα ποτὶ φέροντα, δεῦ τὶν τὸ χαὶ ἐπικαλεῦν. Incolę Græci sunt.

Rhodus.

Insula. *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Imperiū Maiorum.* *Vrbs.*

Superest in hac Tabula Insula *Rhodus*. Hæc teste Plinio ante dicta fuit *Ophiusa*, *Asteria*, *Æthraea*, *Trinachia*, *Cerymbia*, *Atabyria*, *Macaria*. Abest ab Asiæ continenti XX Mill. pass. Ampla est Mill. CXI. Cœlo temperatissimo ac clementissimo fruitur: ac Soli sacra fuit, quod nullo non die Sol eam clarus aspiceret, quod etiam de Syracusis tradidit Cicero Verrina VII. Ager fœcundissimus, pascui imprimis mira bonitas. Fructiferis etiam Arboribus affluit, quarum multæ perpetuo sunt virentes. Felicitatem eius indicauit Pindarus, quum aureum imbrem in eo pluisse dicit: ἐνθά ποτε βρέχει θεῶν βασιλεὺς χρυσοῦς νιφάδεσσι πόλιν. *Sultanus Ægypti Muauia* cepit Rhodum circa annum IƆCXXXV. Postea vero Anno CIↃ CCCVIII eam *Ioannitæ* pulsis Saracenis occupavere. Occupata a *Solymanno* Turcico Imperatore Anno CIↃIↃIↃXXII: Militesque Rhodienses in Melitam insulam translati sunt. Vnicam nunc habet vrbem munitissimam cognominem. Sita hæc in Orientali Insulæ parte, partim in acclivi colle, partim iuxta maris littus. Portum habet nobilissimū, ac tutissimum, ac duplici muro, altissimis Turribus XIII, Arcibus V, atque alijs propugnaculis munita exornataque admodum est. Hæc etiam amœnitate cœli, peritia rei navalis, studijs eloquentiæ, splendore, serenitate Solis celeberrima. Celebris quoque olim ab Academia vna cum Massilienſi, Athenienſi, Alexandrina, & Tarsensi celeberrima; & Collosso Solis æneo, quem Strabo fuisse scribit vnum τῶν ἑπτὰ θεαμάτων Septuaginta Cubitorum fuit altitudinis. Fecerat id Simulachrum *Chares Lindius*, *Lysippi* discipulus. Post IVI annum terræ motu prostratum, iacens quoque miraculo fuit. Pollicem eius vix iustæ staturæ vir amplecti poterat. Digiti maiores erant quam pleræque statuę. Vasti specus hiabant de fractis membris. Duodecim annis Collossus effectus est, CCC talentis: intus magnæ molis saxa disposita fuere, quorum pondere opus stabiliretur. Sultanus CCIↃ Camelos ęre huius Statuę oneravit.

PERSICVM REGNVM SIVE SOPHORVM IMPERIVM.

PErsicum sive *Sophorum Imperium*, uti olim celebre, sic etiam hodie maxime clarum est. Eius Incolæ Persæ. Vocantur & *Ayami* vel *Azamij* ab Azamia regno, quæ quondam Assyria secundum nonnullos; *Persiani* a Perside. *Cheselbas* a pileo rubro quem impositum capiti gestant. *Sophiani* a *Sopho* principe. Situm autem est Persicum Regnum inter Turcicum imperium, Tartaros Zagatheos, Cambaiæ Regnum, & inter Hyrcanum seu Caspium mare, ac sinum Persicum. Habet igitur ab ortu Indos, & Regnum Cambaię, a quo mōtibus ac desertis separatur: A Septemtrione sunt Tartari, iuxta *Abianum* sive *Oxum* fluvium: partem reliquam claudit *mare Caspium*. Ab occasu sunt Turcæ iuxta *Tigridem* & lacum *Giocho*: ad Austrum sinu Persico adluitur, & mari Indico. Quod sane terræ spatium amplissimum est, complectitur enim plus minus gradus XXXIX ab ortu ad Occasum. A Meridie vero ad Austrum XX occupat. De temperie Aeris Persidis regionis sic scribit Q. Curtius lib. V. *Regio non alia tota Asia salubrior habetur: temperatum cœlum, hinc perpetuum iugum opacum & vmbrosum, quod æstus levat; illinc mare adiunctum, quod modico tepore terras fovet.* Regionis autem huius vniversæ non eadem passim est qualitas, non idem Solo genius. Qua Sinum Persicum spectat, ob fluvios ipsam irrigantes: atque etiam versus mare Caspiū, cum ob fluviorum opportunitatē, tum ob Aeris clementiā, auramque frigidiorem: tota felix, tota beata: & hinc omne genus Frugum, Animaliumque non benigna solum Mater, sed & Nutrix solicita. Abundat Tritico, Hordeo, Milio, ac similibus. Metallis quoque apfluit & lapillis. Vini item & Fructuum ubertas magna, Paullo Veneto teste. Cetera fervoribus & siccitatibus exhausta deseruntur. *Persarum* porro gens obscura prius, initium nominis ac famæ accepit a Rege *Cyro*, qui ademptum *Medis Lydisque* Imperium, primus in *Persidem* intulit, ac amplissimum & florentissimum ex minimo & tenuissimo Asia subacta, & vniverso Oriente in potestatem redacto, reliquit. Successit patri *Cambyses*, qui Ægyptū imperio adiecit, a quo deinde ad *Darium* vsque, qui ab Alexandro, Macedone victus vitam pariter cum Regno amisit, res Persicæ in suo statu manserunt. Regnatum est annos CCXXX, quod Q. Curtius lib. quarto iustissimo, & ne minimum quidem fallente calculo tradidit: cui etiam adsentitur B. Hieronymus ad IX Caput Danielis. Regem vocabant μέγαν βασιλέα, eumque diuinis honoribus prosequebantur. Hodie etiam Persicum imperium quod penes *Sophos* est, inter potētissima totius Oriētis imperia numeratur: id quamquam oppressum aliquandiu modo a *Saracenis* fuit, modo a Tartaris, tamen rursus emicuit sub *Ismaele* Rege. Regiones autem Imperio Persico subiectæ hæ sunt. *Media*, *Assyria*, *Susiana*, *Mesopotamia*, *Persis*, *Parthia*, *Hyrcania*, *Margiana*, *Bactriana*, *Paropamisius*, *Aria*, *Drangiana*, *Gedrosia* & *Carmania*. *Media* hodie *Servan* dicitur, inter Persiam & mare Hircanu sita, ad Ortū Hyrcaniam habet & Parthiā, ad Occasū Armeniā maiorē & Assyriā. Dividitur in Maiorē siue Australē, & *Atropatiā* Septemtrionalē. Hæc frigidior est, & idcirco minus culta. Vrbs præcipua est *Sumachia*: sunt præterea *Derbēt*, *Eres*, *Sechi* & *Giauot*. Illa cultior est, vrbem habet *Taurim* positam ad Orontis radices, distātem a mari Caspio octo dierū itinere. Ambitus eius pene XVI mill. pass. complectitur, quo spacio CC civium millia contineri creduntur. Hæc sunt veterum *Ecbatana*, vbi Persarū reges æstate commorabantur. Eodem tractu terræ sunt *Turcoman*, *Saru*, *Sultan*, *Nassivan*, *Ardovil*, *Marant*. *Assyria* quæ hodie *Arzerum*, ad ortum habet Mediam: ad Occasum Mesopotamiam: Armenia illi Septemtrionalis est, Susiana Australis. Provincias olim habuit *Arrapachitem*, *Adiabenam*, & *Sittacenam*; Vrbem *Niniven* ad Tigrim, cuius ambitus LX. mill. pass. complectebatur. *Susiana* hodie *Chus* vel *Cusistan* appellatur; nomen habet a *Susis*, vrbe primaria, cuius ambitus XV. mill. pass. quæ sic dicta a floribus, vt notat Athenæus: Susum enim Persis lilium. Mesopotamia, quæ in sacris *Padan Aram*, hodie dicitur *Diarbecha*, sita est inter Euphratem & Tigrim, vnde & nomen, quasi *Interamna*. Regio est pro situ & tempore varia: partem flumina impinguant: pars arida est & sterilis, herbis arboribusque destituta. *Vrbes* præcipuæ sunt, *Orfa*, cuius ambitus VII mill. pass. & hac ipsa multo maior *Caramit*, Metropolis Mesopotamiæ, quam *Selymus* Turcarū Imperator Sophis eripuit. *Merdin* sedes Patriarchæ Chaldæorum: & *Mosus* Patriarchæ Nestorianorum, cuius auctoritas ad Indos vsque & Cataium extenditur. In *Persida* quam nunc *Farsi* vocant vel *Farsistum* vrbs est primaria *Sirax*, quę olim dicta fuit *Persepolis*, regia quondam Magorum sedes. Plinius vocat Persici Regni caput, & Regiam totius Orientis Curtius. *Hyrcania* hodie *Girgiam* dicitur vel *Corcam* vel *Dargument*, proxima mari Caspio, quod propterea etiam Hyrcanum appellatur. Vrbes habet *Hyrcanam* quæ Scythis est *Carizath*, *Bestam*, & *Masandran*. *Margiana* quæ nunc *Iselbas* nominatur, ad septemtrionē Oxo fluvio terminatur. Vrbs præcipua est *Indiō*, quæ priscis *Antiochia* fuit. *Bactriana* hodie *Batter* vel *Charassaa* est Tartariæ Zagatheæ pars. Vrbes sunt *Bactra* quæ nunc *Bochara* & *Istigias*. *Paropamisius* Bactrianæ pars est ad montē *Paropamisum*. Hodie regio vocatur, *Cādahar* vel *Amblestā*. Primaria vrbs est *Cādabar* Emporiū celeberrimū. *Aria* quæ a Metropoli sua *Eri* omnis vocatur ābitū XIII mill. pass. habet. *Carmania*, *Circā* vel *Chermain* ad mare Indicū protēditur, vsq; ad Gedrosiā, vrbibus & portubus frequentibus. Metropolis est *Chirmain*. Sunt & in Carmania regna *Macran*, *Eracain*, *Guadel* & *Patan*. *Gedrosia* nonnullis creditur esse *Guzarate*: falso, quum *Guzarate* sit ipsum regnum Cambaiæ. *Babylonia* inter sinum Persicum & Mesopotamiam sita, dextra lævaque clauditur Susiana & Arabia deserta: Nomen habet a *Babylone* vrbe primaria. Adhæret ei Chaldæa. In Chaldæa *Vr* fuit, Iosepho *Vra*, vnde *Dei* monitu *Abrahamus* in *Haran* Mesopotamiæ migravit. Multos habet hoc Regnum *Fluvios*, *Canic*, *Araxem* & *Cyrum* qui Mediæ partem septemtrionaliorem abluunt: In Assyria *Tygrim*: In Susiana *Eneleum*: In Mesopotamia *Euphratem*. In Margiana *Oxum*, *Ariū*, & *Margim* in Margiana: in Bactriana *Ochū* navigabilē & alios: in Aria *Arium*, *Tonclerum Arapenen*, & alios. Nec desunt *Montes*, inter quos *Orontes* in Media, mons

Regio.

Situs.

Soli fertilitas.

Imperium Maiorum.

Vrbes.

Flumina.

Montes.

DUCIS MOSCOVIÆ SIVE RUSSIAE CONFINIA
TARTARIAE PARS
MARE HYRCANUM seu CASPIUM
ARMENIA
MENGRELIA
TURCICI IMPERII
ARABIA DESERTA
PARS
AYAMAN alias Arabia Fœlix
MARE ELCATIF alias Sinus Arabicus
ORMUS
MARE INDICUM olim Mare Rubrum
Desertum Mingiu
Desertum Lut
Bigul desertum
Desertum Arabum
Tartari
BUCHARA
SIRIGUR
ACCHI
GIECIUM
ISTIGIAS
CYPRUSSA
TESSELIAS
BALCH
SABLESTAN
SADLES
CANDAHER
CABUL
CIRCIAN
GUZARATE
CAMBAIA
India intra Gangem nunc INDOSTAN
TARTARIAE SIVE IMPERII MAGNI CHAMI PARS
PERSICI VEL SOPHORUM REGNI TYPUS

Coronus in Hyrcania. *Taurus* item qui Persiam mediam secat, varijs pro populorum adiacentium situ nominibus insignis. *Sylvas* etiam habet multas, inprimis Parthia quæ nemorosa valde est, ac Septemtrionalis Hyrcaniæ pars quæ silvas habet immensas, Quercu, Pinu, & Abiete refertas, atque immanibus feris plenas, Tigribus, Pantheris & Pardis. Aria etiam Silvis ac Montibus obsessa est, vt & Persis tota. Ad opera publica quod attinet, multa in hoc Regno superba & magnifica fuere, & potissimum in Babylonia. Imprimis vero occurrit Pons ille magnificentissimus in vrbe Babylone a Semiramide Regina super Euphratem constructus, de quo ita Munsterus: *Mœnibus*, nempe Babylonis, *vnico anno absolutis, pontē qua parte fluvius angustior fluebat, construxit stadiorum v longitudinis, columnis in profundo summa arte inuicem pedes xii distantes iactis. Lapides truncis ferreis, immixto iunctuvis liquefacto plumbo coniunxit. Ante columnas ad impetum aquæ scindendum, cursumque fluvij reprimendum, firmos composuit angulos, quo ab omni aqua circumfluentis vi tutæ essent. Pontem qui xxx pedum latitudinem habebat, coniunxit ex Cedrinis, Cypariſsis ac Palmarum trabibus spectatæ magnitudinis, opus nulli arte posterius, eorum quæ a Semiramide facta sunt. Regias quoque iuxta flumen ex vtroque pontis latere insignes ædificauit*, quarum descriptionem apud eundem Munsterum habes. Idem hortū pensilem a Semiramide constructū his verbis describit. *Praetere a pensilis quidam hortus Babylone erat, tam mirabili artificio constructus, vt olim numeraretur inter septem orbis mirablia. Huius horti latera singula iugeribus iv extendebantur. Aditus veluti in monte erat, ædificijs altero super alterum constructis, vt ex eo conspectus longe lateque pateret. Testudines in solo positæ erant, quæ totius horti pondus sustinerent. Inde aliæ supra aliæ supra alias excrescente semper magnitudine ædificatæ. Nam superiores in quibus horti murorum superficies continebatur, altitudine L cubitorum eminebant. Solum hoc modo constabat. Erant positæ lapideæ trabes longitudine pedum xvi, sex latitudine. Supra has pro pavimento stratæ arundines asphalto compactæ. Desuper cocti lateres duplici ordine, gypso structi. Tertio tegulæ plumbeæ, ne qua humiditas ad testudines manaret. Aquarum insuper receptacula, quibus humor effluceret. In hoc pavimento congesta humus profunda, vt magnarum arborum radicibus satis esset, hortum efficiebat; in eo proceræ omnis generis arbores, aspectum iucundum reddebant. Quædam arbores assurgebant in tantam altitudinem, vt xo pedibus sursum erigerētur, ferebantque non secus fructus, quam si ex ipso terræ fundo processissent. Qui a longe hunc hortum videbat, putabat se Sylvam in monte videre. Lumen quoque adeo testudines inuicem praebebant, vt in eis regia diversoria haberentur. Praeterea aquae ductus occulte fabricatus rigabat hortū.* Hactenus Munsterus. In Susiana in vrbe Susa Arx fuit, *Medorum regis domus, quam*, ut est apud Cassiodorū, *Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricavit*: hanc inter fabricarum septem terris attributa miracula, idem numerat: Herodotus propterea libro v hanc vrbem vocat Μεμνόνειον ἄστυ. Est & in vrbe *Tauri* Templum magnificentissimum opus, sane visendum ac imprimis memorabile, & alia plurima. De moribus Persarum sic scribit Herodotus lib. i. *Neque statuas: neque Templa: neque aras exstruere consuetudo est: quinimo hoc facientibus insaniae tribuere. Moris habent editissimis quibusque conscensis montibus Iovi hostias immolare, omnem gyrum cœli Iovem adpellantes. Sol Lunaeque sacrificant, & Telluri & Igni, & Aquae & Ventis: quibus solis gubernantur. Ex omnibus diebus praecipue honorandum censent suum cuique natalem. Vino Persae magnopere temperant. Eisdem nec vomere coram alio; nec urinam facere licet. Liberos a quinto eorum anno incipientes usque ad vicesimum tribus dumtaxat rebus instituunt sequitare: arcu sagittas excutere: vera loqui. Ante quinquennium filius in conspectum patris non venit. sed apud feminas degit: quod ea gratia sic fit: ut si inter educationem decedat, nullam e damno afferat patri molestiam. Equidem hunc morem laudo. Laudo item illum ne ob unam tantum causam, liceat neque ipsi Regi occidere quempiam: neque alicui aliorum Persarum quidquam atrox agere aliquem ex sua familia: eisdem quaecumque facere fas non est: ea nec dicere. Turpissimum ducitur apud eos mentiri: secundo loco creditum debere: & in flumen vel mingere vel spuere: vel manus abluere, aud aliud quippiam facere.* Hactenus ille. Reges creabant ex vna familia. Qui regi non parebat, capite & brachijs amputatis insepultus abijciebatur. Vxores ducebant singuli multas, alebantque sobolis propagandæ gratia, pellicesque plurimas. Reges præmia proponebant ijs qui vno anno plures filios procreassent. Ad æstum & frigus perferendum, torrentium transitu exercebantur. In armis & madidis vestibus perdurabant, pascebantur & rusticabantur. De rebus maximis non nisi inter pocula consultabant, eam demum consultationem firmiorem rati quam quæ a sobrijs sit inita. Noti inter se & æquales osculo se in occursu excipiebant. Qui humilioris erant fortunæ, venientem adorabant. Solo sepeliebant corpora, cera oblinentes. Ridere coram rege aut spuere, nefas ducebant & flagitium. De mortuis sepeliendis alij contrarium scribunt, nempe Persas corpora defunctorum extra civitates ad certum campestrem locum extulisse, ibique nuda exposuisse a canibus & avibus deuoranda. Noluisse insuper vt ossa mortuorum sepelirentur aut includerentur. Cumque corpus aliquod non illico absumeretur ab avibus aut feris, iudicabant malum esse signum, superstitiose credentes hominem illum malæ & impurę fuisse mentis, atque ob id dignum inferno: & proximi eius plangebāt ipsum ceu hominem qui post hanc vitam nullam haberet spem felicitatis. Sin citius devoraretur a bestijs, beatum eum iudicabant. Hodie Mores *Persarum* multo sunt molliores, quam vel Turcarum, vel Tartarorum vel Saracenorum. Natura liberales sunt & civilitatis amantes: & literas & artes colunt, inprimis vero Astrologiam, Medicinam, ac Poesin. Apud hos fratres, ac parentes humanissime tractantur: & Nobilitas sanguinis in pretio est: in quo a Turcis differunt, qui nullum sanguinis aut stemmatum discrimen norunt. Præterea aduenas benigne accipiunt, ac tractant: sed tamen Zelotypiæ morbo vehementer laborant. Vnde vxores in advenarum conspectum venire non sinunt, licet alioquin illas venerentur, contra Turcarum morem, qui vxores mancipiorum loco habent. Mulieres autem Persicæ formosæ admodum sunt. Militiæ vis apud eos in equitibus consistit, qui strenui sunt, ac varijs vtuntur armis, potissimum vero arcubus Scythicis: pauca apud hos sunt tormenta bellica, & pauci quoque inter hos pedites. Artes Mechanicæ & inprimis Sericorum pannorum textura apud eos nunc viget, qui per universam Syriam ac alias Orientis regiones distrahuntur. Fructibus Terebinthi olim, glandibus, pyris agrestibus vescebantur; quotidianus cibus post cursum, ceterasque corporis agitationes panis durissimus, aqua potus. Feruent apud eos Mercimonia Vnionum, Margaritarum, Aromatū & inprimis Serici cuius hic incredibilis copia. Scribit enim Ludo. Ko. Patriti: in vrbe Persidis *Eri* tantam reperiri Serici copiam, vt vno die emere queas tantum Serici, quantum ternis camelorum millibus onerandis sufficiat. Rhabarbari quoque mira copia, eodem teste. Sunt autem in adulterandis mercibus Mercatores Persici miri artifices, nemini hac in re concedens, quod rn exemplo Castorei idem auctor docet.

Opera publica.

Mores.

Opificia

Victus.

Mercimonia.

TARTARIA,

SIVE
Magni Chami imperium.

TArtaria, seu ut existimat Ioannes Leunclavius, *Tataria*, Regnum amplissimum est; præter enim Europæ partem, etiam Sarmatiam omnem Asiaticam complectitur, cum Scythia & Serica, quam nunc vocant *Cathaio*. Nomen habet a fluvio *Tartaro*, qui eam partem irrigat quæ a nostris *Magog*, ab accolis *Mongul* dicitur. Sita ad Septemtrionem, ab Ortu potentissimum illud Chinæ Regnum habet, a Meridie Indiam, Gangem fluvium & Oxum, ab Occidente mare Caspium & Poloniam, inde Moscoviæ contermina est, & a Septemtrione mari Glaciali, ubi prorsus ignota est & inhabitata putatur & inculta. Occupat autem a Meridiei plaga ad Septemt. gradus fere xl nempe a parall. grad. xl, latitudinis usque ad paral. gr. xl, & ab Ortu in Oceasum protenditur gra. plus minus cxlv. Nam occidentalissimus eius Meridianus est gr. l, & Orientalissimus gr. cxcv. Aer hic & Cœlum intemperatum & mirificum, tonitrua & fulgura in æstate adeo horrenda, ut præ timore homines intereant: jam calor magnus est, mox frigus, & densissimæ nives cadunt. Ventorum frequenter tam validi flatus, ut equitantes detineant & ad terram homines deijciant, arbores radicitus evertant, multaque damna inferant. In hyeme ibi numquam pluit, in æstate frequenter, sed adeo parce, ut vix terra madefiat. Regio tamen Tritici, Orizæ ac similium Frugum ferax esse dicitur: ac Serico, Zingibere, Cinnamomo, Pipere, Caryophyllis, Rhabarbaro & Saccaro abundare: Musco item, Pice, & alicubi etiam Auro & Argento. Hic paucis in locis Vinum colligitur, & :ota provincia Cataiæ vinum non profert. Sunt & Saxa nigra fossilia ad ignem idonea quæ ex Montibus eruuntur: ijs ob lignorum penuriam ad ignem struendum utuntur. Est præterea hic passim Boum, Caprearum, Hircorum & Porcorum magna copia, & inprimis Equorum ac Iumentorum multitudo pene incredibilis. In Epistolis Tartaricis legimus *Tartarorum Imperatorem* alere Equarum candidissimarum decem millia, quarũ Lac bibat. Alere præterea xx Venatorum millia, & Accipitrarios decies mille. Plena quoque Avium, ut Phasianorum, Gruum & similium. In ea parte Tartariæ quam Zavolhenses Tartari tenent ferunt semen esse, semini Melonis simillimum, sed minus & oblongum: ex eo si seratur, plantam succrescere quam *Boranetz* i. Agnum vocant. Crescit enim Agni figura, ad pedum fere ternum altitudinem: quem pedibus, unguibus, auribus, toto capite, præterquam cornibus repræsentat. Pro cornibus pilos gerit singulares, cornu specie. Obducitur corio tenuissimo, cuius detracti usu sad capitum tegmina incolis. Ferunt, internam pulpam Cammari carnes referre: ceterum e vulnere quoque sanguinem manare. Dulcore esse admirabili. Radicem humo exsertam, surrigere ad umbilicum usque. Illud etiam miraculi fovet magnitudinem: quamdiu vicinis obsidetur herbulis, tandiu vivere, quasi agnum in læto pabulo: absumtis illis tabescere atque interire: idque non solum vel casu, vel tractu temporis, sed etiam experiundi gratia subtractis atque ablatis evenire. Illud etiam auget admirationem: appeti eam a Lupis ceterisque animalibus rapacibus. In civitate Quelinfu reperiuntur Gallinæ, quæ loco pennarum pilos habent instar Felium nigri scilicet coloris, sed ova edunt optima. Primum ex Tartarorum gente Imperatorem, qui Regnum acquisivit & Legibus constituit atque Iudicijs, nominant *Changium Canem* vel *Chamum*, (Hic Paulo Veneto *Cinchis* dicitur). Ejus ætas incidit in annum Christi CIOCCII. Ferus ante hunc gentis cultus, sine moribus, sine lege, sine civili consuetudine, obscuri inter Scythas nominis, finitimis vectigalis de re pecuaria, quam exercebat. Ab hoc Changio cæterorum Principum origo est. Propagavit hic Imperium incredibili celeritate, a Synarum regione & Oceano usque ad Caspium mare. Hujus filius fuit *Iocucham*, qui genuit *Zaincham* tertium Imperatorem qui ab alijs *Bathi* nominatur. Hic devastavit Russiam, Poloniam, Silesiam, Moraviam & Hungariam. Quartus ex *Bathi* genitus fuit *Temir Cutlu*, qui est *Tamberlanes*, in Historijs ob summam tyrannidem notus, qui totam Asiam vastavit, ac usque ad Ægyptum penetravit. Hic Imperatorem Turcarum Bajatzetum vicit & captum aureis compedibus vinctum in cavea per Asiam traduxit. Quintus Imperator ex *Temir Cutlu* progenitus fuit *Temir Gzar*, qui adversus Cruciferos Prussię fortiter pugnans ferro occubuisse dicitur. Sextus Imperator ex *Temir Gzar* genitus fuit *Macmetczar*. Hujus filius *Acmetczar* septimus Imperator. Hic genuit *Sziachmet* octavum Imperatorem. *Tartari* homines sunt bellicosi, strenui in armis, & ad subeundos labores intrepidi. Non sunt effœminati, molles, & delitijs adsueti, sed patientissimi laborum & inediæ. Fit non raro ut per integrum mensem nihil comedant, præter Lac lumentorum & Carnes Animalium quæ in venationibus capiunt. Dividitur autem *Tartaria* in plures partes. *Minorem*, quæ Europam spectat & inter Borysthenem & Tanaim conclusa, complectitur Tauricam Chersonesum, quam obtinent Pręcopenses. De hac in Europa diximus. *Tartariam desertam*, in qua multæ hordę: *Zagatar*, quæ Scythia est intra Imaum: *Cataio* cum Regno *Tangut*, quæ antiquorum est Scythia extra Imaum, & Serica Regio; ac denique *Antiquam Tartariam*, Ptolemæo incognitam. Metropolis Regni est *Cambalu* ad ripam flu. *Polisangi*, cujus spatium est xxiv mill. Italicorum. Portæ sunt xii, extra quas totidem Suburbia. Emporium istud Gemmarum, Auri, Argenti, Serici est opulentissimum. Ferunt singulis diebus mille currus Serico onustos ex China huc advehi, præter alias merces. Sunt præterea Vrbes multę insignes *Samaracanda* a *Tamberlane* condita: *Caindo* vrbs mercatu celebris, in extrema Tartaria, & aliæ multę, quas brevitatis studio prætereo. *Lacus* in Tartaria plurimi, quos longum esset enumerare, aliquot tamen insigniores recensebimus. In Provincia *Caniclu* Lacus est in quo tanta margaritarum copia, ut pretium earum omnino vilesceret, si unicuique quantum liberet asportare permitteretur. Quare sub capitis pœna cautum est, ne quis in hoc lacu piscari margaritas absque permissu magni Cham audeat. Scatet etiam idem lacus piscibus. Est & alius in provincia Caraiam valde piscosus, centum in ambitu complectens milliaria, & alij. Fluminibus rigatur non paucis inter quæ Fluvius

Regio. *Situs.* *Cæli ęperies.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Imperium maiorum.* *Minorum virtus.* *Vrbes.* *Flumina.*

EUROPÆ PARS
MOSCOVIA
CRIMIA
PONTI EUXINI PARS
ARMENIA
SERYANA
PERMIA
NOVA ZEMBLA
MARIS PACIFICI PARS
CHINÆ REGNI PARS
TARTARIA
SCYTHIA EXTRA IMAUM MONTEM
Bactriana
SANCII
CORAIN
CATAIO
BRAMAS

vius magnus *Pulisachni* nomine. Hic in Oceanum sese exonerat, perque eum naves multæ plurimis mercibus onustæ ascendunt. *Caromoram*, qui ob nimiam latitudinem & altitudinem nullum habet pontem; evolvitur vero in Oceanum. *Quianfu*, habens latitudinem dimidij milliaris, estque admodum profundus & piscosus. *Quiam*, quo maior (Paullo Veneto scribente) in Orbe non putatur. Nam latitudo ejus quibusdam locis x milliariũ, alijs VIII & in quibusdam VI. Longitudo vero ejus patet itinere centum dierum.

Opera publica. Reliqua prætereo: Ad structuras & Opera publica transiens. Hic occurrunt multa singularia, cum primis maximum ac pulcherrimum Palatium ex Marmore constans, & Auro exornatum: a Chamo-Cublai in civitate Ciandu conditum. Est & aliud in Civitate Cambalu, miro artificio exstructum. Ambitus ejus quatuor circiter Milliarium: quadratura qualiber milliare unum complectente. Est murus valde spissus, decem passibus in altum consurgens. Superficies extrinseca colore albo & rubeo niter. In singulis quatuor Muri angulis Palatium pulchrum & magnum, Arcis loco conditum est. Sic in medio cuiuslibet quatuor murorum, Palatium egregium exstructum est: eaque in universum VIII sunt. In his servantur Arma, Instrumenta, Tormenta & Machinæ: Arcus, Sagittæ, Pharetræ, Calcaria, Frena, Lanceæ, Clavæ, Nervi, & reliqua in bello necessaria, singulaque Armorum genera in singulis posita sunt palatiis. Porro facies Palatii quæ ad Meridiem spectat V habet Portas, quarum media omnium maxima, semper clausa manet, nec unquam aperitur nisi Regi ingredienti. Neque ulli per eam pater ingressus nisi soli Regi. Sed hæc habet duas minores portas ad latus, per quas ingrediuntur reliqui qui Regem comitantur. Sunt & aliæ tres portæ, per quas quisque ingredi potest. Cæterum intra murum iam dictum, alius cingit hoc Regium Castrum murus habens in angulis & medio octo Palatia, in quibus continentur alia Vasa pretiosa Regis. In spatio vero medio interiori est Regium Palatium, scilicet in quo Rex commoratur. Caret Tabulatis: Pavimentum vero exteriori fundo præeminet decem Palmis. Tectum altum est valde, pictura exornatum. Parietes Atriorum & Conclavium Auro & Argento fulgent. Vbique Picturæ pulcherrimæ & bellicarum rerum Historiæ sese ingredientium oculis offerunt, vivis coloribus & rutilanti Auro coruscantes. Atrium maius mensæ accumbentes commode admittit ad VI Millia. Sunt & alia, quæ brevitati studentes, omittimus. Est etiam ultra fl. *Pulisachniz* Pons Marmoreus pulcherrimus, cuius longitudo trecentorum pass. latitudo VIII: Arcubus seu fornicibus viginti quatuor innitens. Est quoque alius in civitate Sindinfu, longitudine unius Milliaris, & latitudine octo passuum. Supra hunc construuntur mane variæ domunculæ artificum officinæ, quæ vesperi rursus auferuntur. Habet Magnus Cham duodecim Barones aulicos, qui triginta quatuor Præfecti sunt provincijs: horum officium est, ut singulis provincijs duos præficiant Rectores, ac Regijs exercitibus in locis ubi morantur, res necessarias provideant & quicquid decernunt, Regi indicant, qui sua auctoritate id confirmat quod illi statuendum duxerint. Hi multa beneficia & privilegia passim largiuntur, ac propterea plurimum a populo observantur, eorumque ambitur favor. Habent Adsessores & Scribas, qui illis a Consilijs sunt, quique ea quæ agunt diligenter adnotant. Malefactores hoc modo apud Tartaros puniuntur. Siquis furatus fuit rem vilem, & vita privari non commeruit, cæditur fuste septies; accipiens septemdecim plagas, aut viginti septem, aut quadraginta septem pro magnitudine peccati: idque usque ad centum, addendo semper decem. Nonnulli tamen nonnumquam ex his percussionibus moriuntur. Quod siquis furatus fuerit Equum vel rem aliam, ob quam mortem meruit, gladio in viscera merso occiditur. Quod si vitam redimere voluerit, noncuplum reddet. In adulterio deprehensi tam vir quam mulier, Lege ipsa occiduntur. In hordas Tartari dividuntur, quæ vox illis Cœtum Conventumque plurium significat. Sed ut varias longe lateque distantes Provincias incolunt, ita neque in moribus aut vitæ genere omnes conveniunt. Homines statura quadrata, lata facie & obesa, oculis contortis & concavis, sola barba horridi, cætera rasi: corpore valido; animo audaci: inediæ & laboris patientissimi: equitantes, si fames sitisque illos vexaverit, equis quibus insident venas solent incidere, eorumque sanguinem bibere. Natio profana est & barbara, Ius ipsis in armis, Lex in robore & viribus, Domos multi non habent sed pro his Plaustra. Et quoniam incertis vagantur Sedibus; Stellarum, inprimis vero Poli Arctici, adspectu cursum suum dirigere solent. Vno in loco non diu commorantur, rati gravem esse infelicitatem diu in eodem loco hærere. Pecuniæ usum non habent, itaque res pro rebus commutant. Ismaelitas se esse dicunt, idque etiam præ se ferunt: Mahumeti Legem admisere Anno millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. Cætera Iudeorum ritu peragunt, circumciduntur, lavantur. Summus ipsis Sacerdos est *Seyd*, Imperator *Cham*. Fiunt nonnullis in locis Panni optimi, Aurei & Serici, itemque Sindones mundissimæ. Vescuntur Tartari cibis grossioribus, præsertim Carnibus, ijsque crudis aut semicoctis; Lacte & Caseo. A Suilla abstinent. Bibunt Lac Equarum, quod ita præparare norunt, ut videatur esse Vinum album non admodum insipidus potus. Vocatur ab ipsis Chuinis. Victus immundissimi sunt, utpote qui Mensas mappis non operiant, Mantilibus non utantur, quum manus non lavent, non corpus, non vestimenta. Bibunt etiam Aquam, Lac & Cervisiam ex Milio coctam. Vinum apud eos vt plurimum non nascitur, advectum sicut cæteri homines avidissime bibunt vsque ad ebrietatem, quæ apud eos gloria est. Ad Mercimonia quod attinet, ea hic in nonnullis urbibus vigent maxime, inprimis Gemmarum, omnis generis Aromatum & Serici.

Ratio gubernandi.

Leges & instituta.

Mores.

INDIA ORIENTALIS

India Asiæ maxima & nobilissima Regio, ab Indo fluvio nomen habet. Hanc Ptolemæus in duas diuidit, in *Indiam* nempe *Intra* & *Extra Gangem*, cognominatam. Illa *Hevila*, vel vt alij scribunt *Havilath* aut *Evilath* in Sacris litteris dici putatur. Hæc *Serse*: incolis vero *Macyn* aut *Magin* vocitatã apud Marium legimus: Alij *Mangi* & *Chinam* vocant, qui Mercatorem sequuntur. Priorem *Indostan* ab incolis vocari auctor est Ioannes Barrius. Hæc terrarum amplissima est. Pomponius tantum spatium littoris occupare scribit quantum per lx dies noctesque velificantibus cursus est. Clauditur autem secundum Strabonem ac Plinium, Occidentem versus Indo fluvio qui Persiam ab India disterminat: ad Septemtrionẽ sunt Tauri iuga: ab ortu Oceano Orientali: à Meridie Indico cingitur. Occupat vero maximum cœli tractum tam secundum Longitudinem quam secundum Latitudinem. Namque secundum longitudinem cõplectitur circiter LIII Meridianos, quorum Occidentalissimus est in gr. CVI; Orientalissimus in gr. CIIX. At secundum latitudinem protenditur ab æquatore, quem propemodum attingit, vsq; ad gr. XLIV latitudinis Borealis: quamobrem ad medium vsque sexti Climatis expanditur. Regio lenibus auris & inprimis Favonio saluberrima est: quamvis Cœlum habeat inæquale ob eius vastam magnitudinem: alicubi enim calida est, nimirum æquatorem versus: alicubi vero temperata satis, ac potius frigida, versus Boream. Terra vero ipsa vniversim Situ, Cæliq; clementia, bonitate ac fertilitate longe cæteras orbis partes antecellit. Alia hic rerum facies, alij syderum ortus atque obitus: binæ messes in anno, binæ æstates, media inter eas hyeme Etesiarum flatu calores temperante. Ager quamvis vt plurimum frumento careat, Legumina tamen & fruges varias copiose profert, & inprimis Hordeum, ac Oryzam. Fructus præterea arboreos multos producit, Piper, Thus, Myrrham, Caryophylla, Zingiber; & in partibus maximè australibus Cinnamomum, Calamum Aromaticum, Nardum, aliaq; Aromata, quemadmodum Arabia & Æthiopia. Est & in arundinibus Mel. Multa insuper Medicamenta habet, multas arborum radices, tum salutares, tum noxias. Quid vero de *Metallis*, *Lapidibus* alijsque Muneribus dicam? Nascitur enim in ea ingens Auri & Argenti vis: nõ patum quoque Æris, Ferri & Orichalci, auctore Diodoro; sed Plinius neque Æs, neque plumbum habere tradit, Gemmisq; suis ac Margaritis hoc permutare: quas mare littoribus infundit. Beryllis siquidem, Chrysoprasis, Adamantibus, Carbunculis, Lychnitis, Margaritis, Vnionibus, abundat. Serici hic tanta copia, vt reliquo orbi sufficiat. Animalia hic quam in reliquis orbis partibus maiora, Boues, Cameli, Leones, Canes, Elephanti. Ea etiam animalia quę apud nos mansueta sunt, apud illos magna ex parte sylvestria. Elephantum ea est frequentia, vt non solum ijs vtantur ad bella, sed etiam ad onera gestanda & promovenda, interdum etiam ad arandum. Dracones in desertis immanes, æquant fere Elephantem corporis mole, & cum his perpetuo decertant. Canes tam grandes ferocesque, vt etiam cum Leone committi possint. Serpentes innumeri, quibus etiam tostis incolæ vescuntur: vt & formicarum quodam genere, quod cum pipere edunt, similiter vt nos Cancros. Simiæ hic reperiuntur albæ, & Chamæleon, quem solo aere nutriri credidit antiquitas, atque alia insuper animalia. Aves præterea variarum specierum, & invisę cæteris nationibus, præter Gallinarum, Phasianorũ & Perdicum ingentem multitudinem: nec non & Psittacorum varij coloris. De Indorum imperio Plinius ita scribit: *Indi prope Gentium soli numquam emigravere finibus suis. Colligũtur a Libero Patre ad Alexandrum Magnum Reges eorum CLIII. annis VI. CIↃ CCCCII. adijciunt & menses tres*: Scribit etiam Strabo de Indis, ad eos nullum præter *Liberum patrem*, *Herculem* & *Alexandrum* cum victoria profectum esse, quamvis a *Cyro* & *Semiramide* tentatos. Militiæ vis est penes *Nairos*, suntque nobilium & optimatum filij, qui ab anno septimo vitæ agilitati adsueti sunt, nervis oleo sesamino inunctis. Diximus supra Indiam à Veteribus in duas partes divisam fuisse, in Indiam intra & extra Gangem. Niger etiam tradit ex Ægypto in Indiam Navigantibus eandem in tres partes diuidi, scilicet in *Inferiorem*, *Mediam* & *Superiorem*. *Inferiorem* volunt esse à fluvio Indo ad Barium amnem, & hanc *Caiserat* vocant: *Mediam*, *Minibar*, ipsis vocatam ab hoc fluvio Bario ad fluvium Chaberim, capiunt: *Superiorem* vero quam *Maabar* vocant à Chaberi ad Gangem intelligũt. Sed hęc divisio Indiæ solum intra Gangem est. Marcus Paulus notat suo tempore in tot partes etiam distribui ac Maiorem *Malabar*, mediam *Abasciam* nominat, minori vero peculiare nomen non assignat. Sed his relictis ad vrbes transeamus. Alexandri Magni comites in eo tractu Indiæ quem subegerant, VCIↃ oppidorum fuisse scripserunt, nullum *Co* minus, vnde huius regionis vastitatẽ & ingentem amplitudinem facile agnoscas. Vrbs primaria est *Calechut* totius Orientis emporium celeberrimum. Sunt & aliæ, *Cambaia*, *Decan*, *Batticalla*, *Canonor*, alięque plurimæ. Non desunt Lacus aliquot vasti. In historia Alexandri mentio fit Lacus, vel Stagni vetusta abundantique sylva coronati mille passus patentis, vbi exercitus eius siti pene confectus refectus est. Omniũ vero maximus est Lacus *Chiamay*, cui circuitus CCCC Milliarium, distatque a mari IIC Milliaribus, Hinc complures fluvij præcipui originem trahunt: post eum *Cincui hay*, atque alij. Amnium hic mira vastitas. Proditur Alexandrum Magnum nullo die minus stadia IIC navigasse in *Indo*, nec potuisse ante menses quinque enavigare, adiectis paucis diebus: & tamen minorem Gange esse constat. Oritur hic in Caucasi iugo quod vocatur Paropamissus, hodie *Naugocrot*, & longo cursu nongẽtorum milliarium in Oceanum Australem siue Indicũ duobus magnis ostijs erumpit. Vndeviginti recipit amnes, sed clarissimos *Hydaspem*, quatuor alios adferentem, & *Cantabram* tres. *Gangem* alij incertis fontibus vt Nilum, rigantemque vicina eodem modo; alij in Scythicis montibus nasci dixerũt, Influereque in eum XIX amnes. Alij cum magno fragore ipsius statim fontis erumpere: deiectumque per scopulosa & abrupta, vbi primum molles planities contingit, in quodam lacu hospitari, inde lenem fluere, vbi minimum VIII. mill. pass. latitudine; vbi modicum stadiorum C: altitudine nusquam minore pass. XX. Hunc in sacris *Phison* vocari notatum est. Eum hodie Geographi quærunt. Sũt qui opinentur eum esse qui

Regio.
Nomina.
Situs.
Cœli temperies.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium Maiorum.
Vrbiũ nomina.
Lacus et fluvina.

PERSIÆ
PARS
INDIA
Gouros
EXTRA
GAN
GEM
INDIA
INTRA
GUZARATE
GANGE
M. mus
CHINÆ
QUICHIU
PARS
CANTAN
QUAN
CH
COCHINCHINA
SUNAN
FOQVIEM
MARE
ARABI
CUM
Rubrum
INDICUM
Bala
guata
GOLFO
DE BENGALA
olim Gangeticus
& Ptolemæ SINUS
Argaricus
Zeilam Insula
Taprobana Insula
dicta Ptolemæo
Nauigeros
SIAN
LU
CO
NIA
BORNEO
INSULÆ
PARS
SU
TRA
MA
OR
IENTALIS OCEANUS
INDIA
ORIEN:
TALIS

in sinum Bengalæ influit, fortasse ob nominis vicinitatem, adeolæ enim vocant *Guenguam*. Sed Mercator noster haud aspernãdis ductus rationibus *Gangem* dicit esse eum qui dicitur *Rio de Cantaon*. Post hosce Amnes numerantur *Mandona, Chaberis, Ava, Campumo, Menam, Menon*, & alij plurimi. Megasthenes prodidit sexaginta amnes Indiæ numerari, quorum permulti æstate crescunt instar Nili, quæ potissima est fertilitatis huius regionis causa. Nutrire dicitur Ganges, sicut Nilus Crocodilos, item Delphines, Anguillas quoque ad tricenos pedes longas, Plinio teste. Hunc Statius Sebosus inter præcipua miracula ait vermibus abundare, cœruleis nomine, & colore. Hi bina habent brachia longitudinis cubitorum non minus senum, adeo robustis viribus, vt Elephantos ad potum ventitantes, mordicus comprehensos ipsorum manu in profundum rapiãt, teste Solino. Est vero potissima Indiæ & nobilissima Oceano pars Meridionali seu Indico obversa, iuxta littus, seu orã maritimã: quæ etsi plurimum portuosa sit, attamen plerisque in locis innumeris insulis, scopulis ac brevibus cincta est, vnde navigatio laboriosissima & periculosissima redditur. *Indica maria*, ait Solinus, *Balænas habent vltra spatia quatuor iugerum. Sunt & quos Physeteras nuncupant, qui enormes vltra molem ingentium columnarum, super antemnas se nauium extollunt, haustosque fistulis fluctus ita eructant, vt nimbosa alluuie pierumque deprimant alueos navigantium.* Plurimi hic mõtes, magnusq; labor sit eos enumerare, quorũ magna pars arboribus et ijs quæ virent spoliata est. Iunguntur inter se *Imaus, Emodus, Paropamissus*, Caucasi partes. *Indorum nemora*, vt scribit Solinus, *in tam proceram sublimantur excelsitatem, vt transiaci ne sagittis quidem possint. Pomaria Ficus habent, quarum caudices in orbem spacio sexaginta passuum extuberantur. Ramorum vmbræ ambitu bina stadia consumunt. Foliorum latitudo formæ Amazonicæ peltae comparatur. Pomum eximiae suauitatis. Quae palustria sunt, arundinem creant ita crassam, vt fistis internodijs, lembi vice vectitet navigantes.* Onesicritus refert, arbores quasdam ingentes esse, quarum rami, cum duodenos cubitos creverint, reliquum incrementum pronum faciunt, deflexi quousque terram contingant. Deinde terram ingressi radices agunt, veluti propagines, demum rursus in truncum exeunt, à quo postquam aucti fuerint, inde flectuntur, aliamque propaginem efficiunt, deinde aliam, & sic deinceps, vt ab vna arbore vmbraculum fiat, tabernaculo multis columnis fulto simile. Narrat præterea miram arborum quarundam magnitudinem, quarũ stirpem vix quinq; homines complecti queant. Hebenum arborem ipsa sola habet, & in præruptis petris arbores quædam thus exsudant. Habet & aliam arborem ferentem nuces Indicas, & hæc arbor, vt refert Ioseph. Indus, quadruplices gignit fructus, videlicet Oleum, Vinum, Acetum & Saccarum. Est & alia, referente Ludovico Romano, quæ fœcunditate ac fructuum mira suavitate reliquis omnibus arboribus longe est præstantior. Denos enim fructus diversos producit; de qua vide plura apud eundem lib. v cap. xvi. Hodie Indiæ Aedificia ac domus viles ac humiles, præterquam Maurorum & Lusitanorum; sed antiquissima Indiæ Ædificia, quorum etiam nunc aliqua supersunt, longè Romanorum & Ægyptiorum Aedificia superãt. In septem ordines olim divisa vniversa gens fuit. I erat Philosophorum: II Agricolarum: III Pastorum: IIII Artificũ: V Militum: VI Locum Ephori tenent. Hi quæcunque in India fiunt inspicientes Regi referunt. Septimum vero, qui publicis consiliis præsunt, numero paucissimi, nobilitate prudentiaque maxime insignes. Ex his enim ad Regum consilia, tum ad Rempublicam gerendam, tum ad res dubias iudicandas asciscuntur: Duces insuper ex his deliguntur ac Principes. Ad Leges porro & instituta quod attinet. Legibus vtuntur plerique non scriptis: quidam etiam scriptis: In quibus sicuti & in Contractibus maxima simplicitas; quod vel ex eo argui potest, quod non multum sunt litigiosi; nam nec Commissi nec Depositi iura vlla habent, nec testibus indigent, nec sigillis, sed simpliciter credunt. Qui falsus testis deprehenditur, extremis decurtatur digitorum articulis. Qui membro aliquo quempiam orbaverit, non modo talionis pœnam subit, sed etiam manu truncatur. Quod siquis Artifici manum oculumue ademerit, capitale est. Nobilitas generis ac sanguinis apud hos summopere observatur, idque ex veteri instituto. Dynastę ac Nobiles *caimales* ab incolis dicuntur, & hi vt plurimum in vrbibus non habitant, sed in agris; quorum Domus muris, fossis et sepibus munitæ sunt. Literas plerique eorum ignorant, sed memoriter omnia administrant. Sacrorum cura est penes *Gymnosophistas* qui *Brachmani* dicuntur: hi etiam Astrologiam, Philosophiam, Medicinam sectantur. Sunt præter hos etiam *Abduti*, qui ad tempus aliquod abstinent, & hoc ipso postea putant sibi ad omnia flagitia commeatum factum esse. Indis omnibus promissa cæsaries est, cultus præcipuus et in gemmis, habitus discrepantissimus. Lino alij vestiuntur aut Lana: alij ferarum aviumq; pellibus, pars nudi agunt, pars tantum obscoena velati. Niger vulgo corporis color, in materno vtero tales fiunt seminis dispositione, quales ipsi sunt qui genuere. Genitale semen vt Æthiopibus nigrum. Statura procera ac valida. In victu frugales sunt, & à furtis magnopere abstinent. His omnibus Oriza, Lac, Caseus, Carnes, Pisces, & arborum quarumdam Fructus cibus sunt. Vinum non nisi in sacrificijs bibunt. Illud ex Palma arbore exprimunt: aut etiam ex Hordeo macerato, & Oriza potum conficiunt. In cultu corporis nimij: nam et Aurũ gestant & Lapillis exornantur, & sindone candidissima induuntur, vmbellasq; secum portant. Pulchritudinem enim excolentes omnia faciunt, quæ ad decorandam faciem pertinent. Aetati senum prærogativam nullam tribuunt, nisi prudentia excellant. Multas nuptas habent, quas à parentibus accipiunt, pari boum emptas, alias obedientię causa, alias prolis ac voluptatis, ac nisi castas esse cogant, fornicari licet. Si qua mulier regem ebrium occiderit, muneris loco habet, vt cum illius successore iungatur. Regi interdiu dormire non licet, nocte cogitur cubilia per horas mutare, idque propter insidias. Servilis conditionis apud Indos nemo fuit, imo lege quadam sancitum, nequis omnino seruus esset. Stultum quippe videbatur & iniquum leges æquas omnibus positas, fortunas non æquè omnibus esse communes. Artifices apud Indos magnò in pretio: hi enim nõ solum immunes sunt à tributo, sed frumentum insuper e regia accipiunt. Mercimonia hic multis in locis maxime vigent, Aromatum inprimis, Lapillorũ, Gossipij ac Serici. Memoriæ prodit Ludovicus Romanus ex vrbe Cambaia tantum Gossipij ac Serici asportare Mercatores, vt quandoque quadragenas aut quinquagenas naves his mercibus onustas abducant, alioque comportent. Multa hic quę de India apud Scriptores leguntur, quia fabulosa sunt & ficta consulto prætereo.

Maria.

Sylvae.

Gubernandi ratio.

Leges & instituta.

Mores.

Victus.

Vestitus.

Mercimonia.

MOLVCCAE INSVLAE.

SEquũtur in nostra Methodo *Moluccæ Insulae*, Aromatum & imprimis Caryophyllorum ingenti còpia toto Orbe celebres. Hoc vero nomine præcipue cõprehendũtur quinque Insulæ, *Ternate* vel *Tarãte*, *Tidor* vel *Theodori*, *Motir* quæ & *Muthil*, *Machian* vel *Mare*, & *Bachian* seu *Bacianum*. Iacent sub Æquatore, inter *Celebes* & *Gilolo* Insulas. Harum maxima vix habet ambitum sex mill. passuum: omnes intra spatium xxv milliarium concluduntur. Aer hic valde insalubris, multique Mercatores lucrum pluris quam vitam facientes, his locis moriuntur. Ager est aridus, spongiosus, quique imbres e cœlo decidentes confestim absorbet, antequam in Mare delabantur. Profert varia Aromata, Nuces Myristicas, Mastichen, Lignum Aloes, Sandalum, Cinnamomum, Zingiber, Piper, & caryophylla tanta copia, idque sine vlla cultura, vt mirum sit. Quæ quotidiano esui inserviunt, raro hic & parce proveniunt, sed ea commutatione suarum Mercium abunde parant. Sunt etiam in Moluccis tam vastæ arundines, vt ex ijs dolia conficiant incolæ. Caryophylli Arbor in rupibus provenit, quarto anno quam cœpit crescere, profert Fructum. Arbor foliorum forma & crassitie Lauro est simillima: Flores vmbellæ instar prodeunt, simillimi floribus Mali Aurei. Fructus flore collapso paullatim protuberant in formam clavi, vnde etiam illis apud nostrates nomen. Initio rubri, mox Sole tosti nigrescunt: quo autem duriores fiant & virtutem insitam diutius servent, aqua salsa conspergunturt. Arbores vero ita inter se densantur vel Soli felicitate, vel Seminis, aut stolonum fœcunditate, vt plerumque Lucos faciant. Hos inter se partiuntur indigenæ, fructusque abdunt, vt Mercatoribus divendant. In his Insulis Avis interdum decidit *Manucodiata* dicta, maxima Pica non minor; nec maior semipede. Caput ei non rotundum, sed pressum est, quale Hirundinis, cauda longissima, bifurcata, pedes nulli; itaque perpetuo volat, autam ruminat. Pluma in capitis parte superiore adeo minuta, vt pilo propior visum pene fallat. Ei viriditas quæ in feris Anatibus, sed ita vegeta, vt Smaragdi splendorem imitetur. In parte inferiore sub gula etiamnum & minutior & brevior, verum flava, ac nitore Citrij. Ad stomachum vergens dilutior est & dilucidior. A capite collum in supera parte densissima pluma tegitur, fulgore fuliginoso, quæ ad caudam sese demittens paullulum grandescit, ac de coloris illius intensione paullatim aliquid remittit. Par sub alvo magnitudo, color haud absimilis. Alarum protensarum prolixitas sesquipedalis. Pennarum color inferne buxeus, superne candidus levissima fuligine semitinctus. Pinnulæ pennarum non cohærent, sed dissitæ aerem transmittunt. Hanc si cadat, e Cœlo aut ex Paradiso Mahumetano mitti superstitiose credunt. Hanc etiam adeo sancte religioseque habent, vt se ea Reges tutos in Bello existiment, etiamsi suo more in prima acie collocati fuerint. Inter has Insulas præcipuæ sunt *Tidor* & *Ternate*, quarum posterior duos habet Portus, in quorum altero Lusitani Arcem exstruxere. Suntque in ea Montes Ætnę instar ardentes, Indigenæ harum Insularum Caphrę, hoc est Gentiles sunt, Solem & Lunam Deos colunt: Soli diei, Lunæ vero noctis Imperium adscribunt, illum Matem, hanc Feminam dicunt, atque hos ceterarum stellarum parentes vocant, quas omnes Deos esse, minutos tamen arbitrantur. Solem Orientem certis Carminibus salutant potius quam adorant. Item Lunam noctu fulgentem, a quibus Liberos, fœcundam Pecoris fœturam, Terræ uberes frutices, aliaque id genus deposcunt. Ceterum Pietatem ac Iustitiam colunt, & præcipue Pacem atque Otium amant: Bellum vero maxime detestantur. Sunt egentes admodum, vt pote apud quos nihil præterquam Aromata proveniant, quæ Venenis Arsenico & Mercurio sublimato vulgo appellato, ac Linteis quibus ut plurimũ vestiuntur, libenter commutant. Vivunt pane & piscibus, nonnumquam Psitacis. Latent tuguriolis demissis admodum. Quid multa? Omnia apud hos humilia & sordida præter pacem, otium & Aromata, Quorum alterum & quidem pulcherrimum summumque bonum, ingens mortalium iniquitas ex hoc nostro Orbe ad eos relegasse videtur. Aromata vero tum avaritia tum insatiabilis gulæ aviditas, nos in ignoto etiam Orbe illorum quærere cogit. Adeo hominum protervia salubria quęque haud longius satis nequit protrudere, neque quæ luxus & libidinis appetere. Sed de his satis. Moluccæ repertę sunt Caroli V auspiciis; quam rem quia imprimis memorabilis, libet paullo altius repetere. Quum inter Lusitanos versus Orientem, Castellanos in Occidentem, pomeria suorum Principum promovere pro virili adnitentes dissidium esset ortum: ne alteri alteris essent impedimento, novus ille Orbis, auctoritate Alexandri VI. Pontificis & aliorum, in duas partes est distributus: Scriptis Legibus & conditionibus, vt quidquid instituta ab Atlantici Maris Insulis, quæ Hesperides solent dici, navigatione Orientem versus reperiretur, Lusitanorum esset: quidquid ad Occidentem, Castellanis cederet: sic horum beneficio pernotuit America: illorum Orientis pleraque, ita lucri studio lapsu temporis excurrentium, ut dicerentur etiam perrumpere in adiudicatam Castellanis portionem: quæ controversia decidi non potuit, nisi Ferdinando Magellano quasi iudice. Hic enim Lusitanus, odio in Emanuelem suum Principem, ob non bene pensatam, quam illi navarat & effecerat, operam, exstimulatus, docens Moluccas ex facta distributione pertinere ad Castellanos, anno Millesimo quingentesimo decimo nono, auspicijs Caroli Quinti

Moluccæ.
Situs.
Aeris qualitas.
Soli fertilitas.
Portus.
Montes.
Mores.
Victus.

INSULÆ
Indiæ Orientalis
PRÆCIPUÆ,
In quibus Moluccæ
celeberrimæ sunt.
SEPTENTRIO
MERIDIES
ORIENS
OCCIDENS
INSULÆ
PHILIPPINÆ.
ARCHIPELAGUS
S. LAZARI.
INSULA
BORNEO
IAVA quæ dicitur MAIOR
CEIRAM I
NOVA GVINEA
ISLAS DE LAS VELAS
De situ Iavæ Minoris

ad quærendum dimissus alia via Insulas, quas dixi, ita navigationem suam temperavit, vt ex Hispania in Australiora Cœli spacia ad gradum Latitudinis L II delatus, & inde conversa ad Occidentem Solem Classe, per inferius Hemisphærium immenso cœli marisque tractu superato, sub Orientem Solem ad Moluccas Insulas, quas quærebat, tandem naves eius pervenerint: Ac inde per Superum Hemisphærium prætervecti eius Socij Littora Asiæ & Africę in Hispaniam redierunt, pernavigato semel (ausu admirando & a nullo mortalium tentato) toto terrarum Orbe. Ipse autem Magellanus ante repertas Moluccas prælio contra Barbaros occubuit: & post investigatas Moluccas a Socijs superstitibus eius navigationis, ceteris navibus dispersis, captis & detentis, vna tantum navis superstes & incolumis in Hispaniam redijt Aromatibus onusta: Margaritis etiam, quæ in Insulis nonnullis grandes admodum reperiuntur, aliæ magnitudine ovorum Turturum, Gallinarum etiam & Anserum. Digniores profecto Nautæ, qui æterna memoria celebrentur, quam qui cum Iasone Thessalo Argonautarum Principe ad Colchidem navigarunt Argonautæ. Navis etiam ipsa, quæ vna sospes & salva domum redijt post exantlata tot pericula, multo dignior, quæ inter Sydera collocetur, quam vetus illa Argo. Hæc namque ex Græcia duntaxat per Pontum vecta est. Magellanica vero ex Hispania Austrum versus indeque per inferius Hemisphærium in Orientem penetrans, rursum in Occidentem in Hispaniam per Superius Hemisphærium emensо semel, quod dictum est, vniverso terrarum Orbe, remeavit. Sed hæc hactenus. Sunt qui Moluccis adnumerent: *Gilolum, Celebes, Ambon, Bandan, Timorem & Borneonem. Gilolum, Celebes & Ambon* Mercator noster putat esse *Sindas* Ptolemæi. Duæ priores ab Æquatore secantur, tertia ad Meridiem vergit. Harum autem Insularum incolæ Ptolemæi seculo erant Anthropophagi.

Gilolo Insula. *Cali qualitas.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Incolarum mores.*

Gilolo vel *Gilolum* quæ & *Batochina*, ex Insulis, quas vulgo nuncupant *Del Moro*, vna est. Cœlum hic inclemens, & Aer calidus. Ager abundat Oriza, ac medulla cuiusdam arboris, quæ *Sagu* dicitur, ex qua panem conficiunt: e qua etiam arbore Succum eliciunt quo loco Vini vtuntur. Gallinas Silvestres magna copia producit a nostris valde differentes; & vicinum Mare magnam alit Testudinũ vim, quarum caro eiusdem fere saporis est cum carne vervecina. Incolæ barbari ac crudeles, qui vt olim, carnibus humanis vescuntur. *Celebes* Insula ab Occasu Moluccarum iacet, cum nonnullis alijs, quę sub eodem nomine comprehenduntur. Atque hæ Insulæ omnes Aceto divites sunt. Incolę albi, Anthropophagi, Idololatrę & Piratæ. Nudi agunt, obscœnis tantum velatis.

Celebes insula. *Mores.* *Ambon Insula.* *Soli qualitas.*

Ambon vicinis aliquot Insulis nomen dat. Peridromus eius 15 Milliarium. Asperrima autem est ac sterilis. Huius Incolę etiam sunt Anthropophagi, ac Piratę. Alter alteri proprios parentes devorandos exponit, quando vel senio confecti sunt, vel insanabili laborant morbo; ac piraticam exercendo vicinas omnes Insulas habent infestas.

Mores. *Bandan Insula.* *Situs.* *Soli fertilitas.*

Bandan parvæ Insulę numero circiter VII, a Meridie Sindarum Insularum ac Moluccarum sitæ sunt, gradu circiter VII Latitudinis Australis; alii eas vltra gradus IV cum triente ponunt. Harum nomina sunt *Bandan* maior ceteris, ac iisdem nomen communicans, *Mira*, *Rosolargium*, *Ay*, *Rom*, *Neira*, & *Gunuape* omnium minima, quæ continuo ardet: atque ob id deserta est. Hæ Insulæ Nuces Myristicas & Mastichen ex eadem arbore subministrãt. Myristica arbor procera & patula est, nostræ Quercui perquam similis. Nuci operimentum triplex. Primum crassius adversus iniurias aeris, venti & imbrium. Alterum membranæ instar reticulato munimento, quod tertium aliud putamen ligneum ambit: membranula illa est Muscatę flos, qui ab Hispanis *Macis* dicitur, nobile ac salubre Aroma. *Zingiber* quod in hisce omnibus Insulis provenit, duplex est, spontaneum & sativum: hoc illo melius est; herba Crocum refert, radix odorata est & mordax instar Piperis, & quidem Pipere ipso calidior. *Cinnamomum* quod Herodotus in avium nidis, & præsertim Phœnicis reperiri tradidit, cortex est fruticis, simillimi Malo Punico. Huius cortex ad calorem Solis dehiscens, a ligno avellitur, & paullulum ad Solem detostus fit Cinnamomum, & a canalium figura vulgo *Canella* vocatur. Arabes vocant *Quirza*, Persæ *Darchina*: Incolæ *Zeilan* apud quos crescit magna & copia & præstantia *Curdo*, Malaccitani *Cayfman*, Malabaritani *Camea*. Arbores semel decorticatæ, post triennium novum corticem recuperant, tanta crescendi aviditate, vt silvas ac nemora repleant. Lignum, quod *Xylocinnamum*, ob quandam origani acrimoniam in fastidio est. Incolæ Bandan Agrestes sunt ac viles; obtusũ ingenij, ac Idolorum cultores.

Mores. *Timor Insula.* *Situs.* *Soli fertilitas.*

Insula *Timor* sita est gradu X Latitudinis Australis. Hæc Sandalum flavum & album magna copia subministrat, quod ab Insulanis Ferro, Securibus, Gladiis & Cultris redimitur. Sandali tria sunt genera, album, flavum, rubrum. In Insula *Timor* albi & flavi (vtriusque autem summa est bonitas) silvæ crescunt. Rubrum provenit in tractu *Choromandel* & *Tanasserin*.

Borneo Insula. *Situs.* *Soli fertilitas.*

Borneo Insula Mercatori ea est, quę a Ptolemæo Insula *Bonæ Fortunæ* dicitur. Iacet inter *Cambaiam* & *Celebes*, proximamque sibi habet *Calamianes*: parte Australi subest Æquinoctiali circulo, reliqua Boream versus extenduntur. Est autem omnium illius Oceani maxima, creditur que ex quorundam relatu trium habere Mensium circumnavigationẽ; ex aliorum vero, ambitum bis CIO & CC milliarium. Hęc rebus omnibus ad vitam victumque necessariis abundat, Camphoram, Agaricum, Adamantem, Equos pusillos producit. Multi per omnem Insulam & præclari Portus sunt, amplæ Vrbes. *Cabura*, *Taiaopura*, *Tamoaratas*, *Malano*, & omnium præcipua *Borneo*: in qua Incolarum millia viginti quinque. Sita est in palude aquæ marinæ, ad instar Venetiarum. Regem habet Mahumetanum, cum quo nefas nisi per interpretem loqui. Incolarum color albicans: ingenium acre, neque ita subdolum atque in aliis Insulis: Idololatræ tamen sunt. Habitus eorum varius.

Vrbes. *Incolarum Mores.*

IAPONIA, SIVE IAPAN INSVLA.

INsula hæc Marco Paulo *Zipangri* dicitur, olim *Chryse* Magino, Mercatori *Aurea Chersonesus*: Eam vulgo *Iaponiam* & *Iapan* vocant. Præcipuæ tres insulæ sũt Petro Maffeio teste, circumfusis alijs minoribus interfluo Euripo disiũctæ. Prima & maxima *Iapan* dicta, in satrapias aut regna tria & quinquaginta diuiditur: quorum potentissima sunt, *Meaci* & *Amaguncij*. Secunda dicitur *Ximo*, habetque regna novem, in quibus præcipua sunt *Bungi* & *Figen*. Tertia est *Xicoum* quæ IV regna continet. Distat autem *Iapan* à continente *Chinæ* intervallo Leucarum LX: a nova vero Hispania Indiæ Occidentalis, Leucarum CL. Totius terræ longitudo ferme in ducentas, vti ferunt, Leucas procurrit. Huic nequaquam respondet Latitudo: decem tantum alicubi patet: summum triginta non amplius. De ambitu nihil dum certi proditum est. Iacet ab Æquatore in Arctũ a trigesimo gradu ad trigesimum fere octavum. Ab Oriente obversa est Novę Hispaniæ. A Septemtrione Scythas vel Tartaros, & alios ignotæ feritatis populos, ab Occidente spectat Chinenses. A Meridie, vasto mari interfuso, inexploratas habet terras, e quibus casu nautas olim quosdam in Iaponiam delatos fama est, neque inde soluisse. Salubris hic cœli temperies, Frigori & nivibus Regio valde obnoxia, neque admodum ferax. Mense Septembri Oryzam, nonnullis etiam in locis Maio Triticum metunt: neque ex eo panem vt nos conficiunt, sed genus quoddam offæ, seu polentæ. Butyro, atque oleo olivarum carent; oleum tamen a Balænis extractum habent. E terræ visceribus incolæ varia ecfodiunt Metalla: & exteras longeque dissitas nationes ea merce pelliciunt. Estque hæc insula in tãtum Auri ferax, vt Marcus Paulus Venetus testetur suo tempore Palatium regium aureis laminis tectum fuisse, haud aliter quam apud nos magnæ Domus Plumbo vel Cupro operiuntur. Arbores vel ad amœnitatem, vel ad fructum serunt haud absimiles nostris. Vnius tamen, quæ palmam imitatur, ignoto nomine, admirabile prorsus ingenium. Siquidem (vti perhibent) humorem quemlibet reformidat: si forte maduerit, contrahit illico sese: ac veluti pestifero contractu marcescit. Remedio est, auulsam radicitus, in sole siccare: & in vacuum scrobem scoriam ferri contusam, vel sitientem arenam infundere: ibi, postquam aruerit, rursus depacta, reviresciet, ac pristinum nitorem decoremque recipit: rami quoque decidui, seu defracti, si clavo ad truncum affigantur, velut insiti coalescunt. Plurima vero varijs locis exsurgit Cedrus, tantæ proceritatis & crassitudinis, vt inde Fabri basilicarum columnas, & cuiuslibet quamvis capacis Onerariæ malos efficiant. Ex animantium genere, Oves, Porcum, Gallinam, Anserem, fædasque alias domi haudquaquam alunt Iaponij. Campos et prata, Boum, Equorumque militarium Armenta: saltus atque dumeta, Lupi, Cuniculi, Apri, Cervi, pererrant. E volatilibus Phasiani, Anates amnicæ, Palumbes, Turtures, Coturnices, ac sylvestres Gallinæ cernuntur. *Iaponium* omne nomen vni quondam parebat Imperatori, cui titulus *Vo*, seu *Dair*: quoad is diuturna pace in delitias atque socordiam resolutus, prefectis ac satrapis, ac præcipuè *Cubis* (sic enim duo primarij vocabantur, quorum alter deinde extinxit alterum) contemptui cœpit esse. Viri ergo militares, talem aliquamdiu perpessi, mox indignati dominum, audem abrupere frenos; & suam quisque invasere provinciam: ita momento vnitas illa, & maximi contextus imperij, multas in partes ac veluti fragmenta dissilijt, ius tantum *Dairi* mansit in hunc vsque diem, honorum vocabula proceribus dividendi, quæ pro graduum varietate mutantur identidem, certisque characteribus designantur. Summus vero & potentissimus Iaponiorum habetur ille, quisquis Meacum & Meaco finitima nobilissima regna (quem tractum communi nomine *Tensam* nuncupant) armis atque arcibus occuparit. Ea loca ante aliquot annos obtinebat *Nobununga* tyrannus. Huius in solium a coniuratis interempti: liberis eiusdem aut pulsis aut occisis, per factionem ac vim præcipuus e Ducum numero *Faxiba* successit. Nunc autem *Taicosama* sive *Taico* Monarcha est Iaponiæ. *Iaponiæ* vrbs primaria *Meacum*, civitas maxima, cuius ambitus vnum & viginti milliaria patuit, sed nunc bellis intestinis insulanorum tertia parte imminuta est. In hac summus magistratus Iaponiæ moratur, tribus viris constans. Sunt præterea, *Ostacaia* civitas illustris, potens, libera, omnium vt quidam autumant totius Orientis opulentissima. Magna hic Mercatorum vndiq; concurrentium frequentia est, quorum qui mediocres facultates habent minimum possident XXX aureorũ millia, qui maiores, incredibilem summã. *Bungum* sui tractus vrbs præcipua, situ opportuno. In hac Christianorum magnus est numerus. *Coia* civitas *Bonsio* cuidam sacra, quem *Combodassi* vocant. Principes omnes in hac vrbe sepeliuntur; aut si alibi, saltem hue dentem vnum mittunt sepeliendum; tanta est huius loci veneratio. *Fiongo* vrbs decem & octo leucis Meaco distans. Hæc Nobunangæ tempore maiorem in partem devastata fuit. Eamque anno Ꝛ ꝛ ꝛ XCVI terræmotus sic convulsit, vt non minima eius pars ad terram allisa sit; & paullo post etiam maxima pars, ut dicunt, igne conflagrarit. *Amangasaqui* vrbs non contemnenda leucis quinis disiuncta à mari Sacai opposita. Habet etiam *Vosuquin*, *Iunatum*, *Tosam* vrbes nobilissimas, & alias quas brevitatis studio prætereo. Aquæ hic bonæ: calidæ etiam alicubi, medicos in vsus emicant. Pisce cum alio abundant incolæ, tum vero fluviatili Truta, seu Salari, & marina tanquam Alosa; huic honos plurimus. Portus marini hic multi, inter quos *Ochinofamanus*, in quo fere magnus navium numerus stat. Editi præruptique montes, cum alij passim, tum duo præcipua nobilitate visuntur, quorum alter, incertæ appellationis, adsidue flammas evomit: inque eius cacumine, certis hominibus, postquam voti causa diu se maceraverint, splendida circumfusus nube sese Cacodęmon ostendit: alter *Figenoiama* nomine spectatæ altitudinis est, adeo vt etiam ipsas nubes leucarum aliquot intervallo superet. Magnifica exstruunt Templa et Sacerdotum vtriusque sexus sumtuosa Cœnobia: superba etiam & visenda Palatia. Palatij regij ex Paulo Veneto, supra mentionem fecimus, cuius tectum aureis laminis fuit opertum. Superficies quoque superior aularũ & conclavium aureis laminis ferebatur tecta. Nec minus hodie sunt in huiusmodi operibus sumtuosi & magnifici. *Taico* sive *Taicosama* quem nunc hic Monarcham esse diximus, opere visendo & stupendo moles exciravit. Hic exstrui curavit aulam mille *tatamis* (storeæ elegantissimæ genus est) opertam cum suis fimbrijs damascenis, holosericis, aureis; quælibet autem harum storearum octo palmos longa, quatuor lata est. Hæc aula e ligno maximi pretij ædificata est, tantoque auro intus nitet, vt pene incredi-

Insula. *Nomina.* *Situs.* *Cali tẽperies.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Imperium maiorum.* *Vrbiũ nomina.* *Montes.* *Opera publica.*

IAPONIA
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
CHINENSIS
OCEANUS
SEA
IAPONIA
TONIA
NANQUIN
XANTON
Macao
Nagasaki
Nagasaqui
Cosa, hoc est caput Japonijs Coreis
Navigij genus ex insula Japonia vehe
ris arbusculis conficiunt funiculis ancoris

bile videatur. Quamquam dum ad culmen perducta esset, videtur *Deus* vanam illam ostentationem in opere tam magnifico castigare voluisse: tanta enim Ozacæ imbrium copia extitit, vt murorum alter, quo aula nitebatur, labefactus corruerit: ex qua ruina non parua eius inclinatio secuta est: verum, vt ille admodum industrius est & sollicitus, fertur brevissimo tempore, sumtibus subditorum qui continenter in eius operib' moliendis laborant, in pristinam formam & decus eam restituisse. Ante hanc aulam in planitie pulcherrima, iussit erigi theatrum ad agendas Comœdias; vtrimque vero nonnullo intervallo divulsas turres binas trium quatuorve contignationum. Tantum autem studium posuit *Taico* in absoluendo hoc Theatro, vt voluerit illud omnibus ædificijs a se hactenus fabrefactis, elegantia, perfectione, & impensis antecellere. Columnæ, quæ ligneæ sunt, pavimentum & laquearia, obducta sunt atra Sandaracha, quæ in hac regione *Prusci* dicta, quæ lucet instar speculi. Totum autem opus est inauratum *Nascinsi*, quod est aurum molitū in pulvere cum magno artificio rerum in eo expressarum. Laquearia varia sculptura, & ingenti laminarum inauratarum copia, nitent. Fossam item propugnaculi magnifico ponte sterni voluit, per quem iter esset ad dictam aulam, operirique tegulis inauratis, in medio autem ponte eminere turriculam duorum solariorum, quæ in quaternis angulis protensum habeat certum vexilli genus, octonos vel nouenos palmos longū, quaternos latum ex orichalco aurato, varia volucrum arborumque ex eo pendente scalptura. Si radios Solis excipiat, splendorem egregium reddit, turrique novum ornatum conciliat. Ligna supra vtrimq; transuerse posita ad innitendum, auro subacto fulgent, pavimentum quoque ipsum tot magni pretij illustre est ornamentis, tamque mirifico opere, laminis auro illitis intermicantibus, a præstantissimis Magistris elaboratū est, vt in solo ponte, qui decem plus minus cubitorum amplitudine patet, in auro & arte sumptum factum quindecim millium aureorum quidam ex relatione Gubernatoris Sacaiani memoriæ prodat. Multa alia hic prætereo brevitati studens. Ligneis plerique ob crebros terræmotus, quidam tamen ab imo lapideis vtuntur ædibus, elegantia & arte visendis. Meaci 111-*Viri* (qui totius Regni primores summum Magistratum constituunt) degunt: penes quos summa est rerum constituendarum potestas. Primus, qui *Zazo* dicitur, Pontificis instar, præest sacris. Secundus *Voo* dignitatibus & honoribus. Tertius *Cubacama* paci & bello. In v autem ordines divisa gens est: quorum primus eorum qui cum imperio sunt, rerumque potiuntur: hosce communi omnes nomine *Tonos* nuncupant: quamquā inter ipsos Tonos alij dein existant dignitatis gradus, vti apud nos Regum, Ducum, Marchionum & Comitum. Alter ordo eorum est, qui gentis illius procurant sacra, capite ac mento prorsus abraso: Cælibem hi profitentur vitam. Variæ ac multę numerātur eorum sectę. Nec desunt qui ad Rhodiorum Equitum speciē, bellicas vna cum religione res tractāt. Sed communi omnes appellatione *Bonzij* appellantur. Tertius Ciuium & reliquæ Nobilitatis est. Sequuntur Institutores ac Sellularij: & variarum opifices rerum egregia ferme solertia. Postremus est Agricolarum locus. Sontibus quolibet nomine, haud leviora quam exsilij, aut proscriptionis, aut capitis supplicia cōstituta sunt. Gladio ferme trucidantur, improvidi: quibusdam tamen locis comprehensos Latrones, certoq; ad ignominiā vehiculi genere, per civiū ora trāsuectos, extra vrbē cruci affigi mos est. Cruces autē, apud Laponios in multādis facinorosis vsitatæ, duo habēt ligna trāsuersaria, alterū ad brachia, alterū ad pedes: mediæ itē cruci affixū breve lignū est ponderi corporis sustinendo, cui reus insidet velut equo. Non vtuntur clavis, sed manus pedesque alligant, aut funibus, aut manicis ferreis, quæ lignis transuersarijs clavis sunt infixæ. Collum quoque constringunt nervo ferreo ligno infixo. Funibus item astringunt crucī, & cingulum, & brachia inter scapulas & cubitum, sic prorsus, vt totum corpus bene sustentetur. Deinde cruce in fossam dimissā, lapidibusque iniectis & terra obfirmata: carnifex lanceam acutam, machæræ ancipiti non absimilem tanta vi adigit in latus dextrum crucifixi, vt penetret in sinistrum vsque ad cor. In Dei cultu quod potissimum Iustitiæ munus est, miserandum in modum errant. Magistris Religionis vtuntur ijs quos dixi, *Bonzijs*. Inter numina suppliciter adoranda, sunt *Amida* & *Xaca*. Sed habent & alia, a quibus futuræ vitæ bona expetantur, quos *Fotoquos* vocant. Alios etiam veluti minorum gentium Deos adorant, bonæ valetudinis, liberorum, pecuniæ, & eorum quæ ad corpus pertinent, largitores: hosce *Camis* appellant. Multa hic varijs locis Gymnasia, quas Academias dicimus. *Bonsiorum* Schola est in opido *Banoum*, in qua solemni ritu gradus titulusque confertur a Præfecto studiorum. Est & inter alia *Seminarium Iesuitarum Bungi*, in quo Iapones linguam Lusitanicam, Europæi Iaponicam discunt. Ea a nonnullis haud imperitis rerum æstimatoribus, Latinę vel genere ipso, vel vbertate præfertur. Sed ad perdiscendum, & magni laboris & longi temporis indiget. Ipsi Iapones etiam typis ad impressionem vtuntur. In vniversum autem, acuta, sagax, ac bene a natura informata gens est: iudicio, docilitate, memoria. Paupertas dedecori aut probro est nulli. Maledicta, furta, impiam temere iurandi consuetudinem, aleę genus omne execrantur. Coloris sunt oliyastri, laborum tolerantes, gloriæ cupidi, iniuriarum impatientes, quidam etiam in suos liberos truces, quos statim editos suffocant. Armis delectantur, pugionibus & gladijs a duodecimo ætatis anno cinguntur. Procera statura, sicui contigerit, & decoro corporis habitu gloriantur. Lenta plerisque vivacitas: firmę vires: in sexagesimum vsque annum militaris ætas extenditur. Barbam alunt modicam: in capillo varius est mos: volsella depilant, pueri sinciput, plebei ac rustici dimidium caput: viri nobiles totum ferme, paucis ad occipitium relictis capillis, quos attigisse quempiam, contumeliæ loco vel maximæ ducitur. Storeis, culcitræ in modū tumentibus, nitidisque pauimenta consternunt: In ijs & somnum, subiecto cervicibus lapide vel tigillo, & cibum capiunt genibus nixi, cruribus insidentes. Mundinarum apud eos haud minor quam apud Chinenses, cura: paxillulis item ipsi duobus inter edendum ita scienter vtuntur; vt neque excidat quicquā, nec digitos extergere opus sit. Cœnationem ingrediuntur discalceati, ne cataftromata calcando coinquinent. Tenuiores, ad mare præsertim, victitant herbis, Oryza, Pisce: diuites ornant splendide atque apparate convivium: in singula fercula, sine linteis aut mappis mutatur sua cuique convivæ mensa e Cedro Pinuve, palmæ fere altitudine. Cibi confecti in pyramidem exstruuntur, Auro conspersi, cupressinis ramulis ad gratiā prominentibus. Nonnunquam etiam rostro pedibusque inauratis Aves integræ nobilibus patinis inferuntur. Vsum vitis ignorant, oryza exprimunt vinum: ipsi quoq; imprimis delectantur haustibus aquæ pene ferventis, insperso pulvere herbæ, quæ *Chia* dicitur. Nobilitas æque ac vulgus capite nudo in publicū prodit. Vigent hic Lusitanorum commercia. Inveniuntur enim Margaritę magna copia, rotundę ac crassę rubei coloris, item alij Lapides pretiosi, qui vna cū Auro insulam ditissimam reddunt.

Privata Ratio & gubernandi.

Schola.

Mores.

Victus.

Mercimonia.

ZEILAN VEL CEILON INSVLA.

ZEILAN, vel *Ceilon* Insula Arabibus dicitur *Tenarizim* & *Ternasseri* Terra delitiarum: & Indis *Hibernarum*. Hæc Ptol. *Taprobana* Ταπροβάνη, Barrio & Corsalo testibus; quod idem constanter affirmat Varrerius, in suo de Ophyra Regione Opusculo. Quorum sententiæ lubens accedit Ortelius in suo Thesauro Geographico. Mercator vero noster censet *Nanigerim* (ναυιγηρίς habent Græci Ptolemæi codices) esse; cui alij potius fidem habendam arbitrantur; Ego rem in medio relinquo. *Zeilan* vero Insula præstantissima jacet non longe a Comorino Promontorio, x gradibus ab Æquatore. Ambitus eius CCXL Leucarum, vel vt alij dicunt CCIO aut IOCC Milliarium: Longitudo Leucarum LXXVIII, seu Milliarium CCXL, vel CCL. Latitudo autem Leucarum XLIV, aut Milliarium CXL. Hæc licet sub Zona torrida, subque candēti Sydere sita, Cœlo tamen ita temperato, Aere tam salubri fruitur, vt omnes Indiæ Provincias hac parte excedat: nonnullique isthic Paradisum terrestrem fuisse olim arbitrentur. Mira Cœli clementia incredibilisque temperies hieme æstateque nunquam sævientibus. Ager fertilis perpetuo viret. Flores varii legunntur. Adeo ut cum Poeta de hac Insula canere liceat; *Hic ver purpureum, varios hic Flumina circum*
Fundit humus Flores---

Insula. *Nomina.* *Situs.* *Cæli tēperies.* *Soli fertilitas.*

Arbores perpetuo Floribus aut Fructibus onustæ sunt, ut sunt Mala Assyria incredibili sua vitate, Mala Medica, Citria optima, Aurantia, Limones, alijque Fructus nobilissimi. Fert & Palmam & Aromata, Cinnamomū, Cardamomū, Caryophyllū, Piper, aliaque. Ceterum Incolis cibum, potum, nauigia, unica Palma subministrat. Fructum vocant *Coquen*, librum *Cayro*. Ex arborum truncis naves compinguntur, e foliis vela, ex cortice funes, cuius tenuioribus partibus pro filo utuntur ad vela consuenda, trabesque colligādas, sine vllo clavo ferreo: ita exstructam navem onerant fructibus eiusdem arboris. Oryza tamen parce hic provenit quæ ex Regno Malabar & Caromandel copiose eo defertur. Auri, Argenti, ceterorumque Metallorum Fodinas habet, quas tamen Reges non permittunt exhauriri, eas velut thesaurorum loco in ostentationem servantes. Nonnullis causa videtur: ne quis illis Bellum inferat, cupidine Auri. Ferrum quoque, Linum & Sulphur producit. Eboris item ingentem vim. Sunt & Gemmæ huius Insulæ plurimæ, Rubini, Hyacinthi, Saphyri, Chrysolithi, Topazij, & quos vulgò vocant *Ochi di gatta*. Ferarum omne genus Cervorum, Hinnulorum, Aprorum, Leporum, Cuniculorum, & similium magna copia. Elephantorum vero nusquam maior frequentia & bonitas. Hos venales habent miro modo. Ad mensuram enim admetiuntur, vt pannos, Aulæa, Telam, pretio in singulos palmos definito: ita cum magnitudine crescit æstimatio. Sunt vero hi Elephanti totius Indiæ Orientalis nobilissimi, atque a ceteris, vt verissime probatum esse memorat Hugo Linscotanus, eiusdem generis Animātibus ex aliis locis privata veneratione adorantur. Sed quoniam in Elephantorum mentionem incidimus, non abs re visum de hoc animali pauca subijcere. Elephantem vocant Arabes *Fil*, ac dentem eius *Cenasil*, Æthiopes *Itembo*. Animal disciplinæ capax est, & natura mite & tractabile. Incessu tardum videtur, cum tamen ne vel expeditus quispiam cursus eius incessum adæquare queat. Repertos subinde Elephantos aliquos ferunt, qui noctu cum suspiriis & lachrymis iniquam suam sortem deplorare videbantur. Vivunt annos ducentos. Magni illi dentes non nisi ex Elephantis maribus sunt: Femellæ enim breviusculos habent. Animal est mire zelotypū, atque adeo præ nimia zelotypia in furorem subinde tātū rapitur, ut & pastum & somnū fastidiat. Memorabilem Historiam refert de Elephante Christophorus Acosta, quam hoc loco Iusti Lipsii V. C. verbis inseremus. *Elephanti cuidam in urbe Cochin ad horam cibus non erat oblatus. Queritur & barrit. Magister excusat, & vas æneum eius cibarium ostendit perfluens, caussam hanc moræ esse, non posse se in pertusum vas cibum indere. Iubet igitur, si esse velit, ad Fabrum ærarium ferat reconcinnandum. Ille paret. Promuscide aufert, Fabro offert. Faber sive per negligentiam, sive ludos bellum faciens, infideliter reparat atque obstipat. Elephas refert. Herus vitium videt, & indignatur. Inclamat illum absentem, hunc præsentem, denique redire iubet cum illo ipso vase. Exit, & Fabro querulus impingit. Ille homo suavis iterum imponere conatur, & admoto malleo claudere rimam simulat, non claudit. Nec tamen imponit. Nam ille catus lebetem resumptum ad Flumen defert, immergit, & aqua implet, periculi faciendi caussa. Videt effluere. Plenus itaque irarum ad Fabrum recurrit, intonat magna voce. Consluunt vicini, & inter eos Vicarius Regis. Faber blandis verbis demulcet bellum: vas denique sumit, & refingit probe atque ex fide. Sed ille ne tum quidem fidens, iterum ad Flumen & ad haustum: dum contineri aquam videt, vertit se ad adstantes, & ostendit, velut testes eos advocans in hoc factum: ita demum abit domum.* Hæc libuit hoc loco inter-

Animalium varietas.

INS.
CEILAN
quæ incolis Tenarisin
dicitur
Reino de Candea
Desiertos intratables
DESERTUM
MARE ALXOFRE

interserere, ut lectionis fastidium atque satietas nonnihil levaretur. Avium præterea omnis generis, Pavonum, Gallinarum, Columbarum & cingens copia. Vnus hic Rex olim imperabat: is postea dolo sublatus fuit, diviso inter multos Principes Imperio. Suntque nunc Reges Insulani novem. Horum potentissimus est *Colmuchi*, cui ceteri tributum pendunt annuum; hi sunt Reges *Ianasapitan*, *Triquinamale*, *Batecolon*, *Villassem*, *Tanamaca*, *Laula*, *Galle & Cande*. Refert Ioannes Hugo Linscotanus in suo Itinerario cap. XIV Chirurgum quemdam præcipuum e Regibus e medio sustulisse, sibique imperium adscripsisse, pullis insigni tyrannide ceteris. Hunc Chirurgum Regni potentem *Raiu* appellari, prudentia & ingenio pollere, teique bellicæ haud rudem esse: verum nemini fidentem. Cingales huic, eodem referente, infesti sunt tantamque tyrannidem oderunt, pressi interim metu ad obedientiæ ministeria. Idem hostis Lusitanorum acerbissimus, eo anno qui discessum dicti Hugonis præcesserat, ex India, Arcem *Columbo* obsidione cinxerat, magna populi ac Elephantorum vi, sed irrito conatu, auxilio obsessis a ceteris ex India Lusitanis allato. In hac Insula VII sunt vrbes peramplæ, inter quas primaria est *Colmuchi*. Hic compluries naves Cinnamomo, Elephantibus ac Gemmis varijs onerantur. In hac Portugallenses Arcem habent Rege permittente a se exstructam. Portus est amplus & tutus. Habet præterea sex portus præcipuos, præter alios minus celebres. Insula valde montosa est, visiturque mons sublimis altissimo situ inter totius Indiæ cacumina. Incolis *Pico de Adam* dicitur. Credunt enim Indi firmiter isthic Paradisum fuisse, & Adamum ibidem a Deo creatum, dicuntque etiamnum hodie exstare primi parentis pedum impressa vestigia: longitudine duos palmos excedentia. Scribit ex relatu cuiusdam Mercatoris Mahumetani Ludovicus Romanus Patritius in fastigio huius Montis specum esse quendam, quo se recipiebant eius regionis omnes incolæ in primi Parentis sanctissimi memoriam: memorare enim Incolas Adamum post lapsum illic fletu & continentia, pœnitudine ductum culpam redemisse. Refert idem auctor esse alium Montem vastissimæ longitudinis, ad cuius radices Pyropi reperiuntur, qui vulgo Rubini dicuntur. Cinnamomum hic nascitur præstantissimum tanta copia, ut Silvas ac Nemora hac arbore refertas habeant. Ea a Ludovico Rom. Patrit. lib. VI Cap. IV his verbis describitur. *Cinami arbor Lauro haud est absimilis, si præsertim folia spectes, grana primo gignit Lauri instar, baccas credas, minutiora tamen, eademque albicantia. Cinamum itaque nihil aliud esse quam arboris librum planissime constat, hunc enim in modum legitur: nam singulis ternis annis incidunt ramos, delibrantque: demtum eo modo corticem Cinnamomum appellant: neque enim caudicem incidunt, sed ramos tantum. Huius itaque Cinami illic mira est ubertas. Quum autem colligitur, non est protinus absoluta suavitate, mensiruo perfecta absolutaque est suavitas.* Hactenus ille. Incolæ maritimi Mahumetani magna ex parte sunt: mediterranei gentiles (Cingalas vocant) color illis albus, statura procera, abdomen prominens: ventrem enim curant. Imbelles sunt, exigui spiritus, & ad bellum inepti. Tormentis, scribit idem Ludovicus, non utuntur bellicis, nec ferro: sed eorum arma arundines sunt: ob id perraro in prælio occumbunt. Sunt autem ingeniosissimi, & ex Auro, Argento, Ferro, Ebore, opera faciunt politissima. Bombardarum sive Scloporum Fistulas insigni arte formant, velut artifici manu exasciatas. Narrat sæpius iam nobis memoratus Linscotanus Archiepiscopo Crucis imaginem oblatam, quam Artifex Ceilanus ex Ebore confecerat, longitudine unius ulnæ, tanto artificio, ut capilli, barba, & ipsa facies viuentis hominis gestum mentirentur, optima staturæ mensura: In Europa nihil tale. Quare ab Archiepiscopo arcæ inclusa, ad Hispaniæ Regem missa fuit, digna æstimatione inter preciosissima tanti Regis κειμήλια. In Histrionum artibus excellunt ijdem maxime, multasque venustates corpore ac ludis exercent, totam Indiam percurrentes, magna spectantium admiratione. Victus eorum ex Lacte, Butyro, Caseo, ac Oriza est: potum ex Palmarum succo colligunt. Vestis infra umbilicum e Serico aut Gossipio. Superiora enim non tegunt. Nisi quod caput panno subtili contegunt. Aures Auro ac Gemmis ornant: zonas gerunt aureas gemmis ornatas. Ipsa Insula commercijs valde ob Portuum frequentiam ac rerum affluentiam oportuna est.

Vrbes.

Portus.

Montes.

Victus.

Vestitus.

Atque hæc de Insula *Ceilon* deque tertia Orbis parte *Asia* sufficient. De qua siquis plura petat, adeat Strabonem qui libris VI ab XI incipiendo, eam persequitur: Ptolemæum qui III, quinto, sexto & septimo libris eandem describit: item XII Tabulis, tribuitque ei XI Provincias: & alios. Delineant eam Ammianus Marcellinus lib. XXIII, & Diodorus Siculus lib XVIII in principio. Ex recentioribus nemo eam in universum singulatim descripsit. Marcus Paulus Venetus, Ludovicus Vartomannus, & Ioannes Mandevillius (sed fabulis refertus hic) tantum de ea, quantum eius Regionis perlustrando dignum scitu cognovere, literis mandarunt. Sunt & alij, quibus omissis, ad quartam & postremam Orbis Terrarum partem longe maximam *Americam*, quam Istmus nobilissimus, & Septemtrionalem facit & Meridionalem, pergimus.

SEPTENTRIO
AMERICA
AMERICA SEPTENTRIONALIS
MAR DEL ZUR Hispanis
MAR DEL NORT
TROPICUS CANCRI
AEQUINOCTIALIS LINEA
MARE PACI
TROPICUS CAPRICORNI
FICUM
AMERICA MERIDIONALIS
BRASILIA
SALOMONIS INSULÆ
Tierra del fogo
TERRA AUSTRALIS
MERIDIES
ORIENS
OCCIDENS

HISPANIA NOVA.

Hispania noua Americæ provincia amplissima, cæteris cultior, amœnior ac populis frequē- *Regio.*
tior. Hæc magnis terrarum spatijs disiecta, à Tavasco, sive Grialui flumine occidentē *Situs.*
versus excurrens, ad Sancti Michaelis & Culiacanas vsque terras extenditur. Septemtrio
finitur Granata nova, alijsque regionibus Novi Mexicani regni nomine nunc signatis.
Australe littus pacifici maris vndis abluitur. Inter æquinoctialem & Cancri tropicum
pene concluditur, ideoque dierum noctiumque exigua hic discrimina, & perpetuum pe-
ne ver. Mensibus Iunio, Iulio, Augusto atque Septembri assiduæ pluviæ, leniumque vē- *Cœli temperies.*
tōtum ab vtroque mari commodissimi flatus, diurnos, æstivosque calores disijciunt ac temperant, quæ vera
est ratio cur istic sub Tropico æstiuo commode habitetur, contra veterum Philosophorum opinionem. A-
erem ergo habet temperatum, quamuis sub torrida iaceat Zona. Abundat regio ipsa Mineris opulentissi- *Soli fertilitas.*
mis Auri, Argenti, Ferri & Æris: mittit Cassiam Fistulam, & Fructus quosdam, quos incolæ *Cacao* nomi-
nant Amygdalorum instar, ex quibus potum valde ab eis expetitum conficiunt. Gossypio ac omnibus in-
super Frugibus, Fructibusque quos in Europa habemus, affluit: Tritico, Hordeo, omne genus Leguminibus,
Oleribus, Lactucis, Brassicis, Raphanis, Cæpis, Porro, Petroselino, Rapis, Pastinacis, Malis insanis,
Beta, Spinachio, Pisis, Fabis, Lenticulis, & similibus. Sunt & Mala Aurea, Limones, Mala Citria, Persica,
Armeniaca, magna copia. Crescunt hic etiam Poma & Pira, sed tantum mediocriter, Pruna rara, Ficus
magna abundantia. Malorum Cotoneorum mirificus proventus. Mala Granata satis multa. Cerasa hacte-
nus non admodum feliciter provenere. Castaneas non habent, Amygdala pauca, sed ex Hispania Amyg-
dala, Nuces Avellanæ & Iuglandes advehuntur. Vineæ insuper sunt ferentes uvas, sed ex ijs vinum non con-
ficitur. Oleæ, Saccarum, Mora. Habet præterea multas alias Fruges & Fructus nobis incognitos; imprimis
Granum *Maiz* dictum Ciceri non absimile magna copia, ex quo panem conficiunt. Varia item profert a- *Animalium*
nimalia, quorum tria genera hic constituunt. Vnum eorū quæ ex Hispania eo advecta sunt: alterum eorū *varietas.*
quæ sunt eiusdem speciei cum ijs quæ in Europa habemus, & tamen ab Hispanis eo non sunt translata.
Tertium genus est eorum quæ Indis propria sunt, quæque in Hispania non reperiuntur. Primi generis sūt
Oves, Vaccæ, Capre, Porci, Equi, Asini, Canes, Feles, aliaque animalia similia: istiusmodi enim omnia in
India Occidentali reperiuntur. Ad secundum transeo. Quæ reperiebantur in hisce partibus eiusdem gene-
ris cū ijs quæ habemus in Europa, quę nō sunt ab Hispanis eo transportata, sūt Leones, Tigres, Vrsi, Apri,
Vulpes, aliaque fera & sylvestria animalia: item Cervi, Lepores, Cuniculi. Præter hæc sunt & tertij gene-
ris animalia, quæ in Europa non reperiuntur, vt sunt quæ appellant *Saimoe*, animalia instar exigui porci, quæ
vmbilicum in spina dorsi habent. Eunt turmatim per sylvas: & alia plurima, quæ brevitatis studio præ-
tereo. Avium non minor est varietas, vt sunt Anseres, Anates, Coturnices, Gallinæ quæ nostras longe su-
perant, & aliæ. Occupata primum fuit ab *Hispanis* hæc Regio Anno CIↃIↃXVIII Duce *Ferdinando Cortesio*; cū *Imperium Ma-*
maxima tamen suorum & incolarum strage: cui remunerationis causa dono concessa fuit *Tecoanteper* regio *iorum.*
novæ Hispanię, à Carolo V. Imp. Regnatum fuerat in vrbe Mexicana omnino sub regibus novem per an-
nos CXXX, post IↃCXIX annos quam à *Chichimeicis* Mexicana terra primum occupata fuit. Horum vltimus
fuit *Motezuma*, qui in quadam seditione fuit interfectus, & cum eo Mexicanorum Regum familia intercidit.
Cæterum incolæ sunt ad bellum nunc probe exercitati & instructi, arma habent ferrea, quibus olim care-
bant, vtentes armorum loco fustibus ligneis, & silicum durissimo genere coloris prasini manubrijs ligneis
incluso. Vtebantur et arcubus olim, fundis & hastis; quarum extrema loco ferri cornu aut silice munie-
bantur. Plumarum fasiculos in bello vsurpabant, nonnulli varijs sese coloribus inficiebant. Incolitur
porro hæc pars ab Hispanis magis quam vlla alia novi Orbis; vnde multas in ea habent colonias, nempe, *Cō-
postellam*, *Colimam*, *Purificationem*, *Guadalaiaram*, *Mechoacan*, *Cacatulam Mexico*, & alias. Sunt porro in hac
nova Hispania insignes nonnullæ regiones, nempe nova *Galitia*, *Mechuacan*, *Mexico*, & *Guastecan*. *Nova
Galitia* ab incolis prius *Xalisco* vocabatur: quam primus detexit & acquisivit *Nunus Gusmannus*, qui in ea vrbes
aliquot fundavit, nempe *Compostellam* vbi sedes Episcopalis & Consiliū Regiū; *Spiritus*, *S. Conceptionis*, *Michaelis*
& *Gaudalaiaram* celeberrimam ac totius regni caput. Pertinet ad novam Galitiam regio illa quę *Culiacana* di-
citur ab vrbe huius nominis. lacet autem inter fl. *Piasila*, & fl. S. Sebastiani, qui antequam in mare se exone-
ret, a terra absorbetur. Metropolis vrbs est *Culiacan*, vbi Hispani fundarunt Coloniam Domus Michaelis.
Mechuachan regio ambitum habet XI leucarum, & ex opulentioribus ac fertilioribus est huius novæ Hispa-
nię: nam in ea Maiz ter maturescit singulis annis, & alij etiam fructus. Regio hæc duas continet vrbes *Vrbes.*
principales ab Hispanis cultas, in quibus vigent mercimonia, nempe *Pascuar*, & *Valadolis*, quæ est Episcopa-
lis sedes, præter alias minus celebres. *Mexicana regio* cæteris non tantum novæ Hispaniæ prestat, sed vni-
versæ etiam Americæ. Nomen sumsit ab vrbe *Mexico*, quæ *Temistitan* quoque nuncupatur. Metropolis
est Provinciæ Mexicanę. Hæc sita erat in peramplę paludis medio, antequam a Cortesio occuparetur, qui
eam ad eiusdem lacus ripam transtulit: estque nunc optime fabricata, ambitum occupans sex milliarium
Italicorum, cuius vnam partem Hispani inhabitant, reliquam vero indigenę. *Mexico* tantundem sonat at-
que fons & scaturigo: a primis fundatoribus sic appellata, ob scaturigines fontium varias quæ hanc vrbem
circumdant. Hęc vrbs erat præcipua ac nobilissima totius Indiæ, imo totius Orbis maxima, quam Ferdi-
nandus Cortesius expugnavit anno CIↃIↃXXI. Hęc cum totius Imperij Mexicani caput esset, Ædium capie-
bat septuaginta millia. Regis quidem & nobilium Ædes erant amplæ, commode & affabre exstructæ: vul-
gi vero humiles & viliores. Resident in hac vrbe Archiepiscopus, & Prorex, ac tribunal supremum No-
væ Hispaniæ. Est etiam in ea imprimendi ars & cudendi pecuniam. In Lacubus porro Mexicanis & circa
eorum ripas iacent Loppida, quorum quoduis, continet plus minus X CIↃ domorum. Post Mexicum est
Tescura vrbs ad ripam eiusdem Lacus, quæ amplitudine sua Mexicum ipsum adæquat. Est etiam in hac pro-
vincia *Angelorum civitas*, quæ prius *Vacipalam*, id est terra serpentum, vocabatur, quæ Lanificio celebris im-
primis est, cuius ager vallibus & planiciebus distinctus est, in quibus innumera armenta & greges aluntur, &
magna segetum ac fructuum copia colligitur. *Guastecan* regio Novę Hispaniæ ad *Mare del Nort* posita est.

HISPANIÆ
NOVÆ NOVA
DESCRIPTIO
SEPTENTRIO
MERIDIES
ORIENS
OCCIDENS
Guachuchil
Tecoali
Mexico
Coatalpanecas
SACATULA
SINUS
MEXICI

Duas hic Colonias Hiſpani habent, nempe *Panuco* & *D. Iacobi a Vallibus*. Poſtremo in nova Hiſpania eſt *Tlaſcalan* vrbs, quæ poſt Mexicum ſecundum tenet locum, eſtque valde populoſa & opulenta & agro fœcundo; Reipublicæ more gubernatur, ſub poſſeſſione tamen Hiſpaniarum Regis. Sunt in nova Hiſpania Lacus multi, magna ex parte ita ſalſi, vt ſal ex ijs conficiatur. Præcipuus is eſt, qui *Chapalicum mare* ob immẽſitatem vocatur. Eſt et vrbis Mexicanæ *Lacus*. Hic ſalſus eſt, & creſcit ac decreſcit pelagi inſtar: & dũ creſcit, ſuas aquas in alium lacum vicinum effundit qui dulcis eſt: nullos autem fert piſces, ſed tantum vermes æſtate putreſcentes ac aerem infeſtantes: extrahitur tamen ex eo magna Salis copia. Sunt & in ea fluvij quamplurimi piſcibus abundantes, quorum aliqui etiam auriferi ſunt. Inveniuntur etiam in ijs Crocodili, quorum carnibus veſcuntur incolę. Mare regionem adluens piſcibus abundat; ac Oſtrea fert ex quibus Margaritæ colliguntur. Eſt autem Regio montibus & rupibus aſperrimis referta. In Provincia Mexicana Mõs eſt flammivomus, qui *Popocampeche* incolis vocatur. Eſt et mons in regione *Guaſtecan* in quo duo reperiuntur fontes, alter ſcilicet picis nigræ, alter vero picis rubræ ferventis. Eſt præterea hęc provincia Silvis Nemoribuſque plena; ac vniuerſa Arbores magna copia profert, maxime e quibus lintres vnico ex trunco excavant & formant. Habet & Cedros tantæ magnitudinis & craſſitudinis, vt ex ijs trabes quadrãgulæ centũ & viginti pedes longæ, x11 vero latæ conficiantur, tanta quidem copia, vt montes Cedris, vt apud nos Quercubus aut Pinis conſitos dicas. Paſſim & horti conſpiciuntur, qui pro ſepto mille habeant Cedros. Reperiuntur & aliæ arbores ea craſſitudine, vt x11 viri eas complecti nequeant. Sunt quoque arbores odoriferę, ſunt & caſſiæ fiſtulę præſtantiſſimæ arbores. Habent et arborem *Meti* nomine, vnde plurima emolumenta percipiunt. Opera publica me vocant. Fuerunt in hiſce Indię partibus plurima & quidem ſuperba & magnifica Templa idolis conſecrata, ac Diaboli cultui deſtinata, quæ Hiſpani olim voce *Cu* appellarunt. Imprimis fuit in vrbe Mexico celeberrimum templum *Vitzilipuztli*, ambitum ampliſſimum habens, atque aream intus pulcherrimã. Ex magnis ſaxis in modum Colubrorũ totum conſtabat, inter ſe compactis, qua de cauſa circuitus *Coatepantli*, id eſt Colubrorum fuit dictus. Intra ambitum huius areæ, plurima Eccleſiaſticorũ erant conclavia. Area hæc vaſtitate viſenda: ſaltantes cõmode admittens ad v111 vel x Millia. Quod ſane videtur incredibile. Portas aut aditus habuit quatuor ad totidem Mundi partes ſpectantes. Erant præter hoc in civitate Mexico octo aut novem alia Fana, omnia affabre exſtructa, & ſummo ingenio elaborata, picturis, ac ſtatuis lapideis mirum in modum exornata. Varijs dijs dicata erant, ſed poſt templum Vitzilipuzli ſecundum tenebat locum templum *Tezcalipuca*, qui erat Deus Pœnitentiæ & caſtigationis, altum & optime conſtructum. Totum hoc templum erat exornatum varijs Signis & Imaginibus affabre atque antiquo artificio factis. Erant vero iſta duo Templa velut Eccleſiæ Cathedrales, ac reliqua tanquam Parochiæ, quæ tam ampla erant vt in ijs eſſent Collegia, Scholæ ac Sacerdotum ædes ac domicilia. Inprimis vero res admiratione digna, cura quam Mexicani gerebant in educãdis liberis, certo ſcientes nihil eſſe in tota rerum vniverſitate, quod plus adiumenti ad rectam rerum tum privatarum tum publicarum conſtitutionẽ adfert, quam pueritię diſciplina. In eum finem liberos ſuos avocare ſtudebant a delitijs & libertate, quæ duæ ſunt peſtes huius ætatis, occupantes illos in exercitationibus honeſtis & vtilibus. In eum vſum erant in Templis, Domus deſtinatæ pueris, inſtar Scholarum & Collegiorum. Erat in his Scholis magnus puerorum & adoleſcentum numerus, qui a parentibus eo deducebantur. Hic habebant præceptores & pædagogos, qui eos liberaliter inſtituebant, eumque animo cultum ac fomenta adhibere curabant: vt ad probitatẽ, decus, virtutem, pietatem informarentur. Hiſpaniæ novę, ſicut & totius Indiæ incolæ Idololatræ erãt, præcipue Solem ac Lunam pro Dijs adorantes, tametſi alia quoque diverſa idola haberent, quæ pro diverſarum rerum Dijs habebant, perinde ac Ethnici Neptunum, Cererem, Bacchum, alioſque, quibus & amicos & hoſtes immolabant, neo aliud erat in ſacrificijs diſcrimen, niſi quod amicorum carnibus non veſcerentur, ſed inimicorum: quod etiam ipſum extra ſacrificia obſervabant. Sunt Indi rerum mechanicarum egregij artifices, præſertim in contexendis varijs auium plumis & ferarum pellibus admiranda varietate: qui et laborũ tam ſunt patientes, vt ſæpiſſime integro die cibum non ſumant, quo ſpecioſius concinnent & aptẽt, vel vnicam plumam, eandem omni ex parte contemplantes, tum ad Solem, tum in vmbra, vt percipiant magis ne recta an inverſa conveniat, erectis an deflexis crinibus. Itaque ex plumis animal quodcunq;, aut florem aut herbam tanta dexteritate mentiuntur, vt videantur ad vivum expreſſiſſe. Aurifabrorum prima & præcipua eſt conditio, & præ cæteris artificioſa: adeo quidem vt res quaſuis ad viuum exprimant: valentque plurimum fuſionis artificio, adeo vt vel herbas quaſuis, tum res minutiſſimas fuſione fingant, tam exquiſite, vt a naturalibus differre non dicas. Abſurdi admodum in cibo ſumendo ſunt, neque enim abſtinent animante vllo, ſed Anguibus, Canibus, Muribus, Gliribuſque æque veſcuntur, vt mirum videri nõ debeat, ſi humanis carnibus veſcantur. Panem quo veſcuntur conficiunt ex grano Maiz dicto. Potuum vero varia genera ex certis herbis & granis coquunt, quibus ſæpius inebriantur. Tam viri quam fęminæ vt plurimum nudi incedunt, & imberbes; non quod ipſis non naſcatur barba, ſed quod ſpecioſiores ſibi videãtur evulſa. Locis quibuſdam vbi amplius quid politiæ obſervatur, induſio veſtiuntur bombycino manicis privo, intexto & variegato plumis variorum colorum. Sola Mexicana civitas, omnem politiam & vivendi rationem totius nouæ Hiſpaniæ patefacit. Quæ cum eſſet totius Imperij Metropolis, diverſæ eo confluebant eiuſdem regionis gentes, negotiandi gratia. Itaque ſingulæ nationes ſua loca probe ordinata obtinebãt ac ſeruabant, in quibus ſingulis diebus quinis fora obſeruarent, omnibus rebus venalibus optime inſtructa. Itaque ſingula opificij, & mercaturæ genera, definitum ſibi locum, ac ſtationem certam habebant, quem nec vlli prœoccupare licebat, quæ certe non exigua eſt politiæ ſpecies. Neque commodius aut vrbs, aut domus quæpiam poteſt gubernari, teſte Xenophonte in Oeconomicis, quam rebus ſingulis præfinita certaq; loca ſtatuendo, quod ab Indis obſervabatur.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Silva.

Opera publica.

Scholæ.

Opificia.

Victus.

Veſtitus.

Mercimonia.

VIRGINIA ET FLORIDA.

Virginia.

SEquuntur in nostra Methodo *Virginia* & *Florida*. *Virginia* quæ primo loco occurrit, nomen a *Viguino* Regulo, secundum nonnullos, seu, vt mavult ille qui Francisci Draci expeditionis anno CIↃIↃ LXXXIV ad Occidentales Indias Diarium aut Commentarium edidit, ab Elizabetha Angliæ Regina nomen tulit. Incolis *Wingandacoa* dicitur. Fert autem vbertate quadam felicitateque miranda, quidquid Vitæ ex voto transigendæ, delicijsque fruendis necessarium: Vinum, Oleum, Fabas incolis *Okindgier*, Pisa, quæ illis *Wickonzowr*; Pepones & Melones, ipsis *Maeocquer*; Herbas varias: Castaneas, Nuces Iuglādes, Fraga, aliosque Fructus nobilissimos; item Alumen, Picem aridam & liquidam, Terebinthinam, Ferrum, Cuprum, Sericum, Linum, Cannabim, Gemmas, aliaque plurima. Verum ante alia Frumentum, (*Pagatowr* indigenæ vocant & Indi Occidentales *Maiz*) incredibili fœcunditate luxuriat; quod eo certe vehementius demirari licet, quod levissimam tenuissimamque agriculturæ curam ac rationem exerceant. Agros enim leviter expurgatos, & lolijs evulsis sarritos, cum aratrum vomeremque penitus ignorent, non tanto inductis sulcis subruendi, glebas occandi, deinde post iacta semina cylindro æquandi labore fatigant incolæ, quantum nostri ad fruges serendas requirunt; sed lignea pala modice vulneratam humum leviter invertunt, scrobibusque effossis grana pastino ligneo, sicut apud nos fabæ solent, depangunt, quæ terra demum superfusa condita in sūmam luxuriam prorumpunt. Animalia in nonnullis locis producit varia; Vrsos, Leones, Lupos, Cuniculos, & quæ Incolæ vocant *Saquenuckot*, *Maquowoc*, & *Squirels*. Aves præterea cum alias tum Gallos & Gallinas Indicas, Columbas, Perdices, Grues, Cygnos, Anseres, Psitacos, Falcones, & Accipitres. *Virginia* autem extra communem navigantium cursum sita, Anglorum demū navigationibus innotuit. Prima ad hunc parallelum *Walteri Rallegi* fuit navigatio; plures deinde succedentibus temporibus huc directæ sunt, Ducibus *Richardo Greinvillio*, & *Radulpho Lanio*, faustisque ominibus Anglorum colonia hic coaluit. Sed anno CIↃIↃlXXXVII cum rerum omnium inopia premerentur, eodem Lanio provinciam deserēte, Coloni navibus *Francisci Draci* ab expeditione Indica eo commeantis, in Angliam redierunt. Horum relationibus *Virginia* adverso rumore laborare cœpit, detrectantibus plerisque colonis redire, & in tam longinquā infaustamque navigationem nomen dare. Cum detegeretur Regem habebat *Winginam* nomine. Opida hic exigua, decem aut duodecim ædium capacia: defixis humi palis, angusto aditu in orbem ædificant, tēplo principis, procerumque mansionibus, & area, seu foro rerum vænalium, domibusque incolarum, circumquaque in circuitu distinctis affabreque collocatis. Civitates circa littus sunt hę: *Pyshokonnok*, mulierū civitas, *Chipanum*, *Weopomiok*, *Muscamunge*, & *Mattaquen*, *Ooanoke* Anglis dicta cæca civitas, *Pemeoke*, *Shypcoake* civitas valde ampla, *Chowanoake*, *Sequotan*, & aliæ. Flumina quibus rigatur sunt *Occam*, *Ctpo*, *Nemopana*, *Neus*, & alia. Quatuor mensibus anni Februario, Martio, Aprili & Maio, copiosa hic Acipenserum captura; atque etiam ijsdem mensibus alecum. Sunt et Troctæ saporis iucundissimi, optimi nutrimenti: Raiæ, Mugiles, Passeres, ac multa alia genera piscium. Nec desunt alibi Cancri, Ostrea, Conchæ, Cammari, atque alia id genus. Silvas etiam habet et Nemora frequentia, Cuniculis, Leporibus, atque Avibus referta. Silvę non sunt quales in Bohemia, Moscovia aut Hyrcania nudæ gignētium & steriles: sed celsissimis atque optimis quę in toto Orbe reperiantur, Cedris constitæ, Pinis, Cypressis, Lentiscis, aut arboribus quæ Mastichen generant, ac multis alijs arboribus odoriferis. Incolæ mediocri statura, æqui bonique tenaces, iustitiam exercent, animæ immortalitatem sentiunt, sed saltationibus assiduis, intempestivisque compotationibus ad instar aliorum Americanorum, intemperanter indulgent, a carnibus tamen humanis abstinēt. Assiduis venationibus feras insectantur. Arma sunt Arcus & Sagittæ. Credunt multos esse Deos, quos nūcupant *Mantoac*, sed variorum generum & graduum, atque vnicum dumtaxat præcipuum ac magnū Deū, qui fuit ante omnia secula. Qui, vt affirmant, cum Mundum condere decrevisset, primum alios Deos ordinis præcipui condidit, quibus tamquam adjutoribus & instrumentis, tum in creatione, tum in gubernatione Mundi vteretur: Tum Solem, Lunam, & Stellas, tanquam minorum gentium Deos, atque instrumēta alterius ordinis magis præcipui. Primum (aiunt) Aquę creatæ sunt, ex quibus opera Deorum omnis creaturarum varietas visibilium atque invisibilium exstitit. Ad genus humanum quod attinet, mulierem primum conditam esse aiunt, quę opera & adminiculo cuiusdam Deorūm, concepit ac liberos peperit: atque in hunc modum genus humanum ortum esse asserunt. Sed quot anni ex illo tempore elapsi sint, sese referre posse negāt, cū nullas habeāt literas aut alia adminicula & Monimenta eiusmodi, vt nos, ad conservandam temporis præteriti memoriam, sed dumtaxat traditionem parentum. Nudi incedunt, cutem coloribus punctorisque inficiunt, aut deturpant. Verenda ferinis pellibus contegunt, promissam capitis comam nutriunt, dependentesque crines in nodum colligunt, sed verticem ad instar cristæ Galli Gallinacei detondent, quem oblonga versicolore pluma ornant. Sed de moribus et natura indigenarum, deque alijs Virginiæ commoditatibus aut mirabilibus plura ex descriptione *Ioannis Wyts*, & relatione *Thomæ Hariots* dicti Rallegi domestici, per Theodorum Brium singulari libro descripta, & æneis formis incisa circumferuntur.

Insula. *Vnde dicta.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Opida.* *Flumina.* *Silva.* *Mores.*

Ciuitatum Floridæ imitatio.
Ciuitatum Virginiæ forma.
VIRGINIAE
Item et
FLORIDAE
Americæ Provinciarum, nova
DESCRIPTIO.
AMERICÆ
PARS.
FLORIDÆ
PARS
VIRGINIA
SECOTAN
Apalchy Montes auriferi
Mochoma Fluvius.
Molinis Mordacius est 300,000 qui ad hunc inclinantur per centum 50. & 57. pondiorum.

Regio.
Vnde dicta.

FLorida (vt obiter etymō eius exquiram) appellationem habet, quod ipsa Dominica palmarum reperta sit, quam Hispani suo idiomate *Pascua de flores* vocant. Inditum ei hoc nomen a Ioanne Pontio Legionensi. Alij inter quos Thevetus, alio referunt nominis originem, nempe quod tota viridis floridaque sit, stratis etiam vndis herbis viridantibus; sed penes authorem sit huius rationes fides, cum nusquā ab alijs consonantia tradantur. Ab Incolis *Iaquasa* dicebatur. Circumscribitur hæc provincia latissimis finibus, ab ortu Bahamā & Leucayas insulas habet, in occidente Mexicanæ provinciæ terminos attingit, a Meridie Cubam & Iucatanas terras respicit, excurrens in modum Isthmi ad centum passuum millia, quaq; angustissima est, triginta milliarium latitudinem occupat. In Septemtrione supra Floridam sunt Canada, Virginia, Avanares, & Nova Francia. Regio satis amœna est & omnium fructuum fertilis. Magna incolis annonæ cura; Maizium Martio et Iunio serunt, tertio dehinc mense maturum colligunt, ac in publica horrea recondunt, mox singulis pro cuiusque necessitate & dignitate distribuunt. Aliis pręterea & quidem variis fructibus beata, Moris, Cerasis, Castaneis, Vvis, Mespilis, Prunis speciosis quidem aspectu, sed insciti saporis. Sunt & radices ipsis *Harle* dictæ ex quibus in annonæ penuria panem conficiunt. Animalia producit varia, Cervos, Hinnulos, Capras, Vrsos, Leopardos, Lupos, Canes sylvestres, Lepores, Cuniculos. Nec desunt volatilia, Pavones, Perdices, Psitaci, Columbę, Palumbi, Turtures, Merulæ, Cornices, Accipitres, Falcones, Ardeæ, Grues, Ciconiæ, Anseres silvestres, Anates, Corvi aquatiles, aliæque multæ id genus. Ingens hic Crocodilorum copia, cum quibus assidue bellum gerunt, & tamquam aduersus armatos vndique circūfusos hostes, in perpetuo metu excubijs vigilijsque sese tuentur. Sunt & varia genera Serpentium, atque animal quoddam Leoni Aphricano haud absimile. Habet denique peregrinum quoddam vulpi persimile, sub ventre loculo quodam ceu sacco munitum, qui & aperitur & clauditur, vt fœtus editos excipiat, cumque ijs pericula effugiat. Mansit hæc provincia postquam à Ioanne Pontio detecta esset ad tempus intacta, nemine sibi illam desposcente, propter incolarum ferociam. Procedente deinde tempore, *Ferdinandus Sottus*, Præfectura hanc à Carolo Imperatore obtinuit, multisque veteranis militibus scriptis, Floridam adnavigavit, anno trigesimo quarto supra millesimum quingentesimum, sed aurarijs nimium investigandis intentus, nullâ curâ vrbis deducendæ condendæque, dum per provinciam vagatur, non inventis quas crediderat auri secturis, mœrore confectus interijt, milites sociique passim a barbaris cæsi & discerpti sunt. Succedentibus temporibus, *Galli*, tempore Caroli noni, Dice *Iohanne Ribaldo*, Floridam versus enavigarunt, improspere hac illis cedente navigatione. Alteram æque infaustam nauigationem Duce *Landonniero* susceperunt Galli anno M. CCCCC LXII extructa arce Caroliâ, quæ brevi ab Hispanis occupata fuit. Biennio post *Dominicus Gourguesius* comparata classe trium navium, cum centum quinquaginta militibus & lxxx nautis vltus Gallorum manes, Carolinam arcem recepit, everit ac solo æquavit. Sed in reditu cum á Rege suo hoc factum iniquo animo accipi intelligeret, quieuit, nec ue vlla amplius Gallorum in Floridam expeditio memoratur, mansitque Hispanis vacua harum terrarum possessio. Provinciæ celebriores Terræ Floridæ ab Hispanis repertæ, sunt *Panuca* regio, in finibus Hispaniæ Novæ sita, cuius incolæ bellicosi admodum, & in bello crudeles; captivos idolis immolant & comedunt. Viri barbas sibi evellunt, vt speciosiores appareant, nares & aures perforatas habent, nec ante xl ætatis annum matrimonio iunguntur. Hinc *Auanares* regio, & *Albardaosia* Provincia, quarum incolæ sunt versutissimi, moribusque a reliquis Indiæ populis differunt. Hi enim per omnes Indiæ regiones noctu bellar nō solent: At *Albardaosij* magna pręliantur astutia, noctuque bellum gerunt, agrosque devastant: inimicum si persentiscant debilem, adoriūtur, sed victum non persequuntur: nec victoria vti norunt. Est quque in Florida *Iaguazia* regio, cuius incolæ adeo cursu valent, vt Cervos superent & capiant, curruntque diei integrum nec fatigantur. Sunt & aliæ regiones & Provincię terrę Floridæ, vt *Apalachia*, *Autia*, *Somoia*, & alię. Regio in vniversum plurimis rivis fluminibusque irrigua, eoque humidior; & in montibus *Apalchicis* ingentes rivi oriuntur, Auri Argentique arenas provolventes, quas incolę ripis per fossas diductis, colligunt, & secundo flumine ad maris littora venales deferunt. Inter flumina præcipua sunt *Porto Real* dictum, quod sonat Portum regium. Ostium fluvij tria milliaria complectitur, habetque duo promontoria quorum alterum Occidentem, alterum Septētrionē spectat: itē *Rio secco*, *Fl. Magnus* aut *Grandis*, *Garumna*, *Garenta*, *Ligeris*, *Axona*, *Sequana*, *Ay*, *Seravahi*, *Maius*, & alia. Oram habet satis asperam, ac paucos maris ortus, quinetiam mare eam abluens scopulis ac brevibus refertum est. Regio plana est, ac paucos habemontes in quibus *Apalchici* præcipui. Circa fluvium *Portum regium* multę sunt Silvæ Quercubus et Cedris consitæ, in quibus Cervi plurimi ac Feræ, etiam multi Pavones Indici reperiebantur. Iuventutem exercet cursu, iaculando, & pila. Ingenio verò vafro sunt ac subdolo, ad bellum & vindictam proni. Arma sunt arcus, sagittæ veneno armantur, venationi & piscationibus mirum in modum indulgent. Reges continuis bellis in mutuam perniciem sæviunt. Vescuntur Araneis, Formicis, Lacertis, Serpentibus, ceterisque id gnus venenatis & insectis. Regis est vnicuique vxorem dare, seu vendere potius. Si in adulterio vxor deprehendatur, arbori per diem dorso alligata, exsertis brachijs, & disiunctis cruribus, virgis interdum cęsa, pœnas dat. Mulier, tertia postquam peperit hora, infantem ad amnem lavandum portat. Nulla illis securis vsgo, nisi lapideus. Vice aratri sunt illis asseres, quibus terram aperiunt. Colore sunt ęneo, quem certa inuctione & solis ardore contrahunt, cū tamen recenter nati, satis albi sint. Prorsus nudi incedunt, exceptis nibus ac fœminis, qui cervinis pellibus induuntur. Abundat regio Hermaphroditis, quorum seruili opa mancipiorum iumentorumque loco vtuntur. Animarum immortalitatem credunt, cætera idololatræ

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium.

Flumina.

Montes.
Silva.
Mores.

Victus.

Vestitus.

CVBA, HISPANIOLA, IAMAICA, S. IOANNIS, MARGARITA, INSVLAE.

Cuba.

SVccedunt nunc Insulæ, Cuba, Hispaniola, Iamaica, S. Ioannis, Margaritæ in nostra Methodo explicandæ. *Cuba* insula sic ab incolis dicta, etiam *Fernãdina* & *Ioanna* ab Hispanis vocata: item *Alpha* et *O*, si Petro Martyri credimus. Ea ad Occidentem mari secernitur a Iucatana: ad Ortum freto ab Hispaniola, ad Austrum est Iamaica. Eius Longitudo ab Ortu in Occasum extenditur ad ccc Milliar. aut potius Leucas Hispanicas: xv & alicubi xx habet in Latitudine. Eam mediam secat Tropicus Cancri. Qui Cubam videre, Salicis folio assimilant, eo quod longior quam lata sit. Regio est admodum temperata, quibusdam tamen temporibus frigidior: estque fertilissima Auri sed non puri, & optimi Æris ditissima. Magnam profert Rubiæ tinctorum copiam. Saccari item ingentem vim; Frumenta, Fruges ac Fructus varios, atque herbas. Gignit insuper Cassiam Fistulam, Zingiber, Mastichen, Lignum Aloes, & Cinnamomum. Serpentes, quorum hic ingentium copia, in delitijs olim fuisse memorantur. Nemora Porcos & Boves maxima abundantia nutriunt. Sex vrbibus habitatur, quarum præcipuæ *S. Iacobi* & *Havana*: illa exstructa a Iacobo Velasco, sedes est Episcopalis: Hæc totius Insulę Emporium & Navale: ad hãc solet classis Regia tamdiu subsistere, donec & anni tempus, & venti commodam navigationem traiectumq; in Hispaniam polliceantur. Nunc in ea triremes aliquot sunt quæ oram omnem contra hostes tueantur. Multos habet hæc insula Auriferos fluvios, quorum aquæ dulces & potui aptæ sunt. Dulcia & salsa stagna frequentia, vnde hic quoque salis copia. Regio aspera, excelsa & montosa, Montesque assatim Auri præbent secturis generosis. Estque in eadem Insula non procul a Mari Mons, e quo Bitumen fluit aptum navibus stipandis. Aliam rem admiratione dignã in hac Insula describit Gonzalus Ovetanus: Vallem quandam inter duos Montes ad duo aut tria milliaria Hispanica deductam, (Campum Lapideum veteres, vti in Narbonensi Gallia hunc vocassent,) quę Lapideos Globos producit tanto numero, ut quis multas inde Naves onerare possit, atque a natura adeo ad sphæricam formam rotundos factos, vt nihil circino possit ab Artifice fieri rotundius Ipsa gens naturæ benignitate contenta, neque meum neque tuum, aut exitialem pecuniam noverat, sed omnia in communi possidebat, sicuti Solem & Aquam natura ex æquo omnibus largitur: apertis itaque viuebant hortis, & sine Legibus suapte natura rectum colebant. Nudi fere incedebant, raro Tuniculis quibusdã Bombycinis induti. In Nuptijs mirũ ritũ observabant: sponsus enim prima nocte cũ sponsa non concumbebat, sed si Dominus esset, Domini vicem eius supplebant: si Mercator, Mercatores: si deniq; Rusticus, Domini vel Mercatores. Ob levissimam causam viri vxores repudiabant. Sed mulieres ob nullam viros dimittere poterant: viri admodum libidinosi erant & obscœni. Hispani quidem populi frequentia excultam invenerunt, at nunc pene a solis habitatur Hispanis, quod Indigenæ partim fame, & laboribus, partim lue venerea interierint, ac potissimam Incolarum partem in Hispaniam Novam, postquam a Cortesio subiugata esset traduxerint, vt iam vix Indorum ullus, aut ullæ ipsorum reliquiæ superfint.

Insula. *Nomina.* *Situs.* *Cæli temperies et Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Flumina.* *Montes.* *Mores.*

Hispaniola.

HAnc Insulam Incolæ *Haity* & *Quisqueia* quondam vocaverunt, *Cipangi* quoque nomen postea tulit. Hispani a se *Spaniolam* sive *Hispaniolam* & a *Dominico S. Domingo* sive *S. Dominici* Insulam: cuius etiam honori vrbem exstruxerunt, quæ omnium est præcipua. Huius Insulæ ambitus c10 cccc Milliarium, seu ccc l Leucarum: Longitudo 10 Milliar. Latitudo pro Sinuum & Promontoriorum ratione varia. Hanc P. Martyr reliquarum omnium Insularum genitricem vocat. Medium Insulæ ab Æquatore distat gradibus pene xix. Versus Boream forma oblonga est, panditur enim ab Ortu in Occasum. Aere fruitur temperato, unde Arbores vt plurimum perpetuo virent: estque præ ceteris omnibus amœna & fertilis. Sacchari cannas aiunt hic altiores crassioresque esse, quam usquam alibi. Octo & viginti erecta sunt torcularia quibus Saccharum exprimitur. Fertilitatis indicium hoc est, quod Triticum satum centuplum reddat. Valenţiæ in Hispania ex unica canna vix septem phialæ implentur: in Hispaniola viginti, sæpe etiam triginta. Gignit præterea hæc Regio Cassiam fistulam, Zingiber, Mastichen, Lignum Aloes, & Cinnamomum: Salis etiam vberem proventum habet. Auri & Argenti Fodinæ sunt diuites: est & aliorum fossilium non parva quantitas, præcipue vero coloris cærulei. Ante Hispanorum adventum tria tantum hic erant quadrupedũ genera, nunc importatis aliunde animantibus ita repleta est, vt ex ea pellium & coriorum magna vis quotãnis in Hispaniam exportetur. Vrbes huius Insulæ multę sunt: Præcipua est *S. Dominici* ad ostium fluvij *Ozama*, sede Episcopi & Vicarij Regij inclyta: In hac etiam pecunia cuditur, sed non ea quantitate qua in Mexico. Sunt & vrbes minores, s. *Ioannis*, *Meguma*, *Portus Plata*, *Portus Regius*, *Canana*, *Xaragua*, aliæque. Sunt etiã in hac Insula Fluvij complures, Lacus ac Fontes admodum piscosi. Præcipuam tamen & amœnitatem & commoditatem Incolis præstant quatuor ingentia flumina, quæ in ipso Insulæ umbilico, delapsa ex altissimorum Montium iugis, in diversissimas mundi partes abeunt: *Iuna* ad Orientem, ad Occidentem decurrit *Attibunicus*, *Iacchus* Septemtrionalibus, *Naibus* Meridionalibus aquis miscetur, sicut quadripartito Insula dividatur. Est pręterea in Bainoa ingens Lacus, Indi *Hagueigabon*, nostri Mare Caspium vocant, is infinitis vndique fluvijs auctus, nusquam tamen excurrit aut exoneratur, sed cuniculo absorbetur: haud vanis cõjecturis creditur rupes hasce spongiosas, per subterraneos meatus Maris aquam recipere, quod ibidem mul-

Insula. *Nomina.* *Situs.* *Cæli temperies.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Vrbes.* *Flumina & Lacus.*

CUBA INSULA
INSULA IAMAICA
INS. S. IOANNIS
IS. MARGARETA CUM CONTINTIS
IUCATANUS SINUS
PARS HISPANIOLÆ
CUBÆ INSULÆ PARS
HISPANIOLA INSULA
HISPANIOLA
HAITY
QUISQUEIA dicta
Guacayarima
Caicimu

titudo Marinorum Piscium inveniatur, & aqua Maris salsugine infecta tota muriatica sit. Subterraneum hoc Mare ventris agitatum, sæpe multas Indorum lintres sive *Canoas* demergit. Alij insuper quantumvis minores in hac Insula sunt salsi Lacus: Est quoque *Magnanus* Lacus, præstantissimis aquis nobilis. Vltra supradictos Lacus, ingens etiam Fluvius in Mare salsus decurrit, quantumvis dulcis aquæ infinitis rivulis fõtibusq; auctus. Nec Montes desunt altissimi, ex quorum jugis ingentia flumina delabi supra diximus. Incolæ Rerũ omniũ vnum Motorem invisibilem credebant, cætera erroribus involvebant. Natura ociosi & desides, victum sine labore parabant, piscationibus dediti, nudi incedebant.

Montes.
Mores.

Iamaica.

Insula.
Situs.

IAmaica, quam nunc *Sancti Iacobi* Insulam nuncupant, ad Orientem Hispaniolæ, xxv ab ea Leucarum intervallo discreta, xvi gradibus ab Æquinoctiali limite distat. Ad Septemtrionem Cubæ vicina est. Qua Meridies S. Bernardi Insulas, & Carthagenam respicit: qua Occidens Iucatanas Terras seu Fonduram. Ambitus eius 120 Milliarium. Regio grata aeris salubritate & temperie gaudet: atque ita fertilis est, ut soli fœcunditate cum quavis alia certare possit. Habet Auri Metalla: Saccari & Gossypij magnum proventum. Nec non Animalium diversorum copiam. Frequens olim cultoribus erat, nunc Incolis aut ferro aut mortalitate absumtis, rarius culta, duabus tantum civitatibus habitatur: quarum primaria *Sevilla* sive *Hispalis*, in qua Ecclesia principalis cum Abbatia, ubi Primatum gessit *Petrus Martyr* Anglerius Mediolanẽsis, vir in tractandis rebus Indicis diligens. Altera *Oristan.* Fluvij hic multi & Lacus piscosi. Vnicum in Vmbilico Montem habet, qui leniter adsurgit, ab omni regionis latere sensim crescens. Gens Lege, Ritu, Moribusque in nullo ab Hispaniolensibus Cubensibusque discrepat, tantum ferociores fuisse memorantur.

Cæli tẽperies.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Vrbes.
Flumina & Lacus.
Mons.
Mores.

Insula S. Ioannis.

Insula.
Nomina.
Situs.
Soli fertilitas.

INsula S. Ioannis, vulgo a Portu divite cognominata, prius *Borichena* vel *Borica* dicta, habet ab Ortu Insulam S. Crucis, Insulasque exiguas plures. Ab Occidente & Borea Insulam S. Dominici; a Meridie Promõtoriũ Pariæ, a quo cxxxvi Milliaribus abest. Insula in Longitudine porrigitur ad quinquaginta pene Mil. in latũ patet xii, aut xvii: maxima Lat. xviii pene Mil. Germanica cõplectitur. Affluit Frugib⁹, Fructibus, Animalibus, ac Auro: præterea & Guaiaco Ligno perfectissimo, quod Lignum Sanctum vulgo dicitur. Dividitur autem hæc Insula in duas partes, nempe Borealem & Australem. Borealis quidem Auro abundat plurimo: Australis Frugum, Fructuum, Aviumque feracissima: aliorum vero Animalium atque Auri prorsus egena. Columbus secunda sua navigatione hanc insulã detexit: sed Ioannes Pontiº Legionensis pacificata Provincia insulanos domuit, & Caparram in Septemtrionali parte ædificavit, sed relicta Caparra propter ingentem aeris insalubritatem, conversa ad Occidentem habitatione, Guanica, iuxta ingentem Insulæ Sinum in fronte Occidentis habitari cœpit, anno a nato Christo 1510. Sed propter insectorum molestiam, cito quoque deserta, & monstrante *Sotto Maiore*, Aguadam Coloniam deduxerunt. Anno 1511 Borichinienses rebellarunt, vocatisque in auxilium Carybibus multos Hispanorum obtruncarũt, sed mox victi & in ordinem redacti quievere. Hoc tumultu memoriæ proditum est, *Berezillem* canem stipẽdia meruisse, multosque Insulanorum dilacerasse. Est nunc in ea vrbs præcipua *S. Ioannis* optimo gaudẽs portu. *Fluvij* hic sunt aliquot, inter quos Cairabonus fluviorum maximus, ad Septemtrionem decurrit, cũque omnes aureis glareis arenisque fluant, Septemtrionale tamen latus, uti supra quoque a nobis dictum est, generosioribus fodinis commendatur. Meridiana pars portuosior, frugibusque beatior, Maizium cęteraq; necessaria vitæ producit. In Insulæ meditullio Montem esse autumant, ex cuius radicibus totius Insulæ flumina scaturiunt. Incolæ colore subobscuro sunt, raris pilis & veluti imberbes, feri, crudeles, quorum arma sunt Sagittæ veneno infectæ, utuntur que Scaphis ad sulcandum Mare ex unico ligno excavato elaboratis, quas ipsi *Canoas* vocant. Non possum hic præterire quod in hac Insula accidisse Benzo memorat. Quum primum Hispani hanc Insulam subigere aggressi essent, Insulani eos immortales esse pro certo habebant: ejus rei periculum facere unus e primoribus Insulæ Regulis aliquando constituit: dat negotium famulis ut Hispanum quemdam, hospitem suum, perlatum ad flumen, tamdiu pede vno retentum sub aqua mergi sinerent, donec extingui posset, si mortalis esset. Illi sic demersum & suffocatum Hispanum humeris ad Herum deferunt: is quum haud dubie mortuum esse videret, tali experimento cæteros quoque mortales esse iudicavit.

Vrbs S. Ioãnis.
Flumina.
Mores.

Margarita.

Insula.
Situs.
Soli qualitas.

MArgarita Insula vel *Margaritarum*, alio nomine *Cubagua* dicitur, x Millia in circuitu patet, decem gradibus & dimidio ab Æquinoctiali linea distans; omni sui parte plana, sterilis: nuda arboribus, aquę expers. Itaque tanta plerumque humoris inopia est, quum propter contrarios ventos nihil e Cumana subvehatur, ut sæpenumero cadus Vini pari Aquæ cado permutetur. Cuniculis, Sale & Piscibus abundat. Imprimis vero Vnionum copia nobilis est. Incolæ colore fusco sunt, raro capillitio, & velut imberbes, feri, crudeles. Vescuntur Ostreis e quibus Margaritæ sumuntur. Non est in toto terrarum Orbe Insula tam parva, quæ tantos reditus suppeditarit, ac vicinos populos adeo ditaverit quam hęc. Margaritæ quæ paucis annis hinc petitæ sunt, summam 11 Millionum Auri superant; sed hac ratione multi Hispani & Servi periere.

Mores.

AMERICA MERIDIONALIS.

SEquitur *America Meridionalis* sive *Pervana*, inter quam & Hispaniam novam terræ spatium ad latitudinem decem & octo milliarium interest. Propter quam regio Pervana insula esse desinit: diciturq; *Provincia Dariena*, mutuato nomine à magno fluvio *Dariene*. Porro *America* omnis *Meridionalis* pyramidalē formam habet: cuius basis prope Ihstmū est, Boream versus: vertex siue cuneus sensim extenuatus ad Magellanicum fretum versus polum Antarcticum desinit in acumen, gradibus pene L III dissidens ab Æquatore. Ad Ortum alluitur mari quod vocant *del Nort*: ad Occasum mari *del Sur* sive Pacifico. Regionem omnem à Borea in Austrum montes secant. Ambitus est sedecim milliū milliar. Partes eius multæ: sed præcipuæ hæ quinq; *Castella aurea, Popaiana, Peruvia, Chile, & Brasilia*. *Castella aurea Castiglia del oro* nomē accepit ab Auri maxima quo abundat copia. Iuxta isthmum sita est, quo pars Australis Boreali connectitur. Latitudo isthmi est lxxii. milliar. Est autem hæc terræ pars male habitata, ac parum culta ob inclementiam Cæli, ac stagnantes aquas. Estque earum rerum quæ ad annonam spectant minimè ferax, tametsi bis terve in anno colligant suum *Maiz*, grani genus, quale ante dixi. Vrbes duę sunt, *Nombre de Dios* ad mare del Nort, & *Panama* ad mare del Sur. Quicquid ex Peruvia in Hispaniam mittendum est, id omne in Panamaide vrbe coactum, terrestri itinere mittitur ad Nombre de Dios, inde in Hispaniā navibus exceptū asportatur: Quicquid ex Hispania in Peruuiam mittendum est, id delatum in Portum *de Dios*, terrestri itinere mittitur Panamaidem; indē navigijs devehitur in Peruuiam. Fluvios habet auriferos, & mineralia vnde facilitate propemodum incredibili, Auri vis ingens extrahitur.

Regio. *Situs.* *Castella aurea.* *Vnde dicta.* *Situs.* *Cœli & Soli qualitas.* *Vrbes.* *Flumina.*

Popaiana regio incipit à parte Septemtrionis ad vrbē Antiochiā, desinitq; ab Australi parte ad vrbē Quito. Itaq; a Septemtrione terminatur ad fines Castellæ aureæ, a qua separatur in vrbe Antiochia. A meridie vero Peruanæ regioni vicina est, indeq; disiungitur vrbe Quito; ab Ortu distinguitur regno novæ Granatæ Transādeno, & Peruana regione, quæ inde incipit, Orientē versus. Ex parte Occidentis iungitur mari Australi. Hi sunt fines ditionis Popaianæ, cui longitudo cc milliaria: Latitudo xl complectitur; et nōnullis in locis latior est. Regio hæc montib excelsis, horridis & admirandis prædita est. Olim quidem populo abundabat, præcipue ad Valles Noreias, ob fertilitatem rerumque abundantiam.

Popaiana regio. *Situs.* *soli qualitas.*

PERVVIA Regio totius novi Orbis nobilissima, tota ferè intra Æquatorem & Tropicum Capricorni clauditur. Nomen accepit à Portu & Flumine cognomine. Suntque fines eius a Septemtrione noua Granata, Castella aurea & Peru fluvius ac portus: ab Occasu est Ocean seu *Mar del Zur*: a Meridie Chila provincia: & ab Ortu montes, occupatque Longitudine sua mille et octingentas leucas. Hęc autem dividitur hodie in tres partes iuxta regionis situm; in planitiem; in *sieras* seu montes: & in *Andes* seu Vltramōtanam. Planities Peruviæ iuxta maritimam oram expanditur milliaribus propemodum CIDID Ital. Eius latitudo maior ad lx accedit. Est autem hæc pars arenosa, solitudinibus frequentibus deformis, ac maiori ex parte sterilis, præsertim cum nec vllos habeat fontes aut lacus, nec vllis imbribus aut pluvijs vnquam rigetur. Sūt tamen in ea agri permulti circa fluminum ripas viriditate ac fœcunditate læti, fluviorum vtili perfusu ac inundatione irrigati: vnde Gossypium varij coloris, & omne Frumenti genus copiose reddunt. Huius tractus Incolæ viles, pro esca pisces & crudas carnes habent. Montana regio longo extenditur tractu a Septemtrione ad Meridiem mille circiter leucis, & aliquibus in locis minus. Sunt vero hi montes admodum frigori obnoxij, in eisque frequenter nives cadunt: nec arbores vt plurimum proferunt, vnde incolæ ignem ex terra quadam ad hoc apta fovent. Reperiuntur hic Leones, Vrsi nigri, Lupi, Capreoli, & quoddam pecudum genus Camelis simile, e quarum lana vestes gausapinas, & alia necessaria conficiunt. Continentur inter hos montes multæ amplæ valles ac profundæ fertilissimæ, ac populo numerosissimę, cū aere fruantur calidiore. Et incolæ quidem harum vallium cæteris huius tractus ingeniosiores, & ciuiliores sunt. *Andes* sunt etiam montes, sed continua serie producti absque vallibus. Hi etiam a Septemtrione in Meridiem porriguntur, & inter hos & alteros montes *Collao* provincia clauditur, quæ sane vtplurimum montibus referta est, ac frigori subiecta, sed tamen valde populosa. Montana regio, Levino Apollenio teste, maritimæ regioni hominum cultu, vrbium frequentia, & Soli Aerisque beatitudine longe præstat, ac peculiari idcirco Regum sede, Procerumque habitaculo excoli consueuit. Terra enim omnis egregia clementis Cœli temperie adiuta multo innumerabilium rivorum, amniculorumque quos montes profundunt excursu, mirifice fœcundatur, ita vt graminosis vbique viretis lætissime transeuntibus arrideat, & fertilibus passim pratis gravida omne leguminum genus liberaliter prębeat. Nam præter *Chamaecerasia*, & alia id genus mora dumetis assueta, lactucas etiam, brassicas, caros, daucos, raphanos magna proceritate luxuriantes, & tenuium etiam mensis vulgares, amaracum, nasturtium, petroselinum, salviam, oxylapathum, mentam, & portulacam, condiendis epulis lautissimas herbas profert, & reliqua porro omnia, quæ postea Hispanis serentibus accepit, vberrima referendi benignitate reddit. Præter has & aliam herbam edit, flavos flores tenuisculis pedunculis gerentem frondium habitu, apio non absimilem, quam celebratissimo à Græcis scriptoribus potamio stratiote potentiorem vulneri etiam renascenti, & chirurgorum desperatione deplorato vnicum remedium afferre; eandem autem carnem sanam ac valentem (si huic adhibita sit) ad ima ossa peredere ferunt. Hac etiā prestantior nascitur altera (*Cocam* indigenæ vocant) frondibus eius arbusculæ similis, Græcis Rhus dictæ, Latini fruticem coriarium vocarunt, quæ sicuti reipsa compertum est, omnem cibi ac potus appetitum avertit in ore gestāti. Verum ante alia frumentum tanta fœcunditate luxuriat, vt si vere proditur, vno ex satiuo frumenti sextario, quinquaginta aut centum, ducenti interdum progignantur: quod eo certe vehementius demirari licet, quod levissimam tenuissimamque agriculturæ curam ac rationem exerceant. Pumilium etiam animantiū campi, ac imæ valles ad aucupum voluptatem vsque adeo sunt plenæ, vt Lepores, Cuniculi, Turtures, Columbæ, Ficedulæ, Nisi, Frigillæque nullo anni tempore mensis desint. Sed ne Psittaci quidem, Vulpes, Vrsi ac Leones rara montanis sunt animantia. Equi non isthic modo, sed per vniversum Orbem novum penitus incogniti, verum horum inopiam, quamquam imparibus & ineptis ad bellum viribus, Ovium copia supplet, quę Equis magnitudine pares, & cætera forma, præter torosi pectoris strumā, Camelis persimiles, quinquaginta onerum pondo sustinent, & virum in terga sublatū ad aliquot passuū millia vehunt. Hactenus ille. Auri Argentiq; ditissima inter omnes totius Orbis regiones non immerito Peruvia censetur. Non solū enim plurimas easq; nobilissimas Auri & Argēti fodinas habet, sed fluvios auriferos, qui rutilantibus arenis & pellucidis vndis limpidi aureo quodam profluxu ruere videntur. Continet autem *Peruvia* provincia intra suos limites plurimas vrbes ac civitates quarum præstantiores ac celebriores sunt: *Portus Vetus, Michaelis, Trugillū,*

Peruvia. *Vnde dicta.* *Situs.* *Soli qualitas & Animaliū varietas.* *Vrbes.*

MAR DEL
ZUR quod et
MARE
PACIFICUM
AMERICA
MERIDIONALIS
BRASILIA
Cuico metropolis Peru
TIERRA DEL FUGO
CHICA REGIO
Tabiquites
Magistatus Dictatores
Merpion
Fretum Magellanicum
Tropicus Capricorni

Trugillum, Regium seu *Lima, Arequipa, Quito, Cusco, Argyropolis,* & *Potosium.* Quarum quinque priores ab Hispanis primum situs commoditate, & mercaturæ opportunitate allectis occupatę sunt, & ædificijs more Europęo exornatę. *Portus Vetus,* vulgo *Portoueio,* prima est vrbs ab Hispanis occupata, quæ Æquatori proxima est iuxta maius littus, & optimo portu gaudet, sed aere insalubri, ob idque infrequenter inhabitatur. Ad hãc autem navigia appellunt quæ vel in Peruviam regionem tendunt, vel ab ea Panamaidem redeũt. *Michaelia,* seu *Diui Michaelis* vrbs, *Piura* a Barbaris vocatur, estque secunda ab Hispanis occupata. Iacet supra fluvium *Ciram,* optimum portũm habens: fertili etiam gaudet agro; sed auri argentique fodinis experte. *Trugillum* tertia Hispanorum vrbs, agrum feracissimum habet frumenti præsertim illius quod *Maiz* vocatur; sed navigijs parum frequentatur, ob portus incommoditatem. *Lima* seu *Regium* totius maritimi tractus excultissima Metropolis, in amœnissima valle ad ripam amnis iacet tutissimo in portu, ad duo passuũ millia ab littore semota. Mira aeris temperie gaudet, agro rerum omnium fertili, præsertim Frumenti, & omni Leguminũ nostratium genere: atque etiam Ficuũ, Malorum Citreorum, Aurantiorum, Limonũ, & cæterorũ fructuũ. Est præterea populo frequentissima: quingentis namq; ædificijs & pluribus excolitur, ambitum comprehendens valde spatiosum, in quo sunt latæ viæ, amplum forum, & cultissimi & amœnissimi horti. Condita fuit hæc vrbs a Francisco Pizardo anno CIƆIƆXXXV; & in ea residet nunc vniversæ huius provinciæ audientia, Cancellaria, Prorex, & Archiepiscopus, cui subsunt Episcopatus hi, *Quito, Cusco, Guamantiaci, Arequipa, Pas, Plata, Trugilli, Guanugio, Cacapaia, Portus Veteris, Guaiachil, Popoiani, Carchi, S. Michaelis, S. Franciscs. Arequipa,* quinta Hispanorum maritima colonia duodecim a mari miliaribus Ital. distans, fœcundo ac salubri in agro condita, trecentis amplius ædificiis nitet, & frequenter quidem habitatur, ob portus sui commoditatem. Mediterraneæ ac montanæ vrbes pręstantes sunt, in quibus Hispani etiam colonias habent. *Quito* vrbs, opulęnta est incolarum numero, Regio metropolitanæ vrbi fere par est, Æquatoris lineæ fere subiacet: nec tamen feruido, sed frigido potius cœlo fruitur. *Cusco* montanarum vrbium regina, multitudine incolarum *Regio* non cedit, & Fodinarum opulentia longe superior est. De moribus autem Peruvinorũ in vniversum Lævinus Apollonius sic scribit. Vniversi tribus potissimum gentibus distinguuntur, quarũ singulę plures sub se populos nominum rursus varietate differentes continent. Hæ gentes dissimilitudine gaudent, & diversis linguis sunt discretæ: frequenter etiam limites excedentes inter se bella gerere, & ferro iniurias vindicare discordes solebant, priusquam in vnius *Gynacana* ditionem ad Æquatorem vsque provincia cessit. Fœminis lanea vestis est ad talos vsque propendens: mares indusiolum ad suras vsque, & huic superiectum palliolum gestant. Quanquam vero idem fere tota regione corporibus vestimenti sit genus: capitum tamen habitus mirifice variant, cum singuli pro vsitato patriæmore fasciolas tornatiles, multi simplices, plurimi versicolores gerant: nec fere sint quiquam, qui eo in capitum ornatu secundũ patrium vsũ ab alteris non vehementer discrepent. Admirabili vero omnes Natura indolis simplicitate imbuit: adhuc vetustæ ruditatis hæres, qua ridiculas nobiscum negotiationes exercent: vix inexhaustas suas Auri atque Argenti gazas norunt, atque informibus eorum massis tantum vtuntur, quamquam aureorum atque argenteorum emblematum nõ minore quã nos delectatione capiahtur. Sed hæc hactenus, ad alias regiones trãseo.

Mores.

Vestitus.

Chili. *Chili* Regnum vltra Tropicum Capricorni situm est inter Peruviam & Patagonum regionem, quarum
Situs. hæc Meridiem, illa Boream spectat: ad occasum habet mare pacificum, longo tractu. Nomen habet à frigore: quod interdum his locis tam vehemens est, vt equos cum sessoribus penitus constringat, & marmoris
Cœli qualitas. instar induret. Pluvias, fulmina, & totius anni mutationem sentit distinctis interuallis, haud aliter atq; Europa: nisi quod illic æstas est quum nobis est hiems, mutatis rerum vicibus. Regio omnis partim maritima
Soli fertilitas. est, partim montana: quæ pars mari vicinior est, ea magis calet. Terra natura sua fertilis omniumque ad vitam necessariorum abundantissima, Melle, Verzinoque siue tinctorio ligno abundat. Gignit cumprimis piper longum; profert & laudatissimum vinum comportatis eo ex Hispania palmitibus; Auri obrisi hic quoque ingens proventus. Fructus qui ex Hispania allati hic seruntur, facile crescunt. Magna hic pecudum
Vrbs S. Iacobi. & Struthionum frequentia. Metropolis est ciuitas *S. Iacobi,* colonia Hispanorum, quam illuc nostra memo-
Flumina. ria duxerunt. Maritima multis fluminibus irrigantur, quæ colliquefactis diurno calore nivibus dilapsa summis montium iugis, in Pacificum aut Magellanicum æquor feruntur; sed plerique ob indomitum frig' noctu concrescunt, interdiu vero decurrunt soluto gelu. Montes huius Regionis cæteris ita præcellunt, vt in
Montes. vniverso Indiarum tractu similes non reperiantur. Præ cæteris vero harum Andium vel Alpium Cordillera, quam vocant, tam ardua excelsaque cõspicitur, vt vniversi orbis montium fastigia, nedũ Indiarum, magnitudine & amœnitate superet. Initium capit a Freto Magellanico, atque ad Panamam & Nomen Dei Hispaniæ novæ oppida pertingit. Sũt in ea excelsæ rupes, quarũ aliæ nivib' irriguæ, aliæ vero ignivomæ, & perpetuis fere imbribus obnoxiæ, vt eo difficilius accedi possint. Incolis vasta & firma corporis moles, membra
Mores. compacta, animus bello adsuetus: arma habent arcum & sagittas: vestem, pelles ferarum & Luporum marinorum. *Patagonum Regio* Austrum versus protenditur vsque ad fretum Magellanicum. In *Chica* regione ad littora S. Iuliani apparuere Magellano proceræ atque inusitatę magnitudinis homines: singulis longitudo erat denum pedum. Hi sine vlla nausea sequicubitales sagittas per guttur ad stomachi vsque fundum egere, vt hoc argumento ostenderent quam essent robusti.

Brasilia. Superest terra Orientalior Brasilia, a Verzino, siue coccinei ligni illic enascentis copia sic dicta. Inter duos fluvios sita est, *Maragnon* & *della Plata.* Ea sic a Maffeio describitur. *Brasilia* a duobus ab Æquatore gradib' partibusue, ad gradus quinque & quadragrinta in Austrum excurrens, trigoni oblongi speciem refert, cuius
Situs. basis in Æquatorem & Septemtriones obversa, ab Oriente in Occidentem recta protenditur. Angulus extremus ignotas ad Meridiem regiones attingit. Latus in Orientem spectans, interposito Oceano Hesperijs Æthiopibus obiacet. Alterum latus a Provincia Peruana disterminant iuga montium adeo celsa, vt ipsos avium volatus fatigare dicantur, vno dumtaxat, quod adhuc exploratum sit, eoque difficillimo transitu. Re-
Cœli temperies. gio tota inprimis amœna est, Cœli admodum iucunda salubrisque temperies; lenium quippe a pelago ventorum commodissimi flatus matutinos vapores ac nebulas tempestive disijciunt, solesque purissimos ac nitidissimos reddunt. Terra partim in planitiem soluta, partim in colles clementer assurgens, fe-
Soli fertilitas. lix præpinguibus glebis, & riguo solo, semperque vernante, credita semina, multiplici reddit fœnore: & Sac-
Animalium varietas. cari præsertim est ferax. Quadrupedia hic plurima sed ferme sylvestria, partim nota nobis, partim ignota: Avesque coloris eximii. Multæ hic Portugallensium coloniæ, in quibus complura sunt ab ipsis ad Saccarũ excoquendum constructa ad ficia, nempe *Pernambicum, Caput S. Augustini, Portus omnium Sanctorum,* vbi Episcopalis & Præsidis totius provinciæ sedes. Scatet ea tota ferme plaga fontibus ac sylvis & amnibus inclytis: e quibus (vt reliquos taceam, is quem *Argenteum* vocant, leucarum quadraginta ostio in Oceanum fer-
Flumina. tur, adeo violentus, vt inde Nautæ dulces hauriant lauces, priusquam tellurem ex alto conspiciant. Nullos
Mores. omnino Brasiliani colunt Deos, orientem tamẽ Solem venerantur, & animarum immortalitatem credũt. Homines magni & specioli, sed anthropophagi. Nudi eque viri ac fæminę prorsus incedunt, robustis lacertis, fluxo a vertice dun axat capillo: nam cæteras corporis partes identidem depilant.

FRETVM MAGELLANICVM.

ET hæc de *America Meridionali*: restat paucis explicandum *Fretum Magellanicum*, vulgo *Estrecho de Magellanes*. Nomen ei a *Magellano*, cui huius Freti inventio debetur. Cuius consilium de Insulis Moluccis inveniendis navigatione Oceasum versus institita, alias diximus. Is XXIV Augusti quum primum Maris procellæ mitescere inciperent, solvit ex Sinu Divi Iuliani, in quo aliquamdiu hæserat non tam fluctuum, ventorum atque hiemis, quam dissidiorum intestinorum inter Castellanos & Portugallenses tempestatibus exagitatus. Postquam aliquot dies Austrum versus navigasset, ventum est ad Promontorium S. Crucis. Hic vna Navis ad littus elisa est, salvis tamen vectoribus, armamentis & mercibus. Inde cum observaret littora ab Austro in Orientem paullatim deflectere, spes facta est Freti consequendi. Itaque XXVI Novembris fauces quædam detectæ sunt, quas cum quatuor navibus reliquis ingressus est *Magellanus*. Hic in Sinu quodam operiri placuit, & naves tres præmittere quæ viam tentarent, referrentque siquid visum a se observatumque esset. Harum una quæ fratrem Magellani *Alvarum Meschitam* vehebat, elapsa Oceanum repetijt, & directo in Septemtrionem cursu in Aethiopiam, inde in Hispaniam delata, octavo mense post socios desertos, *Alvarum* captivum Imperatori Carolo Castellæ Regi stitit. Altera navis Sinum tantum esse retulit, & quidem vadosum. Tertia adfirmavit esse Fretum, observato fluxu Maris & refluxu. Mensis erat November, nox horarum quinque præter propter. Dextra lævaque in littore solitudo, mortales nulli: nisi quod in parte sinistra conspecta magna ignium copia. Hæc causa fuit, cur & Regionem illam vocarent *Terram del Fuego*, & iudicarent se ab Incolis esse conspectos. *Magellanus* duabus navibus hoc modo amissis, tres reliquas prout ferebat tunc rerum occasio instruxit, et lustratis probe rebus omnibus, secundo & vicesimo die postquam Fretum ingressus fuerat delatus est in aliud Mare, quod a tranquillitate vocavit *Mare del Sur*: Ceterum Fretum hoc altissimis undique rupibus cinctum, CXX passuum Millia in longitudine occupat: vel secundum alios LXXVI Milliaria; Latitudo non respondet, neque usquam sui similis est, aliquando duo aut tria, nonnumquam decem aut quinque Milliaria patet, quaque angustissimum est, unius Milliaris spatio concluditur. Ipse Septemtrio ex Orientis latere inter utriusque terræ augustias per septuaginta & amplius passuum millia invectus, australibus undis miscetur, quæ ab Occidente promontorijs illis desseadis sive desyderatis insinuatæ, Septemtrionalibus Aquis occurrunt, magnoque inter se molimine concurrentibus undis, horrendo fragore totum in spumas vertitur Mare. Placidius Auster fluit refluitque, nam Occidentis hæc pars cum incredibilis sit profunditatis, extenuatisque passim littoribus maiorem in modum terra sese aperiat, quietum fluitanti Mari accessum præbet. Sed Orientale huius Freti littus, vadis brevibusque infestum, interiacentibus pluribus Insulis, frequentibus æstibus agitatur & ingentes aquarum motus ciet: littora altissimis ingentibusque undique arboribus consita, viridantibus pratis gratum pecori pabulum præbent. Formidatum hoc nautis littus hiberno cœlo non esse navigabile perhibent, propter ventorum inter pendentes rupes inclusos vortices: statis alioqui temporibus maris accessum & recessum patitur. Porro *Magellanus* dum in Australibus hisce partibus per semestre circiter spatium hæsit, nihil fere præter littora detexit & perlustravit, interiora regionis penitus incognita mansere: qua tamen Antarctico Circulo vicinior est, constat magna ex parte montosam ac silvestrem esse regionem, continuis nivibus rigentem. Non defuere qui cyaneì coloris nivem illic inveniri vellent, quod ego in medio relinquam. *Australem* hanc *Terram Magellanus* ab igne sive ignibus, *del Fuego* nominavit, propterea quod dum hoc fretum lustrabat pernauigabatque, nullos usquam mortales, sed frequentes, ut supra quoque diximus, longeque porrectos ignes in sinistro latere noctu sæpius conspexerit. *Australis* autem *Terra* sub ipso Occidente utramque Iavam, Sumatram & Moluccas respicit, ex Oriente Africam habet & Æthiopicum Oceanum, Septemtrio angustijs Magellanici freti obijcitur & Patagonum terris. Vtriusque ripæ regio sterilis est nullo Frugum beneficio recreata, satis tamen pascua proceris ignotisque arboribus consita esse perhibetur. Est hicalibi omni tempore Pinguinorum, Mergorum ac Phocarum copiosa multitudo. Pinguini etenim Mense Septembri huc se conferunt, pullosque in Octobri excludunt. Mense Aprili ad Mare se recipiunt: quibus copiosa multitudine Mergi succedunt. Pinguini nomen a pinguedine sortiti sunt, maiores XIII, XIIII, imo XVI libras pendent: Iuniores intra VIII & XII. Dorso nigro sunt, ventreque ab ipso iugulo albescunt. Quibusdam collum ambit circulus lacteus. Tergus iis velut Phocis crassitudine suillo simile: quod necacinacis ictu penetres. Rostrum maius est quam Corvorum, non tamen aduncum. Collum breve ac crassum. Corpus molem saginati Anseris habet, minori tamen latitudine. Alis carent, quarum loco II habent pinnas plumis obtectas, quæ alarum instar dependent, ijsque ad velocitatem in natando mirifice valent. Piscibus victitant: aquaticę enim sunt volucres. Sublimes ac erectæ procedunt pinnis illis demissis. Pedes habent nigros, quales anserini, non tamen ita latos. Insequente eas aliquo, voce pene humana ciulant. Nec deest Phocarum magna copia. Mare autem in quod per fretum hoc pervenitur, Magellanus *Pacificum* nominavit: sive quia vento plerumque secundo, minusque tempestuoso usus fuerat, sive quia propter ingentem vasti æquoris amplitudinem nullos ibi ventorum gyros vorticesque expertus erat: nunc vulgus Nautarum *Mare Meridionale*, sive *del Zur* nominat. Mare hoc etsi veteribus incognitum, innominatum tamen non fuit: a Plinio enim *Eoum*, ab Orosio *Orientale* appellatur. Ptolemæus falso *Sinum Magnum* vocat, cum *Mare magnum* potius vocasset. Est enim intet

Fretum Magellanicum. Vnde dictum.

Situs.

Terra Australis

Situs.

soli qualitas.

Animalium varietas.

Mare Pacificum.


Exquisita & magno aliquot mensium periculo lustrata et iam retecta Freti Magellanici Facies
TIERRA DEL FVOGO
MAR DEL ZVR
MAR DEL NORT
AMERICÆ PARS
SCALA
Germanicarum Milliarum
Lambertus Cornelij sculp
Venditur Apud Zachariam Heyns

omnia Orbis terrarum maria maximum atque vastissimum. Apud Marcum Paullum Venetum describitur sub nomine *Maris Cin:* et apud Haithonum Armenum (quem Antonium Curchinum vocat alibi Ortelius) *Mare Cathai.* Nominatum itaque etsi sit a priscis mediæque ætatis scriptoribus; plene tamen cognitum aut perlustratum non fuit, priusquam illud a Ferdinando Magellano navigatum fuerit. Viderat illud quidem & tamquam a limine salutaverat anno CIↃIↃXIII Vascus Nunnius ex ora Peruviæ regionis: Magellanus autem anno post natum Christum Millesimo quingentesimo & vigesimo superato freto, quod modo descripsimus, hoc mare, quod an vmquam naves viderat incertum, Herculeo plane ausu aperuit. Qui historias Novi Orbis descripsere, aiunt hoc mare circa Insulas infortunatas quæ hodie *Tuberonum* & *S. Petri* nominib⁹ innotescũt, profundissimum esse, & Margaritiferum circa Peruviẹ oram: in eoque esse VII CIↃCCCCXL Insulas, ita vt non immerito quidam hoc nostro seculo eius partem versus Occasum, *Archipelagum* appellaverint: quia hoc, instar Ægæi maris, (quod Cycladibus, Sporadibus, multis alijsque insulis passim sparsis repletum, & *Archipelago* vulgo Italico dicitur) Insulis sit refertissimum. In hoc eodem maris fundo narrant Franciscus Vlloa, & Antonius Pifagetta nasci herbam quatuordecim aut quindecim brachiorum altitudinis: eminereque eamdem extra eius superficiem ad altitudinem quatuor aut quinque brachiorum: adeo vt interdum non per maria, sed per viridantia prata vehi videantur. Hoc esse cum Ortelio puto quod Plinius & Antigonus ex Megasthene memoriæ prodidere: nempe totum Orientis Oceanum, siue mare Indicum, repletum esse Silvis. Locus quoque Aristotelis in admirandis huic non male convenit, vbi scribit de Phœnicibus, qui Gadyram inhabitabant, dum extra Herculis Columnas navigassent, ad regiones quasdam applicuisse ulva algaque plenas, quæ æstib⁹ maris rigabantur. Glandiferas Quercus gignere Mare quod Lusitaniam adluit scriptum reliquit Polybius, apud Athenæũ VII. Adde his quæ habet Theophrastus IV Hist. Plantar. cap. VII, VIII & IX: etiã quæ Ælianus XIII Animal. cap. III, & Arrianus de Indicis: Item Strabo XVI, & Plin. II cap. CIII: Idem VI cap. XXII, & XIII cap. XXV. Plutarchus in Quæstionib. Natural. & de facie in Orbe Lunæ. Sed de his satis. Australes brevioris staturę esse perhibentur, Septemtrionales Chicæ incolæ, vasta ingentique corporis mole, XII aut XIII pedum passim longitudinem æquant aut excedunt: colore fere sunt albo, perinde atque Septemtrionaliores nostri: voce adeo sonora & horribili, vt Bovis mugitum aut Elephantorum barritum potius, quã hominis vocem exprimere videantur. Tantæ quoque sunt agilitatis, vt pernici cursu Cervos antevertant, ideoque difficulter sclopis vulnerantur, nisi catervatim simul incumbant, aut ex improviso occurrant. Ingẽtis fortitudinis roborisque argumentum est, quod vini dolium sublatum, singuli navibus inferant, & tres aut quatuor, navem in profundum detrudant quam vix triginta nostratium a terra molirentur. Magnitudinis & albedinis causa, regionis frigiditati & humiditati adscribitur, quando terra perpetuis horridisque obsita nivibus, præduras & pene perpetuas efficit hiemes. Gens barbara & supra modum crudelis, nullo humanitatis iure, rerumve cognitione ducitur, naturæ tantum instinctu ad id quod instat & præsens est pecudum more agitur. Inhumaniores tamen putantur Australes populi, qui sub ipso Antarctico circulo collocati, longissime ab omni humanitate recedunt. Siquando peregrinis amicitiæ aut benevolentiæ Symbolum exhibere cupiunt (quantum vis id perquam raro eveniat) inter tripudia & patrios cantus, paluerem capiti inspergunt, aut si alios id facere videant, pro rato amicitiæ signo accipiunt. Ad bellum profecturi, Ducem eligunt cui omnes obediant, plurimum Arcu valent, quo ita scite & gnaviter vtuntur, vt quidquid oculis adsequantur, iaculis feriant, et siquando sagitta aliquo navis tabulato hæserit, vix multorum opera revelli possit. Arcus habent prægrandes, quorum nervi e ferinis intestinis, pollicis crassitudine conficiuntur: ingentibus quoque ligneis gladijs armantur; vtuntur & funda, qua scite iaciunt & quo destinarunt, modo jactus meta concludatur, contingunt & disijciunt. Hoc modo libertatem suam tuentur, credo propter exiguam vtilitatem, quando nullum operæ pretium sit, terras illas perpetuo frigentes adire, & cum sanguinarijs illis gigantibus manus conserere, aut confligere, nullum satis dignum ob præmium. Vestitum Incolis præbent feratum & marinorum ingentia Luporum tergora, quorum apud ipsos venatio adsidua. Sunt & Struthiones, quorum sese plumis exornant, faciemque pluribus foraminibus, ornatus causa excavant, quibus viridis quoddam Marmoris genus inserunt: venatione victum & vestitum parant. Sed Luporum marinorum non tam carnes, quam pelles amictus causa appetunt, quod duras illas & insuaves esse quotidiano vsu didicerint. Visuntur illic etiam Balenarũ agmina, quarũ ossib⁹ Mapalia sua construunt. In ipsis Magellanici æquoris faucibus, visitur nova arx iussu Philippi II Regis Hispaniarum magnis sumtibus ad tuendas huius Freti angustias exstructa anno a nativitate Domini CIↃIↃLXXXII, postquam Franciscus Dracus Anglus Eques Auratus, superatis Freti illius angustijs, invectus pacificum mare, Quiviram vsque navigavit, exploraturus an vllus per Arcticas angustias in Angliam pateret reditus. Sed intolerabilibus pene subactus frigoribus, quum altitudinis XLII gradum attigisset, Anno CIↃIↃLXXXI Nonis Iunij converso ad Æquinoctialẽ cursu, spoliataque Iava, æmulus decoris *Victoriæ* navis, prætervectus Asiam & totius Africæ maritimam oram, in Angliam reversus est. Quam post illum laudem consequutus Thomas Candischius, qui similem tenens cursum, totum terrarum Orbem incredibili celebritate circumnavigavit.

Mores.

Vestitus.

Atque hæc de *Freto Magellanico*, deque quarta Orbis parte *America*, sufficient. Cuius inventionem omnes nostri sæculi Scriptores Christophoro Columbo, neque immerito, tribuunt. Hic enim primus eam detexit quodammodo, Christianoque Orbi cognitam reddidit, vsuque & vtilitate communicavit, anno post Christum natum CIↃCCCCXCII. Qui autem plura de his, vel nostra pluribus explicata, petat, consulat Lævinum Apollonium, Petrum Martyrem Mediolanensem; Maximilianum Transsilvanum, qui Latina Lingua de ijs scripserunt; Iesuitarum epistolas: Item Maffeium de rebus Indicis, & alios.

INDEX

In Angliæ, Scotiæ & Hyberniæ tabulam generalem.

A

Abbeville 23.51
Aberconvvay 16.55
Aberdone 19.59
Aberdora 19.60
Abergeuenny 17.53
Aberysthvvith 16.53
Aboresburye 18.51
Aker.ca. 22.54
Air 18.61
Alcmar 26.53
Aloy 12.55
Amelant 27.54
Amersham 20.52
Amiens 24.50
Amsterdam 27.53
Anan 17.57
17.59
ANGLESEY 15.55
ANGLIA 19.54
Antvverpen 26.52
Ardhey 9.53
Arguhytyn 15.61
Ardres 24.51
Ardrossen 15.57
Ardstinsel 15.57
Arga 12.54
Arglas 14.56
Arien 24.51
Armaat 20.56
Armagh 13.56
Arras 25.51
Arran iles 9.57
Arren 15.57
Arrois quære 5. 13.58
Arrundel 21.51
ARTOIS 24.51
Ashford 22.52
Asserevv 9.56
Atherston 20.53
Atvvyck 21.55
Avindail 16.57
Ayr 15.57

B

Badgenoth 16.59
B. Boile 8.52
B. Cong 13.55
B. Cotton 11.53
Bailmoi quære 6. 14.59
Bailnes 12.60
Bala 15.56
27.54
Baleghan 12.57
Balatra 13.55
Baleneion 8.53
Bale VVilly 9.56
Bamburg 20.57
Bambury 20.53
Bangarab 14.57
Bangor 16.54
Bannog 11.54
Bardsey 25.54
Barkley 18.53
Barckvvy quære 11.21.53
Barisdail 18.60
Barlymont 26.51
Barmouth 16.54
Barnesley 19.55
Barray 11.59
Barton 21.55
Baruy 19.59
Barvvyck 19.58
Bassingstok 20.52
Bassi 25.51
Bathe 18.52
Bauley 13.53
Baylei 10.56
Bealt 17.53
Bedford 21.53
Bediford 16.52
Belfast quære 4. 13.57
Beike 10.56
Bellamor 10.55
Bergen 26.51
Bergomum quære 13.15.58
Beryca. 17.51
Beumaris 16.55
Bevvaeley 18.53
B. Flemming 11.54
B. Hean 13.53
Bickerton 19.57
Birton 18.51
Bischops tardford quere 12. 21.53
Bisham in the file 17.55
Blacon 9.54
Blagulm 15.57
Blair 16.59
Blakborn 18.55
Bodman 15.51
Boduerin 15.54
Boin 12.60
Bolongne 23.51
Boltom 18.55
Bolton 19.56
Bommel 27.52
Borace 9.55
Bosch 27.52
Boston 22.54
Botraut 11.53
Bovv 17.51
Bovves 19.56
B. Quella 12.53
BRABANT 27.52
Brachypult point 15.54
Bradford 19.55
Bragdail 13.59
Brainford 21.52
Bramcrost quere 10. 18.54
Braul 17.61
Brechin 18.59
Brecknoke 17.53
Brenks 18.61
Briel 26.53
Bristol 18.52
Brog 12.59
Broke 12.55
Brug 25.52
Bruessel 26.51
B. Thomas 13.56
Buckingham 20.53
Bungai 23.53
Buquhuness 19.59
Burnham 22.54
Burton 20.55
B. VVicloe 13.54

C

Caernavan 15.54
Calebegh 9.57
Cales 23.52
Calvin cast 11.52
Cambray 25.51
Cambridge 21.53
Camp 56.23
Campen 28.53
Canan 13.54
Canterbury 23.52
Cantyrmul 14.57
Caput Arckloso 13.54
C. Beale quære 9. 954
C. Bron 13.53
C. Calon 12.54
C. Christian 11.53
C. Cleare 9.52
C. Cloner 13.53
C. Doe 9.54
C. Doney 12.53
C. Donin 11.52
C. Eiland quære 12. 9.53
C. Gallay 8.53
C. Carne 13.53
C. Kirk 9.55
C. Knok 11.55
C. Korbre 8.53
C. Latrū quære 5. 10.54
C. Letter 9.55
C. Lystol 9.53
C Molina 12.55
C. More 10.53
C. Mores 10.55
C. Mure 10,54
C. Nichore 11,54
C. Onorelay 14.54
C. Rego 9 55
C. Revv 10.55
C. Robert 9,54
C Tome 13,57
Carantak 15,51
Cardigan 15,53
Carik 13,54
Carmarden 16.53
Carlingford 13.56
Carlysle 18.57
Carone head 9.52
Cary 13.57
Caryk 12.53
Cassel 11,54
Castrum Honne 12,57
Catherlagh 12.54
Catlyck 28.54
Catnes 17.61
Cavon 12.56
Cavvod 20.55
Chalmondelay quære 8. 18.54
Chanonry 16.60
Carde 18.51
Chechester 21.51
Chelmesford 22.52
Chepstovv 18.53
Chester 18.54
Chimlig 17.52
Chipehase 19.57
Christchurche 19.51
Ciciter 19.52
Cladogh 9.57
Clancauras quære 14.9.52
Care 10.54
Clee 12.55
Clogh 11.55
Clone 11.53
Clonefert 11.55
Clonemel 12.53
Cloy 22.54
Clyne 17.60
Coggeshalt 22.53
Collanzay quære 7. 13.58
Colchester 23.53

Coleshul 19.53
Collen 12.58
Colne 18,55
Colog cast. 11.52
Colraine 13.57
Combemarton 16.52
Conel 11.54
Congerton 18.54
Copervvick 30.61
Corane quære 3. 14.57
Cork 11.53
Cornvval quære 20 19.57
Cortryck 25.51
Cosvvel 14.57
Coventre 19.53
Covvbridge 17.52
Craufurdihoun quere 22, 17.57
Crekelade 19.52
Cromartly 16.60
Cromere 23.54
Crovvland 21.54
Crume ca. 13.58
Cuthaly 17.57

D

Daker 18.56
DANIAE Pars 28.58
Darbye 19.54
Darlington 19.56
Darthmouth 17 51
Dalkey 13.55
Delft 26.53
Deluyn 12.55
Denbigh 17.54
Dereshame quære 13, 10.53
Dermont 26.52
Der Noess 29.60
Detfort 22.52
Diepe 23.51
Dieft 27.51
Dingvval 16.60
Dirlton 18 58
Dis 22.53
Dixmude 24.52
Dnel ca. 12.53
Dockum 28.54
Doilathelan 16.54
Dolgelle 17.54
Donan cast. 12.57
Doncaster 20.55
Dondrome 14.56
Done 10.55
Donekillen 9.53
Donelong 12.57
Dongaruan 12.53
Donyn 12.55
Donkirem 9.53
Dorcester 18.51
Dorno 17.60
Dort 27.52
Donnebeg 9.54
Dovart 14.58
Doucheri 27.50
Dover 23.52
Dounboy 9.52
Douneham 22.54
Dounelykei 9.54
Dovvn 14.56
Draton 18.54
Drisburg 18.57
Drogheda 13.55
Drommemer quære 7, 11.54
Drymlar 17.57
Dublyn 13.55
Duglyn quære 14. 15.58
Dunbar 18.58
Dunbegan 13 60
Dunbeith 17.60
Dunolain quere 17, 17.58
Dunbritton quære 21 16.50
Dunbrose 9.56
Dundalk 13.56
Dunde 18.58
Dungal 10.56
Dunganon 13.56
Dunkel 17.58
Dunra 14.59
Dunska 13.59
Dunstabrug 20.57
Dunstafag 14.58
Dunvveg quære 1, 13.58
Dumlaryk 16.57
Dumnotyr 19.59
Durasme 19.56
Durna 12.60
Durnes 15.61
Duynkercken 24.52

E

Eag 13.57
Eddir 17.59
Edynburg 18.58
Egmont 26.53
Egremont 17.56
Eindhoven 27.52
Elburg 28.53
Elleg 12.57
Eltham quære 14. 21.52
Ely 21.53
Enckhusen 27.53
Englischca. quære 10. 10.53
Enuerloth 15.59
ERNE 11.56
Erth 11.58
E. Saltflethbie 21.55
Esbrevv 15.60
Esgil 18.56
Esill 14.58
Eskin 12.59
Essir 12.59
Euesholm 19.53
Euil 18.52
EVSTA 11.59
Exceester 17.52

F

Falkirk quære 18. 17,58
Farohead 14.61
Farringdon 19.52
Federt 12.53
Fenneo 13.54
Ferne 16.60
Fernes 13.54
Ferney 13.56
Festia 27.61
Fiseard 15.53
Finnevin 18,59
Fladda 13.60
Flamburyhead 21.55
FLANDRIA 24.51
Flint 17.55
Foir 15.58
Fontain 26.51
Fordon 18.59
Forlan 15.58
Formby 17.55
Fernham 20.52
Fovern 19.59
Fonlness 22.52
Foy 15.51
Fresyk 17.61
FRIESLAND 28.54
Froddesham 18.55
Fronsnard 16.60
Fruy 19.59
Fye 18.59
Fynlator 18.60

G

Galmesel 29.60
Galvvay 10.55
Gansendal 27.91
Galeis 15.57
Garthpibo quer. 7. 17.54
Garue 16.59
Ghent 25.52
Gilvval 12.59
Glanarme abb: quere 1. 14.57
Glanynog 9,54
Glaskaryk 13.54
Glasquo 16.58
Glassenbury 18.52
Glocester 19.53
Goes 26.52
Gorcum 27.52
Grantham 20.54
Great 10.54
Gregargu 15.57
Grene cast: 13:56
Greveling 24.52
Grimsthorp 21.54
Grymsbye 21.55
Gudzen 15.57
Gunvval 25.51

H

Halifax 19.55
Haltvvesel 18.57
Hamon ca. 13.54
Hampton court 21.52
Handa 14.61
Hanvvith 29.59
Hardanger 28.61
Hardervvick 28.53
Harlegh 16.54
Harlem 26.53
Harlingen 27.54
Hartford 21.52
Hartepol 20.56
Hartley 18.56
Harton 16.52
Harvviche 23.53
Hasselt 27.51
Hasting 22.52
Haterlay 16.51
Havant 20.52
Haverburg 20.53
Haveril 22.53
Havering 22.52
Hay 18.53
HAYNVLT 26.51
Helmeslei 19.56
Hemeritage 18.57
Henlei 20.52
Hereford 18.53
Heslasid 19.57
Hexham 19.57
Hickling 23.54
Hitching 21.53
Hitter 28.60
HOLLANT 26.53
Holmetovvn 16.56
Holi Cross 11.54
Holyhead 15.55
Hooton 18.55
Horn 27.53
Horses 8.53
Horsham 21.52
Horton 19.57
Hoseley 23.53
Hothe 13.55
Hottin 10.53
Houden 20.55
Hoy 17.61
Hul 21.55
Huntington 21.53
Huntspil 18.52
Hurst 19.51
Hyde 23.52

I

Iadder 27.61
Iaxlei 21.53
Iedgerton 18.57
Innenkelly 11.56
Inuermegy quære 9 17.58
Inuernes 16.59
Inuerugy 19.60

Inuery quære 8.18.59
Iona 13.58
Iork 20.55
Ioughall 12.53
Ipren 25.51
Ipsvviche 23.53
Ireby 17.56
IVTIA 30.59

K

Kaerilon 10.54
Karegfergus 14.57
Karray 14.57
Kattrin 4.53
Keith 18.60
Kellean 10.55
Kelleloe 11.54
Kelles 12.55
Kelphekel 11.53
Kendal 18.56
Kenfeage 16.52
Kesvvick 17.56
Kilham 21.55
Kilkarli 11.53
Kilkenny 12.54
Killa 55.60
Kilmani 13.58
Kilton 20.56
Kingsler 20.52
Kingston 21.52
Kingstoun 10.55
Kirk Brigid 15.56
Kirk Christ 15.56
Kirkham 18.55
Kirkmala 15.56
Kirkmorich quære 2 15.57
Kirknbrick 16,57
Kirk Osvvald 18.56
Kirkvval 17.61
Kirlopfoot quære 2 18.57
Kirton 20.55
Knathe 20.54
Knokin 18.54
Konne ca. 16.52
Kybroy 11.54
Kyldare 12.55
Kyldrum 18.59
Kyllane 9.53
Kylmakrenam 11.57
Kylmon 15.58
Kylmyumoge quære 15. 10.52
Kymedok 11.54
Kyngston 12.55
Kyntail 14.59

L

Labrum 11.56
Laghlyn 12.54
Lancaster 18.55
Landaf 17.53
Lander 18.57
Langport 18.52
Lathom 18.55
Lavv 16.51
Leecester 20.54
Liehlade 19.52
Ledes 19.55
Leghton 20.53
Leichfeld 19.54
Leike 19.54
Lemerhorn 27.53
Lenister 18.53
Leneham quære 15. 22.52
L.Erne 16.58
Lesard point 15.51
Lestof 23.52
Lethovvsovv 13.51
Leuer 12.57
Lenerpole 17.55
Levista 10.60
Levvarden 27.54
Leuyn 17.58
Levves 21.52
Leyden 26.53
Leyden quære 2. 16.59
Lidbury 18.53
Lyghe 22.52
Limerik 11.54
Linkn 17.61
Lista 28.60
Llandbeder 16.53
Llaneguast 17.54
Llanidlos 17.54
Llaniltgo 16.55
Llanuillang 17.54
Llanynay 16.53
Llarroderis 15.55
Loeven 27.51
Loghinuar 16.57
Lolter cast. 8.53
Lome 15.60
London 21.52
Lone 10.53
Lonet quære 3. 16.59
Longford 11.55
Longham 8.52
Lorne 15.58
Lovvthe 21.55
L.Sel 14.59
L.Tay 16.58
Luccurs quære 11. 18.58
Ludlovv 18.53
Lundie Inf. 16.52
Lunes dal 18.57
Lurgithal 19.52
Lyd 22.52
Lyme 18.51
Lyn 22.54
Lyncoln 20.54
Lysmora 11.53
Lyston 16.51

M

Maban 17.57
Macheln 26.52
Machenleth 17.54
Madenhead 20.52
Madeston 22.52
Magnus 17.52
Malne 11.55
Maldon 22.52
Manchester 18.55
Mandevels 14.57
MANIA Insula 15.50
Mapleton 22.55
Mardovv 30.60
Marketrasin 21.55
Marlingsb 19.52
Maunsfeldt 20.54
May 18.58
Maye 9.56
Mazad quære 12. 14.59
Meare 18.52
Meer 13.59
Melton 20.54
Menagham 12.56
Mera 14.60
Middelburg 25.52
Mildnal 22.53
Millum cast 17.56
Minchnighampton quære 16. 19.52
Mongar 12.55
Mologa 9.54
Monmout 18.53
Monoch quere 16. 16.58
Monrosis 18.59
Mons 26.51
Monstreul 24.51
Morlashe 17.53
Morton 17.51
Mosa flu. 27.50
Moschenes ca. quære 6. 10.54
Montgomery 17.54
Moy 16.59
Muk 13.59
MVLA 13.58
Munckvvermouth 20.56
Mynhead 17.52

N

Naghlin 11.55
N.Aluerton 19.56
NAMVR 27.51
Namur 27.51
Nantvvich 18.54
Narden quære 5. 17.60
Nary 12.61
N. cast. 19.57
Neath 16.53
Neleren 28.61
Nesmoin 16.54
Neufchastel 27.50
Nevvarck 20.54
Nevvburg 16.55
Nevv catt 13.55
12.57
12.56
10.56
18.54
12.55
quere 11. 11.55
Nevvmalton 20.55
Nevvmarkt 22.53
21.53
Nevvport 15.53
20.51
24.52
Nevvry 13.56
Neyum quære 15. 15.58
Nivel 26.51
Norham 20.57
Norhampton 20.53
NORVEGIæ pars 29.61
Noruovvrovve 11.57
Norvvich 23.54
Notingham 20.54
N.Ronche 18.62
N.Soreham 21.51
N.VViche 18.54

O

Oboil cast. 10.56
OCEANVS Deucalidonius 10.59
Ochiltre 16.57
Oldehilsont 30.60
Omahus cast. 9.52
ORCADES 17.61
Osill 14.60
Ossende 25.52
Otley 19.55
Otternes 30.60
Oudenarde 25.41
Ouis Kelle 18.62
Oxford 20.52

P

Padstovv 51.15
Pappa 17.62
Pas 24.51
Peblis 18.57
Peer 27.52
Pemses 22.52
Penbrok 15.53
Penley 18.52
Pennart 16.52
Pensance 14.51
Pentuar 15.51
Peterburg 21.53
Petersfeld 20.52
Petvvorth 21.52
Pfouilskarre 15.61
Philorth 19.60
PICARDIE 24.50
Pickeri 20.56
Plynmouth 16.51
Polle 19.51
Porterhame 13.55
Portesmouth 20.51
Portland 18.51
Pot 19.54
Pouderham 17.51
Preston 18.55
Pruddo 19.57
Pulhely 15.54

Q

Quaplad 21.54
Quenes ferry q. 19.17.18
Quenesston 12.54
Quert 12.60
Quhabir 14.59
Quhithonre 15.59
Quimboro cast 22.52

Radamach 11.60
Radnor 18.53
Ramsey insu. 15.55
Ranishead 10.57
Ranisgatepere 23.53
Ranyue quære 4. 16.59
Rashe 13.57
Ravenglas 17,56
Ravenstein 27.52
Reculuer 23.52
Renty 24.51
Repervvit 29.60
Read cast 13.57
11.57
18.59
Reding 20.52
Ree 11,55
Revensa quere 3 15.58
Reuing 27,50
Riadergovvy 17.53
Ringovvd 19.51
Rippley 19.55
Rippon 19.55
Roche cast. 13.56
Rochester 22.52
Rona 13.61
Rosay quære 4. 15.58
Rosdoy 16.58
Rossebrin 10.52
Rose comon 11.55
Rosse 12,54
10.52
Rosselye 16.52
Rossyn 16.60
Roterdam 26.53
Rothedale quær. 5.18,55
Rothes quære 7. 18.59
Rudder cast. 13.54
Rum 13.59
Rye 22.52

S

Saild 16.59
S.Aeldams chap 19.51
S.Agnes 15.51
S.Alban 21.52
S.Andreas 18.58
S.Asaph 17.55
S.Augustin 18,62
S.Bogy ca. 18.59
S.Boniface 20,51
S.Brando 17,61
S.Clement 11.60
S.Columban 15.51
12.61
15.59
S.David 15.53
S.Donoca. 18.59
S.Donets 17,52
S.Govens point 15.53
S.Gregorij 8,53
S.Helena 9.57
S.Helene head 9,57
S.Iees 14.51
S.Ioans toun q. 10,17,58
S.Iohn 13,59
S.Levans 14,51
S.Magnus 18.62
S.Maria 18.61
11.59
15.51
S.Niclas 18.62
S.Patricius 11.60
S.Patrick 11.57
S.Peter 11.59
17.61
18.62
S Shoburye 22.52
S.Valeri 22.50
Salcomb 17.51
Salesburg 19.52
Salsid abb. 15,57
Sandl 14.57
Sandvviche 23.52
Scharbrough 21.56
Scheape 10.57
Schelline 27 54
Scheuitenes 26.61
SCOTIA 15.58
Seaton 20.57
Sedes Episcop. 15 56
SEELANT 25.52
Selby 20.55
Sennam 14.51
Serenoch 28.61
Seventones 12.51
Sheafeld 19.54
Shravvesburye 18,54
Shyn 16.60
Shent 12.60
Sidmouth 17.51
Siericzee 25.52
Skipton 19,55
Skye 12,56
Skye 13.59
Skyr Assyn 15,60
Slane 13,55
Sleford 21,54
Sluys 25,52
Slygath 9,57
Smythes 14,56
Snatbe 20,55
Sodere quære 8. 14,58
Solvvay 17,57
Somerton 20,54
Southampton 20,51
Spey 16 59
Spyne 18,60
Stafianger 28,61
Stafford 19,54
Stakky 9,55
Stanetorp 19,56
Staveren 27,54
Stele 18,55
Sterling 17,58
Sternvvay 12,60
Sterpoint 17,51
Stig 11,59
Stokvvith 20.55
Stopford vide 6. 18.55
Stovv 19.53
Stoy 12.60
Strabubaster 17,61
Stratton 16.51
Strom 14.5
Stroma 17,61
Sturbridge 19.53
Sturmister 18.52
Sudburie 22,93
Svvin 14.58
Syfevvel 23,53
Syllies 12.51

T

Tame 20.52
Tanestok 16,51
Tarbart 17.60
Tarde 12,61
Tatershal 21,54
Taunton 18,52
Tayn 16,60
Tenbye 15,53
Terbart 12,56
Terrey 12,58
Teuerton 17,52
Tevv 15,61
Tevvkesbury 19,53
Texel 26,54
Thedford 22,53
The sanctuary 9,55
The sprun head 21,55
Thomas tovvn 13,53
Thraepston 21,53
Thrusk 20,56
Thuin 26,1
Thurnout 27,52
Tielt 25,52
Tillingham 22.52
Tintagel 15.51
Tiron 13.57
Toam 10.54
Tobbreugh 10,55
Tong 15,61
T'Ooge 26,54
Torfathie 16,61
Tornay 25,51
Tornvvay quæ.6. 17,60
Torriaga cast. 13,55
Tovvrcester 20,53
Tovven meridionidh 16,54
Traguate 8,53
Trailes 9,53
Trantirnes 13,60
Treconell 10,57
Tregaron 16,53
Treport 23,51
Tripperam quær. 8.11.54
Truro 15,51
Trym 13.55
Tunbridge 22.52
Tunstal 21,55
Tylbury 22.52
Tynmouth 20.57

V

Varengen 22,51
VERGIVIVS OCEANUS 9.51
Vianen 27,53
Vlecker 29.60
Vlielant 26,54
Vluerton 17,56
Vppingham 21,54
Vrquhart 16,59
Vske 18.53
Vtoxater 19.54
Vtricht 27,53
Voxstee 28,60
Vutziers 26,61
Vxbridge 21.52

VV

VVainflette 22,54
Vuakefeld 19,55
Vualden 22,53
Vualdersvvik 23,53
Vallingford 20,52
Vaultham abb. quære 13, 21,52
Vualton 23,53
Vuareham 19,51
Vuarkevvorth 20.57
Vuarren 13.55
Vuarrington 18.55
Vuaterford 12 53
Vuarvvik 19.53
Vuelmton 18.54
Vuells 18.52
Vuemis 18.58
Vueterington 20.57
Vuexford 13.54
Vuitbye 21.56
Vuitchurch quere 9. 18.54
Vuitton 19.56
Vuigen quære 4. 18.55
VVIGHT 20.51
Vuighton 20,55
Vuikham 23.53
Vuitton 19,52
Vuinchester 20,52
Vuinsor 20,52
Vuirkinton 17.56
Vuisbiche 21,54
Vuiuelescomb 17,52
Vuodhead 19.55
Vuorcester 19,52
Vuorcum 27,54
VV.Pappa 17.62
Vurexham 17,54
Vulsti quære 3. 17.57
Vuyc op Zee 26.53

Y

Yarmouth 23,54
Yarum 20.56
Yate 19.56
Yla 13.58
Ypret 22,50
Yrvvea 16.57

INDEX
In Norvvegiæ & Suecię tabulam.

A

ABo 46.61
Achas 46.64
Ackerhuis 32.61
Aduig 38.59
Agdanas 33.66
Agna 58.72
Agremine 46.64
ALANDiæ inſ. 44.61
Alant 45.61
Alborch 32.59
ALBVS lacus 57.69
Alſtahus 31.66
Alta 41.63
Alvatra 38.60
Ambrunſch 42.62
Amerſont 30.60
Andanas 37.71
ANGERMAnnia 42.66
Anholt 58.34
Anſloo 33.61
Apnu 74.70
Aranes 44.66
Arbogo 40.61
Archas 56.63
Ardal 39.67
Arenſburg 59.47
Arhuſen 58.32
Aroſia 40.61
Aruica 36.64
Arzeva flu. 64.69
Aſco 27.63
Aſſon flu. 46.63
Aſſund 41.67
Auri mineræ 47.69
Auros 34.61
Avver 42.70

B

Babenitlia 64,69
Bacamo 35.66
Bahus 34.60
Baia S.Albani 69.69
Balſtad 41.71
Bay 32.61
Bedſtad 33.66
BELLAMORE. 1.
Albun mare 66.67
Berg 39.71
Berga 57.69.50:62.41.64
Bergen 28.63
Berkara quenar 42.69
Berſia 42.65
Bigda 45.67
Bionor 32.66
Bircala 47.63
Birkarli 45.69
Blanſcog 35.62
BODDIA OCCI. 45.68
BODDIA Orien. 50,67
Bodvvyk 34.65
Boetſcuoort 55.73
Bogeſunt 37.60
Bolanes 41.63
Bongau 46.72
Bonor 43.65
Borgelo 41.66
Borgſe 41.66
Borſtel 43.62
Bota 43.66
BOTNER ſee 48.68
Bovvensberg 30.58
Bretta 35.61
Brinnia 30.66
Brunſlo 39.66
Byri 50 66
Byrſen flu. 35.65

C

Caavvad 34.61
CAIENKA ſemla 53.72
Calenſcho 72.70
Campedal 32.64
Candelox 66.68
Capitanei Bircarorum 41.69
Cap.Bonæ fortu. 70.67
C.Confort 67.70
C. Gratię 69.68
C.Gallant 68.69
C.Hopevvel alias sketnenes 51.73
C.Raco 69.69
C.S.Iohannis 71 68
C.Sovverbere 64.71
Carpa 46.63
Carpa 45.61
Caſteiholm 45.61
Caſtrum 53.61
Caſtrum regium 40.68
Chalis 49.69
Chim 51.69
Chorogoſchinoz 73:70
Cogerbela 41.65
Cola 61.71
Cola flu. 61.70
Cola pogoſt 62.69
Colmar 39.58
Colmogori 69.65
Congel 34.60
Conſ b ick 35.60
Coninxhaven 32.60
Coperberg 34.63
Copervvik 30.61
COPERDALIA 38.63
Corelenborg 58.67
CORELIA terra 60.67
CORP. Chriſti p. 68.69
Corſcholm 46.66
Cracovvad 31.66
Cronabach 39.59
Cronaburg 48.93
Cronſbergn 39.58
Cudmudarad 43.66
Cuma 50.62. 46.63
Cumbla 39.61
Cuſta 47.61

D

Dachden 47.60
Dachderot 46.60
Dale 35.62
DALECARLIA 38.64
Dalecarlia flu. 43.62
De Neeſs 32.60
Derpt 51.60
Dſina cœnobium 61.63
Diavon flu. 64.68
Dilſbo 42.65
Domshaf 48.71
Domus Bircarorũ 39.70
Domus Regia 39.66
46.64. 43.63
Don flu. 51.62
Dragenmark 33.60

E

Echeſio 30.60
Eckby 39.60
Edſvvelt 33.61
Eekholm 52.61
Eekſont 28.60
Egge 41.71
Egrepe 57.63
Elſnabben 43.60
Eluedale 37.63
Enecopia 41.61
Eng 33.61
Erambo 41.62
Erberad 42.64
Erilla 41.65
Erke 44.61
Eſpoa 48.62
Eſterdal 31.63
ESRONES die Eſten 53.65

F

Falacopia 35.60
Falkenburg 35.59
Farder 32.60
Faxholm 44.65
Feſtun 27.61
Felborg 42.69
Felby 44.70
Fellin 50.60
Ferenbo 36.62
Feſtia 27.61
Feringia 42.61
FINLANDIA 48.62
FINNICVS ſin. 48.61
FINNISCH ſee 44.63
Fluerbuy 39.59
Foria 43.65
Fors 41.66
Forſher 41.67
Foſdael 31.62
Foxnoz 68.67
Froſten 35.66
Frovvenberg 40.59

G

Galmeſel 48.60
Gambavvik 38.70
Ganga 38.63
Ganſendal 28,61
Gefia 43.62
Gelben 35.62
Gelecal 36.68
Gemen 47.59
GESTRICIA 42.62
Gilberga 37.62
Gilleſcal 32.67
Gnarp 42.65
Goldal 36. 66
GOTIA 37 60
GOTLAND 43.59
Gotſcheſand 43.59
Greneſier 40.61
Grilleſiord 39.71
Gritonos 39.63
Groneilant 41.59
Grondelſtein 43.60
Grunnaſund 44.66
Gryp 31.67
Gyka 30.66

H

Hadhalang 32.61
Halinhadab 29.64
HALLANDIA 35.59
Halmſtat 36.58
Halshaven 32.59
Halſne 28.62
Hammar 33.62
Hammer 43.65
Hange 47.61
Hanvvith 19.59
Hapſel 48.60
Hardange 28.61
Harvvick 12.61
Haſſenvvagh 41.71
Havor 36.59
Hebro 51.58
Hedmark 32.63
Heilichlant 34.68
Heiligenſont 29.60
HELGALAND 33.67
Helganas 44.71
Helm 33.58
Helſiogabi 48.70
Helſingauat 53.70
HELSINGIA 41.64
Hempne 32.65
Hennmora 39.62
Hermanger 42.65
Herneſand 45.65
Hertzhals 32.60
Heſcho 34.66
Heſene 41.62
Heſenes 30.60
Heſeport 52.62
Heſingia 48.62
Heſſok 28.62
Hevvel 50.59
Hirkioſtal 48.62
Hitter 28.60
Hoff 33.61
Hokalaut 52.62
Holela 49.65
HOLELA lacus 50.65
Holmdal 35 63
Homedal 35.61
Honbay 41.59
Honovitz 44.71
Horſens 31.58
Hottola 49,62
Hova 37.91

Hudingsual 44.65
Huetlandia 36.59
Husbay 36.62
Huitta 57.68
Huittis 47.63
Husabi 40.62

I

Iadder 27.61
Iama 53.61
Ianacala 49.63
Ianecopen 37.59
Ianen flu. 46.62
Iegaborg 58.63
Ielmer 39.61
Ielteuoort 27.63
IEMPTA 38.66
Ierse 42.64
Ietabotg 47.70
Iettadal 43.64
Ighia 52.69
Ihedra villa & I. 62.69
Imbrevvik 35.66
Imudre 52.71
Indal 42.66
Indero 33.66
Ingen 44.71
Insulę S.Petri 65.71
I.Crucis 68.68
I.Vossen 35.67
Iochi 52.64
Iokis 52.67
Iomolauesi 48.67
Ions Vaten lac. 36.66
Iousserlant 32.60
Itomal 51.63
Itreoo 33.66
Ivana craost 67.70
Iuan grod 53.61
IVTLANDT 30.58

K

Kallo 32.58
Karris 48.62
Karlaby 50.68
Karue 59.72
Kativvik 42.71
Katzberg 34,60
Kebere 56.72
Keelvvick 49,72
Kegor 59.72
Kelen 36,64
Kexholm 59,63
Kyldine 61.71
Kind 45.71
KINDIA 36,60
Kiona 60.61
Kittis 49,62
Kiuaneb 55.62
Knie 48.59
Kniesehyf 48.72
Koggesund 43.64
Kolck 51.61
Korila 56.62
Koskanoz 67.67
Kyla 49.67
Kyn 50.72
Kyro 47.67

Kulkon 47.63
Ladha 47.59
Ladoga 35.66
Ladoga lac. 56.62
Laffart flu. 55.61
Laia 53.63
Laikis 47.67
Laio 52.63
Lako 47.62
Lampis 35.61
Landbro 49.64
LANdrigia syl. 46.70
Langa 55.69
Langanas 39.65
Lango 34.70
La pavesi 38.71
LAPPIA 53.63
Lasvvyk 50.69
Lausa 33.66
Laxastrem 59.71
Lesanger 49.70
Leksunda 45.67
Lemes 39.63
Lergas 46.63
Leroal 52.68
Lesso 37.67
Lera 33.59
Lettal 38.62
Lida 35.61
Lidekoping 40.65
LIEFLandiæ pars 36.61
Limalant 50.59
Lincopen 44.61
Lindesberg 39.60
Lindesnes alias Der Noess 39.62
Lista 28.60
Litz 28.60
Liusdal 60.70
Liustord 42.65
Lixen lac. 43.65
Lodhuss 38.64
Lofot 34.60
Logesont 37.70
Lokhelle 44,72
Lomboshok 38,70
Londingio 69,69
Longaheden 36.70
Longen 39,62
Losta 31,60
Lotra 42,62
Lula 56,68
Lupalant 47,69
Lusen fl. 45,62
Luxstede 40,64
Lykua Volok 31,59
Maelstrom 60,72
Maestrand 35,69
Maham 34,60
Malanger 51,64
Mandael 38.70
Mardou 30,62
MARE Balticum 31,60
Margeden 42,59
Mark 49,61
Matker 29,62
Matkur 34.61
Mayna Volok 54.73
Medelhuis 60.72
Medfiord 34.65
MELER lac. 39.71
MIDDELPAdia 40.61
Millesuik 41.65
Mita 40.63
Mo 47.61
Mone 42.63
Monomanskie 48.60
MONO MASKOY leporie 62.70
Monstersent 60.70
Mora 34.59
Morzovetz 38.63
Moscho 70.68
MOSCOviæ pars 48.64
Mostesera 64.63
Motala 46.67
Motala flu. 38.60
Motka 40.60
Motka goba 59.71
MOVREMANSKOY leporiæ 60.72
Mousis 55.71
Munkeuoort 47.64
Muskenes 57.72
Muskstrom 37.70
MYRMANSKOY more 36.69
I. Noruegicum & Danicum mare 66.71

N

Narua 53.61
Nass 34.65
Naydani 55.72
Neleborg 47,61
Neleren 28,61
Nergen 49,61
NERICIA 39,60
Nerpis 46,64
Nets 53.73
Netaborg 59.64
Netra 44,66
Nicopen 42,60
Nicovensko 67,68
Nidael 29,62
Niding 34,60
Nigavvyk 38,70
NIGER lacus 53.64
Nikirck 46,62
54.62
Nilos 35,60
Niuronda 44,65
Nomendalen 34,68
Noraberg 39,61
Norcopen 41,60
Nordenborg 61,68
Nordmalung 46,66
Nordmor 32,65
Nord Tusso 36,62
Nordgonderad 45,66
Normora 37,64
Nort capo 49.73
Nort ford 30.66
NORVEGIA 32.64
Notoser 61.69
Nouogardia 58.61
Nystot 53.64

O

Obdael 29.63
Oberan flu. 47.61
OCEANVS sept. 30.66
Oddoval 34.61
Odense 40.63
Oelant 40.58
Oldehilsont 30.60
Oldesont 27.63
Olenagoba pogost 67.69
Olsbi 52.63
Olsburg 33.61
Olsby 52.70
Olse 54.68
Olsen 51.63
Olternes 29.60
Ombay 65.66
Omega 53.73
Onegaborg 60.64
Opotzka 34.58
Orka flu. 49.62
Orebro 40.61
Orescak 53.61
Orgront 44.62
Oriai 32.65
Orischom flu. 49.62
Orsa 39.63
Orscag 34.61
Osel 47.59
Ostasiord 38.69
Ostbo 40.59
Osterdal 36.65
Osterhaven 58.72
Osteruee 28.63
Ostoie sero 62,62
Ostraath 33,66
Otteuos 36.68
Ouiken 36.66
Ovvna 64,65
Ovvyek 40.68
Oyfiord 40,72
Oxefort 31,60

P

Paderick 57,72
Pades 49,60
Padeuoort 55,72
Pagesca 52,64
Palio 49,67
Parnievv 49,59
Paserik 55,71
Peckengam flu. 56,71
Peckingam 57,71
Peibas lac. 52,60
Pele 43,71
Pelimosero 65,69
Pelitza flu. 66.68
Pelting 51.62
Pelting 51.62
Pema 54.69
Pemara 47.61
Perkala 59,66
Perna 52.62
Parnavy 49.59
Pero 57.68

INDEX

Persora 49.68
Persenskie pogost 57.70
Piente 49.64
PIENTE lac. 50.63
Pinego 69.66
Pita 47.69
Pleskovv 53.60
Podon 60.71
Polna flu. 56.63
Ponoye 68.68
Porthut 51.62
Porky 52.70
Po Penticost 69.67
Posda 68.67
Potra 53.67
Pourth 67.69

Q

Quede fior 36.71
Quercken 46.67

R

Ragund 41.66
Ramasij 42.66
Ramme 46.64
Rasseborg 48.61
Raugma 45.62
Reffund 39.66
Reinknap 27,62
Reisenburg 52.62
Renaval 45.67
Rensby 41.68
Reon C. 33.66
Repervvik 30.60
Resager 36,62
Resil 42.67
Ressa 48,63
Reto 39.63
Revel 50.61
Ribbeknut 30.60
Rode'uik 45 71
RODEN 42.61
Rodhelle 58.71
Rodho 31.66
Roemerck 33.62
Rogge 48.61
Rogstada 43.65
Rollen 37.69
Rom 33.59
Romsdal 29.63
Rona 48.62
Roodehel 54.63
Rune 47.50
Rust 34.69

S

Sadessa flu 51.62
Sagolax 53.64
Sala 51.68
Salis 49 59
Salten 32.67
Sammavvik 43.72
S.Andreas 51,70
56. 61
S.Brigittæ mõ. 27.72
S.Colai 47.72
S. Georgij 67.70
S.Iohannis 68,69
S.Michael 68.66
S. Michelsberg 30.63
S.Nicolai 67.66
Sandal 35.64
Sandavvar 39.71
Saniam 40.71
Sarborg 33.61
Sastmola 43.63
Savolax 50.67
Saya 51.64
Scara 35.60
Scerf 54.63
Scenningea 37.60
Sceren 53.62
Scerpena 29.66
Schagen 32.60
Schellever 40. 59
Selychaven 43.59
SCRICFINNIA 49.71
Scula mon. 46.66
Sderheri 33.61
Seby 32.59
Sederon flu. 50.61
Segervvar 42.70
Selava 43.66
Selloer 28.60
Semestou 66.70
Semestrospogost 65.70
Semingia 56.63
Semisie 51.63
Senlodael 29.62
Sere flu. 48.62
Serenoch 28.60
Sevitenes 27.61
Sibbenis 46.60
Sichem 43.63
Sigolan 55.63
SIGOSSVND 39.71
Silen lac 39.63
Silverberg 34.62
Sismes 52.65
Skattuven 36.70
Skatesuagh 40.71
Skelitta 46.68
Skokirkia 42.63
Skon 44.65
Skongen 35.67
Skirkoy 52.70
Skyra 44.69
SMALANDIA 37.59
Snasen 32.66
Soderala 42.63
Soen vvat 32.61
Sognisai mon. 30.64
Sognisal 30.65
Sokadal 35.65
Soleta 42.66
Soloski 64.67
Somel 50.62
Somen lac. 37.60
Somera 53.62
Sonneburg 47.60
Sonybe pogost 59.69
Soronet flu. 52.63
Sotdaler 36.64
Sparabo 33.66
Stadsbig 32.66
Stadt 29,65
Staenes 36.63
Staffanger 28.61
Stameitt 40.60
Stanuvvische 72.69
Starigar 59.69
Strappen 46.73
Steckholm 30.57
Steg 34.67
Stek 42.61
Steckborg 41.59
Stenobig 35.63
Stidelen 32.61
Stittungberg 45.72
Stokholm 42.61
Strengis 40.61
Stuua 40.66
Styredol 36.66
Suackby 37.65
Suaka 37.65
Sudbradsdaler 33.63
Suder copen 40.59
Suderdal 29.61
Suderdalac 29.64
Suderhem 31.61
SVDERMANNIA 41 60
Sudmor 32,64
SVECIA 38.64
Sugamora 68.66
Sunda 39.66
Sunnebo 39.59
Sittendal 34.65
Suydford 28.65
Suyervver 47.72
Suyroi 45.72
Svvalagen 43.59
Syvvarde 43,59
Sylbuy 40.59

T

Tahast 57.68
Tantrosa 50.63
Telg 41.61
Tellemark 31.61
Tellie 41.60
Tenasalia 46.62
TERSKOY LEPORIE 66 69
Tetreue 65.68
Tiallfund 35.69
Tingvvalla 37.62
Tivvegen 37.61
Tolsburg 52.61
Toran lac 47.62
Torp 42.66
35.60
Tornia emporiũ 50.69
Torsacker 43.69
41.43
Torsanger 39.62
Toua flu. 69.67
Traenooch 35.69
Tree Ostroui 69.68
Trofel 53.68
Trom 31.60
Trompsont 42.72
Trondmas 37.71
Trosa 42.60
Trundhem 24.66
Tryla 50.68
TVISCHIA 40.60
Tuna 43.65
38.62
Tusso 36.62
Tulvvonas 40.71
Tuteren 34 66
Tybne 60.72
Tybne Volok 60,72
Tysded 30.59
Tysholm 33,60

V

Vaerond 43.59
Valbo 42.62
Vallis 46 61
Vames 50.62
Varnen 36.60
Varo 33,69
Varta 56.68
Vasm 55,69
Vasten 38,60
Vastral 35,71
Vbdal 34.64
Vden 39.36
Vdden 51.62
Vedagoba 58.72
Vekelax 53,63
Vema 46 62
Verga 47.66
Verme lac 36.63
VERNELANDIA 36.62
Vermo 46.64
Vero 48.68
Verulax 53.63
Vesikila 46,65
Vlburg 55.64
Viga 47.62
Vigelstade 38.59
Vicksie 42.70
Vingaker 40.60
Viris 57.64
Virtis 51.67
Visnen 37,62
Vista 54.67
Vla 52.69
Vladiskoy lac. 41.64
Vlecker 29.60
Vlensaker 33.61
Vlesbuy 45.63
Vlsen 45.65
Vlmoherad 37.62
Vma 45.67
VMATRESK 41.67
Vnderaker 38.67
Vnderval 40.70
Vogelo 44.72
Voxstee 28.60
VPLANDIA 40.62

Vtvvee 28,63
Vutziers 26,61

VV

VValcopen 37,61
VVaga 66,63
VVagaiesera 66,63
VValders 28,64
VVandvvag 39.70
VVardhovvss 56.72
VVardal 34,67
VVarongia 63,70
VVarsiga 64,68
VVarsiga flu. 75,68
VVarsondt 43,59
VVartsberg 35,59
VVeber 38,59
VVedde 43,61
VVeddero 34.58
VVeissensteln 51.60
VVenden 50.59
VVENER lac. 56.61
VVensussel 31.59
VVerder 38.60
VVernemo 37.59
VVesbo 39.59
VVesterdal 33.62
VVesteigarn 42.59
VVesterhars 40.61
VVesterhus 39,66
VVestkiel 31.61
VVestervvik 39,59
VVesiu cort 36,69
VVestraherad 37,63
38,59
48.60
VVETER lacus 38.60
VVexo 38,58
VVigesera 64,63
VVittinso 27,62
VVodlaiesera 64.64
VVolssont 30.60
VVorist 47.61
VVyck 34.61

Z

Zolotitza 68.67

FINIS TABVLAE.

INDEX IN GALLIÆ TABVLAM VNIVERSALEM.

A R. flu. 30.47
Aaravv 30.48
Aarbrug 30.48
Abbeville 23.51
Agde 25.43
Agen 22.45
S. Agnes 27.47
Aigile 22.49
S. Aignan 23.48
Aigre 21.47
Aignebelle 25.44
Aigne Perse 25.46
Aigues Mortes. 25.43
Aigurande 23.47
Ainay 24.47
Aix 27.43
Aken 28.51
Alaix 25.44
Ville Franche d'Alban 24.44
Sar Alben 29.49
Ville Franche d'Albingeois 24.44
Alby 23.45
Aldernay 19.50
Alencon 22.49
Aleth 23.43
Algontio vel fl. 20.42
Altdorff 31.47
Altena 30.52
Alzei 30.50
Amboise 22.48
Ambrun 28.44
Amiens 24.50
Anchises 20.45
Ancray 18.48
Andelis 23.50
S. Ander 17.44
Andernach 29.51
Anduze 25.44
S. Iehã d'Angely 21.46
Angiers 20.48
ANGLIAE pars 18.51
Angoulesme 22.46
ANTOV 20.48
Anss 20.43
Antiboli 29.43
Antvverpen 26.52
Anzino 30.46
Aquile 27.43
Aquitanicus Oceanus vide O
Aranche 28.46
Arbois 28.47
Arbirgre 18.52
Arcaxon 20.45
Ar fleu. 23.50
Argentat 24.45
Argenton 22.47
Argenton 23.47
Arien 24.51
Arles 26.43
Arlun 28.50
Arnay 26.47
Arnen 30.52
Arnhem 28.53
Arnsberg. 30.52
Arras 24.51
Arsy 26.47
ARTOIS 24.51
Arvvangen 30.47
Ascheburg 31.50
Aspres 28.45
Avalon 25.47
Aubenas 26.44
Aucy 24.51
Audierne 16.48
Avesnes 26.51
Augusta 30.46
Avinion 26.44
Aulnay 21.47
S. Auloye 22.46
Auquillado insula 26.43
Auranches 19.49
Autun 26.47
Aux 22.44
Auxerre 25.48
Auxone 27.47
Ayerne 22.43
Ayn 27.49
Ayne flu. 27.50
Ayre 21.44
Ayrolam 31.46

B

B Ac au Bery 26.50
Bacheliete 23.46
Bachrach 30.50
Baieux 20.50
Baione 20.44
Banas 21.45
Bansac 26.45
BAR 26.49
Bar 26.49
Bar 29.46
Bar sur Seyne 26.48
Barcelonette 29.44
Barleduc 27.49
Barnestable 17.52
Basel 30.48
Bassy 24.51
Bayon 28.49
Beaumont 24.49
Roche Beaucovet 22.46
Beau regard 25.46
BEAVSSE 23.48
Beauvoir 18.47
Beauvois 23.50
Befort 29.48
Bele 28.46
Belle Isle 17.47
Belle Ville 27.46
Berard 25.47
Berenzona 31.46
Bergen op Zoem 26.52
Bergerac 22.45
Bermeo 18.44
Bern 30.40
Ferte Bernard 22.49
S. Bernardin 31.46
Berneville 19.50
Berre 26.43
BERRY 23.47
Besancon 28.47
Bevire port 30.50
Beyeren 31.48
Biel 29.47
Bilbao 18.44
Bilevelt 31.53
Bingen 30.50
Bitz 30.49
Blais 21.46
Blanc en Berry 23.47
Blesneau 24.48
Bloise 22.48
Bodensac 21.45
Bodenzee 32.48
Boicholt 29.52
Bois de Fuchetes 23.43
Bommel 27.52
Bonchurch 20.51
S. Boniface 20.51
Bonne 29.51
Bonneval 23.49
Bononia 28.42
Borbon 25.47
BORBON 25.47
Bordeaux 21.45
Bosche 27.52
Boulongue 23.51
Bourg 21.45
Bourges 24.48
Bourg neuf 24.46
BRABANT 26.27.52
Brazper 17.48
Breda 27.52
Bredefort 28.53
Bregentz 32.48
Bresse 23.47
Bresse 27.46
Bresse 28.46
Brefluyre 20.47
Brest 16.48
Bretaigne 17.48
Bretoveil 24.50
Briancon 29.44
Ch. Briand 19.48
Briart 24.48
Bridiers 23.47
Briel 26.52
S. Brieux 18.49
Brignollos 28.43
Brioude 25.45
Briouse 21.49
Brisach 30.48
Brissat 20.48
Britãnicus Oceanus vide O
Brondtut 29.48
Bruck 30.48
Brugge 25.52
Brussel 26.51
Bullon 25.50
Burgundia Comit. 28.47
Burgundia Ducat. 26.48
Bulancay 23.47

C

C Abasa 28.43
Caberton 19.44
Cabo Creus 25.42
Caen 21.50
Caffrane 22.43
Cahors 23.45
Cales 23.52
Cambray 25.51
Canano 29.43
Canterbury 23.52
Capo delle melle 31.43
Cap. Vircelli 28.43
Carcessona 24.43
Cassel 32.52
Castel Sarrasin 22.44
Castelnac 22.45
Castres 24.44
Caudebec 22.50
Cauxex 28.44
S. Cecilia 21.43
Cell 29.51
Chalon 26.49
Chalon 27.47
Chambery 28.45
Chambre 29.45
CHAMPAIGNE 26.48
Champeaux 25.47
Champieris 27.45
Chantoceaux 19.48
Chapelle 26.50
Charbueil 24.47
Charite 25.48
Chartres 23.49
Chasteau Briand 19.48
Ch. flu. Cambr. 25.51
Ch. Dun. 23.49
Ch. Gontier 20.48
Ch. Herault 22.48
Ch. en Loer 21.48
Chasteau Neuf 28.49
Ch. Roux 23.47
Ch. Thierry 25.47
Chastel neuf 23.50
Chastelet 25.50
Chastillon 23.48
Chastillon sur Seyne 26.48
la Chastre 24.47
Chaumont 27.48
Chauni 25.50
Cauvigny 22.47
Chelsy 21.51
Cherbourg 20.50
Chinon 21.48
Chiuray 22.47
Chizay 21.47
Chur 32.47
Claven 32.46
Clermont 25.46
Clermont 24.50
CLEVE 28.52
Cleve 28.52
Cleruaux 28.47
Clery 23.48
Clisson 19.47
Cluny 26.46
Coblentz 30.51
Coblentz 30.48
Cocheim 29.51
Cognac 21.46
Col de Perse 27.44
Colibre 25.42
Collinay 18.48
Colmar 30.48
Coln 29.51
Comburg 19.49
Comons 26.44
Compiegne 25.50

Complador 25.45
Conac 21.46
Condon 22.44
Condrecourt 28.48
Confoulant 22,47
Cons 17.47
Conseras 23.43
Constance 19.49
Constat 32.49
Corbie 24.50
Cordes 20.44
Quimper Corentin 16.48
Corf Castel 19.51
Cortes 25.47
Cortryck 25.51
Cosne 24.47
Cosne 25.48
Costnitz 32.48
Cotras 21.45
Craon 20.48
Crevant 25.48
Crevecceur 21.50
Crevola 30.46
Creutznach 30.50
Croppiere 25.46
Croysic 18.47
Curuum promontorium 29.42

D

DAmpaire 28.49
Danubius fl. 32.49
Dags 20.44
Darney 28,48
Darmouth 17.51
DAVLPHINE 27.45
Delsperg 29.48
S.Desier 27.49
Deva 19.44
Deyne 27.44
Diepe 23.50
Diest 27.52
Dieuze 29.49
Diey 29.49
Digne 28.44
Dillenborch 30.51
Dinant 27.51
Divan 19.49
Dole 27.47
Domo 31.46
Donseras 23 46
Dorat 23.47
Dortien 29.52
Dort 26.52
Dortmunt 29.52
Dotn 30.48
Douay 25.51
Dover 23.52
Dreux 23.49
Ch:Dun. 23.49
Dun le Roy 24.47
Duren 29.51
Duretail 20.48
Dusseldorp 29.52
Durlingen 31.48
Duynkerck 24.52
Duysburg 29.52
Dye 27.44
Dyon 26.47

E

Ebro rio vel flu. 20.42
Ecya 21.43
Ekero 19.50
Emonille 19.50
Entraygues. 24.45
Eres 28.43
Isles des Eres 28.42
Escartis 21.44
Espernay 26.49
Espontour 24.45
les Essars 19.47
Estayng 28.50
Estampes 24.49
Eureux 23.50
Eyndhoven 27.52

F

FAlaise 21.49
Feletin 24.46
La Fere 25.50
Ferte Bernard 22.49
Ferte Milon 25.50
S.Florentin 25.48
S.Flour 24.45
Fontenay 16.48
Fonteny 28.48
Foulnesse 23.52
le Four 16.49
Foye 16.51
Villa Franca vide: V.
France 24.49
Francfort 31.51
Ville Franche vide. V
Fraseneto 29.43
Freiul 29.43
Friburg 30.48
Friburg 29.47
Bois de Fucheres 23.49
Fuenterabia 19.44
Fulda 32.51

G

GAillac 23.44
Gallego fl. 21.42
Ganges 24.44
Gap 28.44
Pont de Gard 26.44
Pont de Gardane 29.43
Gorde maigne 25.44
Garnesay 18.50
Gavache 18.47
Geneve 28.46
Genever See 28.46
Gergeant 24.48
S.Germain Susay 19.30
GERMANIÆ pars 31.50
Gernsheim 31.50
Ghent 25.52
S.Girons 23.43
Givet 27.51
Giunio 30.46
Gletan 17.48
Goch 28.52
Goms 31.46
Gonans 28.48
Gonthier Ch: 20.48
Goulon 18.49
Gracay 23.48
Grasso 29.43
La Grave 28.45
Gravesand 22.52
Grenoble 27.45
Grey 27.48
Groys 17.48
Gryers 29.47
Guascogne 20.44
Guemund 29.50
Guepiou 23.45
Gueret 23.47
Guerlesquin 17.49
Guerrende 18.47
Guetari 19.44
GVIENNE 20.45
La Guierche 22.48
S-Guilliam 25 43
Puy Guilliaume 25.46
S. Guindast 17.48
Guinguand 18.49
Guise 25.50
GVLICK 28.51
Gulick 28.51

H

HAilpron 31.50
Hainault 26.51
Hakerhou 19.50
Halteren 29.52
Ham 30.52
Hamton 20.51
Han 25.50
Hasselt 27.51
Hastinge 22.51
Hattingen 29.52
Heidelberg 31.50
Helston 15.51
Ch.Herault 22.48
Heysant 15.49
Hide 23.52
HISPANIÆ pars 18.43
Honsleu 22.50
Hoochstraten 27.52
Hors 31.49
Houdain 23.49
les Hougueaux 20.50
Hoye 27.51
Huxter 32.52
Hyesmes 22 49

I

IAcca 22.43
Iahshausen 31.50
Iainuille 27.49
Iarsay 19.49
S. Iean de Luz 19.44
Illantz 32.47
Ingrande 20 48
Iocelin 18.48
Ionquera 24.42
Iornico 31.46
Ipren 25.51
Isle aux moutons 16.48
Isle Iourdain 22.47
Les 7.Isles 17.49
Isles de Eres 28.42
Isoire. Vide Y
ITALIÆ pars 30.45
Iverdon Vide Y
Iuigny 25.48
S.Iulien 23.46

K

KFysers Luter 30,50
Kilburg 28.51
Kenille 20.50

L

LA Chastre 24.47
La Grave 28.45
La Guierche 22,48
Lambeica 27.43
Lamela 27.43
La Mothe 28.49
Landernau 16.48
The Landes end. 14.51
Landrechies 25.51
Landreliers 27.49
Langeao 22.45
Langen 21.45
Langres 21,48
Langres 27.48
LANGVEDOC 25.44
Lansac 21.46
Laredo 17.44
Lareolle 21.45
La Roche 20.49
La Roche 28.51
Laron 26.44
La val 20.48
La vaur 23.44
Lautereck 30.50
S.Legier 26.47
L.Four Vide F.
Leiden 26.53
Lenne 30.51
Lennep 29.52
Lens 24.51
Le Puy 25.45
Lesard point 15.50
Lescure 21.44
Les Essars 19.47
Les Hougueaux vide H.
Lesneven 17.49
Les 7.Isles 17.49
Le Taureau vide T.
Le Tour 22.44
Le Tour 27.43
Leucata 24.43
Liborne 21.45
Lience 26.50
Lier 26.52
Ligeris vel Loire fl. 24.48
Ligneres 28.44
Ligny 26.50
Lille 28.48
Limburg 28.51
Limoges 23.46
LIMOSIN 23.47
Lion. 26.46
Liperche 27.45
Lipostet 20.45
Lippe 30.52
L'Isle Iourdain 22.47
Lianes 16.44
S.Lo 20.49
Loche 22.48
Lodeue 25.44
Lodun 21.48
Ch.du Loit 20.48
Loir fl. 21.48

Loire

Loire vel Ligeris fl. 26.46
Loller 31.51
London 21.52
Lonque 25.45
Lonuy 27.47
S.Lorens 25.43
S. Lorenzo 30.43
Losan 29.47
Loset 29.44
LOTTRING 29.49
Loubeage 25.45
Louengis 28.43
Lucern 30.47
Lude 20.48
Lueven 27.51
Lugana flu. 21.44
Luneburgo 29.45
Lunen 29.52
Lunen ville 28.49
Lupian 25.43
Lusac 22.47
Lusson 19.46
Lutzenborg 28.50
LVTZENBVRG 28.50
Luxeul 28.48
LVYCK 27.51
Luyck 28.51
Lyd 23.52

M

S.Macaire 21.45
Machelen 26.52
Pont a Mafroy 28.45
Magadin 31.46
Magny 26.46
Maes fl. 28.51
Maes fl. 27.50
Maes Munster 29.48
Maestricht 28.51
Maigne 21.48
S.Maixent 21.47
Malamort 27.43
Malans 32.47
Malestroit 15.48
S.Malo 19.49
Mande 24.45
Manle 22.46
Mans 21.49
Mante 23.43
Mantua 27.46
Marans 20.46
S.Marcellin 27.45
Marchienne 26.51
Mare mediterranie 26.42
Mareuil 22.46
Martinach 29.46
S.Marie Port 21.45
Marignan 27.43
Maringues 25.46
Marnay 27.47
Marne fl. 26.49
Marpurg 31.51
Mar San Mont 20.45
Marseille 27.43
S. Martin 26.46
P. S. Martino 30.45
Martos 21.43
Mascon 27.46
Masiers 27.50
S.Mathe 16.49
Maubeuge 26.51
Mauleurier 20.47
S.Mauris 27.46
Maximin 27.43
Maylezay 20.47
Mayne 20.49
Mayne fl. 20.49
Meaux 24.49
Medebach 31.52
Medleton 22.52
Megen 27.52
Meiringen 30.47
C. delle Melle 31.43
Melun 24.49
Memers 22.49
Mentz 30.50
Meseurre 27.45
Metz 28.50
Meyn fl. 32.51
S.Michel 29.45
S.Michel 19.49
S.Michel 27.49
Middelborg 25.52
Milliaux 17.49
Millant 24 44
Ferte Milon Vide F.
Miltenburg 31.50
Mirepois 23.43
Moers 28.51
Molesta 27 44
Molins 25.47
Monaco 30.43
Monestarol 26.45
Monreal 21.44
Mons alias Bergē in Henegovv 26.51
Monstier S.Pierre 25.47
Monstreul 24.51
Montagut 19.47
Montargis 24.48
Montauban 23.45
Montbelgard 29.48
Montbrison 26.45
Montcornet 26,50
Montegny 27.50
Montereau 25,47
Montfort 19,48
Montpelier 25,43
Montravel 21.45
Montreulbelay 20.48
Mont Rougeau de Riviere 22,43
Mont Leherri 24,49
Moret 24,49
Morhanes 29.49
S.Moritz 29 46
Morlayx 17.49
Mortaigne 21.49
Mortaigne 20.47
Mosel fl. 29.50
Mosel fl. 28.50
Mospach 31.50
La Mothe 28.49
Mouson 27.50
Moussac 22.45
Isle aux Moutons vide I,
Moyal 18.48
Munster 30.52
Sal Munster. 31.51
Mussidan 22.46

N

NAmen 27.51
Nancy 28.49
Nangis 25.29
Nantes 19.48
Narbona 24.43
S.Nazare 18.47
Neckar fl: 31.59
Nellenburg 31.48
Nemoux 24.49
Nera 22.44
Nevers 25.47
Bourg neuf 24.46
Neufchasteau 28.49
Neuf castel 23.50
Nevv.Shorehan 21.51
Nicy 28.45
Nieuport 24.52
Nimes 26,44
Niort 21.47
Niza 30.43
Nogent 25.49
Nogent le retrou 22.49
Nogueron 21.44
Noiers 26.48
Nommeny 28.49
NORMANDIE 23.49
North forlande 23.52
Noseret 28.47
Novaille 23.46
Novy 24.46
Noyon 25.50
Nustat 30.51
Nuys 28.43

O

OBenrac 16.49
Oceanus Aquitā. 15.45
Oceanus Britannicus 17.50
Offendorff 30.49
Oleron 21.43
Olivet 28.45
S.Omar 24.51
Oneglia 30.43
Oostende 25.52
Orbe 29.47
Orenge 26.44
Orete 28.43
Orgon 26.43
Pont Orion 24.46
Orleans 23.48
Osca 22.43
Oudenarde 25.51

P

PAderborn 31.52
Padus flu. 21.45
Painmarc. 16.48
Paisana 30.44
Palisse 25.49
Pamier 23.44
Pamplon 19.43
Paris 24.49
Partenay 20.47
Pas 24.51
Pauillac 22.45
S.Paul 24.51
S.Par 21.43
Perigeux 22.46
Pernes 24.51
Peroue 25.50
Col de Perse. Vide C.
Peryn 15.51
Pfefficom 31.47
Pforizheim 31.49
PICARDIA 24.50
Pierre ficte 24.48
S. Pierre Monstier 25.47
S.Pierre port 22.50
Plancy 16.49
Plermel 18.48
Plimmouth 17.51
Poictier 21.47
Poictou 20.47
Poissy 23.49
S.Pol de Lion 17.49
Pomeges 27.43
Pomenac 17.49
Pons 21.46
S.Pons 24.43
Pont 25.49
Ponterlin 29.47
Pontarly 27.47
Ponteaude mer. 22.50
Pont S. Esprit. 56.44
Pont de Gard 26.44
Pont de Gardane 29.43
Pont a Mafroy 28.45
P.S.Martino 30.45
Pont Orion 24.46
Pont secort 17.48
Popie 23.45
Portes 21.45
Portes mouth 20.51
Port S. Marie 22.45
Porto Crezo 28.42
Port sand 19.51
Port sal 16.40
Roche de Posay 22.47
Pousin 26.44
Pouzanges 20.47
S.Privat 21.45
S.Privat 23.46
Provence 27.43
Pulvian 19.47
Le Puy 25.45
Puy Guilliame 25.46
Pyl 16.52
Pyrenel montes 21.43

Q

QVarentan 20.5
Quercy 23.45
Quilberon 17.48
Quimpelay 17.48
Quimper Corentin. 16.48
Quingey 28.47
S.Quintin 25.50

R

RAngeville 24.44
Ranzieres 27.49
Raon 29.49
Raren 30.46
Rascas 25.44
Ravierre 26.48
Realmont 24.44
Redon 18.48
Reims 26.50
Remorantin 24.48
Renes 19.48
Reteij 26.50

Reving 27.50
Rhein Zaberen 30.49
Rhodes 24.45
Rhyn flu. 31.47
Ribadeo 28.42
Riba de ſella 16.44
Rineck 32.48
Rineck 31.48
Rinfelden 30.48
Rina 32.47
Roan 23.50
Roane 26.46
La Roche 20.49
La Roche 28.51
Roche Beaucovet 22.46
Roche Bron 23.45
Roche Chouart. 22.46
Rochefort 27.51
Rochelle 20.46
Rochemadour 23.45
Roche de Poſay 22.47
Roche ſur Yon 19.47
Roermund 28.52
Romans 26.45
Romenay 27.46
Roquelaure 23.45
Roſne flu. 26.44
Roſne flu. 27.46
Roſſillon 26.45
Rotevales 19.43
Ville Franche Rovegue vide V.
Rougeau mont de Riviere 22.43
Ch.Roux 23.47
Roye 24.50
Rueſſec 21.46
Ruffinac 23.46
Rumilly 28.45
Rye 22.51
Rye 19.47
Ryſſel 25.51

S

SAdoron 27.44
Saes 20.49
S. Agnes 27.47
S. Aignan 23-48
Sainctes 21.46
Port Sal 16.49
Salm 29.49
Sal Munſter 31.51
Salſes 24.43
Sajuatierre 20.44
S.Saluеur de Dyve 21.50
Salviati 23.46
Sandeſages 25.45
Sanſigo 27 42
Santillana 17.44
Sar.flu. 29.50
Sar.Alben 29.49
Sarraſin Caſtel. vide C.
Savignaec 2446
Saulieu 26.47
Saulmur 20.48
S. Auloye 22.46
Savona 31.44
Savoye 28.45
S.Bernardin 31.46
S.Boniface 20.51
S.Bueux 18.49
S.Cecilia 21.43
Scheld.fl. 26.52
Schoonhoven 27.53
S.Deſier 27.49
Sedane 26.49
Segre 20.48
Seiſſel 28.46
Selonge 27.48
Seltz 30.49
Semur 26.48
Semur 26.46
Sena vide Zena
Senlis 24.49
Sens 25.48
Sentron 29.45
Sep.Iſles 17.49
Serck 18.50
Sermier 26.49
Seſteron 28.44
Sevenes 25.44
Seyn inſula 16.48
Seyne fl. 26.48
S.Florentin 25.48
S.Girons 23.43
S.Gilliam 25.43
S.Guindaſt 17.48
Nevv Shorehan 21.51
Sidmouth 18.51
S.Iean d'Angeli 21.46
S.Iean de Luz 19.44
Sigen 30.51
Sirick 28.50
Siriczee 26.32
Sitten 30.46
S.Iulien 23.46
S.Legier 26.47
S.Lo 20.49
S.Lorens 25.43
S.Lorenzo 30.43
S.Macaire 21.45
S.Maixent 21.47
S.Malo 19.49
S.Marcellin 27.45
Port S. Marie 22.45
S.Martin 26.46
P.M.Martino 30.45
S. Mathe 16.49
S.Mauris 27.46
S.Michel 27.49
S.Michel 19.49
S. Michel 29.45
S. Moritz 29.46
S.Nazare 18.47
Soens 29.52
Soiſſons 25.50
S.Omar 24.51
Sone fl. 27.46
Sorgne 27.44
Sonbize 20.46
Sovillac 23.45
Soulac 20.46
Spaliou 25.45
S.Paul 24.51
S. Per 21.43
Spier 31.50
S.Pierre Monſtier 25.47
S. Pierre port 22.50
S.Pol de Lion 17.49
S. Pons 24.43
S.Privat 22.46
S.Privat 23.46
S.Quintin 25.50
S.Sebaſtian 19.44
S.Seigne 26.47
S.Sulpice 23.44
Stein 31.48
Straeſburg 30.47
S.Valer 26.45
S.Valeri 22.50
S.Vit 28.51
Sumeo 31.46
Summolaco 32.46
Suſa 29.45
Suſaye S. Germain 14.50
S.VVendel 29.50

T

TAlart 28.44
Tallemont 20.46
Talmont 19.47
Tan 30.49
Tarantaiſe 28.46
Tataſcen 26.44
Tarbes 21.44
Tartas 20.44
Taveteſch 31.47
Le Taureau 17.49
Terny 26.46
Teroan 24.51
Teſino fl. 31.45
The landes end 14.51
The North forlande 23.52
Theonville 28.50
Thierry Ch. 25.49
Tholouſe 23.44
Thun 30.47
Tiel 27.52
Tietz 30.51
Tiffanges 19.47
Tollon 28.43
Tongeren 27.51
Tonins 21.45
Tornay 25.51
Tornoiata 22.43
Tornu 27.46
Toſa fl. 30.46
Tovars 21.47
Toul 28.49
Toullon 26.47
La Tour 22.44
La Tour 27.43
Tours 21.48
Toury 24.49
Treguel 17.49
Treport 23.51
Trier 29.50
Troye 26.49
Tubingen 31.49
Tulles 23 45
Turin 30.44

V

VAbres 24.44
La Val 20.48
Valence 26.45
Valenchienes 25.51
S. Valee 26.45
S.Valeri 22.50
Valonges 20.50
Vannerans 22.43
Vannes 18.48
Varengen 22.50
Vareunes 25.46
Vauculeur 27.49
la Vaur 23.44
Veldkirch 32.47
Venaſque 22.43
Vendoſme 22.48
Venlo 28.52
Vennes 28.43
Verdu 27.47
Verdun 27.50
Vernueil 23.49
Very 28.46
Veſoul 28.48
Veville 28.45
Viande 28.51
Vidauberi 28.43
Vierizon 24.48
Vieune 26.45
Vilene fl, 19.48
Villa Franca 24.42
Villa Vitioſa 15.44
Ville Franche 24.47
Ville Frãche d'Albã 24.44
Ville Franche d'Albingeois 24.44
Ville Frãche de Rovergue, 24.45
Villemur 23.44
Ville neuf 29.46
Ville Rauge 24.44
Vinay 30.44
Vinſtering 29.49
Vircelly C. 21.42
Vire 20.48
Viſp 30.46
S.Vit 28.51
Viteau 26.47
Vitrey 20.48
Vitry 27.47
Vivonne 21.47
VLAENDEREN 24.52
Vliſſingen 25.52
Vouvant 20.47
Vſel 30.45
Vſez 26.44
Vſez 25.44
Vtert 27.53

VV

VVaggis 31.47
Vvaldeck 31.52
Vvalderſang 29.50
Vvarneſtein 30.51
S.Vvendel 29.50
Vveſel 28.52
Vveſen 31.47
Vveſer fl. 32.52
Vvight inſula 20.51
Vvirtzburgh 32.50
Vvorms 31.50

X

XEudargel 23.42

Y

YSſoire 25.46
Yverdon 29.47

Z

RheimZaberen 30.49
Zena 27.43
Zurich 31.48
Zvveibrucken 29.50

FINIS Tabulæ.

INDEX LOCORVM TABVLAE

GENERALIS BELGII INFERIORIS.

ABbeville	Lon.23.	Bale	27.52	S'Hertogen Bosch	27.52	Chastelet	25.50
lat:	51	Balure	30.52	Oudenbosch	26.52	Chauemont	27.51
S.Aechten Roy	27.51	Bambeke	24.51	Bossonuille	28.50	Chauny	25.50
Adud	28.50	Bapames	25.51	Bouchain	25.51	Chieure	26.51
Aelst	26.51	S.Barbe	28.50	BOVLONNOIS	23.51	Chimay	26.51
Aenholt	28.52	Baret	25.51	Boxtel.	27.52	Chiny	27.50
Aenlo	28.54	Barlaimont	26.51	BRABANT	27.52	Chone	28.51
Aernhem	28:53	Basseul	24.51	Bracht	30.52	Clay	22.54
Aeth	26.51	Bassy	24.51	Bradnel	22.52	Clerf.	28.51
Ahuys	29.53	Bastoigne	28.51	Braine le conte	26.51	Clery	24.50
Aken	28.53	Bavay	26.51	Bramsche	30.53	CLEVE	27.53
Alemar	26.53	Beaumont	26.51	Bray	24.50	Cleve	27.52
Aldebroughe	23.53	Beaurains	29.50	Breda	27.52	Cloppenburg	30.54
Aldenaer	29.51	Beaureng.	27.51	Bredefort	28.52	Les Cluse	25.51
Aldenhoven	28.51	Beckom	30.52	Brederode	26.53	Cnecke	25.52
Alem	30.52	Bedburg	29.51	Bremen	31.54	Coblentz	30.51
Alesham	22.52	Belle	24.51	Bretveil	24.50	Cocheim	29.51
Allene	25.51	Bensburgh	29.51	Bricque	23.51	Coege	26.54
Almeloo	29.53	Benteul	25.50	Briell.	26.52	Coesvelt	29.52
Almen	28.53	Benthem	29.53	Brielen	31.52	Coevorden	29.53
Alpen	28.52	Berck	28.52	Brien	28.50	Colcester	22.53
Altena	30.52	BERGB	30.52	Brisich	29.51	STIET COLN	29.51
Altzei	30.50	Geerts Berge	26.51	BRITANNICI maris		Coln	27.51
S.Amand.	25.51	S.Geertruyen Berge	27,52	pars	22.51	Comble	28.51
Ambleteul	23.51	S.Heeren Berg	28.52	Brompt	29.51	Comene	25.51
Amersfort	27.53	Bergen	24.52	Bronchorst	28.52	Conde	25.51
Amiens	24.50	Bergen in Henegovv alias		Bruegel	27.52	Corrkeen	26.52
Amsterdam	27.53	Mons	26.51	Brugge	25.52	Cortrijck	25.51
Andernach	29.51	Bergen op Zoom	26.52	Bruggen	28.52	Cranenborch	28.51
ANGLIÆ par	22.51	Seven Bergen	26.52	Brussel	26.51	Cranenburch	28.52
Antvverpen	26.52	Stein Bergen	26.52	Brykelsey	22:53	Cressy	25.50
Apel.	29.54	Beringen	27.52	Buel	28.54	Crevecœur	25.51
Apeldorne	28.53	Berlette	24.51	Buers	22.52	Crevecœur	24.50
Ardenborch	25.52	Bern cassel	29.50	Buissy	24.50	Creutznach	30.50
Ardres	24.51	Berneval	23.51	BVLLON	27.50	Criel	23.51
Arenberch	29.51	Bethune	24.51	Bullon	27:50	Cromere	22.54
Arien	24.51	Viller Bervoch.	28.50	Burg	28.52	Crotoy	23.51
Arlar	27.53	Beveren	26.52	Burgsteenford	29.53	Cub	30.51
Arlevve	25.51	Bevervvijck	26.53	Burnan	22.52	Cugnon	27.50
Arlun	28.50	Beylstein	30.51	Bylen C	28.54	Culenborch	27.53
Arnsberch	30.52	Bilevelt	31.53	CAles	23.51	Cysoen	25.51
Arras	24.51	Bilsel	27.51	Callnicourt	25.50	D	
Arschot	27.51	Binch	26.51	Cambray	25.51	DAlem	28.51
ARTOIS	25.51	Bingen	30.50	CAMBRESIS	25.50	Dalen	28.52
Arvvffer	29.51	Blangy	23.50	Camp.	26.53	Dalen	30.52
Asselan Pont.	23.51	Blankeberg	25.53	Campen	28.53	Dalheim	28.50
Asselen	29.54	Blankenheim	29.51	Canterbery	23.52	Damme	25.52
Assendelft	26:53	Bocholt vel Boicholt.		Capelle	26.52	Damviller	27.50
Assene	26.52		29.52	Carbie	24.50	Dasberch	28.51
Asth	28.52	Boeckbergen	28.53	Cassel	24.51	Daune	29.51
Asthe	26.51	Boeckum	29.52	Castelaun	29.51	Dedham	22.53
Astinchusen	31.52	Boer	29.52	Carlyck	28.54	De Laen fl.	30.51
Audenalle	27.51	Grote Boerl.	29.52	Catte	24.50	Delft	26.53
Avelghem	25.51	Boke	31.52	Catznelnboge	31.51	Delmenhorst	31.54
Avesnes	26.51	Bolchen	29.50	La Cauchie	24.50	Deinse	25.52
S.Avoult.	29.50	Bolongne	23.51	Caussy	25.50	De Mase.flu.	26.53
Austi	23.51	Bomal	28.51	Caux	23.51	Dereham	22.53
Authye fl.	24.51	Bommel	27.52	Cayen	23.51	Der Rhijn fl.	30.50
Authye.	24.51	Bommenee	26.52	Cell	29:51	Dermonde	26.52
Auxi	24.51	Bonef	27.51	Celles	24.51	Detten	30.53
Axele	26.52	Bonne	29.51	Cerffontaine	26.51	Devemont	24.50
B		Boppart	30.51	Chamont	28.50	Deuenter	28.53
BAefro	26.52	Borborch	24.51	Champiau	27.50	Die Eems fl.	24.54
Baerle	27.52	Burchvvorm	27.51	Chapelle è Tyrasse	26.50	Die Lip.flu.	30.52
Baeville	23.50	Borkelo	28.53	Charlin	27.51	Diepe	23.50
Bagimont	27.50	Bornem	29.53	Chasteau è Cābresis	25.51	Diepholt	31.53

j. Diern-

Diernbach 31.51
Dieſt 27.51
Dietkirch 28.50
Dillenburgh 30.51
Dimchurehe 23.53
Die Vveſer flu. 31.54
Dinant 27.51
Dinſlaken 29.52
Diſ. 22.53
Dixmude 25.52
d'Lant van Luyck 27.51
Doeſburg 28.53
Doetekum 28.53
Dommeler 27.52
Dompire 24.51
Donchery 27.50
Donqueure 24.50
Donvviche. 23.53
Dorlens 24.51
Dorſten 29.52
Dort 26.52
Dortmund 29.52
Dovay 25.51
Dover. 23.52
Douſye 27.50
Dreckfurden 30.53
DRENT 28.53
Drolshagen 31.51
Duſſel 26.52
Dulmen 29.52
Dung 27.50
Durbuy 27.51
Duren 29.51
Duſſeldorp 29.52
Ten Duynen 24.52
Duynkercke 24.52
Duysburgh 29.52
Dynter 27.52

E

Echternaken 28.50
Ecou 25.51
Edam 27.53
Eekelo 25.52
Eems vel Ems fl. 29.54
Idem 31.52
Eensburen 29.53
Eepe 28.53
Egmont 26.53
Egmont op Zee 26.53
Eiſſche 29.53
Eiteren 24.51
Eitorp 29.51
Elaſton neſſe 23.53
Elburg 28.53
Eller 30.51
Embrick, alias Emmeryk 28.52
Enchuſen 27.53
Enere 24.50
Enegers 30.51
Engien 26.51
Enſeede 29.53
Ercklens 28.52
Ermuyen 25.52
Eſcauleflu. 25.51
Eſch 28.51
Eſpechy 25.50
Eſſen 29.52
Eſtaing 28.50
Eſtaples 23.51
S.Eſtenne 26.51
Eſterford 22.52
Eſterheu au pont 26.50
Eſvveiler 28.51
Eyerlandt 26.54
Eyndhoven 27.52

F

FAbayart 26.50
Falais 27.51
Fellon 27.51
La ferte 25.50
Feversham 22.52
Fintain 26.50
Flabeville 28.50
Flines 25.51
Floref 27.51
Florennes 26.51
Foix 23.50
Folkeſton 23.52
Fontaines 26.51
Fontaines 24.50
Forpach 29.50
Foulneſſe 22.52
Francfort 31.50
Ville Franche 27.50
Franchimont 28.51
Franckenburgh 31.51
Franicker 27.54
La Frette 27.50
Freudenberg 28,50
Frieſs 28.54
Frieſs Ochten 30.54
FRISIAE pars 28.54
Fromele 27.51
Furſtenouvve 30.53

G

GAeſt 28 54
Gangelt 28.51
Gavere 25.51
Gedain 27.50
Geel vel Gheel 27.52
Geerdsberge 26.51
GELDERLANT 27.52
Gelekirchen 28.51
Gelre 28.52
Gemblour 27.51
Geme 27.51
Gemē vel Ghemen 29.52
Gemert vel Ghemert 28.52
Gemund 29.51
Gemunnen 29.50
Gendt vel Ghendt 25.52
Genival 26.51
Gennep 28.52
GERMANICVS OCEANVS. 23.52
S.Gertruyenbergh 27.52
Geſtel vel Gheſtel 27.52
S.Gevver 30.51
S.Giſlain 26.51
Givet 27.51
Glabbeeck. 28.52
Goch 28.52
Godin. 27.51
Goer vel Ghoer 29.53
Goere le 26.52
Goeſ 26.52
Gontero 26.51
Gorcum 27.52
Goude 26.53
Granpre 27.51
Grave 28:52
Graveſande 26.53
Greve 30.53
Greyelinge 24.52
Grevenbroeck 29.52
Grevenraet 29.52
Grimbergen 28.53
Groeningen 28.54
Groenouvve 29.53
Grol 29.53
Groot Sundert 26.52
Grote Boerl 29.52
Guemund 29.50
Guines 23.51
Guiſe 25.50
GVLICK 28.51
Gulick 28.51

H

HAcfort 27.53
Haeskerke 24.51
Hage 26.53
Haleſvvorſt 23.53
Hall 26.51
Halteren 29.52
Halver 30.52
Ham 30.52
Hamelincourt 24.51
Hames 23.51
Han 25.50
Hanape 25.50
Hannoville 28.50
Hannuye 27.51
Hapecourt 25.50
Hardelot 23.51
Hartenberg 28.53
Hardervvyck 27.53
Harlem 26.53
Harleſton 22.53
Harlingen 27.54
Harvvich 23.53
Haſelunen 30.53
Haſſelt 27.51
Haſſelt 28.53
Haſtinge 22.51
Hattem 28:53
Hattingen 29.52
HAYNAVLT 25.51
Hebſteden 29.50
Hede 23.52
Helmont 28.52
Henſberg 28.52
Herck 27.51
Herentaels 27.51
Herkinge 26.52
Hermael 27.51
Hermanskel 29.50
S'Hertogēboſche 27.52
Hertogen Raid 28.51
Hertzbergh 30.52
Hervverden 31.53
Heſdin 24.51
Heſpungen 28.50
Hickling 23.54
Hoey 27.51
HOLLANT 27.53
Holt 29.52
Homfalize 28.51
Hondscote 24.52
Hoochſtraten 27.52
HOORN 28.52
Horn 27.53
Horſt 29.52
Horſtmar 29.53
Hoeſt 30.50
Hotton 27.51
Hour 27.51
Hourdain 25.51
S. Hubert 27.51
Hueſden 27.52
Hueſſem 30.50
Hulſt 26.52
Hunen 27.51
Huyſen 27.53

I

IBerg 30.53
Iemeppe 27.51
Inancourt 24.50
Ingel Munſter 25.51
Ipren 25.51
Ipſvviche 22.53
Iſerlon 30.52
Iſſel fl. 28.53
Iudoingne 27.51
Iuoix vide Yvoix

K

KAiſer 29.51
Keiſerſvverd 29.52
Kempen 28.52
Kerpen 29.51
Kerſtenich 28.51
Kerverdonck 28.52
Kilburg 29.51
Kingſton 23.52
Kirchberg 29.50
Kirpach 30.51
Konigſmacheren 28.50
Kuſchel 29.50

L

LA Cauchie 24.50
Laen. flu. 30.51
Laervvold 29.53
La Ferte 25.50
La Frette 27.50
La Motte 24.50
Landeck 27.51
Landrechies 25.51
Lange 29.54
Laon 25.50
La Roche 28.51
Lebach 29.50
Lechnich 29.51
Leeck 27.53
Leerdam 27.52
Leevve 27.51
Leiden 26.53
Leighe 22.52
Leimuden 26.53
Lembergh 31.53
Lemmerhorn 27.54
Lengkercke 30.53

Lenne-

Lenne. flu. 30.52
Lenne 30.51
Lennep 29.52
Lennich 28.51
Lens 24.51
Lenville 23.51
Lenze 25.51
Le.Portet 23.51
Le Roux 26.51
Les Cluse 25.51
Lescou 24.50
Lessen 26.51
Lestoffe 23 53
Leuvorden 31.53
Leuvvarden 27.54
Leye flu. 24.51
Lience 26.50
Lier 26.52
Lilers 24.51
Lillo 26.52
LIMBVRG 28.51
Limburg 28.51
Limpurg 30.51
Lingen 29.53
Lion 24.50
Lip.flu. 30.52
Lippe 30.52
Loit 27.50
Lokeren 26.52
Loller 31.51
Longevvisch 30.53
Longion 28.50
Longvvy 28.50
Loray 28.50
Lubbeke 31.53
Lueven 27.51
Lumbres 24.51
Lummes 27.50
Lunen 29.52
Lunichusen 29.52
LVTZENBVRG 28.50
Lutzenburg 28.50
LVYCK 27.51
Luyck 28.51
Lydbergh 30.52
Lyesses 26.51
Lys.flu. 24.51
Lysbourg 24.51

M

MAchelen vel Mechelē 26.52
Mackum 27.54
Maersen 27.53
Maestricht 28.51
Malden 22.52
Malmedir 28.51
Manderscheid 29.51
Many 25.50
Marche 27.51
Marchennes 25.51
Marchūne au pont 26.51
MARCK 30.52
Mardyck 24.52
Maretz 25.50
Marieburg 26.51
Marienfelt 30.52
Markeghen 25.51
Marle 25.50
Martelenge 28.50
Marteloy 24.51
S.Martins dyck 27.53
Marville 27.50
Mase flu. 26.52
Idem 28.52
Maseyck 28.52
Masieres 27.50
Maubert fontaine 26.50
Maubeuge 26.51
Maye 26.52
Medebach 31.52
Medenblick 27.53
Medleton 22.52
Meessene 25.51
Megen 27.52
Melle 30.53
Mentheime 27.50
Mentz 30.50
Meppe 29.53
Meppel 28.53
Mergen 34.51
Meris 28.50
Merstat 30.50
Mertzich 27.50
Meschede 30.52
Mesieres 28.50
Messerich 28.50
Metloch 29.50
Metz 28.50
Meyen 29.51
Meyert 27.53
Meyn alias Moen fl. 30.50
Middelburg 25.52
Middelkerck 24.52
Mierbeke 26.51
Mirvvart 27.51
Modaef 27.51
Modum 29.54
Moers 29.52
Mol 27.52
Molenbay 25:51
Moncorne 27.50
Mondidier 24.50
Monikendam 27.57
Monreal 29.51
Mons alias Berge in Henegovv 26.51
Monstreul 23.51
Montabour 30.51
Montegny 27.50
Montford 27.53
Montmedy 27.50
Mortaigne 25 51
Mosella flu. 28.50
La Motte 24.50
Mouson 27.50
Movy 25.50
Muden 27.53
Munster 29.51
Munster 30.52
Munstereifel 29.51
Murlebach 29.51

N

NAmur 27.5
Namur vide Namen 27.51
Nassau 30.51
Neer 28.52
Neersen 28.52
Nelle 24.50
Nemenden 22.52
The Nesse point 23.51
Neuf chastel 27.50
Neyem 30.52
S.Niclaes 26.52
Nideck 29.51
Niekerken 29.53
Nieneve 26.51
Nieumoer 26.52
Nievvpoort 24.52
Nimmegen 28.52
Nivelle 26.51
Norderdracht 28.54
Nordvvolde 31.54
North forlande 23.52
Northorn 29.53
Nortvvyck op Zee 26.53
Norvvich 22.53
Noyon 24.50
Nu nagen 29.50
Nustadt 30.51
Nuys 29.52

O

OCEANVS GERMANICVS 27.52
Ochamps 27.50
Fries Ochten 30.54
S.Oeden Roy 27.52
Salt Oesel 31:53
Oepen 28.51
Oermersen 29 53
Oirschot 27.52
Oldenborn 28.54
Olde Zeel 29.53
Olkens plaete 26.52
Olst 28.53
Olstede 29.53
S.Omar 24.51
Omme 28.53
Onser Vrouvven Polder 25.52.
t'Ooge 26.53
Oosteinde 27.54
Oostende 25.52
Oestervvyck 27.52
Oostmael 27.52
Oppenheim 30.50
Orchies 25.51
Orchimont 27.50
Ordingen 29.52
Orforde 23.53
Orgny 25.50
Orgny 26.50
Orsoy 29.52
Osenbrug 30.53
Oss 27.52
Oudenarde 25.51
Oudenborch 25.52
Oudenbosch 26.52
Oude Thonge 26.52
Over peelt 27.52
Over raidt 29.51
Over Reest 28.53
Ourtflu. 28.51
Ourt 28.51
Ourt 27.50
Outvvyck 27.53
Oye 24.52

P

PAderborn 31.52
Pames 23.51
Parck 28.56
Pas 23.51
Pas 24.51
S.Paul 24.51
Pecquencourt 25.51
Peer 27.52
Pepergae 28.53
Pernes 24.51
Perone 25.50
Pervveis 27.51
Pettingen 29.50
Pfaltz 29.50
Philippe ville 26.51
PICARDIA 24.50
Pierre Pont 25.50
Plettenborch 30.52
Pont Asselan 23.51
Pont a vendin 25.51
Pont de Remy 23.50
Popering 24.51
Porlet 23.51
Le portet 23.51
Porvile 23.50
Poucke 25.52
Pruym 28.51
Putte 26.51

Q

QVakenbrug 30.53
Quehenry 26.50
Quesnoy 25.51
S-Quintin 25.50

R

RAesvelt 29.52
Ratingen 29.52
Ravensberg 30.53
Ravenstein 27.52
Hertogen Rayd 28.51
Rees 28.52
Over Reest 28.53
Reichenstein 28.51
Rheide vel Reide 30.52
Rhiede vel Reide 29.54
Pont de Remy 23.50
Rhenen vel Renen 27.53
Rhenn 29.53
Rhenty vel Renthy 24.51
Repelmonde 26.52
Rhethe vel Rhete 27.52
Reving 27.50
Ricquebourg 24.51
Rien 27.50
Ringelberg 28.52
Ripemont 25.50
Robeque 24.51
Roccy 25.50
La Roche 28.51
Rochefort 27.51
Roeden 38.54
Roer fl. 29.52
Roer fl. 30.52
Roermunde 28 52
Roesselaer 25.51
Rolde 28.54

Ronse 25.51
Roosvvinckel 29.54
Rosendael 26.52
Rotterdam 26.53
Le Roux 26.51
Roxnis 26.52
S.Achten Roy 27.51
S.Oeden Roy 27.52
Roye 24.50
Ruesel 27.52
Rumney 23.52
Ruynen 28.53
Rydberg 31.52
Rye. 22.51
Ryn vel Rhyn fl. 30.50
Ryssel 25.51

S

SAestingen 26.52
Salme 28.51
Salmeroer 29.50
Salt Oefel 31.53
Samson 27.51
Sandoune Castel 23.52
Sandvvich 23.52
Santen 28.52
Santyvort 26.53
Sar flu. 29.50
Sarbrucken 29.50
Sarburg 28.50
Saxmundham 23.53
Schagen 26.53
Schevelingen 26.53
Schauvvenburg 29.50
Schelde fl. 26.52
Schepye insula 22.52
Schermbeke 29.52
Schoineck 28.51
Schol 30.53
Schoonhoven 27.53
Schouvven insula 25.52
Schutdorpe 29.53
SEELANT vide Zeelant.
Sellingen 29.54
Semy 28.50
Sendenhorst 30.52
Senovile 28.50
Sevecote 25.52
Sevenar vide Zevenar.
Sevenbergen 26.42
Severen 28.54
S'Heerenberg 28.52
S'Hertogenbosch 27.52
Siburg 29.51
Sichenen 27.52
Sigen 30.51
Summeren 29 51
Simon 26.50
S.vel sint Achtēroy 27.51
S.Amand 25.51
S.Anoult 29.50
S.Barbe 28.50
S.Estenne 26.51
S.Gertruyenberg 27.52
S.Gevver 30.51
S Gislain 26.51
S.Hubert 27.51
S.Martensdyck 27 53
S.Niclaes 26.52
S.Oeden Roy 27.52
S.Omar 24.51
S.Paul 24.51
S.Quintin 25.50
S.Truyen 27.51
S.Valeri 23.51
S.Valeri 22.50
S.Vit 28.51
S.VVendel 29.50
Sipkeloo 29.53
Sirick 28.50
Siric Zee 26.52
Sittert 28 51
Sleiden 29.51
Slidrecht 27.52
Sloten 27.54
Sluys 25.52
Slyckenburg 28.53
Slyen 29.53
Smitberg 29.50
Sneck 27.54
Soens 29.52
Soest vel Zoest
Soigne 26.51
Soltzbach 29.50
Some fl. 25.50
Sotevile 22.50
Sotteghem 26.51
Souchies 24.41
Sour. 28.50
South Church 22.52
Sout Cote 24.52
South Shoburge 22.52
Spiere 25.51
Stablo 28.51
Staplo 31.52
Statlo 29.53
Staveren 27 54
Steenbergen 26.52
Steenvvyck 28.58
Steken 26.52
STIFT COLN 29.61
STIFT TRIER 29.51.50
Stockem 28.51
Stovve 22.53
Stramont 27.50
Streien 26.52
Stuvesant 26.52
Groot Sundert 26.52
Sutphen vide Zutphen.
Svvacley 23.52
Svvalm 29.52
Svvol 28.53
Suyder Zee vide Zuyder see.
Sydmister 22.52

T.

TEcklenburgh 30.53
Tellingh 30.52
Ten Duynen 24.52
Teroane 24.51
Texel insula 26.54
The Nesse paint 23.51
The north forlande 23.52
Theon ville 28.50
Thorout 25.52
Thurnout 27.52
Thuyn 26.51
Tichemont 28.50
Tiel 27.52
Tielt 25.52
Tienen 27.51
Tietz 30.51
Tilburch 27.52
Tilloe 24.50
Tiraffe 25.50
Titegny 28.50
Tolen 26.52
Tongre 27.51
T'Ooghe 26.53
Tornay 25.51
Treport 23.51
Treport 33.51
Trier 29.50
STIFT TRIER. 29.50.51
S.Truyen 27.51
Turckheim 30.50
Tvvent 28.53
Tzinsic vide Zinsic.
Tzulck vide Zulch.
Tzvveibrucken vide Zvveibrucken.

V

VAlberg 30.51
Valenchienes 25.51
S.Valeri 23.51
S Valeri 22.50
Valkenburg 28.51
Valkenisse 26.51
Varengen 22.50
Vasen 28.53
Vden 28.52
Vecht fl. 28.53
Vechte 30.53
Veldentz 29.50
Pont a vendin 25.51
Venlettes 22.50
Venlo 28.52
Verehyn 25.51
Vere 25.52
Viande 28.51
Vianen 27.53
Vilers 26.51
Ville Franche 27.50
Viller. Betuoch 28.50
Vilvorde 26.51
Vinermoet 29.54
Vireu. 27.51
Virton 28.50
S. Vit 28.51
Vitry 25.51
VLAENDEREN 24.51
Vleersheim 31.50
VLIELANT insula 26.54
Vlissingen 25.52
Vlm 30.50
Vlmen 29.51
Vnna 30.52
Vollenhove 28.53
Volmigstein 29.52
Vpende 28.54
Vrck 27.53
Vreede 29.53
Vreelant 27.53
Vtricht 27.53
Vuerne 24.52
Vuerne 26.51

VV

VVachtendonc 27.53
VVageninge 28.53
VValcherē insula 25.52
VValcourt 26.51
VValdeck 29.51
VValderfang 29.50
VValsingham 22.54
VVarendorp 30.52
VVarley 24.50
VVarnstein 30.51
VVartefeltz. 30.51
VVassenbergh 28.52
VVasseravv 29.50
VVasserbillich 28.50
Vvatene 24.51
Vvedde 29.54
Vveert 28.52
Vveilborch 30.51
Vvel 28.52
S.Vvendel 29.50
Vvendunen 25.52
Vverden 29.52
Vverdole 30.52
Vverle 30.52
Vvesel 28.52
Vvesemale 27.51
Vvesel fl. 31.54
Vvesel 28.51
Vvessem 28.52
Vvestcapelle 25.52
VVESTFALIÆ pars 30.53
Vvestmer 27.54
Vvetzler 31.51
Vviderden 28.53
Vviedebrug 31.52
Vvilkelingen 29.50
Vvilshusen 30.54
Vvinchelseye 22.51
Vvindeck 30.51
Vvinendale 25.52
Vvingene 25.52
Vvinkel 27.53
Vvinterten nesse 23.54
Vvirgenstein 31.51
Vvitlich 9.51
Vvodbridge 23.53
Vvoerden 27.53
Vvorckum 27.54
Vvorms 31.50
Vvulpe 25.52
Vvyck op Zee 26.54
Vvyck te Duersteden 27.53

Y

YVoix 27.50

Z

ZEELANT 25.52
Zevenar 28.52
Zinsich 29.51
Zulch 29.51
Zutphen 28.53
Zvveibrucken 29.50
ZVYDER ZEE. 27.53

INDEX LOCORVM TABVLAE
GENERALIS GERMANIÆ.

A

AAr fl. 30.47
Aarberg 29.47
Aarburg 30.48
Aarvvangen 30.47
Acken 35.53
Ackstede 31.54
Adlmansfeld 32.49
Adom 43.47
Adriatici maris pars 37.46
Aelst 26.51
Agria 43.47
Aich 38.51
Aicha 34.49
Aichfelt 33.51
Aichstet 34.49
Aken 28.51
Alba Regalis 42.48
Alben 29.50
Albis vel Elb. flu. & 33.54 36.52
Alch 37.49
Alcmar 36.53
Aldenburg 35.51
Aflelde 32.53
Allenstein 44.54
Allerburg 45.55
Almaz 43.47
Alnteck 37.48
Almeloo 29.53
Alpen 28.52
ALPES 31.46
Alporalso 34.47
Alre flu. 32.54.& 33.53
Altmul flu. 34.49
Alt Ofen 43.48
Altorf 34.50.& 31.47
Alt fol. 42.49
Altstat 39.51
Altzei 30.50
Amberg 35.50
Amelant 27.54
Amiens 24.50
Amsterdam 27.53
Anckerholtz 41.55
Andernach 29.51
Andest 31.47
Anger 40.49
Neu Angermonth 37.54
ANHALT 35.52
Annaberg 36.51
Antvverpen 26.52
Arcon 36.55
Ardres 24.51
Arenberg 29.51
Arenbruck 36.52
Arien 24.51
Arky 42.46
Arlun 28.50
Arn 38.51
Arnhem 28.53
Arnsperg 30.52
Arnsvvalde 39.54
Arras 24.51
Art 31.47
ARTOIS 24.51
Arua 42.50
Asselen 24.54
Ascheburg 31.50
Ascherleben 34.52
Aschpach 36.49
Asolyndua 40.47
Aspach 38.49
Aterendorp 31.55
Athesis flu. 33.46
Athyna 42.47
Augspurg 34.49
Aulen 32.49
S. Auolt 29.50
Aurick 29.54
Ausee 37.48
Axele 26.52
Axternis 42.55
Aye 32.50
Ayrolum 31.46

B

BAbolcha 42.47
Baden 39.49
Baden 30.49
Idem 31.48
Baerenburg 31.53
Bakvva 42.47
Balaton lacus 41.47
Baldeck 30.47
Baldenberg 40.54
Bale 27.52
Balenstede 34.52
Balga 44.55
Baltrom 29.55
Bamberg 33.50
Banen 38.54
Bapames 25.51
Barby 35.53
Bardevvick 38.54
Barka 43.46
Barlaimont 26.51
Barndorp 31.53
Barrut 36.53
Bart 35.55
Bartenstein 45.55
Bartfa 44.50
Barycz flu. 39.52
Basel 30.48
Bassen 29.54
Bassy 24.51
Bastoigne 28.51
Batha 43.47
Bauta 42.55
Bautzen 37.52
BAYEREN 34.49
Bayon 28.49.& 41.47
Bedach 38.48
Beauraing 27.51
Bebling 31.49
Bedburg 29.51
Bedgosky } 24.52
Bromberg }
BEHEM 36.50
Behem Broda 38.50
Belgradt 39.54
Belitz 36.53
Belkuck 38.54
Belle 24.51
Beltzig 36.53
Beltz 40.52
S. Benedict 42.49
Benissavv 37.50
Benthem 29.53
Beraun 37.50
Berchtolsgaden 36.48
Bercka 33.51
Berga 35.51.& 34.52
Berge 34.54
BERGE 30.52
Bergen vide Mons
Bergen 36.52.& 36.55
Bergervvolde 33.54
Bergstede 32.55
Berlin 36.53
Berlinichen 38.53
Bern 30.47
S. Bernardin 31.46
Bernburg 34.52
Bernevvichen 37.53
Bernstein 37.51
Bernstat 40.52
Beskavv 37.53
Viller Betnoch abb. 28.50
Beurberg 34.48
Beutten 40.53
Beyren 31.49
Bezenche 42.47
Bibrach 32.48
Biel 29.47
Bielsko 42.50
Bilevelt 31.53
Bing 30.50
Bismark 34.53 & 42.54
Bisschofsvverd 37.52
Bisschophoff 36.48
Bistritz 39.49
Bistritzka 40.49
Blanckenburg 30.47
Blammont 29.49
Bleibiiz 41.51
Blonie 44.53
Bober flu. 38.51
Bochaczovv 44.53
Bochotnitze 45.52
Bockelheim 33.53
Bodenzee 32.48
Bodmer 31.48
Bodzetin 45.51
Boicholt 29.52
Boke 31.52
Bolnovv 40.54
Bommel 27.52
Bon 29.51
Bon Monstor 44.46
Bopfingen 33.49
Boppart 30.51
Borch 35.53
Borckum 28.54
Borka 39.52
Bormio 33.46
BORNHOLM insulæ pars 38.56
Bosch 27.52.& 28.54
Boscz 40.52
BOSNIÆ Pars 41.46
Botzan 34.47
Botzavv 30.53
Boxtehude 32.54
Bozock 42.49
BRABANT 27.52
Brakel 31.52
Bramsche 30.53
Bramstede 32.55
FRANDENBVRG 36.53
Franlenburg 36.53 & 44.55
Nevv Brandenburg 36.54
Braunavv 36.49
BRAVNSVVYCK 33.53
Braunsvvyck 33.53
Brausperg 33.53
Breda 27.52
Bredefort 28.52
Bregentz 32.48
BREMEN 31.54
Bremen 31.54
Bremerfurde 31.54
Bremgarten 31.48
Bremt 35.52
Breslavv 40.52
Bresnitz 36.51
Bretsch 36.52
Bretznicza 42.52
Briel 26.52
Brielen 31.52
Brietzen 36.53
Brin 39.50
Brinnitzka 41.51
Brisach 30.48
Brixen 35.47
Bro flu. 42.53
Deutschen Broda 38.50
Bromberg Bedgosky 42.52
Bruck 30.48
Bruckenavv 32.51
Brucks 36.51
Bruessel 26.51
Brug 25.52
Bruneck 35.47
Bruyeres 29.49
Brzestyé 42.53
Buda vel Ofen 43.48
Budin 37.51
Budvveis 38.50
Buck flu. 45.53
Bulach 31.49
BVLLON 27.50
Bullon 27.50
Burgdorff 30.47.& 32.53
Burgsteenford 29.53
Burtenbach 33.49
Buntzel 38.52
Busen 31.55

Bufenin 41.52
Bufze 39.53
Butibulas Möstor 43.47
Butzen 32.48
Bycez 44.50
Bytovv 41.54

C

CAlavv 37.53
Cales 24.51
Calgocz 41.49
Cambray 25.51
CAMBRESIS 25.51
Camiensko 42.52
Camin 38.55
Camitz 37.52
Camp 26.53
Campen 28.53
Canstat 32.49
Capithl 40.47
Cappel 32.52
Cappl 38.47
Carlstain 38 49
Carthaus 42.55
Cassel 24.51 & 32.52
Cassovia 44.49
Catlyck 28.54
Catznelnbogen 30.51
Cell 33.53
Cella 39.48
Chabrock 42.49
CHAlokeutz insula 41.49
Chams 35.50
Chapelle en Tyrasse 26.50
Chasma 40.47
Chastel 28.49
Chastelet 25.50
Chege 44.48
Cheim 42.50
Chemnitz 36.51
Chentyny 44.51
Chymay 26.51
Chiny 27.50
Chodzez 40.53
Chorgo 42.47
Chrastovviecze 43.50
Crastovvitz 40.47
Chrudim 38.50
Chur 32.47
Clauen 32.46
Clerf 28.51
CLEVE 28.52
Cleue 28.52
Clingen 34.52
Cloppenburg 30.54
Closterlin 33.47
Cobentz 38.48
Coblentz 40.51
Coburg 34.51
Cocheim 29.51
COD ANVS Sinus 34.59
Coevorden 29.53
Colberg 39.55
Colbitz 38.54
Colin 38.50
Colmar 30.48
COLN 39.51
Coln 39.51 & 36.53
Colo 42.53
Conde 25.51
Conin 41.53
Coninksfelt 29.51
Conitz 41.54
Copenigk 37.53
Corbers 29.47
Corlin 39.54
Cortryck 25.51
Coslyn 39.55
Costentz 31.48
Costyan 39.53
Cotbuss 37.52
Cracovv 43.50
Craienka 40.54
CRAIN 37.47
Crainburg 37.47
Crapin 39.47
Crasso 42.46
Creutznach 30.50
Cronach 34.51
Crone 41.54 & 40.54
Crossen 38.53
Cub 30.51
Culm 42.54
Culmbach 34.51
Culmse 42.54
Culno 42.53
Cyeblou 39.53
Czasla 38.50
Czchoitz 44.50
Czernehor 39.50
Czoke 44.49
Czolno 42.49
Czongrad 44.47
Czvverl 38 49
Czyglet 44 48
Czyrsco 45.52

D

DAblack 46.55
Dabronivva 40.46
Dalem 36.52
Dalmin 35.54
Dalovv 38.54
Dam 29.54.34.54.38.53. & 38.54
Danneberg 34.54
Dantzigk 42.55
Danubius vel Donavv. 35.49. & 43.47
Darney 28.48
Dassovv 34.55
Daten 40.48
Daussim 31.51
Debicza 45.50
Dechnitz 36.51
Deckendorff 36.49
Delft 26,53
Deltau 36.53
Demmyn 36.54
S. Denys. 29.47
Depstede 30,54
Dermond 26,52
Dessavv 35,52
Deventer 38,53
Deutschen Broda 38, 50
Deutschen Lavv 43,54
Devvecher 41,48
Dieben 35,52
Die Peel 28,52
Die P faltz, vide P.
Diepholt 39,53
Diest 27,51
Dietfort 34,49
Dietkirch 28,50
Dieuze 29,49
S. Dyey 29.49
Dillenburg 30,51
Dilstet 33,52
Dinant 27,51
Dinckelspuhel 33,49
Dingelfing 35,49
Dirschavv 43,55
Dirschkeim 44,55
Disching 32.49
Diserntis 31,47
Ditmaning 36,48
Divenavv.fl. 38,55
Dixmude 25,52
Dobeln 36.52
Dobermund 37.52
Doblach 35.47
Dobranivva 43.49
Dockum 28.54
Doetecum 28.53
Dombo 42.47
Domitz 34.54
Domnavv 45.55
Dompaire 28,49
Domschuhuss 40.47
Doratz 43.49
Dornstet 31.49
Dorse flu. 35.54
Dorsten 29,52
Dort 27.52
Dortmund 29.52
Dotis 41.48
Douay 25.51
Douchery 27.50
Dra vel Dravus flu. 36.47 & 43.46
Draburg 38.47
Dragun 35,55
Drackestede 34.53
Draun 37.39
Draun flu. 37.49
Dreckfurde 30,53
DRENT 28,53
Dresda 36.52
Dresen 39,53
Drolshagen 30,51
Droplack 36,47
Droskirch 40.49
Duderstat 33,53. & 33,52
VVyck te Duerste 27.53
Dulmen 29.52
Dunavvert 33.49
Dung 27.50
DVRINGEN 33,51
Durnbach 40.49
Dusseldorff 29,52
Dutling 31,48
Duynkerken 24,52
Duysburg 29,52
Dylling 38.48

E

EBeleben 33,52
Eberspeg 35,48
Ebervvangen 33,48
Ebin 31.48
Ebenstaing 38.48
Quinque Ecclesiæ 43.47
Edelyn 43.49
Ems.flu. 30.53. & 28.54
Egmont 26.53
Egra 35.51
Egra.flu. 35.51
Eider flu. 31.55
Eindhoven 27.52
Elb.vel Albis flu. 38.51 & 30.55
Elbing 43.55
Elburg 28,53
Elchingen 33.49
Elgovv 31.48
S.Elizabet 40 47
Ellischavv 36.50
Elnbogen 35.51
ELSAS 30.49
Elster flu. 37.35. & 35.51
EMDEN 29.54
Emden 29.54
Enchusen 27,53
Enderevv 42.47
Engelber 31.47. & 40.50
Engelsberg 40.50
Engenberg 37.48
Engesen 32.53
Ens.flu. 38.48
Ens 37.49
Enspruck 38,48
Eppingen 31.50
Erdevvdy 44,46
Erdfurt 34.52
Erenburg 31.54
Ernberg 34.48
S.Ersebevvth 41.47
Eschenbach 35,50
Eschenvvege 33.52
Esling 32,49, & 37,47
Espinal 29.49
Estaing 28,50
Etal 34,48
Erlens 30,54
Eylenburg 35,52
Eymbeke 32,52
Ezekh 43,46
Ezes 29,54
Ezura flu. 43.53

F

FAlckenburgk 39.55
FALSTRI insula 35.56
Faverney 28.48
Feltzen 33.48
Femeren insula 33.55
Ferden 31.54
Feryng 40,48
Fevvsolyndua 40.48
Fired 44.48
Fischausen 44.55
Fladingen 32.51
Fontain 26,50
Maubert Fontain 26.50
Fonteney 28.48
Forchain 34.50
Forst 37,52
Franckfurt 31.51 & 37.53

Fran-

Franckenburg 31.51
Franckendal 31.50
FRANCKENLANT 32.50
Franomont 29.48
Fraustat 39.52
Frauvvenberg 36.50
Freiberg 36.51.&39.51
Freiburg 30.48
Freienstat 34.50
Freienvvald 37.53
Freievvalde 40.51
Freising 34.49
Freistat 37.49
Frestat 38.52
Friburg. 36.48 29.47 & 40.48
Fridberg 31.51.&38.51
Frideland 39.54. & 37.53
Fridtlandt 38.51
FREISLANDT 28.54
Fries Ochten 30.54
Friestat 37.48
FRISCHAFF 37.54
Frischnerung 43.55
Frizlar 32.52
Fronsperg 39.48
Fruart 28.49
Frutingen 30.47
Fruessen 33.48
Fuld 32.51
Fuld flu. 32.52
Furstenavv 39.54
Furstenberg 38.53
Furstenbergk 36.54
Furstenfeld 40.48
Furstenfelt 34.49
Furstenvvald 37.53

G

GAbin 43.53
Gaflencz 38.48
Galfeisen 32.47
Ganderfum 32.53
Gangelt 28.51
Garde 41.55
Gardeleben 34.53
Gars 39.49 & 35.49
Gartz 37.54
Garvvolin 45.52
GELDER 28.53
Gelre 28.52
Gembicza 41.53
Gemblours 27,51
Gemen 29.52
Gemund 29.50.& 32.51
Genges 43.48
Gentsn 35.53
S.Georg. 40.47.& 42.47 & 43.49
S.Georgius 44.48
S.Georuara 41.47
Gepping 32.49
Gera 35.51
Gern 36,49
Gernesheim 29.51
Gessor 35.56
Gesthes 41.48
Gestinum 31.47
Geuio 31.46
Gezslingen 32.49
Ghent 25,52
S.Giakh 41.49
Giengen 33.46
Gira 32.46
Glanach. 37.47
Glatavv 36.50
Gletz 39.51
Glindesmor 32.54
Globuczko 42.51
Gloga 40.51
Glogavv 39.52
Gloknicz 39.48
Gmind 37.48
Gmund 32.49
Gmundt 37.48
Gnezna 41.53
Godesbusch 34.55
Goding. 40.49
Goer. 29.53
Goerede 26.52
Goes 26.52
Golan 41.53
Golb 43.53
Goldenstat 38.47
Golfo de Trieste vide T.
Golling 36.49
Golnavv 38.54
Golvvitz 34.55
Gorcum 27.52
Gorlitz 38.52
Gesiar 33.53
Gothen 33.52
Gottingen 32.52
Gottorp 32.56
Gotzberg 39.51
Grabovv 41.52
Gradiskia 41.46
Gran 42.48
Gran flu. 43.49
Grand court 29.47
Gratz 39.48
Graudentz 42.54
Grauenavv 36.49
Greding 34.49
Greim 38.49
Gresmullem 34.55
Gretz 38.51
Greueling 24.52
Greuental 34.51
Grim 35.52
Grimborch 29.50
Grippenhag 38.54
Gripswald 36.55
Groblyn 41.48
Grodisko 40.53
Grodziecz 44.52
Groenavv 32.53
Groeningen 28.54
Gromberg 31.51
Grofeto 32.46
Grotenbro 33.55
GRVBENHAG 32.52
Grun 34.51
Grunberg 38.52
Grupenhagen 33.52
Guben 38.52
Guise 25.50
GVLICK 28.51
Gulick 28.51
Guns.alt.nevv. 40.48
Gunterfperg 34.52
Guntzperg 33.48
OberGarck 38.46
Gurck flu. 39.46
Gurck 37.48
Gusterevv 35.55
Gutstat 44.54
Gymez 42.49
Gyrke 42.47
Gyshorn 33.53

H

HAbelschvver. 39.51
Hag 35.49
Hagenavv 30.49
Haidêheim.33.50.& 32.49
Hailbron 31.50
Haimburg 40.49
Hainburg 34.50
Hain 36.52
Hairenstain 39.54
Hal 35.48
Halasdy 41.49
Halberstat 33.53
Hall 32.50.& 35.52
Halstat 37.48
Halteren 29.52
Halvvyl 30.48
Ham 39.52.& 30.52
Hamburg 32.55
Hamelburg 32.51
Hamsvverum 29.54
Hannouer 32.53
Hanstat 39.50
Harburg 33.49
Hardenberg 28.53
Hardervvych 27.53
Harlem 26.53
Harlingen 27.54
Harres 39.49
Hase 29.53
Haselunen 30.53
Hasselt 27.51
Hattingen 29.52
Hatvvar 43.48
Hauel flu. 35.53.& 36.54
HAYNAVLT 26.51
Heidelberg 31.50
Heilich Creutz 39.49
Heiligelant 30.55
Heillperg 45.55
Hemichavv 40.51
Hel 47.55
Helbe flu. 33.52
Held reychon 33.52
Hellel 36.48
Hellenstain 22.49
Helmesshusen 32.52
Helmstat 34.53
Hemmavv 34.50
Hensberg 28.52
Herenials 27.52
Herisovv 32.47
Hernstat 39.52
Herpstede 31.54
Herschfelt 32.52
Hertzhorn 31.55
Hertzegaurach 33.50
Hervverde 31.53
HESSEN 32.51
Heuelbergk 35.53
Hevvat flu. 44.49
Hevves 44.48
Hiddensee 36.55
Hildesheim 32.53
Himel port 31.55
Hinder Rhein 31.46
Hirsthberg 38.51
Hoey 27.51
Hoff 38.51.& 35.51
Hohenavv 35.48
Hohenovv 40.49
Hohenstein 33.52
Hohnvvert 34.49
Holischovv 40.50
Holland 43.55
HOLLANT 20.53
HOLSTEN 35.55
Holte 31.52
Holmunden 32.52
Holtzkirchen 34.48
Homburg 30.48
HOORNE 28.52
Horb 31.49
Horburg 33.53
Horessovitz 37.50
Horn 27.53
Hornborg 31.54
Hottelnsehe 34.54
Hoye 31.54
Hulst 26.52
HVNGARIA 42.48
Husem 31.56
Hussen 30.49
Huxter 32.52

I

IAplonkou 41.50
Ianashida 44.48
Iaromir 39.51
Iasmont 37.55
Iaxthausen 32.50
Iberg 50.53
Iegersburg 39.54
Iello 30.54
Iemeppe 27.51
Iemmerdum 29.54
Iena 34.52
Iendrzeiovv 43.51
Iessen 36.52
Iezovv 43.52
Igla 38.50
Iler flu. 33.48
Ilkusch 43.51
Illesy 43.46
Iltz 40.48
Inderstorff 34.49
Ingervvitz 39.50
Ingolstat 34.49
Inn. flu. 36.49.& 33.47
Innspurck 34.48
Inovvlocz 44.52
Iohannesburg 45.54
Ionuelle 28.48
Ioun 29.47
Ipol.flu. Vide.Y:
S.Ipolite 29.48

Ipren 25.51
Ipſ 38,49
Irſozeg 43.48
Iſchl 37.48
Iſdenitz 41.47
Iſer flu. 36,49,34.48
Iſerlon 30.53
Iſne vide Y.
Iſſel flu. 28.53
ITALIAE pars 35.47
Iudenborg 38 48
Iutroſchin 40.52
Iuyſt 29.54
Izbicza 42.53

K

KAle 34.51
Kalis 39.54
Kaliſch 41.52
Kalibach 42.48
Kamara 37.50
Kamieniecz 46.53
Kamin 42,53
Kandelſteg 30.47
Kanick 45,48
Kapoz Vivvar 42.47
Kapu 41.48
Kargen 36.54
Karliſtat 32,50
Karney 34.47
Kaſmin 40,52
Kata 43.48
Kaufbeurn 33,48
Kaydachz 47,47
Keiſers Lutern 30.50
Keiſersberg 30.49
Keiſerſtul 31.48
Kelheim 35.49
Kelle 30.54
Kelpen 44.46
Kempten 33.48
Kentzingen 30.59
Kerlburg 40.49
Kermend 40.48
Ketzkemet 44,47
Ketzvv 41.48
Khulp.flu. 39,46
Kielee 44,51
Kilburg 29,51
Kiritz 35,54
Kirn 29,50
Kitzing 33,50
Klagenfurt 37.47
Klauſen 37.48
Kleckzko 41.53
Kneringen 33.49
Knitling 31.49
Kobelin 40.52
Kocher flu. 32.49
Komaprun 40.49
Komara 41,49
Konighperg 45.55
Kon gingreiz 38,31
Kominſberg 38,53
Koppap. 41.47
Koſla 41.51
Koſty 38.51
Kotecz 41,53
Kovvacz 41,46
Kracavv 35,54
Krauta 32.50
Kremnitz 42,49
Krempe 31.55
Krems 39.49
Kremſiel 40,50
Kreuſpach 39,49
Kriegla 39 48
Kromavv 39,50
Kromburg 32,48
Krone 40,54
Kropelyn 34,55
Krumlavv 37,49
Krumpach 40,48
Krupe 43,48
Krupitz 41.51
Krzepice 42.51
Kublitz 32,47
Kuffſtain 35.48
Kum 35.54
Kunſberg 33,51
Kupferberg 34.51
Kuſtrin 38,53
Kuttenberg 38.50
Kyl. 32.15
Kylck 44.47
Kynigſberg 39.47
Kyſchavv 42.54

L

LAberzeca 37,51
Labes 39,54
Lachen 31 47
Lada 36,51
Laecz 33,46
Laen flu. 31,51
Laha 39,49
LALAND inſula 34,56
La Mothe 28.49
Lancicia 42,53
Landavv. 35 49 & 30,50
Landeck 40.54 & 39.54 & 33.47
Landeſhut 39.51.& 35,49 & 45.50
Landrechies 26,51
Landren 29.47
Landſee 40.48
Landſkrona 43 50
Landsberg 39.47 33.48 & 38.53
Landſtraſſ 39,46
Langeroge 29.55
Langeſtede 32.54
Langhe 29.54
La Roche Vide R.
Laſſlo 44.50
Latzigh 38,54
Laubach 38,47
Ober Laubach 38.56
Lauben 38,52
Lauburg 35.53
Lauden 32,50
Lauffen 36.48 & 31.49
Lauffenberg 30.48
Lauingen 33.49
Laun 36,51
LAVSNITZ 37.52
Lauvvenburg 33.54
LAVVVEBVRG 33,54
Lavvflu. 32.53
Deutſchen Lavv 43,54
Lebe 41.55
Lech fl. 33.47.& 34.49
Leip 37.51
Lemberg 34.52 & 34.49
Lemgovv 31.53
Lemmerhorn 27.53
Lempach 39.49
Lenitz 39,53
Lenne 31.51
Lenne flu. 30,52
Lennep 29.52
Lenzen 34,54
Lenza flu. 32.54
Le Pont 28.49
Leſla 42.53
Leſſen 26.51
Letovvitz 39.50
Leuben 38.48
Leubus 39.52
Leuck 30,46
Leupnick 40.50
Leutmeritz 37.51
Leuſch 43.49
Leuvoerden 31.53
Leuvvarden 27,54
Levva 42.49
Levveld 41,48
Levvenborch 41 55
Leyden 26,53
Leypzigh 35.52
Leytha flu. 40,49
Libeten 43.49
Libſtat 44.54
Lichtenavv 32.52
Lichtenberg 34.51
Liechſtal 30.48
Liechtenberg 33.49
Lientz 36.47
Lier 26.52
Lieuenovv 32.52
Lignitz 39.52
Lingenfelt 39.48
Lille 25.51
LIMBVRG 28.51
Limburg 28.51.& 38.51
Limpach 29.50
Lindavv 32.48
Lindinſfelſſ 31.50
Lindeten 30.54
Lingen 29.53
Lip fl. 30.52
Lippe 30.52
Litichorn 39,50
Littomiſſel 39.50
Litvva 42.49
Loeds 33.47
Loeben 27.51
Londen 31.56
Lor 32.51
LOTRING 28.49
Lubben 37.52
Lubberſtede 32.54
Lubeck 33.55
Luben 39.52 37.53
Luberaſſ 37.53
Lublinecz 41.51
Luboula 44.50
Lubus 47.53
Lucern 30.47
Luetenberg 40,47
Luken 36.52
Luneburg 45.55
Lunen 29,52
LVNENBVRG 33.54
Lunenburg 33.54
Lunerburgerheyde 33.54
Luneville 29.29
Luter fl. 30.50
Luterb rg 30.49
Lutet ſeu Keiſers
Lutern Vide K.
Lutitz 36.51
Lutzenburg 28.50
LVTZENBVRG 28,50
Luxeul 28.50
Luyck 28.51
LVYCK 29.51
Lyck fl. 46.54
Lyck 46.54
Lymburg 31.53

M

MAchelen 26.52
Maeſeyk 28.52
Maeſmunſter 29.48
Maeſtricht 28.51
Maklar 43.49
Makovv 45.51
Maingen 33.51
Malchin 35.54
Malnapadarck 43.49
Malogoſcz 43.51
Manamoſter 44.47
Manſee 36.48
MANSFELT 34.52
Manſſelt 34.52
Mantern 38.48
Marbach 32.49
MARC 30.52
Marchpurg 39.47
Margenpurg 43.55
Marguartſtein 35.48
MARERENSEV
Morauia 39.50
Mariaberg 36.51
Maribo 34.56
Marienvverd 43.54
Maris Adriatici pars
Vide A
Markh fl. 40.49 & 40.50
Marne 31.55
Maros 42.48
Maroth 43.46 & 42.49
Marpurg 31.51
Marſan 43.47
Martinach 29.46
Martonvaſar 43.48
Maſeflu. 25.53
Maſieres 27.50
Maſlouing 40.47
Matray 35.47
Maubert Fontaiane
26.50
Mauſſen 40.51
Maut 35.50.& 34.51
Maynflu: 31, 50.& 34.51
MAVIAE pars 44.53

Mede-

Medebach 31.52
Medels 31.47
Meiecfald 32.47
Meils 32,47
Meiringen 30 47
Meissen 36,52
MEISSEN 36.51
MEKLENBORG 35.55
Melck 38.49
Meldorp 31.55
Melle 30.53
Mellerstat 33,51
Melsack 44.55
Memeding 36.50
Memmingen 33.48
Memschitz 40.49
Mentz 30.50
Meppe 29.53
Mering 31.48
Merspurg 35.52
Merstat 30,50
Meschede 30.52
Meseritsch 39.50 & 41 50
Meseritz 39.53
Metz 28,50
Metzeral 29,48
Mevva 43,54
MEYDBVRG 34.53
Meydburg 34.53
Miclovvitz 42.51
Middelburg 25.52
Miechovv 43.51
Mies 36.50
Miltenburg 31.50
Milterberg 37.49
Mimmel flu. 46.55
Mindelhaim 33.49
Minden 31.53
Minsing 32.49
Minsko 45.53
Mirecourt 28.49
Miskebuda 44.47
Misslovvitz 42.51
Mistelbach 40.49
Moen 31.55
Moers 29.52
Molda flu. 37.50
Molne 33.54
Monreal 29.51
Mons alias Bergen 26.51
Monstor 44.47
Monstor Butibulas 43.47
Mon Monstor Vide B.
Montabour 30.51
Montey 29.46
Montfort 32.47
Montmedy 27.50
Morhangues 29.50
Morung 44.54
Mosa vel Maes flu. 26.51
& 28.52
Mosch 40.53
Mosella vel Mosel fl. 29.51
& 28,59
Mospach 31.50
Mospurg 35.49
La Mothe 28.49
Moulnicza 44 52
Muckenberg 37.52
Muisko 45.53
Mulberg 36.52
Mulda fl. 35,52.36.51
Muldorff 35.49
Mulhausen 33.52 & 36.48
Mulrase 37.53
Munchen 34.48
Munden 32.52
Mundorkingen 32.49
MVNSTER 30.53
Munster 30.52 & 30.46
Mura flu. 40.47 & 37.48
Murekh 39.47
Murhardt 32.49
Murlavv 35 55
Myslunde 34.55
N
NAb flu. 35.50
Nachbare 34.54
Nacke 36.53
Nagold 31.49
Nakel 40.53
NAMVR 27.51
Namur 27.51
Naua 43.48
Nancy 28.49
Narevv flu. 45.54
Nassovv 30.51
Naters 30.46
Nauaz 44.48
Naumburg 35.52 & 38.52
Navve 36.53
Nazaret 33.47
Nebra 34.52
Necker fl. 31.48
Nedliz 40.47
Neiss flu. 37.52
Neisse 40.51
Neuburg 35.50
Neufchasteau 28.49
& 27.50
Neufville 29.46
Neugarten 39.54
Neuhouss. 31.50 & 35.50
Neukilch 31.48
Neukirch 35.48
Neumarck 39.52
Neumarckt 43.54
Neustadt 39.53 & 40.50
35.54.52.53.30.51 31.
51 34.51 34,49 30.50
40.48 37.53.
Neustet 39.51
Neuvvenburg 30.48
& 29.47
Nevv Angermunt Vide A.
Nevv Brandeburg Vide B.
Nevv Marck 37.48
Nevv Marckt 37.47
Nevv Milhn 38.53
Nevv Sol 42.49
Nex castrum 38.56
Neydenburg 44.54
Neyding 31.48
Niclasburg 40.49
Nider Rodenburg 31.94
Nider Vvittenberg 33.
54
Nidzalos 44.42
Nieneue 26.51
Neuport 24.52
Nimmegen 28.52
Ninorderoghe 29.54
Nitria 42.49
Nitel 26.51
Nommeny 28.49
Nopnavv 30.49
Norden 29.54
Norderdracht 28.54
Nordlingen 33.49
Northeim 32.52
Northorn 29.53
Notez fl. 41.53 & 39.53
Nouemiasto 44.52
Nouigrad, 40.47 & 43,
48
Nouigrod 46.54
Novvitrag 43 50
Nurenberg 34.50
Nurenberge 39.54
Nuvvenhorn 32.48
Nuys 29.52
Nyavverck 31.55
Nychuys 33 55
Nyclant 28.54
Nye Munster 32 55
Nyenburg 31 53
Nyenhuys 31.55
Nyestat 33.55
Nysna 43.46
O
OBerberg 36 50
Ober Gurck vide G
Oberkirch 30,49
Ober Laubach. Vide L.
OBERN Pfaltz 34,50
Ober Rodenborg 32.54
Obervvasky 41 46
Oborniki 40.53
Obre fl. 34.53
Ochten 31.53
Odelno 40.52
Oder flu. 37.53 & 41.51
Oder 41.50
Oderæ fons 41.50
Oderburg 41.50
Oederen 36.51
Oeringen 33.49
Alt Ofen Vide A.
Ofen vel Buda vide B.
OLDENBORG 30.54
Oldenborg 30.54
Oldeslo 33.55
Olmuntz 40.50
Olsavva 43.49
Olsnitz 35.52
Olss 40.52
Olstyn 42.52
S·Omer 24.51
T.Ooghe 26.54
Oostende 25.52
Opato 44.51
Opatovv 45.51
Oppelen 41.51
Oppenheim 30.50
Orozlankvv 41.49
Ten Ort 29.54
Ortelsburg 45.54
Osen 32.53
Osenburg 30.53
Ossa fl. 41 55
Osseld 34.53
Ossolm 45.51
OSTENRICH 38.49
Osterhouen 36.49
Osterode 33.52
OSTERSCHE see 55,38
Ostervvyck 33.53
Ostmer 31.55
Ostra 40.50
Ostrolenka 45.53
Osyck 45.51
Otterendorp 31.55
Otting 36.49
Oudenard 25.51
Ouelgunne 30.54
Ouernorde 42.55
Ovvar 40 49 & 41.46
Ozora 42.47
P
PAderborn 31.52
Paling 31,49
Pand 43.48
Poppenhaim 33.49
Parchum 35.53
Pardubitz 38.50
Paring 35.49
Parreut 34.51
Pas 24 51
Pasevvalck 37.54
Passauant 29.48
Passenheim 44.54
Passion 41.47
Pastavv 36.49
S. Paul 24.51
Pautzke 42.55
Peel 28.52
Peer 27.52
Peisern 40.53
Pela 39.48
Pelysia 42.48
Penigk 35,51
Penkun 37.54
Perlebergk 35,54
Perlek 44.46
Pervveis 27.51
Pest 43.48
Petelenborg 30.54
Petervvarden 34.46
Petrouia 39.46
Petravv 39.47
Peurbach 37.49
Peyne 33.53
Pezasnitz 44.54
Pfaffenhouen 34.49
PFLALTZ 31 50
OBERN Pfaltz 34.50
Pfefficon 31.47
Pfortzheim 31.49
Pfreimbt 35.50
Pfullendorff 32. 8
Pfunt 33.47
Phlippe ville 26.51
PICARDIA Epers 24.50
Pieschen 41 49
Pilgram 38.50

Pillen

Pilſen 36.50
Pilſno 44.50
Pinzovv 44.51
Piotravvin 45.51
Piotrkovv 43.52
Pirn 36.51
Piſcka 37.50
Plan 36.50
Planckenſtein 39.47
Plaſs 36.50
Platna 37.50
Plavv 41,47
Plavven 35.54
Pleſſe 32,52
Plettenborg 30.52
Plez 42.50
Ploé 33.55
Plonsko 43.53
Plouuiecz 44.50
Plyntenmarck 38.49
Pobianice 42.52
Pod 36.48
Pogoneck 38.47
Polchin 39.54
POLONIA 43.51
S.Polten 39.49
Poltovvsko 41.53
POMEREN 38.54
Le Pont 28.49
Ponterasin 33.46
Popelavv 40.51
Poppen 45.54
Poſega 42.46
Poſna 40.53
Potenſtain 34.50.& 39.48
Potivvortz 38.50
Potſtain 36,53
Potzavv 37,54
Poxperg 32,50
Prag 37,51
Prahalitz 37,50
Praitenprun 40,49
Prauska 41,52
Prauſnijz 39,52
Pregel flu. 45,55,&46,55
Prentzlavv 37.54
Prerer 40,50
Presburg 41,49
Preuſiſchmarck 43.54
PREVSSEN 44.55
Pribus 38,52
Primka 38,52
Principis hortus 37,55
Pritzvvalck 35,54
Procelden 31,50
Proſſynia 46.53
Proſznia flu. 41,52
Proſzovvice 43,51
Pruck 39,48
Pruckh 40,49
Przeczlavv 44.50
Przedborz 43,52
Przibra 37.50
Pizityck 44,52
Pſin 31,48
Pubendorff 40.48
Pudingen 31,51
Pulitz 39,51
Pulka 39,49
Punibritz 41,49
Punitz 39,52
Putbus 36,55
Pyla 40,53
Pylcza flu. 45,52
Pylcza 43.51

Q

Vakenburg 30.53
Quinque Eccleſiæ 43.47
S.Quintin 25,50

R

Rab flu. 41.48.& 39, 48
Rab 41,48
Raczanovv 44,51
Radom 44.52
Radomsko 42.52
Radzimin 45.53
Raeſuelt 29,52
Ragun 35.52
Rain 39.47
Rakerſpurg 40,47
Rakonick 36,51
Ramberuiller 29,49
Rampno 41,52
Ramſlavv 40.52
Ranten 37,48
Raon 29.49
Rapin 36.54
Rappersvvyl 31,47
Raſtat 37,48
Raſtenburg 45.54
Raſtenis 46.55
Ratenavv 35,53
Ratibor 41,51
Ratt 34.50
Ratolfszell 31.48
Ratzenburg 33,55
Raua 43.52
Raua flu. 43,52
Rauden 39,52
Rauenſpurg 30.53.&32,48
Rauefteln 27.52
Ray 31.53
Rayneck 34,47
Redavv 36,49
Rees 28.52
Regen 36.49
Regen flu. 35.50
Regenſperg 31,48
Regenſpurg 35.49
Regenſtein 34.52
Reichenhal 36,48
Reichtal 41.52
Reiffling 38,48
Reiptzigk 38,53
Reitling 32,49
Remiremont 29.48
Remund 28.52
Rengeryck 30.53
Renſborg 32,55
Rentelen 31.53
Renty 24.51
Reſchouet 41.55
Reuecol prom 41,55
Reuing 27.50
Retz 39.54
Rhaſtia 41,40
Rhein vel Rhenus flu. 29, 51,& 32.47
Vorder Rhein 31.47
Rheineck 37.47
Rheinzaboren 30.49
Rhenn 29.53
Rhetum 32.54
Rheyde 29.54
Rhineck 32.48
Richo 41.49
Ried 37.49
Riedling 32.48
Rimanovv 45,50
Rinfelden 30.48
Riſenburg 43.54
Rochefort 27.51
La Roche 28.51
Rochlitz 35.52
Rockizan 36.50
Roda 34.51
Nider Rodenborg 31.54
Ober Rodenborg 32,54
Rodoſchyce 44.52
Roer flu. 30.52
Romer ſtad 40.50
Rooſvvinckel 29.54
Ropin 43.53
Roſenavv 44.49
Roſenberg 42.49 & 37. 49
Roſenhaim 35.48
Rosheim 30.49
Roſtock 35.55
Roſzavv 45,54
Rotenburg 38,52.& 33,48 & 33.50.35,48
Rotenman 38,48
Rotingen 32,50
Rotterdam 26.53
Rottu moghe 28.54
Rotvveil 31,48
Rudden vverde 34.54
Rue 29.47
Ruemansfelden 36.49
Ruffle 31.46
RVGIA inſula 36.55
Ruſco 30.46
Rutten ſtain 38,49
Rybnich 41.51
Rydberg 31.52

S

SAbacz 43.46
Sabavv 38.54
Saeldental 35.49
Sag 42.48
Sagan 38.52
Sakhon 40.47
Sal flu, 34.51& 35.52
Salancz 44.48
Salbing 34.51
Salfelt 34.51
Salm 29.49
Sal Munſter 32,51
Saltz 34,53
SALTZBVRG 36.48
Saltzburg 36,48
Samprone 30.46
Sandecz 44.50
Sandomiria 45.51
Sar flu. 29.50
Sarburg 28.50.& 29.49
Sarckavv 45,55
Sarvvar 41.48
Sarvvyzze flu. 42.47
Saſlatt 43.50
Saſs 30,46
Satz 36.51
Savv vel Sauus flu. 37.47 &44.46
Sax 32.47
SAXEN 35,52
Saxenfelt 36.47.& 39,47
Saxſtede 32.53
Scams 32,46
Scelde flu. 26,52.25,51
Schadeck 42.52
Schaleck 38 47
Schan 32,47
Schandavv 37.51
Schavvenberg 32.53
Schellinck 27.54
Schemnitz 42,49
Scheneuelt 32,52
Scherding 36.49
Schetzin 41.50
Schiermonickoghe 28.54
Schilliſch 30,55
Schinta 41.49
Schipſtede 34,53
Schlany 37.51
Schlavva 39,52
Schlavvina 42.42
Schleiſing 33,51
SCHLESI 39.51
Schletſtat 30.49
Schneberg 39.46
Schonberg 43,54
Schonebeck 37,54
Schoneck 42.54
Schonga 34.48
Schonvverda 34.52
Schouvven inſula 25.52
Schrym 40.48
Schuſſenried 32,48
Schuttern 30.49
Schvvabach 33,50
SCHVVABEN 32,48
Schvvandorff 35,50
Schvvarcza 39,48
Schvvatns 32,53
Schvveinfurt 33.51
Schvveren 39.53
Schvverin 34.54
Schvvibuſſen 38.53
SCHVVITZERLANDT 30.47
Schydlov 44.51
Sdechov 45,50
Seeburg 45,54
Seefeld 34,43
See manshauſen 35,49
Segeberg 33,55
Seged 44,47
Schauſen 35,54
Seiſſenberg 39,46
Sellin 40,47
Seplack 43,47
Sequa 45,54

Sernetz

Sernetz 33.47
Seroczacz 44.53
Seſten 45.54
Settorp 30.53
Setzenim 43.53
Seuvven 31.47
Vnder Seuvven 30.47
Sgaro 44.53
Sgers 42.52
Siburg 30.51
Sider 30.46
Siericzee 26.52
Sigen 30.51
Silberper 38.48
Simmeren 29.51
SINViS Codanus vide C.
Siradia 41.52
Siſaken 40.46
Sittavv 37.51
Sitten 29.46
Situo 42.51
Skoczovv 42.50
Skrzinno 44.52
Slage 40.55
Sleiden 29.51
Sleming 40.48
Sleſvvick 32.56
SLESVVICIÆ PARS 31.56
Sluys 25.52
Smalkalden 33.51
Snena 41.53
Sobota 42.53
Soens 29.52
Soeſt vide Z.
Soffelarn 34.48
Soklyos 43.47
Sol.Nevv.& Alt.Vide N.A
Soldavv & Soltavv 44 54.& 32,54
Soldin 38,53
Solecz 45.51
Soloturn 30.47
Solt Vvedel 34.54
Sombock 42.48
Someren 34.52
Somogvvar 41.47
Somos 44.49
Sonnevvaldt 36.52
Soppia 42.47
Sopploncha 41.47
Sopron 40.48
Sopronitza 41.47
Sora 41.50
Sornico 31.46
Soroſpatak 44.49
Soſet 39.47
Spandavv 36.53
Spier 31.50
Spiez 30.47
Spittal 38,48 & 31,47
Spre flu. 37.53
Spremberg 37.52
Sprottavv 38,52
Squirfina 39.53
Stablo 28.51
Stabny 34.55
Stade 31.55
Staffelſtain 34.51
Stainam 32.51
Stainitz 39.47
Stainpach 33,47
Stains 33.47
Staltenovv 31.53
Stantzſtat 30,47
Stargard 38.54.& 42.54
Stathagen 31.53
Staveren 27.54
Stauffen 30.48
Steenvvyck 28 53
Stein 31.48.& 35.51
Steindall 35.53
Steinavv 39,52
Steinem 31.52
Steir 37.49
STIERMARCK 39.48
Stepenitz 38.54
Sterczingen 34.47
Sternberg 38,53 & 35.54 & 38.50
Stetin 38.54
Stezycza 45.52
Stobnicza 44.51
Stockhauſen 32.51
Stolberg 34.52
Stolp.flu. 40,45
Solpæ 40.55 & 36,54
Stolpen 37.54
Strochneſt 39,52
Stotel 30,54
Straelſund 36,55
Straeſburg 43,54
STRANT inſula 31,56
Straſburg 43,54
Straubing 35.49
Strelitz 36,54 & 41,51
Strentza 38,51
Striega 39.51
S.Truyen Vide T.
Stnbbecopinge 35.56
Stum 43,54
Suppendorff 33,55
Stutgard 31,49
Suleiovv 43,52
Sulovv 40,52
Sunnenberg 38,53
Snſenburg 30,48
Svvabach 34.50
Svvanden 31,47
Svvarta flu. 39,50
S.VVendel. Vide VV.
Svvol 28,53
Svvolen 45,52
Svvynar 42,46
Syeding 38,49
Szyrzoda 40.53

T

TAbor 37,50
Tachavv 36,50
Taintz 36,50
Tangermund 35,53
Tappiavv 45,55
Tarcza.flu. 44,49
Tarnſtede 31,54
Tauchel 41,54
Tauaas 32,47
Tecklenborg 30,53
Telſs 34,47
Teltſch 38.50
Templin 36.54
Tenatz 32.47
Ten Ort. Vide O.
Terl 37.47
Tertzen 31.41
Teſſchen 41.50
Teſſer 42,48
Teupitz 40.54
Texel inſula 26.44
Teya 38.49
Teya flu. 39,49 & 40.49
Thalia 44.49
Thall 35.51
Tham 36.53
Than 32.51
Theonville 28.50
Thierhaubten 34.49
Thom Dam 34.54
Thuin 26.51
Thun 30.47
Thuren 32.50
Thurnout 27.52
Thurtur 45 48
Thybiſchus flu. 44.46 & 45.48
Thyrn ſtain 39.49
Tielt 25.52
Tienen 27.51
Tiffer 39.47
Tintzen 32.46
Tirol 34.47
TIROLIS 33.47
Titul 44.46
Tokaya 44.49
Tolna 43.47
Toploven 40.47
Torgavv 36,52
Torn 42.53
Torna 44.49
Tornan 36.54
Tornavv 38.51
Tornay 25.51
Toul 28.49
Tramborn 39.54
Tranſchyn 41.49
Tranſperg 35.48
Traue flu. 33.55
Travemund 33.55
Traunſtain 36.48
Trebin 36.53
Trent 34.46
Treptou 36.54
Tribel 37.52
Tricbnicz flu. 43.54
Trier 29.50
TRIER 29.60
Golfo de Trieſte 37.46
Troppa 43.50
S.Truyn 27.51
Tubing 31.49
TVENT 29.53
Tuln 39.49
Tumuas 33.47
Turckheim 30.50
Turovv 34.54
Tuſis 32.47
Tvvard 43.50
Tvvardoſchin 42.50
Tyhan 41.47
Tyliach 36.47
Tyrna 41.49
Tyrnovv 39.50
Tzrebitzch 39.50

V

VAch 32,51
Vachocz 44,51
Vacia 43,48
Vaiſel 30.54
Valencienes 25,51
Valckenuain 35,50
Vamos 44,49
Varta 41,52
Vaſtenovv 30,53
Vaucouleur 27.47
Vayon 45,49
Vazzon 41,48
Vecht 30,53
Vecht flu. 29,55
Velburg 34,50
Veldentz 29,50
Veldkirch 32 47
Velica 41,46
Venlo 28,52
Veravv 40,48
Verdun 27,50
Vering 32.49
Veſpran 32,46
Veſpriſium 41,48
Vezelize 28,49
Viande 28,51
Vianen 27.53
Viazd 43,52
Vidava 42,52
Vlerus 41.52
Vifaltz 43,48
Villach 37,47
Ville Neuf 29,46
Viller Betnoch vide B.
Villing 31,48
Vilſeck 34,50
Vilſhoven 36,49
Viney 29,46
Vinſtring 29.49
Vinrel 32.54
Viſchamund 40.49
Vſlicza 44.51
Viſtula fl. 42.54 & 42.50
Viſtulæ fons 42.50
S.Vit 37.47
Vitan 42.48
Vizzegrad 42.48
Vkermunde 37.54
VLAENDEREN 25.51
VIELANT inſula 37.54
Vlm 29.50
Vlm 32.49
Vlpenis 32.56
Vltzen 33.54
Vnderſeuvven 30.47
Vngvvar 45.49
Vuienou 42.52
Vnna 30.52
Vnſtrut flu. 33.52.& 34.52
Vokemark 38.47
VOORN inſula 26.52

Voorn

VORN 26,52
Vorder Rein 31.47
Vordon 42,53
VOYTLAND 35.51
Voytſperg 39.48
Vrb 32.51
Vſedom 37.55
Vſztye 40.53
Vtricht 27.53
Vttenbeurn 35.48
Vy 29.49
Vyſalvva 41.49
Vyvvar 43.50

VV

VVadovvijze 42.50
Vvagfl. 41.49.43.50
VVagſtat 41.50
VVaidhoven 38.49
VVaitz 39.48
VVALCherē inſula 25.52
VValdeborg 39.54
VVALDECK 31.52
VValdeck 31,52
VValderſang 29.50
VVald Munchen 35.50
VValpo 43.46
VVangeroghe 30.55
VVaraſdin 40.47
VVardu 41,49
VVaren 35.54
VVarendorp 30.52
VVarka 45.52
VVarnemund 35.55
VVarnenſtein 30.51
& 34.55
VVarta fl. 38.53.&42.52
VVartburg 31,52
VVartefeltz 30.51
VVarzovv 45.53
VVaſſer ſang 38.48
Ober Vvasky 41.46
VVatto flu. 36.50
Vuedde 29.54
Vueert 28.52
Vueiden 35.50
Vueierr 35.48
Vueilhaim 34.48
Vueimar 34.52
Vueichenfeld 34.50
Vueiſſel flu. 45.52
Vveiſſenburg 34.49.&
30.49
Vueiſſenfels 35.52
Vueiſvvaſſer 37.52
Vueixel flu. 43.50
Vuelavv 45.55
Vuelbern 37.52
Vuels 37.49
Vuerben 35.53
Vuerden 29.52
Vuerra flu. 33.51
Vuert 35.38
Vuerthaim 32.50
Vueſel 28.52
Vueſer flu. 50.55.&33.52
Vueſterhude 30.55
VVESTFALEN 30.54
Vvetin 35.52
Vuetzler 31.51
Vueydern 32,50
Vueyſroda 33.52
Vuien 40 49
Vuienczburg 41.53
VVilbad 31.49
Vuildeman 33.52
Vuillenbrock 30.54
Vuilliſſavv 30 47
Vuilshuſn 30.54
Vuimpfen 31.50
Vuindeck 30.51
Vuineta 37.55
Vuinshaim 33.50
Vuinterthur 31.48
Vuipper flu. 34.52.40.55
Vuippra 34.52
VVIRTENBERG 31.49
Vuirvvil 43.48
Vuiſchegrod 43.53
Vuiſelberg 38.48
Vuiſeloch 31.50
Vuiſmar 34.55
Vuiſſcha 40.50
Vuitgenſtein 31.51
Vuitichenavv 37.52
Vuitſtock 35.54
Vuittenberg 36.52
Nider VVittenberg 33.53
Vuladiſlavv 43.53
Vuodian 38 50
Vuoldavv 37.49
Voldenbergk 39.53
Vuolfach 30.40
Vuolffelde 34.53
Vuolffenbutel 33,53
S. Vuolfgang 37.48
Vuolfsperg 38,47
Vuolgaſt 37.55
Vuolgerſdorf 40,49
Vvolleck 39,54
Vuollin 33,55
Vuolmerſtede 34,53
Vuolta 42,50
Vuolvvorz 43,52
Vuorkum 27,54
Vuormdit 44,55
Vuorms 31,50
Vuorlitz 35,52
Vuorkra flu. 44,53
Vuroncy 39,53
Vvulfshagen 37.54
Vvunſchelburg 29.51
Vvurtzburg 32.50
Vuyck op Zee 26,53
Vuyck te Duerſte 27,53

Y

YMs 33,47
Ypol. flu. 43,48
Yſne 32.48

Z

ZAbatha 44.47
Zabern 30.49
Zagiocha 42.47
Zakaocz 41.47
Zakrotzin 44,53
Zalavvar 40,47
Zampach 39,51
Zandock 39,53
Zanko 42,47
Zanto 42,48
Zarki 42,51
Zarnovv 43,52
Zavvichoſt 45,51
Zechlin 36,54
Zedenick 36,54
ZEELANT 25,52
Zeitz 35,52
Zele 34,48
Zell 26,48
Zenkalos 44.47
Zentha 45,47
Zerbſt 35.53
Zerdahel 41.47
Znaim 39.49
Zoeſt 30.51
Zolnok 44.48
Zombathel 41,48 &
42,46
Zonch 41.49
Zug 31,47
Zullich 38,53,&28,51
Zulphen 28.53
Zurich 31.47
ZVYDER SEE 27,53
Zvveibrucken 29.50
Zvvicka 35.51
Zvvine oſtium 37.55
Zgeth 42.47
Zytnar 42,48
Zyvviecz 32,50

INDEX LOCORVM
TABVLAE GENERALIS
ITALIÆ.

C dell. Abbate 39.41
C. Abbatia 42.40:&37.44:& 37.43.
Abiſſari P. 32.42
ABRVZZO 38.39:42.43
Acerra 39.41
Acumolo 38.43
Adelboden 30.47
Adeſe fl. 35.45:& 33.46:& 34.44
Adigna 38.46
Adua fl. 32.46
Aetna monte 39.38
S. Agata 41.40:&41.38
Agor 35.47
Aguila 38.43
Aguilara 35.45
Aiazzo 32.41
Aich 31.44
Airaſca 30.44
Aita 40.40
Alatro 38.42
Alardo 39.43
C. Alava 39.38
Alba 30.44:38.43
M. Albano. 40.38
Albarazo 33.39
Albona 38.46
Alcara 39.38
M. Alcino. 35.43
Alegurion 32.40
C. Alemura 35.43
Aleſano 43.40
Alexandria 31.44
Aliano 41.41
Alicur 38.39
Alifas 39.42
Alla 33.46
Almiſa 42.44
Alon 31.42
Alpes m. 36.47:31.46
Alpeu 33.44
Altavilla 39.42
Altino 39.43
Altorf. 31.47
M. Alto vide M.
Aluezo 32.45
Amalfi 39.41
S. Amanſa 32.41
Amato 41.39
S. Ambroſio 32.42
Amelia 36.43
Amone 36.47
Guaſto de Amone. 40.43.
C. Amont. 30.45
Amozano 33.44
Anagna 38.42
S. Anaſtaſia 37.42
Ancona 38.44
ANCONITANA MARCA. 37.38:44.
S. Andrea 43.43:39.44:40.44.
Andria 41.42
Andurio 41.42
S. Angelo 32.45:37.43:39.43:36.44
Angiera 31.45
Anguillara 36.42
S. Anna 43.41
Anſignan 34.46
Antia 37.42
Antibe 29.43
Antiboli 29.43
Antiſano 33.42
Antiuari 44.43
Antonello torre 38.43
S. Antonio 36.42
Antroplana 30.46
Apēnin' m. 35.44:40.41
Apiana 31.45
Apre. 40.42
Aquanea 41.39
Aqua Pen. 36.43
Aquilaſtro 33.39
Aquilegia 37.46
Aquino 38.42
M. Arachi 42.39
Arbe 39.45
Arbenga 31.43
Arca S. 32.38
Arce 34.44
S. Archangelo 41.44
Arconiſi 30.44
Ardea 37.42
Ardena 32.40
Arena 41.39
Arezo 35.44
Argentur 31.40
C. Argoleſo 33.38
Argua 35.45
Ariano 40.42
Arky T. 42.46
Arky 42.46
C. Arme 41.38
Arnen 30.46
Arona 31.45
Arpino 38.42
Arqua 33.44:31.44
Arri 35.45
Aſco 32.41
Aſcole 40.42
Aſcoli P. 39.44
Aſcoli 38.44
Aſinara 31.40
Aſola 33.45
Aſpra 37.43
Aſſiſi 36.43
Aſte 31.44
Aſtura 37.42
Atella 40.41
Aterni 40.41
Atheſis fl. vide Adeſe
Atina 38.42
Atri 39.43
Avella 39.41
Auellino 39.42
Auerſa 38.42
Auſidena 38.43
Augubio 36.44
Auguſta 30.46
Auguſtini 42.43
Aureolo 35.44
Auſta 42.43
Ayrolum 31.46
Azon 32.46
C. Azura 35.43

B

BAbuco 38.42
Babuſo 40.38
Baiaco 41.38
Balagna 32.42
Balao 33.38
Bar. 29.45
Barceis 29.44
Barcelonette 29.44
Bardi 33.44
Baregin 32.41
Bari 42.42
Barletta 41.42
BARRI 41.42:41
Baſilico 39.43
Baſone 29.43
Baſſano 35.46
Baſtia. 32.45:33.42:37.44:38.46.
C. Baticane 40.39
Battinagua 39.41
Belaêra 36.44
Belfort 32.47:33.44:35.43:36.44:38.44:41.39
Belgardo 36.46
Belia 32.41
Belicaſtro 41.39
C. Bell 33.47
Belletri 37.42
Bel monte 40.39
Belueder 33.44:37.44:40.40.
S. Benedetto 34.45
C. Benzi 35.43
Bergamo 32.45
Bergetto 34.46
C. Bernardo 42.41
S. Bernard 29.46
31.46.
Beſtie 41.42
Betole 35.43
Bettola 31.54
Bevio 32.46
Beuuer 33.42
Biagraſſo 31.45
C. Bianco 32.42
Biaſcha 31.46
S. Biaſio 35.45
Bibiena 35.44
Biela 30.45
Billigratz 38.47
Bina 33.45
Binaſco 32.45
Biſignano 41.40
Bitonto 41.42
Biumio 31.45
Blarano 35.44
Blot 30.44
Bocluent 40.42
Boczn. 34.37
Bolgeri 34.43
Bologneſe 35.44
Bolzena 36.43
Bonconuento 35.43
Bondan 34.45
Bonelo 34.45
C. Bongerbino 38.38
Boniano 39.42
S. Bonifacio 32.41
Boniuento 39.42
Bonle 53.46
Bononia 34.44
Bonporto 34.45
Borgetto 30.44
Borgo 34.36
Borgo di Seſia 31.45
Borgos ſepulchro 36.44.
Bormio 33.46
Borſan 41.38
Boſſa 32.39
BOSSENA 42.45
Bouolenta 35.46
Le Bote 38.41
M. Bote 37.46
Bozolengo 30.45
Bracciano 36.42
Bracco 32.44
Branezol 34.46
Breganze 34.46
Breno 33.46
Brenta villa 35.46
Breſcia 33.45
Brevis 32.45
Briancor 29.44
Briga 30.43
Brindiſi 43.41
Briſſello 33.45
Briſſolo 34.44
Brixen 35.47
C. Broti 35.44
Brugnera 35.46

A

Bruman 40.46
Brunek 35.47
M.Bruno 32.44
Bua 41.44
Bubenstein 35.47
Bucello 39.43
Budoa 44.43
Buffolo 37.42
Busia 41.45
Fusseto 33.45
Buffo 40.42
Butrio 35,45

C

CAczenfeld vide K.
Cadina 33.45
Cagi 34.44
Cagliano 40,41
Caglie 36,44
Cahorle 36.46
Cainranza 38,43
CALABRIA 41:41:39
Calari 33.38
Caldero 34,46
Calepi 32.46
Callitri 40.42
Calvi 32,42
Camerino 37.44
Camiri 42,40
Campagna 38,43
CAMPAGNA DI ROma. 37,42
Campagnati 35,43
Campania 42.40
Campeio 33,46
Campiglia 34,43
Campio 38,43
C.Campo 31.44
Campo Marino 40,43
Campo Tenese 40,40
Canano 29,43
Cancelara 41,41
Candiano 36,44
Candino 35,46
Candezano 42,40
Candolfo 37,42
Canco 33,45:34,43
Canne 41,42
Canobio 31,46
Canosa 42,39
Canotica 38,46
Cantalupo 37,43
Caorso 33,45
Capello 43,44
Capino 40,42
Capistrello 38,42
Capo 37,44
Capraia 33,43
Caprara 40,43
Caprarol 36.43
Capri 39,41
Capriola 40,42
Capua 39,41
Cara 32.45
Caran 34.44
Caraon 39.38
Cararo 41.41
Carazo 32.44
Carbeni 32.41
Carbonaire 33.38
P.Cardo 33.42
Cardonia 39.38
Careto 37.44
Cargnana 30.44
Cariati 42.40
Carignano 38.43
Carinis murus. vide M.
Carinola 28.42
Carneich. Vide K.
Carnero golfo 38:39.46
Carro 35.44
Casalarbore 40.42
Casalma 33.45
S.Casan 40.45
Casara 33.38
Casele 40,41
Casiano 42.41
Casilento 38.43
Casino 38.42
Casolo 42.44
Cassa Cap. 31.39
Cassan 32.45
Cassano 41.40
Castagnole 31.44
S.Castaldi specula 37.38
Castel 38.46
Castele 42.39
Castella 42.40
Castellana 36.43:42.41
Castellina 34.43:35.43
Castello 33.41.38:41
Castiglione 34.43:35.43
36.43
Castitio 41.38
Castoza 34.46
Castro 43.40:36.43
Castro de castello 36.44
Castro franco 34.44:35
45:35.46:41.40
Castro Greco Vide G.
Castro del monte 41.42
Castro nouo 33.44:35
43:36.42:38.46.36.44
Castro Vechio 39.43
Castro de Vescovo 34.44
Cataro 44.43
Catazo 45.43
Catolica 36.44
Caua 39.41
Cauallo 41.41
Cauallo Cap. 33.40
Cauarzere 35.45
Caulonia 41.39
Cazamga 32.46
Celano 38.42
Celio 42.41
Ceneda 35.46
Cenzola 40.40
Cepeliza 45.44
Ceperano 38.42
Cereto 37.43
Ceruara 37.43
Ceruio 36.44:33.40
Cesano 34.44
S.Cesario 34.44
Cesena 36.44
Cesino 32.44
Cestino 36.44
Cetina 42.45
Cetraro 40.40
Ceua 30.44
Chambre 29.45
Chasta 38.46
Cherasco 30.44
Cherso 38.46
Chia 32.38
Chiapa 33.41
Chiari 33.45
Chier 30.44
Chiese 31.39
Chillon 29.46
Chiesa 41.41
S. Chirico 37.44
Chiuas 30.45
Chiuchio 41.44
Chiusa 34.46
Chomum Cap. 33.39
Chrastovvitz 40.47
S.Chrestina 41.39
Chur 32.47
S.Cicilia 35.43
Cifalu 38.38
Ciglie 30.44
Cigoli 33.45
Cigon 30.45
Cillei 39.47
Cinifo P. 32.42
Cinque terre 32.44
S.Cipriano 33.41
Cirignola 40.41:41.42
Ciro 42.40
Citella 40.42:41.42
Cito 40.41
Citta noua 37.46
Ciuita du 37.43
Ciuita.no. 38.44
Ciuita vechia 36.42
Ciuitella 37.43:35.43:39.
43.
Clauen 32.46
S.Clerico 40.41
Clon Vide K.
Cluse 34.47
Co de golo 33,46
Co de lago 31.46
Co de ponte 35,47
Co de Vila 32.45
Coguretto 31.44
Colango 33,38
Coliantz Vide K.
Colina 41.45
Colle 35.43
Colone Cap. 43.39
Colonia 34.43
Coltelazo 33,38
Coma 32,42
Comachio 35.45
Como 32.46
Compadre Pa. 38.46
Concordia 34.44:34.46
Constanzana 31,45
Conte P. 31.39
Contrada R. 37.44
Conuersano 42.41
Conuigno 42.41
Copranitz 40.47
Cordouado 36.46
Cordouo 35.47
Coregliano 43.41
Corezo 34.45
Corfu 45.40
Corneto 32.39:36.42:40
42.
Corno 41.40
Corsica 32.41
Corso Cap. 32.43
Cortemilia 31.44
Corton 31.40
Cortona 36.43
Coruo Ponte Vide P.
Cosmopoli 34.43
Costach Vide K.
Costel 39.47
Co vvacz Vide K
Cozenza 41.40
CRAIN Vide K.
CRAINA 44.43
Craina 45.43
Crainburg 37.47
Crapi 39.41
Crema 32.45
Cremagnola 30.44
Cremona 33.45
Crepacore 41.39
Cresan 38.46
Crese P. 31.42
Cresentin 30.45
Creuola 30.46
C.Cricho 41.40
Croara 34.46
CROATIA 39.46
S.Croce 32.44
Crocetta 34.45
Cropani 42.39
Cumirza 42.44
Cuni 30.44
Cupo 42,40
Curchialora 43,41
Curia 36,44
Curita 43,44
Curnum prom. 29.42
Curzolo 42.44
Cusano 39,43
Cuza 41,44
Czitcknicz 38,46

D.

DAgno 45.43
DALMATIA 40.
42:45
S.Daniel 36.47
Dano Cap. 36,43
Dargonia 32,44
Decemo 33.38
Degna P 31.44
S. Demeter 41.46

Desen

Defen Castro 33.40.
Deserntis 31.47.
Devedro 30.46.
Diamate 40.40.
Diana stagno vide S.
Diano 40.41
Dignano 37.43
Dikessa 32.44
Doblach 35.47
Dolazi 45.43
Dolcigno 44.43
Domo 31.46
Domus no. 32.38
S. Donato 34.43
Doria C. 30.44
Dorise M. 40.43
Drin 44.45
Drinasto 45.43
Drunie 43.44
Dubronivva 40.46
DVCATO SPOLETANO vide S.
La Duchessa 40.41
Duino 37.46
Durante C. 36.44
Durazo 45.42
Durazo Cap. 45.42

E.

EDolo 33.46
ELBA 34.42
Empoli 34.44
Erba longa 33.42
Ereo 33.39
Ersebevvth 41.47
Esaro 41.40
Esepel 31.45
Este 34.46.
Evian 29.45
Evoli 40.41
S. Euphemia 41.39
Euveria 33.40

F

FAbriano 37.44
Faenza 35.44
Falcato 34.47
Falco M. 37.46
Falcone 32.40
Falcone M. 38.44
Falconera 38.44
Falicio 31.44
Falone 32.41
Fanan 34.44
Fancri 41.41
Fano 37.44
Fanu 45.40
Faon 33.41
Farfara 37.43
Farfaro C. 37.43
Farneto 39.42
Fava 33.40
S.Felicita 37.42
Felicur. 39.39
Felino 43.40
Ferentino 38.42
Ferenzola 40.42
Ferlun C. 33.40
Fermo 38.44
Ferrara 35.45
Ferrato C. 33.38
Ferretti C. 38.44
Fichine 35.44
Ficta 34.46
Figari 32.41
Figo 33.41
Fillo 35.45
Filzan 31.44
Fimesino 37.44
Fin P. 32.46
Final 31.44
Finale 34.45
Fiore 40.42
S. Fiore 35.43
Fiore M. 36.44
Fiorentino 34.43
Fiorenza 34.44
Fiorenzola 33.45
Fiori 30.44
S.Firenzo 32.42
Fischi 33.42
C. Fiume 36.43
Flaviano 39.44
Fobello 30.46
Focine 32.46
Fegia 40.42
Foglia 30.45
Fondi 38.42
Forci 38.44
Foressa Cap. 40.40
Foriani 32.42
Forli 35.44
Formiche 34.42:35.42
Formie 38.42
Fornari 31.44
Fornase 35.45
Forno 36.47:45.43
Fornono 33.44
Forte m. 31.40
Forte R. vide R.
Fortino m. 37.42
Fosson 35.45
Franca villa 30.45:39.43:40.38
Franco C. 30.43
Frata 35.43
Fratta 36.44
Fratte 38.42
Freddo 40.40
Freiul 29.43
Frisan 32.40
Friso 39.43
Friulz 36.46
Funim 32.38
Funo 34.45

G

GAbella 43.44
Gaieta 38.41
Galea 33.39
Galera 32.42
Galigagna 38.46
Galipoli 40.40
Galiota 38.45
GALLIAE pars 28:46:45
Garda 33.46
Gardola 33.46
Gareze 30.43
Garnaiolo 36.43
Gatizzo 40.43
Gavardo 33.46
Gavio 31.44
Gausiti 43.41
Gazicho 44.44
Gedi 33.45
Gelelis 43.45
Gelfo C 35.45
S. Geminiano 34.43
Genarca 31.41
Geneve 28.46
Geneuersee 28.46
diGENOA Riviera videR.
Genua 32.44
S.Georg. 39.46:36. 42:33-45. 45.43.
Gera 32.46
S. Germain 31.45
S Germano 38.42
Geronda 38.41
Gestori 32.38
Geuio 31.46
Gianuti 35.42
Giaroli 31.45
Giemona 36.47
Gierazzo 41.39
Giesi 38.44
Gigio 35.42
S.Gili 30.44
Gimnasi 41.43
Gioia 40.41:41.39:42.41
S. Giovan pieve 32.42
Girapala 32.39
Glefs 33.46
Gmind 37.46
Goit 33.45
Golfo Cataro vide C.
Golfo Lodrin vide L.
Golfo Schilaci vide S.
Golfo Tarato vide T.
Golfo Trieste vide T.
Golfo Varano vide V.
Goms 31.46
Gonzaga 34.45
Gorgana 33.43
Goritia 37.46
Goro 35.45
S. Gotard 33.46
Gozi 41.44
Gradiska 37.46
Gradiskia 41.46
Grado 37.46
Grage Vechia 44.44
Gramata 45.40
Grambei C. 31.45
Grao 42.45
Gratara 35.44
Grati fl. 42.40
Gravina 41.41
Grazo 34.45
Greco Castro 41.40
Grenche 30.46
Grignano 40.42
Grigno 34.46
Groseto 35.43
Grotole 42.40
Grottare 42.39
Gruaro P. 36.46
Gsteig 29.46
Guarda 40.41
Guardia 40.40
Guastalda 33.45
Guasto 40.43
Guelfo 33.45
Guerra 39.44
Gugio 32.46
S.Guinant 29.46
Gundis 29.46

H

HAidoscera 37.47
Haron 37.43
Havenstein 34.47
HELVETIA Epars 29.47
Heppen 34.47
Hercole P. 35.42
Kl. Heyl 38.46
Hispella 37.43
Humago 37.46
Humana 35.45:38.44

I

IAblonitz 39.46
S. Ian 29.45
C. Ianque 32.45
Iasuri 40.45
Iaunstain 38.47
Iaycza 41.46
Icoronata 40.45
Ider 33.46
Idoxi 31.45
Idria 37.47
Igg 38.47
Ilantz 32.47
Ilasi 34.46
Ilica 35.44
Imola 35.44
Impaini 30.46
Imperiale Rocca. Vide R.
Incisa 31.44
In der lappen 30.47
Inn. fl. 33.47
Inurea 30.45
S.Ioan 32.43
IONIO Mare 44.39
Iosagardia 32.38
Ioun 20.47
ISCHIA 38.41
Isi M. 35.43
Isola 30.44: 32.44: 34.46:34.45: 36.42: 37.46: 42.39
Isola Por. 34.45
Isporian 31.45
Issenocz 41.46
Isseo 33.45

Istia

Istia 35.43
ISTRIA 38.46
Istria C. 37.46
S. Iuan 34.46
Iuere lago 45.44
Iuuenazzo 41.42

K.

KAczenfeld 39.46
Karneich 34.47
KARST 37.46
Klon 38.46
Koliantz 41.47
Kostach 38.46
Kovvacz 41.46
KRAIN 38.47
Kublitz 32.47

L

LAas 38.46
Labadia 32.41
Laces 33.47
Ladineuo 45.44
Lagani 39.45
Landeck 33.47
Landro 37.47
Landstrais 39.46
Lango 30.46:31.39
Lapas 41.45
Larch fl. 29.45
Larche 29.44
Larde 29.43
Lationico 41.41.
Laubach 38.47
Laudenb. 34.47
Lauen. alto 33.44
di LAVORO terra: 39. 40:42,41
Lausa 33.44
Lausanna 29.47
Lazano 39.43
Lecco 32.46
Lega P. 40,45
Legnano 34.45
Lena 41,40
Lendenara 35.45
Lenguela C. 45,41
Lenta 31,45
Leon m. 32,39
Lesina 42,44
Leuada 35,46
Leuana 35,44
Leuito 37,43
Levvenberg 34,47
Leze 43,41
Libiano 36,44
Lico 32,40
LIGVSTICVM mare 30:32:43
Lilaraba 32,40
Limata 39,42
Limene 35,46
Lio 35,46
Lione 40,41
Lione C. 36,43
Lipari 40,39
Lisola vide Isola.
Lissa 41,44
Liuenezza fl. 35.46
Liuorno 34,43
Lize C. 42,40
Locarno 31,46
Loci falco 32,41
Lodi 32.45
Lodrin 45.42
LORDIN golfo 45.42
Loeds 33.47
Loggio 32.41
LOMBARDIA 30.32 45.44.
Lonado 33.45
Longeria 33.40
Longiano 36.44
S. Lorenzo 30.43:37.46
Luca 34.44
Luca Cap. 44.41
Luceria 40.42
S. Lucia 32.42:33.40:37 41
S. Lucido 40.40
S. Lucio 40.42
Luco 33.42
Lucou 32.39
Lugana 31.46
Luneburg 29.45
Lunæ P. 33.44
Lupara 40.42
Lupidio P. 38.44
S. Lupo 39.42
Luria 41.40
Luserna 29.44

M

MAcerata 38.44
Macouer 32.39
Magdalena 29.45
Maior M. 34.44
Malamoco 35.46
Malandrino 43.41
Malanto 44.43
Malfeta P. 42.39
Malfesene 33.46
Malfeta 41.42
Mamfredonia
Mandolfo 37.44
Manila 32.39
Manthia 40.39
Mantua 33.45
Marano 37 42
Marazo 31.39
S. Marco 41.40:43.41
Mardi 33.46
S. Margarita 29.43
S. Maria 30.43:41.39
S. Maria Cap. 44.40
S. Maria Roxa 44.43
S. Maria de Tremiti 40. 43.
Marignano 32.45:32.41
Marsaga 32.38
Marsico 41.41
Marsigliano 35.42
Marta 36.43
S. Martin. 30.46:30.45:38 47:38.41.39:42
Martina 42.41
Martinach 29.46
Martinenga 32.45
S. Martino Pon. 30.45
Marzaia 34.44
Massa 33.44:34.43:39.41
Matera 41,41
Maunigo 32.44
Maura 38.38
Mazango 35.46
alt Mecz 33.46
Medea 45.43
Medolin 38.45
Medon 45.43
Meleda 43.43
Melfi 40.41
Melisello 40.44
Melito 41.39
Melle Cap. 31.43
Meloria 34.43
Mentelia 41.39
Mera 32.45
Mergon 35.45
Merlera 45.40
Merlin 32.42
Mesi 30.44
Messina 40.38
Mestre 35.46
Metiola 32.46
Metrouich 43.44
Metulla 39.43
Mezo 35.45
Mezzano C. 33.41
Micanan 43.44
S. Michel 34.46
Milan 32.45
Milazo 40.39
S. Miniato 34.43
Minorumo 43.41
Mirabella 31.45:33.45
Miran 35.46
Mirandula 34.45
Miseno 39.41
Mistia 41.39
Modena 34.44
Mogliano 38.44
Monaco 30.43
Monaqui 32.41
Moncaluo 36.44
Moncelese 35.46
Mondello 37.38
Mondus 30.44
Monerbo 33.42
Montgart 30.45
Mongeno 31.46
M. Monico 38.43
Monopoli 42.41
Monspurg 38.47
Montagnan 34.45
Montagno 32.39
Mont alto 35.32
Monte Christi 34.42
Monteda 32.42
Monte forte vide R.
Montella 39.42
Monte real. vide R.
Monza 32.45
More 36.44
S. Moritz 29.46
Moro 38.43
Morone 39.42
C. Morra 33.45
Mosanica 32.45
Mostar 43.45
Motola 42.41
la Motta 42.39
Mucka 38.46:37.44
Mugels 37.46
Murano 41.40
Murus Carinis 37.38

N

NApoli 39.41
Narbone 29.43
Nardo 43.40
Narenta 43.44
Narni 36.43
Naters 30.46
Nauelli 38.43
Naverse 35.46
Neapoli 31.39
Nebbio 32.42
Nepe 36.42
Nerba 33.42
Nerny 28.46
M. Nero 39.43
Neruli 37.43
Nerulo 41.40
Nia 38 45
Nibiz 31 44
S. Niclas 39.46
S. Nicolo 35.45:39.45
Niolo 32.42
Niza 30.43:31.44
Noare 40.38
Nocera 41.39:42.41 39. 41:37.44
Nogarole C. 34.45
Nogaza 34.45
Nola 39.41
Noli C. 31.44
Nomento 37.43
Nona 40.45
Nora 32.39
Nori 33.41
Nosa P. 32.46
Nouara 31.45
Nouigrod 40.47:40 46:40.45
Nouille 29.46
Nouo P 33.41
Nuolara 34.45
Nuomont 45.44
Nout 39 46
Novvyn B. 38.42
Noxeo 32.44
Numarck 34.46
Nursia 37.43

O

OBroazzo no. 41.45
Ocricoli 39.43
Ogliastro 33.38
Ogulin 39.46
Olbia 33.39

Oliverio

Oliverio 40.38
Ombla 43.43
Ombrone 35.43
Oneglia 31.43
Orach 44.45
Orbetello 35.42
Orbo 33.42
S. Orero 33.44
Orexia 32.38
Orgnan 32.46
Orisge 41.45
Orlando C. 39.38
Orsere 29.46
Orso 45.41
Orta 31.45
Ortaia 42.41
Orti 36.43
Ortona 39.43
Orvieto 36.43
Oseo 31.39
Osero 38.45
Osmo 38.44
Ostela 35.45
Ostia 34.45:36.44:37.42
Osuli 33.40
OTRANTO 43.41
Otranto 43.41
Ovide 32.46
Ouo Cap. 42.41

P.

PAconia 32.41
Padua 35.46
Padulla 40:41
Pago 40:45
Palari 41.38
Palastra 32.42
Palatio 39.45
Palazolo 32.45
Paleno 39.43
Palere 31.44
Palermo 37.38
Palinuro 40.40
Palma desale 32.38
Palma de soso 32.38
Palmarola 37.41
Palme torre 38:44
Palo 36.42
Panare 40.39
Paomia 31.41
Parenzo 37.46
Parma 33.45
Passo di Spoleto 37.43
Pasulo 43.41
Patti 39.38
Pauia 32.45
Paula 40.40
Pazo 44.44
Peccim M. 35.43
Pech 44.44
Peilstein 35.47
Pelagosa 41.43
S.Pelegrina 37.46
Peloso 41.41
Penna 38.44
Penne 36.44
Pergula 37.44
Pertuza 73.44
Perugia 36.43
Pescantina 34.46.
Pescara 39.43
Pescha 40.45.
Peschera 33.45
Pessa 33.39
Pereglia 39.42
Petelia 42.40
Petra C. 31.43
Petritola 38.44
S.Petro 33.38:34.45.31.38
42.41
Peue 41.45
Pezaro 37.44
Pfait 31.46
Pfunt 33.47:33.46
Piazenza 32.45
Piano 36.45
Pianora 34.42
Pteighiton 32.45
Picino C. 35.43
Pie di Luco 37.43
Pie Morle 33.42
Pierla 36.43
S Piero 39.45:35.44
S. Piero P. 42.43
Piesto 39.41
Pietrapola 32.41
Pietra Santa 33.43
Pieve 33.46
Pieue C. 36.43
Pigna 38.44
Pila 32.41
Pilastrina 37.42
Pinarol 30.44
Pinoa 34.47
Pinzano 36:47
Piombino 34.43
Piran 37.46
Pisanco 31.39
Pisciota 40.41
Pisin nova 38.46
Pisogno 33.46
Pistoia 34.44
Piza 34.43
Pizzo 41.9
Po fl. 24.44.35.45
Poderua 35.46
Poggio 32.41:34.45:37:
43:34.44
Pola 38.46
Polcenigo 35.46
Polenta 35.44
Polese 31.46
Policastro 40.40.42.40
Policor 42.41
Polifila 34.45
Polignano 42.41
Polina fl. 45.41
S.Polo 33.44
S.Polo C. 36.43
M.S.Polo 38.44
Pomposa 35.45
Ponesma 33.46
Ponte Corvo 38.42
Ponti 37.43
Pontia 37.41
Populai 38.43
Populonia 34.43
Pordanon 36.46
Pore 33.44
Porgoriza 44.44:44.43
Portaro 34.42
Porto 38.44:34.45
Portolo 43.41
P.Novouide N.
Possata 33.40
Potentia P. 38.44:41.41
C.Pozo 31.44
Pozzolo 39.41
Pradas 34.47
Pramel 29.44
Prato 32.44:34.34.44:
39:43
Predio 44.44
Pretoria 39.42
Primero 36.45:34.46
Pristina 45.44
Prolezo 31.46
Pronton 36:44
Prontz 33.47
PROVINCIAE pars
29. 43.
Prunei 31.44
Puagri 32.40
PVGLIA piana 40.42
Pula Cap. 33.38
Pulzano 42.41
Pund 34.46
Purcia 36.46
Pustlaf 32.46

Q

QVart 33.83
Quia 33.38

R

RAceane 43.40
Radda 35.43
Rade confani 35.43
Rafenstein 34.47
Ragni 29.43
Ragusa 45.40
Ragusino. 43.43
Ragusi Vec. 44.43
Rain 39.47
Ramonde C. 37.44
Randazzo 40.38
Rapola 40.41
Raren 30.46
Rasino R. 39.43
Raso calamo 40.39
Ratschach 39.47
Ravenna 35.44
Rasin P. 32.46
Re P. 39.46
Real m. 38.43
Real m. 35.47
Rebordon 30.35
Recionico 32.46
Reconis 30.44
Recunati 38.44
Redine 42.40
Regia R. 33.43
Regio 34.44
S. Regolo 34.43
Reina 40.40
Remus 33.47
S.Reparata 32.46
Rever 34.35
Rezzo 31.43
Rhezo 41.38
Rhin fl. 32.47
Riccia 37.42
Riete 37.43
Rifredo 34.44
Rimano 36.44
Rippaille 29.46
Risine 44.43
Riva 33.46
Rivalgar 32.44
Rivalta 32.45
Rivarotte 30.45
Rivela 32.42
Rivella 40.41
Rivello 39.41
RIVERE di Genoa 31.
32:44
Rivo 41.42
Rocca forte 30.44
Rocca Imperial. 41.40
Roccella 38.38
Rocha 45.43
Rochella 41.39
Rodanus fl. 30.46
Rodil 34.43
Rofrano 40.41
Rolle 28.47
Roma 37.42
ROMAGNA 34.45
Romagna 31.45
S.Rome 29.46
Romena 35.44
Roncina 37.47
Rondo 41.42
Ronta 35.44
Roro 32.38
Rosa 41.39
Rosa marini 39.38
Rosano 42.40
Rossa 32.38
Rossana 33.44
Rotnek 35.47
Rovero 34.46
Rovigo 35.45
Rudine 43.44
Rudolfsvverd 39.46
Ruffle 31.46

S.

SAanek 38.47
Sabato 41.40
SABAVDIA 29.45
Sabio 33.45
Sabioncello 42.44

Sabionello 35.45
P.Sacho 35.46
Saeil 35.46
Saffari 31.40
Sagona 32.41
Salandra 41.41
Salcin 34.44
Salerno 39.41
Salese 43.41
Salla 29.45.34.46
Salo 38.46
Salpe 41.42
Saluze 30.44
Samigo 37.41
Sampione 30.46
Sanesi 41.41
Sango C. 38.42
Sanguene 34.45
Sanfego 38.45
Santia 30.45
Saourges 30.43
Sara 40.43
Sarabis 33.38
Sarda 33.40
SARDINIA 32.39
SARDOVM mare 30: 41:39
Sarlape 32.39
Sarmonetta 37.42
Sarno 39.41
Saroch 33.38
Saronese 33.39
Satirana 31.45
Sarungas 32.46
Safello C. 31.44
Saseno 44.41
Safig 38.45
Saffari 32.40
Saffo 35.43
Saturnia 35.43
Savigliano 30.44
Savignone 32.44
Savona 31.44
Savus fl. 37.47.42.46
Sazabich 43.44
Scalea 40.40
Scalogna 39.43
Scarino 34.43
Scecuara 38.43
Sceggia 36.44
Schieri 33.39
Schilacci 42.39
Schneberg 39.46
Sciant 40.45
Scio 34.46
Scixa 40.45
SCLAVONIA 40.47
Sclusa 36.47
Scondrani 44.44
Scopuli 45.40
Scorolo 38.44
Scutari 45.43
Sebenico 41.45
Sedistan 43.44
Segna 37.42
Seiano 35.43
Seissenburg 39.46
Sella 32.44
Selvoli 36.44
Seminara 41.39
Senegalia 37.44
Sentina 37.44
Sepino 39.42
Seprio C. 31.45
S.Sepulcro 30.45
Sera 40.41
Sera Vale 30.44:37.43
Sere 39.41
Serentinum 34.47
Serezana 33.44
Sermene 32.45
Sermion C. 33.46
Sermona 38.43
Serono 31.45
Serpentera 33.38
Serra 37.44
Serra Capriola 40.43
Servo 31.43
Sessa 38.42
Sessula 39.41
Sesto 31.45
Sestri 32.44
Sethio M. 36.47
Setri 38.44
S.Severa 36.42
Severano 42.39
S Severino 37.44:39.41
Seviza 30.43
S.Sexti 35.47
Sexto 38.42
Sezza 37:42
Sfinga 42.45
SICILIA 38:39:38
Sider 30.46
S. Sidro 43.41
Siena 35.43
Silva 39.45
S.Silvestro 37.42
Simari 42.39
Sinerea 31.41
Sinope 38.41
Sirene 39.41
Sismen 34.46
Sistri 32:41
Sitten 30.46
Slimuisa 40.45
Snals 33.47
Sniela 38.46
C.Soave 34.46
Sofre 37.44
Sokol 41.46
Solefra 39.41
Soliera 34.45
Soncino 32.45
Sopploncha 41.47
Sora 32.39:38.42
Sorano 35.43
Soresina 32.46
Sori 32.44
Sortis 32.38
Sotrone 38.42
Spalato 41.44
Spartiuento C. 41.38
Spaur 33.46
Spennino 38.42
Spetia 33.44
Spezan 34.44
Spezano 41.40
Spilimbergio 34.44:36. 47.
Spinacula 41.41
Spinarsa 45.41
Spinazzola 40.41
S.Spirito 32.41
Spital 31.47
Splugen 32.46
SPOLETANO Ducato. 36.43
Spoleto 37.43
Stachilago 35.42
Stagno 43.44
Stagno de Diana 33.42
Stain 38.47
Stains 33.47
Stantz 31.47
S.Stefano 32.44:35.42
Stegberg 38.46
Stela 34.45
Steneco 33.46
Sterge 33.38
Sternitza 41.46
Stigliano 36.42
Stillo 42.39
Stilo Cap. 42.39
Stinisa 44.44
Stor 33.46
Stra 35.46
Stromboli 40.39
Strutta 43.41
Stura C. 30.44:31.45
Sturlitsch 40.46
Sublaco 37.42
Subtiga 43.44
Sultz 32.46
Summo laco 32.46
Sundrio 32.46
Surula 32.39.33.39
Sura 29.45
S.VVynar 42.46
Syllano 41.40
Syro 42.41

T

TAggia 30.44
Taormia 40.38
Taranto 42.41
Taranto golfo 42.40
Tarsia 41.40
Tavaas 32.47
Tavetsch 31.47
Teio 32.44
Telamone 35.42
Telese 39.42
Tenda 30.44
Tera no. 34.43
Tercha 31.4
Terle 34.47
Termole 40.43
Terni 37.43
Ternoviza 44.45
Terracina 38.42
Terra nova 33.40:41.39
Tesino 34.46
Theano 38.42
Thieti 39.43
THIRRHENO mare 35:41.38
Thun 30.47
Tiessin 42.46
Tina 41.45
Tirol 33.47
TIROLIS Com. 33.47
Tisana 36.46
Tivoli 37.43
Tizan 33.44
Toblin 33.46
Todi 36.43
Tolar 32.38
Tolaro 33 40
Tolmezo 36.47
Tollentino 38.44
Trobole 33.46
Tore 32.44
Toreta 29.44
Torigia 32.46
Torniela 35.43
S.Torramo 31.40
Tors 41.41
Torti 32.41
Tortona 31.44
Tortolim 33.39
Tosa 39.38
TOSCANA 34.36.43.42
Toscanella 36.42
Traieto 38.44
Traietto 38.42
Traiana 39.38
Trane 41.42
Trapiata 39.42
Travv 44.44
Trebocora 40.45
Trento 34.46
Treponti 37.43
TREVISANA MARCA 34.46
Treviso 35.46
Tribar 35.44
Tribeco 32.44
Tribigna 43.44
Tricario 41.41
Triest 37.46
Trigno 34.46:39.42
Trinita 41.42
Trino 31.45
Tripalla 39.42
Triventi 38.42
Trivento 39.43
Troia 40.43
Trontano 30.46
Tropia 40.39
Trubico 31.45

Trusso

Trusso 37.47
Tullono 39.43
Turino 30.44
Tusculo 57.42
Tusi 45.43
Tusis 32.47

V

VAcolin 35.45
Vai 31.44
Valcinara 37.44
Valentino 33.40:33.39
Valerio 33.39
Valle 38.46
Valona 45.41
Valvasson 36.46
Valviano 39.43
Varallo 30.45
Varan 33.44
Varano golfo 40.42
Varena 32.46
Varsi 43.44
S.Vas 31.45
Vdene 36.47
Vegia 39.46
Velica 41.46
Venere P. 33.44
Venetia 35.46
VENETO golfo 37.43: 45.42
Venosa 40.41
Ventotiene 38.41
Venza 29.43
Venzar 43.44
Venzono 36.47
Verba 43.44
Vercelli 31.45
Verchiano 37.43
Vergogna 30.46
Vermelio 33.46
Verona 34.46
Vertenegia 37.46
Verua 30.45
Verulo 38.42
Vescovato 33.45
Vestice 41.42
Vetoria 37.44
Vetralla 36.43
Vetrina 43.41
Vgenti 43.40
Vgonia 31.46
Vicarello 36.42
S. Vincentino 39.42
Vicenza 34.46
Vico 34.43;39.41.40.42
S.Victor 35.46
S.Victoria 38.44
Vido 36.46
Vietre 41 41
Vigevano 31:45
Vigne Castrice 44.40
Vignoneto 29.43
Vilano 38.43
Vilar 29.44
Villa 40.45
Villach 37.47
Villa Fontana 34.45
Villa Franca 30.44:34. 45:33.44
Villa noua 30.44:32.38: 35.45:43.41
Villa Petres 33.40
Villiare 41.40
S.Vincent 30.45:34.43: 38.42
Vintimilia 30.43
Virle 30.44
Viso m. 29.44
Visse 37.43
Viterbo 36.43
S.Vito 36.46:38.43:39:43 42.42:42.41
Viuaro 33.42
Vivey 29.46
Vizano 33.44
Vlastra 40.41
Vnzo 31.44
Vogera 31.45
Volane 35.45
Volcano 40.39
Vologno 34.44
Volpiano 30.45
Voltara 34.43
Voltri 31.44
Vratar 44.44
Vrbino 36.44
Vrego 45.42
Vrotaz 43.45
Vsel 30.45
Vstica 37.39
Vuallis 29.30.46
Vuamisch 40.46
VVihitsch 49.46
VVINDISCH Marck. 39.46
VVulturaria 40.42
VVlturaria 40.42
Vy.C. 30.44

X.

XIran 44.44
Xuonigrat 41.45

Z.

ZAbia co. 44.43
Zagrabia 40.47
Zanara 35.42
Zara 40.45
Zara vechia 40.45
Zelo 34.45
Zeng 39.46
Zerniza 44.44
Zifre C. 33.45
Ziran 39.43
Ziro 33.44
Zirsignano 44.40
Zocol 44.43
S. Zorgi uide G.
Zorle 32.45
S.Zuan 35.45:38.46
Zucca 41.45
Zuchi 37.46
Zvvezan 41.46

INDEX LOCORVM IN TABVLAM GENERALEM GRAECIAE.

A

ABdera 53.43
Acuari 48.41
Acurgo 43.41
Adersi 51.40
Agatonissi 56.38
ACHAIA 50.51:39
Aiomania 50.41
Aladriano 46.40
ALBANIA 46.42
Albanopolis 46.42
Alcipo 47.39
Alea 49.37
Alesano 43.40
Alessia 45.43
Aliphera 48.37
Alone 48.37
Alpheus fl. 48.37
Altamura 50.36
Altoluogo 56.39
Ambracia 47.39
Amista 54.39
Amphiloca 47.39
Amphipolis 51.42
Amphisa 48.39
Anastasia 54.39
S.Andania 55.41
Andano 56.43
S.Andrea 43.43
Andri 53.39
Andrinopoli 53.44
Anea 56.39
Anico 55.43
Annia 52.56
Anthedon 51.39
Antigonea 48.42
Antigonia 45.41
Antide Milo vi. M
Antiocheta 55.42
Antipachsu 46.39
Antivari 44.43
Antopatra 49.39
Anuia 57.3
S.Anzolo 51.36.&55. & 57.44
Aphtodisias 54.4
Apolimana 48.4
Apollonia 49.42:50. 42.
Apre 55.43
Aquila 55.42
Arachthus 47.39
Aracona 50.37
ARCADIA 48:49.37
Archiepelago 54.39; 36.
Arco 55.43
Arethusa 51.42
Argiro 46.40
Argos 49.37:48.38:47.
Argostoli P. 46.38
Argusa 48.40
Armena 52.39
Amilia 53.44
Amiro 49.40
Amiro golfo 50.40
Argur 51.41
Artos 48.36
Arzenta fl. 45.42
Arzenterea 53.37
Arzus 55.43
Asababa fl. 49.40
Acuia 56.36
Asea 49.37
Asera 49.42
ASIAE pars 57.40
Asiton 48.39
Asperosa 53.43
Aspropiti 49.39
Asso 55.40
Assum 55.41
Astacus 47.39
Asteo 49.37
Asteria 46.38
Atalanta 50.39
Athe 51.38
Athyra 56.44
Atrax 48.40
Attea 56.40
Auido 55.43
Aulis 51.39
Avostoma 47.41
Aurãmio 48.37
Axiopolis 52.43

B.

BAbia 46.41
Bagoa 48.44
Baiatzel 53.43
Balezo 45.43
Barbasti 55.44
Bardagi 47.43
Bassan 46.41
Batua 46.40
Bazar

Bazar 49.43
Bazarich 51.44
Beba 46.43
Beiza 50.43
Belemia 49.37
Belgrado 46.41
Bella pola 51 37
Belliza 49.44
Bellizaroza 49.44
Belueder 47.37:48.37
Belurat 45.41
Berga 51.43
Bergoza 53.43
Bergus 55.44
Betonia 50.36
Bicocha 48.37
Bigliza 48.41
Bilgiur 55.44
Bilz 50.44
Bitoglia 46.42
Bodna 48.42
Bodza 49.44
Boion 50.40
Bondiniza 50.39
Bordagut 49.36
Bosine 48.44
Botte P. 51.36
Bra 52.43
de Braca guard 46.43
Bracz fl. 52.43
Brailoue 48.44
Brauron 51.38
Brendice 53.43
Buchetium 46.40
Budoa 44.43
Bursiserpa 45.40
Burtus dizus 54.44
Byston 53,43

C

CAbri 56.43
Cairo 53.38
Calamata 49.36
Calame 49.36
Calamo 46.38
Calamota 43.43
Calamoti 55.30
Calina 45.41
Calitere 50.43
Caloiero 51:39,50 40
Caloni 55.40
Caloni P. 55.40
Calonino 57.43
Calonisi 48.36
Calopinzi 51.44
Caludris fl. 51.44
Camera 54.36
Camergena 52.43
Caminiza 46.40
Caminizana 52.43
Canina 46.41
Canistro 50.41
Canistro Cap. 51.41
Canuri 55.36
Capello 44.44
Caphareus portus 52.39
Capra 55.37:56.37
Caprera 48.36
Capri 51.41
Capsia 54.44
Caragusa 52.43
Caranio 52.36
Carchi 57.36
Cardamile 55.39
Cardica 50.40
Careala 51.42
Caridia 55.43
CARIDIA golfo 54.43
Caristus 52.39
Carrabia 49.42
Cartona 49.37
Casal 53.44:49.43
Casalno 53.44
Casi 48.41
Casima P. 57.38
Cassandro 50.41
Cassio 57.35
Cassiopa 47.46
Castaniza 47.37
Castel marmora 57.37
Castel murato 55.42
Castoria 47.42
Castri 54.42:48.37
Castri de Ratoma 50.36
Castro novo 44 43
Castro Vechio 46.38
Castru 46.38
Casuri 50:42
Casystes 56.39
Cataro 34.43
Catazo 45.43
Cavala 51.42
Cauaz 45.43
Caura 53.38
Cazucay 56.35
CEFALONIA insula & Civitas 46.38
Celenderis 51.37
Cenechree 50.38
Ceos 56.39
Cerigo 51:36
Chabrius fl. 50.42
Chacz 47.43
Chalcis 51.39:48.39
Chalcon 47.38
Chaon mons 49.37
Checelie 50.43
Chevozua 47.41
Chiarenza 47.37
Chidonia 55.40
Chiero 54.37
Chimera 45.40
Chimi 52.39
China 50.43
Chiorlich 53.44
Chiores 49.36
Chipo 56.39
Chirana 56.36
Chiretie 48.40
Chirocari 47.44
Chiscar 54.43:
Christiana 53.36
Christoo 57.43
Cimera 45.41
Circinio 48.39
Cisalcon 45.43
Cicella 46.40
Ciutri 50.37
Claucos 49.38
Clazomene 55.39
Cleone 50.38
Cleulta 49.39
Clisura 46.41
Clitor 49.37
Clodiana 45.42
Clussurizza 48.44
Cochino 54.42
Cogito 54.41
Cogniza 51.44
Coiari 47.42
Coliza 47.40
Colochina 50.36
Cologna 49.41
Coloiero 49.35:56.37
Columbo 47.38
C.Colone 52:38
Colophon 56.39
Comarus 46.39
Comea 48.37
COMENOLITARI 47.41
Comercho 57.44
Congerba 56.43
Coniga 48.40
Constantinopolis 57.44
Contessa 51.42
CONTESSA golf. 52.42
Copagnich 47.44
Copri 53.44
Copriuaz 48:44
Copriza 54.44
Coraffa 49.41
CORFV Civitas & Insula 45.40
Coriani 45.41
Cornia 49.39
Coron 48.36
Corona 48.39
Coronata 55.39
Corotia 50.38
Cortopeli 47.37
Coryto 50.38
Corza 48.43:47.40
Corzapazari 48.41
Coseno 53.42
Cos 56.37
Coza 45.43
CRAINA 44.43
Crannon 49.41
Cratovo 49.43
Craza 46.44
Crio C. 56.37
Crissa 49.38
Crisso 50.42:48.36
Cristo 49.36
Cristopoli 52.43
Croia 45.42
Cruleuacz 49.43
Crueleuaz 51.43
Culurita 48.38
Cuma 56.40
Cumirza 45.44
Cunasi 52.44
Cursia 55.38
Cutavo 46.38
Cuzolari 47.38
Cyllene m. 49.37
Cypsela 54.43
Cyrra & anti Cyrra 49.38.

D.

DAgno 45.43
Damala 51.38
Damela 50.38
Dardanello 48.38:55.42 46.39
Dardasi 46.42:46.41
Dattoli 54-38:55.37
Deduvisio 49.40
Delfi 49.39
Demitriada 50.40
Demonare 56.39
Deonia 55.36
Detuino 46.40
Devoda 48.42
Diaschillo 57.43
Diavolo 47.42
Dibra 47.42
Didascalio 46:38
Didymi 50.38
Dine 54.43
Diomisades 56.35
Dion 50.40
Doari 51.42
Dolazi 45.43
Dolcigno 44.43
Dolicha 47.40
Domochi 49.40
Domonigniza m. 47.42
Donorigniza 48.42
Dousti 47.40
Dragona 49.44
Dragonere 51:36
Dragonisi 54.38
Dragusa 48.44
Drecanuna 56.37
Drenale 53.44
Drinasto 45.43
Drino fl. 46.43
Drobogliza 49.37
Dromo 52.42
Drusibala 55.44
Ducato C. 46.38
Dulichiorui 46.38
Durazo 45.42
Durazo C. 45.42

E

EDesza 49.42
Edrocalno 48.38
Efeso 56.39

Eizlia

Fialia 49.36
Flada fagni 46.41
Elatria 46.40
Elbena 50.38
Elea 56.40
S.Elia 54.40
Elis 47.37
Elorina 47.42
Endero 46.43
Eneo 54.43
Engia insula & golfo 51.38
Epichero 47.40
EPIRVS 46.47:39.40
Eria 53.42
Erigonius fl. 47.42
S.Erini 53.36
Erithre 55.39
Ernanio 55.42
Esapo 51.36
Esena 50.38
Esino 50.38
Eschibaba 44.42
Evello 48.39
Euporia 49.43
Europus 47.41.47.42

F

FAlconara 52.37
Falconera 54.36
Fanar 57.42:53.43:50.42
Fanaro 46.40
Faneromeni 48.36
Fanu 44.40
Farsa 49.40
Fasio 51.41
Ferachich 54.43
Ferimaco 56.38
Fermenia 52.38
Fig 48.39
Figalo 46.39
Figella 56.39
Figena 56.39
Filen 57.42
Filippo 51.42
Fisunto 50.38
Fume de mar. 53.43
Fochia 45.43
Foele 48.37
Foia Vec. no. 56.40
Fonus 52.42
Fornase 51.43
Forno 45.43
Fornoli 55.38
Fosa 46.43
F.Francesco 47.38
Franzio 48.37
Frura 56.42
Fuor 50.38

G

GAdepoga 50.36
Gaimitano 48.38
Galato 47.38
Gallipolis 55.43
Galo Capo. 48.36
Gambrusa 52.41
Gardichi 48.37:49.37
Gargulia 48.36
Gariscus 48.43
Garonizi 56.38
Gazorus 51.43
Gerestus 52.39
C.Gero 55.40
Geth 55.44
Gierimia 55.40
Gierra 54.36
S.Georgio 50.41:54.39:46.38:45.43:46.42:48.41.55.37.
S.Giorgio Cap. 51.40
Gipp. 57.38
Gira 57.36
Gisopoli 52.43
Gnidus 56.37
Goir 49.37
Gomeni 46.40
Gomphi 48.40
Gona 48.40
Grachovo 47.43
Gramata 45.40
Granca 49.42
C.Grega 55.42
Gregori 47.44
Guardia 50.44
Guiscardo P. 46.38
Gulmaza 52.43
Gurasenda 46.43
Guribar 46.42
Gurgusa 48.44
Gyrto 50.40

H.

HAlicarnassus 57.37
S.Helena 55.40
Helice 48.38
Helvas 54.59
Heraclia 50.43:47.42:55.43
Heralea 56.44
Hippata 47.39
Holorita 51.39
Homile 48.39
Horma 47.42

I.

IAco 50.40
Ialia 47.38
IAMBOLI 50.42
Ianizari 49.40
Ianizavv 55.42
Ianizi 43.39
IANNA 47.40
Ianna 47.40
Iannina 50.42
Iatmenitor 55.42
Iastura 52.39
Iavvr 56.44
Ibar 47.44
Idomena 48.42
Ifitirga 47.43
Ignano 48.37
Ilhome 48.40
S.Ilia 51.40
Iorum 48.43
Ipsola 54.43
Irano 51.43
Iria 49.37:50.36
Isch fl. 50.43
Istechia 49.36
ITALIA E pars 43.40
Iura 51.41
S.Ixer 45.42

L.

LAchi Cap. 45.42
Lachisat 46.42
Lacondea 53.41
Laco suichio 48.41
Ladineve 45.43
Lagia 49.39
Lameleda 43.43
Lamia 49.39
Lan 46.40
Lanana 47.43
Lanbina 48.38
Landan 49.37
Landimiri 56.41
Langistro 51.42
Lango 56.37
LAPLACA 45.41
L'Arca dia 48.36
Larissa a. 50.40
Lariso 49.40
Larta 47.39
Lartachi 56.43
Lasterocheri 48.41
Lastiu 53.41
Lavacra calida 51.37
Lecheo 50.38
Lembalo 50.42
Lembro 54.42
Lemito 46.40
C.Lenguela 44.41
Leondari 48.37
Lepanto 48.38
LEPANTO golfo 48.49:38.
Leposu 46.40
Lerna 49.37
Lero 42.39:55.37
Lesindra 56.36
Lesterecori 52.43
Leta 49.42
Leucas 46.39
Leuce 56.40
Levita 55.37
Liabia 47.43
Ligia 54.43
Limacasi 48.42
Limne 51.39
Limonia 57.36
Lipsa 50.39
Lipsina 50.38
Lipso 55.38.50.39
Lisimachia 55.43
Litar 50.39
LIVADIA 48:49.39
Locrida 47.42
Lodrin 45.42
Logiton 50.39
Longan 50.39
Longanico 48.37
Longon 55.43
Loreo 51.39
Loro 55.39
Lovo 55.35
Lycea 50.37

M.

MACEDONIA 41.42.
Macedonia 52.43
Macri 54.43
Macronisi 52.38
Maganico 49.36:50.36
Magnesia 50.40
Magrisi monte 44.44
Maina 49.36
Mala 51.38
Malanto 44.43
Malarsa 56.44
Malarhia 56.44
Malfetan 57.37
Malio C. 51.36
Malvasia 51.36
Mandria 56.38
MANDRIA mare 56.38
Mandro 53.41
Mandugo 51.39
Mantelo Cap. 52.38
Mantinea 49.37
Maratha 49.37
Marathon 51.38
Marato 55.44
MARE MEDITERRANEUM 44.38
S.Maria 47.40:40.37
S.Maria Cap. 43.40
S.Maria de Pretoria 47.41.
S. Maria Roxa 44.43
Mariza fl. 53.44:51.43:54.44.
Marmora 56.43
Marognia 53.43
Marta 51.36
Mastico 55.39
Mata casa 49.39
Matapan Cap. 50.35
Mategia 49.36
S.Maura 46.38
Maure 55.42
Maximianopolis 53.43

Mechano 55.43
Medea 45.43
Medin 46.44
Medon 45.43
Megapolis 49.37
Megara 50.38
Megra 50.38
Mela 55.44
Melantrada 56.43
Melas maior fl. 54.43
Melas minor fl. 55.43
Melasso 57.36
Meline 49.38
Melisse 50.38
Melito 55.42
Meliturgis 50.42
Melozaes 50 36
Menaleto 55.40
Merlera 45.40
Mermiga 53.38
Metellino 55.40
Methana 51.37
Metropolis 48.40
Mezzo 43.43
Microviza 48.44
Milo 52.37
anti Milo 52.37
Milolithus 53.43
Mirone 54.38
Misitra 49.36
Modon 48 36
Molefo 53.42
Molini 48.36
Molicrya 48.38
Monasterio
Moncastro 46.42
Monester 48.42
Monte di Nettuno 54 41
Monte Santo 51.48
Monte Santo cap. 52.42
Mopsius 48.40
Morava fl. 48.44
Morcan P. 56.41
MOREA 48.50.37.36
Morgo 54.37
Moseniga 48.36
Mostolun 49.39
Mundi 49.37
C.Mulgo 45.40
Munichiæ 51.38
Myndus 56.38
Myrina 56.40
Myrza 48.41

N.

NAmphio 54.36
Napoli no. Vech. 50. 37.
NAPOLI golfo 50.37
Natolica 47.38
Navarino 48.36
Neangoine 57.43
Neapolis 53.42
Nedina 48.36
NEGRO PONTE 51.52.39
Negro ponte 51.39
Neocastro 49.37.47.38
Neospiti 48.37
Neostria 52.43
Nessava fl. 47.43
Nicalidi 51.42
NICARIA 55.38
NICARIA mare 55.39
Nicea 47.42
Nicia 50.38
Nico 48.37
Nicol 52.44
S.Nicolo 48. 41.55.39.46 3.8
S.Nicolo P. 46.37
Nicomedia 58.43
Nicopolis 52 42
Nicsia 54.37
NICSIA 54.37
Nio 54.37
Nisea 50.38
Nizari 56.36
Novigrado 48.42
C.Nouo vide C.
Novomont 45.44

O.

OEnoe 51.49
Olbia 58.43
Olenus 47.39
Ombla 43.43
Opula 51.40
Orchimus 45.40
Ormoas 50.36
Orso 45.41
Orudiza 54.44
Osopo fl. 50.39
Ossa 50.42
Ostia 47.40
Ostodizus 54.44
Ostro 48.42
Otranto 43.41
Oxinea 47.40

P

PAchsu 46.39
Pagæ 50.38
Pahonere 57.43
Palachi 46.38
Palamida 50.37
Palario 57.38
Paleo C. 55.41
Pallantia 48.40
Palmati 46.37
Palmossa 55.38
Palo Castro 53.42
Palormi 56.43
Pandia 55.43
Pandico 50.40
Panormo 45.40
Pantiro 55.43
Papa 47.38
Papadales 45.42
Papigo 46.42
Paræcopolis 48.43
Pario & anti Pario 53.37
Paris 55.43
Pasimida 52.37
Patras 48.38
Pelagnisi 51.41
Pelari 53.41
Peleo Castro 46.38
Pella 49.42
Peloso P. 47.37
Pergamum 52.43
Pergolo 53.37
Pericari 49.37
Perparea 54.40
Perus 48.38
Pesari 49.42
Peschera 47.39
Peschiera 45.41
Peteni 52.36
Petilia destr. 46.38
Petorche 47.38
C.Petra 55.40
Phalanna 49.40
Pharaia 49.37
Pharæ 48.38
Phare 48.37
Phea 47.37
Phestus 47.40
Philippi 51.43
Philippopoli 52.44
Phoenix 58.37
Pidanemo 50.41
Pigrino 54.39
Pilis 51.37
Pilodes 46.40
Pilos 47.37
Piper 52.41
Pira 54.37
Pirgo 45.42
Piro 51.38
Pirosi 49.44
Pirsana fl. 48.36
Piscopia 56.36
Pistrina 47.43
Pitio 55.39
Placida 55.36
Plana 55.36
Platamona 49.41
Platari 52.39
Pleda 51.37
Pleurona 47.39
Polegasa 53.36
Policandra 53.37
Polina fl. 45.41
Poline 45.41
Polino 53.37
Poliri 52.37
Polistro 55.43
Politica 51.39
S.Polo 51.36
Ponta dura 54.41
Ponti quaranta 49.41
Popiza 52.44
Porama 49.36
Porcelli 55.36
Porgoriza 44.43
Portimo 51.39
Porto quir 49.41
Pras 55.43
Prasoni si 51.40
Premuli 46.41
Prespa 47.43.47.42
Prestean 49.36
Priene 56.39
Prileppo 46 42
Prisna 46.43
Pristina 45.44
Priviti 57.43
Prodeno 48.36
Prusias 58.43
Pythæum 48.40

Q

QVehatuino 50.40
Quimano 52.37
C.Quiviza 57.43
Quoso 51.41

R

RAchaz 45.43
Ragusa 45.40
Ragusco P. 45.41
Raguli no vec. 43.44.43
Raimer C. 51.41
Ranina 46.41
Raolia 53.37
Rapan C. 50.36
Raphti 52.38
Rato 55.38
Ravina 46.41
Recrea 56.43
Redoni Cap. 45.42
Rego 57.43
Relazariza 51.43
Remomilo 52.36
Rhamnus 51.39
Ricovera 53.39
Risine 44.43
Risno 49.40
Rocha 45.43
Rocho 54.38
Rodia 56.43
ROMANIA 53.55.43
Rossa 49.38
Rudischo 55.43
Ruinæ 55.41.55.40
Rundrico 48.42
Rusio 52.43
Rutarida 51.42

S

SAbioni 50.41
SACANIA 50.36
Sagra 50.40
Sahino 50 38
Sal 51.43
Sala 53.41
Salatina 46.43
Salese 46.40
Saline 54.42
Salmineo 49.38
Salmutara 48.38
Salnich fl. 46.41
Salona 49.38
Salusi 46.42
Samandrachi 54.42
Saminti 50.38
SAMO insula & Civitas 56.39
Sanda 46.40
Sandino 51.42
Santi quaranta 55.41

Santo

Santo monte golfo 51.41
Sapienza 48.36
Sapoza 47.42
Sar 46.43
Saramont 52.43
Sarans 50.36
Saraquino 51.40
Saria 57.36
Saribrod 49.44
Saſeno 44.41
Savaſtopoli 52.43
Scala 54.41
Scampi 46.42
Scanda 52.40
Scapſiler 53.4
SCARPANTO 57.3.
SCARPANTO mare. 56.36
Scaſcova 48.43
Schiati 51.40
Schilla 51.38
Schilli C. 51.37
Schim 48.44
Schio 57.43
Schio golfo 57.43
Scio 54.43
SCIRO 52.39
Sciropola 52.39
Scopuli 45.40
Scopulo 46.38:51.40
Scotuſa 49.41:50.43
Scrova 55.36
Scupi 48.43:49.38
Scutari 37.44:45.43
Scydra 47.41
Sdille 53.38
Seche 46.37
Segunizo 48.38
Seleniza 50.36
Selimbria 56.43
Sequino 57.42
Serpe 54.36
Serphino 52.37
Sertiana 47.42
Seſto 55.43
Setines 51.38
Sette pozzi 51.37
Sicandro 53.36
Sichino 53.36
Sicyon 49.38
Sidarizo 50.36
Sidero 50.42
Sidero caſto 48.36
Sidra 51.37
Sidro 48.38
Sidro C. 46.38
Sigillo 53.37
Signi 49.39
Sigrio pro. 54.40
Silla 49.36
Silz 50.44
Simie 57.37
Sinis 46.44
Sinopoli 56.39
Siphano 52.37
Sirna 53.38
Stelleo 50.40
Sitro capſia 50.42
Siveri 50.38
Smyrna 56.39
Soganico 50.39
Solocaſtro 49.38
Sopſia 50.44
Sorelli 51.40
Sorena 53.42
Soſthenis 48.39
Spaſſo 46.43
Spes 56.44
Specie 51.37
Spiga 56.43
Spinarſa 45.41
Spinarſa fl. 45.42
Stagno 43.44
Staguida 56.36
Stalifi 45.42
STALIMENE insula & civitas 53.41
STAMPALIA 55.36
Stamuch 51.43
Standia 56.37:54.36
Stanuch fl. 52.44
Stapodia 54.38
Starichino 48.42
Statoria 47.44
Stelar 52.42
Stella 50.37
Stenoſa 54.37
Stibagna 49.43
Stinga 56.40
Stivo lago. 49.38
Stipe 50.42
Stobi 48.43
Stovania 56.44
Straga 46.41
S. Strati 53.41
Straza 46.43
Strivali 47.36
Stymphalus 49.38
Suachiveſtra 49.44
Suatza 48.44
Sucamino 51.39
Suchogreio 46.43
Sucova 49.44
Suda 53.38
Suguth 54.44
Suraviza 53.43
Sutica 50.38

T.

TAlandi 50.39
Talanti 50.39
Talitada 51.39
Tallatbaſar 51.44
TAMORIZA 46.41
Tantanzar 54.43
Tariſticri 54.41
Tartaga 51.44
Taſſaiſa 48.37
Taſſo inſula 53.42
Tegea 48.37
Telus 56.37
Tempyra 53.43
Tenari 48.37
Tenedo 55.41
Tepela 46.41
Termerium 56.37
Ternava 50.44
Terremotto 49.39
Thebe 49.39
Thebo 50.39
Thedoro 54.40
Theſbo 51.40
Theſſalonica 50.42
THESSALONICHI golfo 50.41
THIGVES 49.43
Thiguez 49.43
Thormopoli 49.39
Thurium 52.38
Tidrico 47.42
Timacum 47.43
Tireſia 53.36
Tirynthi ruinæ 50.37
Titre 53.38
Toaſtri 50.37
Tochinalicati 46.40
Tochmolicati 46.41
Tolie 52.44
Toliſſi: 46.38
Toplica 47.44
Torpillus 49.43
Topyrus 52.43
Torneſſe 47.37
Toviſa 49.38
Trachir 49.41
Traianopoli 54.43
Trait 52.43
Trapano 47.38
Trebigna 43.44
Treich 52.44
Tricca 48.40
Tricola 48.40
Trigoviſta 47.44
Trippiana 49.38
Tritano 57.43
Trivene 49.38
Tronco 51.39
Troponitz fl. 51.44
Tuſi 45.43
Tyriſſa 47.41

V

VAcareuo 50.44
Val compare 46.38
Valgaracaraz 51.44
Valia 51.39
Valiſſo 54.30
Valona 51.39:45.41
Var 47.44
Vardani 46.38
Vardiani 46.37
Vardogna 49.37
Varlara 48.43
Vaſigli 52.44
S. Vaſili 50.37:48.41
Vaſilica 55.40.51.36
Vaſilidi 47.38
Vaſilipotamo 47.36
Vaſilocamo 50.36
Vaſtanza 48.41
Vatar. 46.42
Vdagrada 45.41
Vedriniza 48.38
Velichi 47.39
Veliciſta 47.40
Vendenis 48.43
S. Venetico 48.36
VENETO Golfo 44.42
Ventre 51.43
Veria 49.42:50.37:47.41
Verlichi 49.41
Veſelin 45.44
Vichio 55.38
Vidonar 48.40
Vigne caſtrice 43.40
Vinero 48.37
Viſicardo 46.38
Vitolie 49.43
Vitulo 49.36
Vitupio 55.43
Vlaſco 50.43
Vlpianum 48.43
Vniſſa 46.42
Vnito Caſtro 46.42
Vodiza 47.39
Vohitorno 48.43
Volanda 49.42
Voli 47.40
Vollo 49.40
Volpe 57.37
Voſſica 49.37
Voſtica 49.38
Voudonia 49.36
Vraſabra 51.43
Vrego 45.42
Vtilo 50.36

X.

Xilopolis 49.43

Z.

ZAbiaco 44.43
Zacoli 49.38
Zafrana 55.36
ZANTE inſula & Civitas 47.37
Zarnis 51.43
Zaz 48.44
Zea 52.38
Zeiton 49.39
Zera C. 47.37
Zerfanto 53.37
Zerniza 44.44
Zeta 45.43
Zevozua 47.42
Zinara 55.37
Zocol 44.43
Zopozo 45.43
Zoponzo 45.40
Zornata 49.36
S. Zorzi vide S. Giorgio
Zueria 48.39
Zupan 43.44

FINIS.

INDEX TABVLARVM
ITALIAE ET GRAECIAE.

1. Italia.
2. Lombardiæ tab. 1.
3. Lombardiæ tab. 2.
4. Lombardiæ tab. 3.
5. Lombardiæ tab. 4.
6. Brescia.
7. Veronæ, Vincentiæ & Patavij dit.
8. Friuli & Istria.
9. Tuscia.
10. Anconitana Marchia.
11. Campagna di Roma.
12. Abruzzo.
13. Puglia Piana.
14. Corsica & Sardinia.
15. Sicilia.
16. Stiria ducatus.
17. Sclavonia.
18. VValachia.
19. Græcia.
20. Macedonia.
21. Peloponnesus.
22. Candia.

FINIS.

K 84. 2°

Med. M.
01393381